




7
7 L
37



WANDALIA IN QVA DE WANDALORVM POPVLIS, ET EORVM PATRIO SOLO, AC IN ITALIAM, GALLIAM, HISPANIAS, APHRICAM, ET DALMATIAM, MIGRATIONE: ET DE EORVM REGIBVS, AC BELLIS DOMI, FORÍSQVE GESTIS.

Cum priuilegio INVICTISS. ET GLORIOSISS.
KAROLI ROMANORVM, ET CATHO
LICI REGIS ad decenniũ, ne illo durãte quispiam
WANDALIAM hanc in Regnis & Domi-
nijs MAIESTATI suæ subiectis impri-
mere, aut alibi impressam inibi uẽdere,
seu alias distrahere ausit, sub perdi
tionis librorũ, & pecuniaria,
uidelicet MILLE du
catorũ aureorum,
mulcta.



COLONIAE AGRIPPINAE
ANNO SAL. MDXVIIII.
MENSE SEPTEMBRI.





TABVLA CONTENTORVM IN WANDALIA.

Franci

Homeborg

Papa

Rostockcensis

Sueui

Finis tabulę Alphabeticę.

WANDALIA ALBERTI KRANTZ

COLONIAE IMPRESSA MDXVIIII.

Reuerēdiss. patrib⁹, & Illustriss. principib⁹, sacri Ro. Imperij Electorib⁹ ecclesiasticis, & secularibus. Iohānes Soter alias Heil. S. P. D.

q Vom nuper claræ memoriæ Maximiliano Ro. reipub. moderatore adhuc in humanis agente, Wandaliā, partē lucubrationū per quondā Albertū Krantz, uirū utiq optimū, dudū ecclesiæ beatæ Mariæ Hāburgēsis decanū, in q̄, & uitæ sanctimonia, & literarū in oīmi fere licita facultate eminēs sciētia, & rerū agēdarū haud uulgaris experiētia erāt, posteritati dimissarū, typis æneis imprimere cœpissem, decreuissemq op⁹ ipsum eidē Maximiliano, tanq̄ regū omniū in recuperādis ex Mahumetanorū seruitute Græcia, & Hierosolyma, cæterisq Orientis partibus, & populis, animo propensissimo, dicare, sęua mors, quę pientissimū Imperatorem (proh dolor) opere ipso necdū absoluto, nobis e medio sustulit, propositū mutare me coægit. Versanti itaq mihi mētis oculos, & cuinam Wandaliā hāc dedicem, aliq̄diu hęsitanti, occurrebāt Dn̄ationes uestræ reuerendissimę & illustrissimę, in quorū manibus, per proxime fiendā electionem, est reipublicę Christianæ salus. Quippe, si sanctā, &, quod boni omnes optant, sine sordibus feceritis electionē, nō sunt tam auctę per Aegypti, & Syrię accessum Turcharū tyranni uires, quin & tyranuū ipsum, & numerosum eius fugacē militē per electionē territabitis uestrā. Docet hęc Wādalia, quid olim uni⁹ populi ex magna Germania, nō tum, ut nūc florēte, migrans, examen, sub Odoacre, & Gēserico, ac alijs regib⁹ Wandalis, potuerit. Quorū si qs gesta, & fortissima facta animo recēseat, reperiet ea fuisse maiora, q̄ Turcharū tyrānū, ex his ꝓuincijs, quæ & in utraq Asia, & in Europa occupat, deturbare. Qꝫ si forte belli in Turchas, & alios Mahumetanos pondus, uni⁹ Cæsaris uirib⁹ præpōderare formidatis, in uobis, hac Wandalia docente, est facultas, dare Imperij cōsortes. Christiana patiet̄ charitas, q̄d olim passi sunt, etiā Ethnici Ro. reipublicę principes. Nulla ex hoc sequet̄ incōueniētia, si duos reipublicę Romanę, imo Christianę, eligendo, dederitis moderatores: quorū alter Imperatoris, alter regis, Romanorū, appellatione decoret̄: quorūq etiā alter, sufficiēti & ualida classe, per Mediterraneū mare, alter terrestri per Pannonias itinere in perpetuū ducat hostē, ut ad Cōstantinopolis mœnia, & naualis, & terrestris se iungant exercit⁹, ubi naualis terrestri exercitui, cōmeatū in parte ministret. Vtraq enim Sicilia, & Vngaria, cōmeatū uel satis, uel fere sufficientē, ad tantā belli molē facile pręstabūt. Cōtēplemini, & ex hac Wādalia, & ex Saxonū, quorū uirtute, & armis, Imperij Ro. dec⁹ in Germaniā tralatū est, gestis, fortia Germanię facta: Iunctę sunt fœlicissimo toro, nō cruēto bello nr̄a ętate Hispania & Germania. Trinacria futuro ī Turchas bello horreū erit, sicut olim Romanis fuit. A sordibus omnino abstinere, uos & decet, & cōuenit: ne uobis cōtingat, quod me puero, quendā summorū pontificū, cui bis quadrisyllabū fuit nomen, per sordes eligentibus, euenit. Quo enim ille, in se per sordes eligētes, post fuerit animo, supfluū puto recēsere: cū ipsi uos, me meli⁹, rei memores ꝓculdubio sitis. Valete. Ex Colonia Agrippina. IIII. Calendas Maias. MDXVIIII.

ALBERTI KRANTZ IVRIS CANONICI ET SACRAE PAGINAE DOCTORIS VIRI FAMOSISS. WANDALIA EX MVLTIS AVTHORIB. ET ANNALIBVS PLVRIMIS LABORIBVS ET VIGILIIS CONGESTA INCIPIT FOELICITER.

PROOEMIVM.

WANDALORVM AB ORIGINE antiquissimã & nũc totius Europę latissimã gentem a primis cunabulis recẽsere difficillimũ & prope impossibile arbitror, quod in ea gente diu nullę literę quibus antiquitatum memoria seruaret, uiguerũt, primũque illi sicut plerisque cũ Christianismo sunt inuectę. Qua ex re ordinem quoque gestorũ in ea omni gente ad nostra usque tempora deducere prorsus factu nõ possibile iudicaui. Quos enim annales? quos codices rerum uetustatis indices in eis proferũt? certe nullos. & quod difficultatem exaggerat: ea Wandalorum natio pro sui magnitudine multas prouincias occupans & aliquã mutans, nomina multiplicauit & aliquã uariauit: ut non putes eandem esse gentem, quam uarijs uocabulis inscriptã diuersis & lõge distantibus prouincijs reperis habitantẽ: cum tamen unis ubique moribus, ijsdẽ legibus, una denique lingua uiuat. Bohoemi quidẽ insignis huius gẽtis portio, quędã suę uetustatis pręferũt monumẽta: quę literis latius illustrauit Aeneas Syluius tũc Senẽsis Cardinalis, deinde Pius Papa .II. paucis ante pontificatũ diebus, cũ per ociũ ageret in balneis Puteolanis. Sed in hisipsis ab illo meruerũt de suę antiquitatis cõmemoratiõe protinus irrideri, quod illam usque ad Babylonis turrim & linguarũ confusionem produxerunt. Cur enim nõ inde usque ad arcã Noę & ad ipsum primę parentis uterum paradysique delicias ascenderũt? Vana nimirum iactantia & merita irrisione castigata. nulla enim media tempora a multis annorum milibus, nullos duces, nullas res gestas per multa sęcula cõmemorãt: quanquam & illa ipsa quę de sua Bohoemi in eã regionẽ transitione prodiderũt uana sint & friuola & multorum testimonijs facile cõuincenda. Tenemus teste Blondo tempora quibus Wandali (quos ille ut coeteri Sclauos appellat) e priscis sedibus in Dalmatiã, Histriam, & Illyricũ transierunt sub imperio Mauricij Constantinopolitani, nõ ut illi fabulantur, ex Dalmatia in Bohoemiã duce Zetho cõmigrarũt. Nam magnã Boemorum gentem in Hercinia sylua dudũ mansitasse lõge ante tempora ab illis signata Ptolomeus Cosmographus, qui sub Hadriano Imperatore scripsit, cõmemorat. Tacitus uero Boioemos uocat a Bois Gallica gente traducto uocabulo: quã sedibus suis, hoc est mõtosis illis quas nunc Bohoemi tenent regionibus, pulsos exegerũt: & ab eodẽ Tacito sunt appellati Boioemi Marcomãni: quod suo loco cum ad tempora Marci Antonij peruenerimus cõmemorabitur. Nec tñ Aeneã in ea sua narratione coarguerim: qui traditã sibi a gente fabulã fecerit Latinã: fidem narrationis a tradentibus iubens requiri. Sclauos aũt appellant quos ueteres dixere Wandalos: nam & illi

[Margin notes: Wãdalis olĩ nullę literę. — Wãdali mutarũt noĩa. — Bohoemi. — Pius II. — Irrisio Bohoemorum. — Blondus. — Zethus. — Ptolomęus. — Boioemi. — Marcomãni — Sclaui.]

ipsi Bohœmi in suis antiquitatib⁹ ad turrim Babylonis extruendã in di-
uisione linguarũ se adfuisse, & tum Sclauonos, hoc est uerbosos, se con-
tendunt appellatos. Sed hęc fabulosa iustis de causis cum Aenea reijcien
tes, antiquitatẽ totius Wandalorꝫ gentis ex uetustissima memoria colli-
gimus. Nam Cornelius Tacitus ad principiũ Germanię suę, Celebrant
Germanis unũ annaliũ genus. inquit Germani carminib⁹ antiquis (quod unũ apud illos memorię atq;
annaliũ genus est) Tuisconem deum terra editũ, & filiũ Mannum origi-
nem gentis conditoresq;. Manno tres filios assignãt, e quorꝫ nominibus
proximi oceano Ingeuones, medij Hermiones, cœteri Isteuones uocen-
tur. Quidã aũt licentia uetustatis plures de eo ortos, pluresq; gentis ap-
pellationes, Marsos, Gambriuios, Suęuos, Wandalos affirmãt. Eaq; ue
Plinius. ra & antiqua nomina & Caius Plinius in naturali historia per eadẽ fere
tempora quibus Tacitus sub Traiani impio scribẽs: Genera inquit Ger-
Quinq; Germanorꝫ gñã manorꝫ quinq;: Wandali, quorũ pars Burgundiones, Varrini, Carini
Guttones. Alterũ genus Ingeuones, quorꝫ pars Cimbri Teutoni a Cau
corum gente. Proximi aũt Reno Isteuones, quorꝫ pars Cimbri mediter
ranei. Hermiones, quorũ Suęui, Hermanduri, Catti, Cherusci. Quinta
pars Peucini Basternę cõtermini Dacis. Horꝫ testimonio ꝓbatissimorũ
Vetustissimi Wandali. inter omnes authorꝫ discimus, inter uetustissimos Germanicę gentis ex-
tare Wandalos, quando Sclauorꝫ nulla fit memoria. Ob eam rem uetu-
stissimo probatissimoq; inter authores uocabulo, iure optimo utemur in
uniuerso opere. Nam & Tacitus & Plinius hãc consonã gentis nomina-
tionẽ ex eodẽ, ut arbitror, fonte hauserũt: Babylonio Beroso, qui sacer-
Berosus. dos Chaldaicę gẽtis publico ministerio renouauit ueterũ annales, & per
sua tẽpora cõtinuauit. Scripsit aũt tẽpore Alexãdri magni: cui⁹ fidelẽ cũ
interpretatione historiã ad nos nostro tempore perduxit quidã Viterbi-
Viterbiensis ensis diligẽtissimus antiquitatũ scrutator. Is ergo Berosus tradit Noam
patrem noui sęculi iam ante diluuiũ genuisse Chamesem, Sameũ, & Iape
Filij Noæ. tum. Post cataclysmũ uero, genuisse filios multos, in quibus primogeni-
Tuiscon & qui filij eiꝰ. tus Tuiscon pater omniũ Germanorꝫ habitantiũ a Tanai ad Renum. Ea
enim magna appellatur Germania. Tuisconis filij fuere Mannus, Inge-
uon, Isteuon, Hermion, Marsus, Gambriuius, Suęuus, Wandal⁹, Hun⁹,
Hercules, Teutanes. Hęc est prima Germanorũ origo ex patre Tuiscone,
auo Noa. Manni aũt in omni gente illa memoria permansit, ut uirũ for-
tem & strenuum hodie ex uirtute Mannũ appellent. Ingeuon, Isteuon,
Hermion, ex Tacito, quod diximus, suas regiones sortiuntur. Marsi ad
Albim concessere: quorꝫ tenues reliquię in palustribus sunt nõ longe ab
Thietmarsi ostio fluminis, Thietmarsi, Wilstermarsi, Crempermarsi: qui qm̃ in palu-
stribus habitant, obtinuit Saxonũ consuetudo ut omnes palustres Marsi
uocitentur. Gambriui nulla reliquere uestigia, nisi forte Sicambros, Fran-
corum ad Reni fluenta patres, inde deriuari credamus. Sueui notissima
in Germanis natio. Wandali sunt quos nũc exequemur. Russi, Poloni,
Bohœmi, Dalmatę, Croaci, una gens ut docebim⁹. Huni uero, q; Tui-
Huni scone patre orti sunt, intra Germaniã numerabuntur; ut erubescant qui

Asiaticos esse contendūt. Nam(quod suo loco docebimus) magnū imperium in Europa sub Attila rege tenuerunt. Iam uero Herculē Tuisconis filiū agnoscimus, primū omniū cui id uocabulū contigisset. Multos enim eo dignatos nomine legimus pro uirtute unde intelligere promptū est fuisse primariū uirum, a quo tot clari uiri agnominari pro magno habuerunt. Teutonem aūt fuisse Tuisconis filiū inde libenter agnoscimus, ꝙ iam Teutonū uocabulū in omni gēte uulgatū est: ut omnes Germani Teutones uocitentur, quanq̄ latius sit Germanię q̄ Teutonię uocabulū, ꝙ Germania oēm cōplectitur latissimā a Tanai ad Renū ditionē, in qua linguę plurimę. Teutonia uero ad eas coartatur ꝓuincias quę una lingua Teutonū perfruunt. Sed hęc interim. In Wandaliā reuertamur: de cuius antiqtate a Wādalo patre Tuisconis filio hęc sint breui cōmemorata.

Primus Hercules.

Teuton.

Germaniae & Teutoniae limites.

Ceterū quod ad gentis magnitudinē & ditionis latitudinē pertinet paucis exequamur. Certissimū argumentū vnius gentis se quuti linguā, quę in Russis (magna vtiq; gēte) Polonis, Bohoemis, Dalmatis, Histrijs, & in nostris Wādalis una est, sub quadā uarietate, quę per tractū & distantiam regionū incidit: qualem cernimus in Italia & Teutonia sub una lingua diuersitatē, cum ipsa rerū uocabula sint ubiq; una. De Romana quidē uernacula lingua ad Hispanias & Gallias propagata, & olim in Aphricā & magnā Asię partē extēta, alia ratio est, ꝙ Romanū imperiū tunc in illas regiones prolatatū per Romanos pręsides linguā quoq; ꝓpagarit: quod primū in Italia peregit, abolens ueterū Aethruscorū & aliarū Italię gentiū priscas sermocinationes. Nullū autem Wādalorū, aut Russorū, aut Polonorū, aut Bohoemorū, aut Dalmatarū in eiusdē linguę mortales possumus imperiū memorare. Q̄ si res per se clara testibus indigeat, unā esse gentem & linguā in eis, quas diximus, nationibus, Blondum nostri temporis Romanum scriptorem, diligentissimū antiquitatis scrutatorē, audiamus. Ait enim ad finem libri. viij. primę Decadis: Quāq̄ uero Gregorius plura de hac Sclauorū in Histriā irruptione non scribat, tñ nos cōpertū habemus eam gentē quā ultra Danubiū sedes certū est habere, tūc primū oram Hadriatici sinus dextri lateris occupasse, & ita habitationē in ea continuasse, ut quicquid prius Histria & Dalmatia dicebat, ad tempora usq; nostra dicat Sclauonia. Nec tñ omnis illa gēs reliquit primas ad Danubiū sedes: qm̄ ijdē mutato nomine magnā obtinēt partē illius regionis. Siquidē loquutionis similitudo ac pene ꝓprietas, ostēdit eos qui nūc Poloni & Bohoemi dicunt ex Sclauorū reliquijs fuisse. Incoluerunt autē prius ea loca Wandali quos credendum est qm̄ ad Romanorū inuadendas prouincias sunt profecti partē gentis in patria reliquisse. Quare Sclaui paulopost superuenientes ita loquutiones commiscuere: ut ex utraq; tertiam reliquerint: quę pro regionis & ducū diuersitate partim Bohemica partim Polonica sit postmodū dicta. Hic tuā Blōde prudentiā requiro ut plane intelligas, Wādalos esse gentis generale uocabulum, ut una gens unius linguę fuerit, nec sit necesse ex duabus tertiā conflare linguam. Subsequitur idem. Sunt etiā certiores ꝓximis in regionibus Scla-

Gentes habētes linguā Wandalicam.

Aethrusci.

Blōd. antiquitatis scrutator.

Sclauonia.

Author nō sentit cum Blondo.

uorum reliquię apud Saxones, quorꝫ coloni maiori ex parte purã habent qua Dalmatę nunc utũtur, Sclauonicã locutionem. Hęc sunt uerba Blõdi Romani scriptoris: quę, etsi omnia ad liquidum non probo, in hoc mihi satisfaciunt, ꝙ testantur eandem nunc esse linguam Polonorum, Bohęmorꝫ, Dalmatarꝫ, quę est in reliquijs Wandalorꝫ inter Saxones. Nam & hęc cõmonstrant, non Bohęmos ex Dalmatis, sed Dalmatas ex Bohęmis & coeteris Wandalis, esse profectos. Cuius rei apertissimus, fidelissimus & maximus testis est Beatus Gregorius Papa, qui, cum Sclaui Histrię imminerent, eius prouincię scribit Episcopis: Equidem de Sclauorum gente quę uobis imminet, quod audio, me affligit uehementer, & turbat: affligor, in his quę in uobis iam patior: cõturbor, quia per Histros aditũ iam in Italiam tenere cęperũt. Hęc ideo retexímus, ut unam esse gentem Polonos, Bohęmos, Dalmatas, Histriosq́ doceremus: quos nostri Sclauonos, ueteres uero nomine dixere Wandalos. Hoc aũt uetustissimũ totius gentis uocabulũ in solis nostrę regionis hominibus inter Saxones permansit ut uel soli Wandali dicerentur, qui ad Mare Germanicũ olim habitabant nũc retropulsi in mediterranea, & ad magnã raritatẽ perducti in seruitutẽ ultimã, & omniũ cõtemptũ, peruenerũt: quod inde potissimũ euenit, nam acerrimus quisq́, ubi contemptũ & seruitutem exhorruit, se proximis immiscuit nationibus, linguã gentis perdiscens, ut euaderet grauissimũ seruitutis iugum. Mira rerũ cõuersio, ita gentem nũc haberi cõtemptui, cuius patres res magnificas infra memorandas, exantlauerũt: Hodie tñ, quę fuerit olim gens Wandalorꝫ in uniuersum ignoraremus, nisi uernacula Saxonum lingua hoc uocabulum conseruasset; ut inter eos qui olim Wandali fracto, ut fit, uocabulo nũc Wenden uocitentur. Ea gens ad mare Germanicũ a ueteri ciuitate Holsatię quę illorũ lingua Starigard, Saxonũ uero, Oldenborch uocitata, per Germanici maris littora, orientem uersus usq́ in Prussiam (quę olim Sarmatię pars erat, nunc uero ãnumeratͬ Teutonię & legibus & lingua) pertingit in Poloniam & Russiam.

Verba Blõdi. S. Gregoriꝰ. Wandali in seruitutem. Saxones seruarũt uocabulũ Wãdalorum. Wandali & Sclaui ijdẽ.

LIBRI PRIMI CAPVT I.

IN hoc autẽ maritimo tractu Wãdalię ab olim a Wãdalis, quos Sclauos etiam nostri dixere, habitato, nũc uero a Saxonibus occupato, floruerũt ab olim aliquot splendidę urbes, quarꝫ erat tãta potentia, ut potentissimo Danorꝫ Regi sępe cõfligerent: nũc partim funditus euersę partim ad uillarꝫ rusticam uilitatem redactę marcuerũt. Sub Saxonum autem gubernaculis alię locis alijs extructę nũc potissimũ, propitio Deo, florent: quę uetus regionis nomen etiam ipsę non erubescunt, usq́ hodie appellatę Wandalicę urbes: quarꝫ cõmemoratione, hũc de Wandalis tractatũ alacrius suscepi: ostensurus, quid ab olim ea natio gesserit rerꝫ, & in quos principes effloruerit, quas etiã urbes nũc insignes habeat is maris tractus: Quarꝫ ab occidua parte, ut inde ordiamur, Prima, & omniũ florentissima est totius maritimę Saxonię, & inferioris Germanię decus & corona Lubica, Imperiali exemptione prędita a

Wandalicę urbes hodie. Lubica.

memoria Diui Frederici. II. Imperatoris. Omniũ mercatorꝛ huius regionis ab omni mũdi plaga uelut in centro collocatũ emporiũ. Proxima sursum oriente uersus Wismaria est, ditionis Magnopolẽsis, nõ cõtemnẽdũ opidum, sed ante, q̃ nũc fortunatius. Cui deinde succedit Rostockiũ, eisdem nũc principibus parens, ab olim suũ dominũ agnoscebat: pulchro literarꝛ gymnasio etiam nũc florente, insignis urbs. Hanc in eodem littore sequitur splendidum opidum Stralesunda, iam Pomeranię Duci parens, olim suũ habẽs principẽ, quẽ Ducem dixere Bardensem, populosa nihilominus urbs, & multis mercatoribus frequens. Quam deinde eodem littore excipit Gripeswaldum, opidũ non silendũ, quod & ipsum literarꝛ fouet gymnasium, magno patrũ conatu fundatũ, sed ciuilibus malis diu laborãs extenuatum. Plura deinde opida, olim Wandalico ritu florẽtissima, nunc ad maximã exilitatẽ tenuata. Sũt enim opidis, ut hominibus, sua fata: sunt stata tẽpora, quibus euolutis paulatim decidũt: Cui rei memorabile exemplum ea regio prodit, Opidũ Iulinũ, olim nulli clarissimarꝛ urbiũ secundũ multas etiã preclaras opibus & structuris exuperãs, nunc qua cerni potest tenuitate cõtractũ. Inter Wãdalicas urbes & Hãburga numeratͬ, ad octiduum a Lubica super Albim fluuium ędificata: Sed illa ab omni literarꝛ memoria Saxonię fuit iũcta, & post illã multis sęculis quę supra memorãtur sunt extructę: quod suis locis infra monstrabitur. Et q̃m in uetustissimis rebus, ubi reliqua nulla est in literis memoria, cõiecturę fit locus: oẽm ego Holsatiã & Stormariam, in cuius solo fundata est Hãburga, Marsorꝛ genti deputãdũ puto, quę in solis palustribus nomẽ seruauit: in arida aũt habitãtibus, hoc nomen permisit, ut ad suę gentis aliqualẽ in solo differẽtiam Holsati dicerentͬ, qui per uicina nemora usq; ad terminos Wagrię diffundũtur. Stormaria uero, quasi Storemarsia sit appellata: unde pro Marsia Maria sit inolitũ, ut fit, uerborꝛ detorsio. Omnis aũt ea Marsorꝛ natio Saxonię ab omni literarꝛ memoria fuit ãnumerata, & perinde Hamburga & si Wãdalica urbs a solo non sit, multis tñ in rebus socia est urbibus memoratis: olim comitibus, nunc principibus Holsatię subiecta. Luneburga quoq; in hac Wãdalicarꝛ urbium societate numeratͬ, propter altrinsecã habitatorum in mercaturis cõmunionem: urbs pro sua magnitudine, & opibus & splendore insignis: paret principi, qui ab ea titulum habet ducalem. Hanc aũt Wandalię prouinciã primã posui, q in ea pene sola, uetus gentis uocabulum conseruatur.

Marginalia: Lubicę insidium liberatis. / Wismaria. / Rostockium / Stralsunda / Gripeswaldum. / Fata opidis ut hõibus. / Iulinũ opi. / Hamburga / Marsi. / Holsati. / Stormaria. / Luneburga

CA. II.

IAm sequitur Russia, quam Plinius uocat Roxilanam siue Roxanam: Strabo quoq;, Roxanos siue Roxos, unde nũc effractũ est, ut dicamus Russos. ad aquilonem facit spectantes, inter Tanaim & Boristhenem, cãpestriaq; pascuntur. Vniuersus autẽ aquilonaris a Germania usq; portas Caspias tractus, cãpester est, qui nostras ad aures cognitioneq; puenit. num uero qui supra Roxanos habitent, ignotũ est nobis. Roxani quidẽ aduersus Mitridatis Eupatoris ductores belligerarũt, quibus Imperator erat Tasius. Aduenerãt aũt Palaco Sciluro socij, cũq; pugnacissimi iudicarentͬ, cõtra instructã egregie phalangem &, armis orna-

Marginalia: Russia. / Russię situs. / Tasius.

tam natio barbara omnis infirma prorsus apparuit & nuda fere, Illi igit̃ quinquaginta milibus cõsistentes, aduersus milia sexaginta militariter instructa, ductu & auspicio Diophanti ducis Mitridatici resistere ac sufferre non ualentes impetum, maxima ex parte trucidati sunt. utũtur aũt galeis, ex crudis boum corijs, thoracibus & scutis: ad percutiendũ aũt, lanceas habent, arcusq́, & gladios: reliquę fere huius gentis plures Nomades, etenim tentorijs utuntur Teutonũ instar, pilo contextis, in plaustris uitã degentes, circumq́ tentoria pecora comitantur, a quibus uictum capiant, & aluntur lacte, caseo, carne: pascua uero sectant̃, loca semper herbosa permutantes: hibernis quidem temporibus, Meoticis uersant̃ in paludibus: ęstiuis uero, per cãpestria uagant̃. Libuit de Roxilanis, Roxanis siue Roxijs Strabonis uerba ponere. Eam uero nũc regionẽ, pulsis retro Roxijs, Tartari tenent, qui necdum tercentenis annis habitauere, erumpentes sub Frederico de Caspijs portis, adhuc nomades, hoc est tentoria habitantes, e pecoribus uitam ducentes. Qui uero aquilonem ad nos incolunt, olim Sauromatę, & paulũ inclinato nomine, Sarmatę dicti, Russi sunt, Letuani, & Poloni: magnę nationes, in quibus maxima est Russia: diuisi in Albos & Notos. Maximę huius gentis nationi hodie imperat magnus Musgouię princeps, Christianus utiq́, sed ritum sequutus Orientalis ecclesię: qui imperium propagauit in Liuonię fines, hodieq́ pertinax gerit bellum aduersus magnum Letuanię principem, de domo Polonorũ, Alexandrum: Cui bello socij Liuones, cũ Magistro per Liuoniam, fratrẽ ordinis beatę Marię, Teutonicorũ, accessere: Tartarorũq́ non parua manus, in hanc partem militans, oppugnat Russum: cuius belli exitũ, necdũ uidimus. Huius uero gentis acta, ab initio recensere, non suscepi: ꝙ nulli eorum, si qui extant annales, ad nos peruenere: Non debuit tamen silentio pręteriri, ꝙ magna portio est Wandalicę gẽtis, quam de tenebris in aliquantã lucem deuocare conabor: sicubi tñ rerum quarundam intercidit memoria a Russis, non pręteribit̃. Pręclaras habet urbes, Musgouiam, nũc regni caput, quam nemo se uidisse lętat̃: Nam, qui nuper ex nostris mercatoribus eo sunt captiui perducti, post laxamenta patriam repetituri, magna intercepti tempestate, in mari perierunt. Paret illi nũc principi, magna illa Neuguardia, cuius opes & uires, ipsi habitatores cum metiri non possent, sumpsere prouerbium: Quis potest contra Deum & magnam Neuguardiam? Ioannes certe modernus Musgouię princeps potuit, qui captã, expilauit: ciues maiores abduxit, & remisit habitatores ex sua prouincia, quo magis parerent, nec de rebellione aliqñ cogitarẽt. Deinde in ea ꝓuincia uersus Liuoniã Plesgouia est, urbs nõ cõtemnenda, Teutonico ritu muris ac mœnibus instructa, sed intus pro more regionis lignea: quã ęstate ꝓxima ferũt a Liuonibus & Letuanis oppugnatã: sed exitũ rei necdũ cõpertũ tenemus. III.

Diophant⁹ Dux. — Nomades. — Strabonis uerba. — Sauromatę & Sarmatę — Bellum nostra ętate. — Musgouia urbs. — Neuguardia urbs. — Plesgouia urbs.

P Roxima Wandalicę gẽtis portio, Polonia est: quę a planicię nomen accepit, ad discrimen Bohœmię: quę, ut dicemus, tota mõtibus includit̃. Polonia igit̃ regio, ad orientem Germanię magnę cõnumerat̃: rebus opulenta, ambitu spaciosa, pluribus & magnis, ꝓuincijs

Polonię descriptio.

distincta, multorū foecūda parens natorū: quos proceritate corporis, uiriū robore, aspectus uenustate, natura dotauit. Habet aūt ea regio ad orientē Sarmatiā, cuius olim pars numerabatur (eam nūc Tartari tenēt) a meridie Walachiā, quę Turcis proximā est: per quā ętate proxima, imo ante paucos annos a Turcis est oppugnata Polonia. Ad aquilonē habet Letuaniā non paruam prouinciā, olim & ipsam Sarmatię annumeratā. Ab occidua parte Prussiam. Pręclarā inter multas urbem habet Cracouiā, multis opibus, ciuiū frequentia, & literarū gymnasio insignē. Sunt & alię urbes, sed splēdore nō ęquādę Cracouię. lignea sunt pene omnia in urbibus domicilia & in agris pręsidia, ut minimū fidant munitionibus, quas solus potest ignis expugnare. Patriū est illi genti, quò magis in omni nobilitate seruetur ęqualitas, nō indulgere structuris lapidū & fidere munitionibus pręsidiorū, quas nostri uocant arces: pace, parilitate, & tranquilitate, se potissimū munitos uolunt. Cōpertū est aliqn qui militauere Teutonicos, oportunis locis pręsidia fixisse murorū & moeniū ex lateribus: sed nō est passa nobilitas proteruire quenq̃ in regno, fidentē pręsidio munitissimo, & in pace quidē non improbanda gentis institutio. Coeterū si ingruat externū bellū, omnia sunt rapinis & incendiis exposita. Ea uero regio tum nobis primū cōperta est, posteaq̃ Christianismū accoepit, & ideo ad ea tēpora nobis differenda est rerū in ea gestarū commemoratio: nisi q̃ initio nobis attingenda erat paucis, q̃ in natione Wandalica, quod lingua testať, suam quoq̃ laudem meretur prouincia.

Sarmatia. Walachia. Letuania. Prussia. Cracouia. Poloni caręt arcibus. Polonia per Christianismum facta clarior.

C A. IIII.

Bohoemia proxima huius gentis pars nobis attingenda est: ea ut ait Aeneas Syluius, qui traditam gentis historiam reddidit Latinam: In solo barbarico trans Danubiū ab Italis, a nobis uero citra Danubiū sita: Germanię portio est, aquilonis flatibus tota ferme exposita: cuius ad orientem uergens latus, Morarui obtinent, & Slesitarū natio: Septentrionem iidem Slesitę ac Saxones, qui & Misnenses & Duringi appellanť: Ad occidētē, Aduocatorū terra est, Baioariorūq̃ regiones. Meridionalē plagā, tum Baioarii tum Australes habēt, qui ripas utrasq̃ Danubii accolunt: nec alia Bohoemię q̃ Teutonum terra coniungitur. Regionis longitudo latitudoq̃ pene parem formā rotundam, ut ferunt, habet, cuius diameter triū dierum expedito itinere pateat. Sylua uniuersam claudit, quā ueteres Hercyniā uocauere, cuius & Gręci scriptores meminerūt & Latini. Flumina quę terrā irrigāt uniuersam, in Albim exonerantur. hic in montibus exoriens, qui Bohoemiā Morauiāq̃ distermināt, mediam ferme prouinciam perlabiť: primo in occidentem, inde septentrionem uersus, ubi prouinciā reliquit, per angustias mōtium & abrupta cōualliū pręceps Saxoniā petit, quā duas in partes dirimēs in oceanū fertur ibiq̃ a Reno flumine, ęquo terrarū spacio distans, quod pleriq̃ Germanię terminū Sarmatięq̃ quōdam dixere: sed nostra ętate Oderam fluuiū qui Slesiā intersecat, & ipsum Vistellā Prutenorū amnē Germania pretergressa Albiā in alueo & fonte cōtinet. Amnes alii quos Bohoemi cōmemorāt Omoze, quod aquilā signat, Egra qui ex nomine opidi quod alluit, uo-

Descriptio Bohoemiae. Bohoemia rotunda. Cursus Albis fluuii. Odera. Vistella. Omoze. Egra.

citatur: In terra Aduocatorum exoriens, apud Litomeritiũ Albi miscetur. Sed cunctos Multauia excedit, qui metropolim regni Pragã, influit: hic Saxanã & Lusuntiũ & Misam in Albim secum trahit. Gelida prorsus regio, pisce atq; armentis abundans cum uolucre ferisq;, frumenti ferax: Sicera pro uino utitur, illi cereuisiam uocant, quasi ex cerere factã: ager toto regno optimus, circa Zaziũ colles, apud Litomeritiũ cõsiti uitibus ac uineis: uinum quod nascit̃, acerbũ: ditiores ex Austria atq; Vngaria importato utunt̃: Sermo genti & Dalmatis unus. Mos uetus in hũc usq; diem seruatur: In templo sermone Teutonico plebes docent, in cœmiterijs Bohœmico: ubi secularium presbyterorum collegia sunt, aut monachorum prędia possidentiũ: solis mendicantibus libertas fuit qua uellent populũ linguæ instruere. quę res palã indicat, ut ait Aeneas, cuius hęc sunt omnia, regionem ipsam olim Teutonicã fuisse, sensimq; subintrasse Bohœmos, quod Strabonis testimonio in libro. vij. licet cõfirmare. An tu Aenea nõ uides ideo inductam linguã Germanorum, q omne genus Wandalicũ suam erubescit uernaculam? & iam Bohœmia undiq; septa Teutonicis, quid aliud studet, nisi q linguę sit cõformis gẽtiũ, pximarum? Accedit, q in Bohœmia multi uiuũt inter Teutonicos nati, qui linguã patriã nõ intermittũt. Hęc idcirco dixerim, quia nõ omnino cõsentio fuisse Teutonicos, qui ante Boihœmos regionem incoluerint: subscribo enim Tacito, qui Boios gentem Gallicã tradit his regionibus a Marcomãnis Wãdalis pulsos: quod suo loco recordabimur. Prosequit̃ Aeneas: Plebs toto regno bibula, & uentri dedita, supstitionũq; sequax, & auida nouitatũ. quomõ aũt & unde hoc genus hominũ in Germaniã uenerit sic habeto. Bohœmi sicut cœteri mortaliũ, originẽ quetustissimã ostendere cupientes, Sclauorũ se prolem asserunt: Sclauos aũt inter eos fuisse qui post diluuiũ cõdendę famosissimę turris Babel authores habent: atq; ibi dum linguę confusę sunt, Sclauonos, idest uerbosos appellatos, propriũ idioma sumpsisse: relicto deinde cãpo Sennaar, ex Asia profectos in Europã, eos agros occupasse, quos nũc Bulgari, Sarni, Dalmatę, Croaci & Bosnẽses, incolunt. nemo tam alte suę gentis initium reddit, pręter Hebręos, omnium mortalium primos Multi ex Germanis satis se nobiles arbitrant̃, q ex Romanis sint: Romani ex Teucris originẽ ducere satis habent. Franci qui & Germani fuerunt Troianũ se esse sanguinẽ duxerunt. Eadẽ Britãnis gloria satis est, qui Brutum quendã, ex Ilio, pfectũ generi suo dedisse principiũ affirmãt. At Bohœmi longius orsi, ab ipsa cõfusionis turri se missos indicant. Cœterorum nec qui tunc fuere principes, nec cuius terrę cultores extiterint, nec quo duce, quibus periculis in Europam uenerint, nec quo tempore, tradũt: fuisse illic Sclauonos aiunt, dum labiũ uniuersę terrę confusum est. Vana laus, ac ridẽda: Q; si qui Bohœmos imitari uelint, nobilitatẽ gentis ex ipsa uetustate quęrẽtes, nõ iã ex turri Babylonica, sed ex arca Noę, atq; ex ipsa deliciarum Paradyso, primisq; parẽtibus, & ab utero Euę, unde omnes egressi sunt, facile sibi principia uendicabunt. Nos ista tanq; anilia deliramenta pretermittimus. Omnes reges ex seruis ortos, omnes seruos ex regibus

Multauia.

Vineę in Bohœmia.

In Bohœm. duę linguę

Wãdali erubescũt uernaculã linguã

Bohœmi bibuli.

Sclauoni uerbosi.

Bohœmi nimis alte repetũt originem.

Reges ex seruis & cõtra

scripsit Plato. Verā atq; germanā nobilitatem unica uirtus gignit. Libuit ista ex Aenea, uerbis illius inserere. At nos Bohœmorum, ut aliorum eius generis Wandalorum, ex uno Wandalo parente, authore Beroso Babylonico traduximus. Et hęc quidem initio prefari sit satis, redituri ex cōmodo ad gentis illius prosequutionē, ubi originem & transitionē, ab Aenea cōmemoratam Bohœmorum, sicut ante exufflabimus. (Wādal⁹ p̄ Wāda loq.)

CA. V.

Qui uero ex hac gente Dalmatiā, Histriam, Croatiāq; incoluēt, recenti memoria, & de qua testes extant plurimi, ex regionibus citra Danubiū a nobis illo concesserūt, imperāte iam Mauricio, & in Romana sede pręsidente beatissimo Gregorio, eius nominis. I. quod supra attigimus, & ubi tempora illa cōtingemus, non pręteribimus. Habitarunt enim illa tempestate Wādali latissime, a mari nostro Germanico, siue Baltico per Pomeraniā, Marchiā Brandeburgensem, Slesiā, Bohœmiā & usq; ad Danubium: quas sedes impetrarūt a Constantino magno, quod suo tempore dicemus. Inde in immensum multiplicata gente, transitū fecere sub primo Valentiniano ad ripā usq; Reni: ibiq; burgis erectis, q̄ Valentiniani principis reuerentia eos fœderatos cōtineret, ne ultra Renū Romanis ꝓuincijs imminerent, Burgundiones sunt uocati: & iam sub Honorio exemplū sequti Gothorum, Hunorum, Francorum, in Gallias irruerūt: quorum pars sedem sibi in Gallijs delegerūt, Burgundiā de suo nomine prouinciā nominantes. Maior pars ulterius progressa per Gallias & Hispanias, magnis rebus gestis peruenit in Aphricā, ibiq; regnū stabiliuit. Iam uero ex illo tempore, post annos fere ducentos, alia eius gētis manus in immēsum excrescens, transito Danubio, peruenit in Histriā, Croatiā atq; Dalmatiā: quod beatus Gregorius, ut in principio posuimus, scribens episcopis earū partiū grauissime ac dolentissime queritur: ut erubescāt Bohœmi fabulā Aenęę preferentes, de ꝓfectione Zethi ex Croatia in Bohœmiā, ad fundandam ibi gentē suam. Nō enim ex Croatia in Bohœmiā, sed ex Bohœmia in Croatiā Wandali migrauere. Nā siquis duces eorum numeret, & inde tempora computet, inueniet nondū Bohœmos in Croatiā transisse, q̄n fabulatores uolūt iam tūc ex Croatia uenisse Zethū in Bohœmiā. Ita cū Aenea hanc quoq; partē inter deliramēta reputamus anilia, Bohœmosq; facimus longius tēpus in sua prouincia, q̄ ipsi rentur, esse demoratos. Sed hęc interim.

(Wandalorum migratio.) (Cōstātinus Magnus.) (Wādali Valētiniano cōfœderati.) (Burgundia unde nomē.) (Alia migratio Wādalo.) (Fabulatores)

CA. VI.

Harum aūt omniū gentium res gestas perscribere, & ad ętatē nostram perducere infinitū est, & his uiribus non ferendū. Habet Polonia, habet Bohœmia, habet & Dalmatia cum Histria suos scriptores: Sua quisq; in gente & uicinis nationibus, quę cōmemoratione digna putauerit, perscribat. & Russi ętate nostra (ut fertur) ad maiorē ciuilitatem perducti, inueniēt qui illorum pręclara facinora cōmemoret: Instituto meo satis esse iudicaui, post totius gentis cōmemoratā antiquitatē & designatā latitudinem, illa solū prosequi, quę nostris Wādalis, hoc est, ad littus Germanici maris olim habitantibus sint ꝓpria: quorum nōnulla olim ante Proauorum & Attauorum nostrorum sęcula, Saxo Grāmaticus, uir Sia-

(Russi iam ci uiliores) (Saxo Grā.)

Sclauoni uerbosi.

Sclaui uilia mancipia.

landicus, suę gētis Danorꝝ, memorabilis Historicus: ubi Danorꝝ res prosequutus, ad Wandalos, quibus cū Dano nōnulla pręclara fuere facinora nōnunq̄ descendēs, attingit: quos ille ut cœteri Sclauorꝝ appellatione designat: cuius nominis originem haud aliā inuenio pręter eam quā ostēdit Aeneas in sua Bohœmica: Sclauonos eos hoc est sua lingua uerbosos appellari: q̄ multa loqui natiuū sit genti. Hodie tñ ad summā indignitatem apud nos traductū est nomen: q̄ cum nostrę regionis Wādali sint hodie grauissima pressi a Saxonibus seruitute, seruiles homines & ultimę sortis mancipia, Sclauos cum indignatione solēt uocitare. Q̄ si antiquitatis memores simus, & meminisse libeat res patrū, non erit in uitio a talibus uiris fuisse progenitos, sed glorię etiam ducendū erit, tales habuisse gentis propagatores. Huius aūt maritimi tractus Wandalorꝝ res gestas perscribere in animo est. De cœteris aūt eius gētis hominibus, si qd ad nos fama pertulerit (nam annales nō tenemus) suis temporibus inseremus. Et hęc quidem in prefatione dicta sint: nūc ad narratiōis ordinē cōuertamur. VII.

Pyratica in honore.

Taxat equites Germa.

Inimicidię inter Wādalos & Danos.

IGitur cum Danorꝝ rege terra mariq̄ uelut iustū exercerēt imperium, pyratica in honore fuit, non minus q̄ olim apud Lacedemones furtum: arbitrantibus in paganismo Barbaris, quibus nullę leges proditę, nulla iusticię cōperta monita, iuste possideri, quicquid ui aut armis quęreret. quā sententiā inter Christiāos necdū multi antiquauere, armatā presertim militiā sequentes: quorꝝ ea ratio est, ut inter beluas in agris & saltibus, in aquis inter pisces, & in ęthere inter uolatilia, imbecilliora queq̄ pręda sunt ferocioribus. Ita ducendum inter homines. Wandali perinde tum Germanię littora tenentes, eodem quęstu prouocati nauigabant: ita factū est, ut nonnunq̄ mari cōcurrentes, quos unus quęstus eduxerat, nauali prœlio Dani Wandalis manus cōsererēt: inde peruentū est ad maiores in suę cuiusq̄ gentis cōflictationes, ut totis nōnunq̄ uiribus Dani Wandalos, & uicissim Wādali Danos obtererēt: nōnunq̄ prędam abigentes leuioribus prœlijs cōflixerūt: quod quoties, & quibus occasionibus ac ordine factū sit, ex historia Danorꝝ mutuabimus: nemini tñ dubiū debet remanere, diligentius ista ad Danorꝝ gloriā, q̄ in parte Wādalorꝝ esse enarrata, illuc inclināte scribentis affectu ut patriam illustraret Primus igit̄ qui in literas relatus est, ex his qui e Dania Wandaliā impugnauere, Helgo rex Danię fuit: qui cum fratre partitus ditionē, maris imperium sibi desumpsit, prouinciā interim fratre moderante: qua in administratione maritima, Helgo regem Wandalorꝝ Scalcum classe sibi & maritimis copijs occurrentē, oppressit: enauigatoq̄ mari, cū milites exposuisset in terram, totā maritimam Wandaliā redegisse fert̄ in prouinciā, ut Danorū regibus annua penderēt tributa. nec plura in eam rem cōmemorat scriptor antedictus, quippe pro rerū uetustate parum multa reperisse ante se priorū scripta testatus, maiorēq̄ partem illustriū rerum se de carminibus ueterꝝ heroum laudes continentibus, collegisse: quod unum in omni Germanorum gente antiquitatis monumentum, & annalium genus est, ut tradit Tacitus.

Helgo rex.

Scalcus rex.

Wādali Danorꝝ tributarij.

CAPVT OCTAVVM.

D Einde post aliquot annos, nõnullorꝫ regũ intercurrente imperio, cum iam Wandalia resumptis uiribus parem se Danorũ potentię arbitrarẽt, cœpit rebellare, iugum tributarię seruitutis excutiẽs. Wandalorum rebellio.
Regnũ tum Danię administrabat Roricus rex adolescentior: cuius cũ an nos nõnulli pridem Danię subiecti contẽnentes, ad rebellionẽ spectasse re ferunt: Wandalis tñ uiriũ suarꝫ molem inspectantibus, spes magna uicto rię fuit: itaqꝫ totis conatibus in arma ruebant. Nec Danorum regi segnis erat mora patrium imperiũ defensare. Inter multos rebellantes, primos est aggressus Wandalos, arbitratus quod res erat: illis ad arma, potioribus ad iuga coactis, faciliorẽ sibi ad reliquos futurũ laborem. Wãdali ne bel lum sine Duce cõmitterent, capite opus esse cernentes, regem ex suis crea uere, cœterisqꝫ militię suę uiribus palam ostẽsis, obscuriore loco, binos ad insidias armatorꝫ manipulos condunt. Nec tñ Danię regem insidię se fel lerunt: latebras & ille socijs captandas indicit (Erat enim nauale prœliũ) Wandali regem creant.
Concurrentibus ergo primũ qui in aperto dimicauere, & ęqua manu con tendentibus, superuenere qui ex Wandalis latuerũt in insidijs. Acrior pu gna surgit: omnes ad unũ cęsi feruntur Wandali, regibus ipsis cum mole exercituũ pugnam primã inspectantibus. Igiť dum totis esset uiribus con currendũ, instruerenturqꝫ acies dimicaturę: procedit ex Wandalis uir, cor pore procerus & animo promptus: Vt, inquiens, res inter nos agatur com pendio, mihi ex uobis uir opponatur, qui mecũ totorũ exercituũ fortunã experiatur: & siquidẽ ille uictus fuerit, optata nobis libertas, & a soluẽdis tributis reuertatur immunitas: Sin uobis cesserit uictoria prisca sint nobis onera duplicata, quę uolẽtes pollicemur. Pudendũ erat detrectare pugnã totiusqꝫ nationis detrimentũ putabatur, si nemo ausit occurrere, ꝓuocãti. Wandali cęsi Prouocatio ad duellum
Erat in regio Danorꝫ exercitu uir animo ꝙ uiribus promptior, qui regem sciscitatur, quę maneãt prœmia uictorẽ: Rex armillas profert, insigne tum decus militantiũ: quales hodie sunt torques, aut cinguli militares, equitũ ornamenta auratorꝫ: easqꝫ uictori prœmia rex decreuit. Quid tandem in quit ille uicto reponitur, prẽter ignominiã, aut celerem exitũ, dura & ini qua militię stipendia: At tamen qm̃ uita bene impendiť patrię, ęquo mihi animo ꝓdeundũ in hostem. Hęc dicens prouocatorẽ gladio ferit. Cũ iam cõstitissent metato in circo: ille ferientẽ simili mercede remunerat: sed uno statim ictu ad mortẽ usqꝫ prostrauit. Aequata Danis sors pugnę uideba tur: ꝙ cum mari pridẽ ipsi uictores extitissent, nũc uicissim in area prostra uisset Danũ Wãdalus. Ille uero ad redintegrandã pugnam nõ segnis, cu mulatam sue gentis gloriã ambiebat: arbitratus nõ facile, ꝑditurũ ex Da nis quenqꝫ, qui uictoris gladiũ experireť. diu circumspectauere Dani, quẽ insolenti ex uictoria opponerẽt: inuentus est & alius, qui spiritũ patrię de uoueret: ne de suis Decijs soli Romani glorientur. Primũ tñ ex rege sciscl tatus est ille, quę uictori prœmia forent: Ille senas inuicẽ nexas ostẽdebat armillas. Quid inquit pugnaturus, si post nauatã operam, animũ ipse mu tans, prœmia retraxeris: Proderit apud sequestrũ pugnę mercedem depo nere, nam spectata ante oculos prœmia, alacriorẽ facient pugnaturũ. Cui Armillę insignia militum Victoriam prouocat alium ad duel.

rex subinde. Si inquit assequi diffidis promissa uictori præmia, accipe ante congressum quę pepigisti: Et hęc dicens, e naui qua rex uectabatur in aliam proijcere conatus, uiribus destituitur, deciderūtq; armillę inter naues in profundū. Tum pugil, Vt inquit omnes probe intelligant, nō me mercenariū in pugnam descendere, etiam gaudeo perijsse proposita præmia: alacrius deinde gloriā, quę sibi merces est, amplector. Quo dicto, in campum descendit, armis suis incinctus. Acris diu pugna conserit, mutuo uires alternāt, acuunt utrūq; cōspicientes exercituū oculi. collatum ex æquo robur cernebatur. Excœpit aūt una utrūq; fortuna pugnantē, nam mutuis uulneribus conciderūt: ambo inuicti & uicti uictoresq;. Ibi Wādali se tributo solutos arbitrant: Danis ęquatā pugnę sortem ducentibus, longe mēs alia fuit: nam ad prisca Wādalos onera deuocabāt, Sed tum res qualitercūq; sine noua conflictatione dirimitur: In sua quisq; lętus reuertitur, utriq; sibi constitisse uictoriā arbitrati.

Pugil gaudet de iactura præmij.

Ambo pugiles cadunt.

CA. VIIII.

Transibant hoc in rerū statu anni multi: ut interdū leuibus prœlijs in mari cōcurrentes confligerent Dani atq; Wandali: nusq; totis aciebus, nonnunq; in alternas terras, uicissim ingressi, prędas agebant: sed totis regnorū uiribus, aut magnis exercitibus ad alterius nationis subiectionem, multis annis non erat decertatū, utriusq; nationis principibus aut per modestiā sua sorte contentis, aut aliarū nationū armis implicatis. Frotto rex iusticia & fortitudine insignis, tenebat iam regnū, sub cuius imperio, quod illi longeuū erat, Christus mūdi salus illuxit, ueritasq; de terra orta est, & iusticia de cœlo ꝓspexit. Erat tum inter proceres regni uir primarius, uiribus & sapientia multos exuperās, Ericus: origine quidem Norwagius, sed qui se Danorū regi Frottoni ita meritis insinuasset, ut alter esset sub rege regni moderator: interea Wandalorū nūciatur irruptio, Ericus aūt ut erat inter aulicos primus, operā sibi desumpsit hostibus occurrendi, octonis nauibus bene instructis mare ingredit: ubi uero hostes habere cœpit in prospectu, una naui parat insidias, nam septē alias uirenti fronde circumponit, ut ne carbasa quidē conspiciant: iubetq; in sinu maris secretius delitescere, ipse sua naui hostibus occurrens, eludit conatus eorū quoties uoluit ante frementiū ora uersatili rate elapsus, donec pertraheret, quod conabat, ad insidias. ubi suis signū dedit, micuere: & adhuc hostibus allabi nemus, non armatę naues uidebant, donec circūseptis hostibus, Dani ad eos insilirent: usq; ad quadraginta uiros Wādali omnes cęsi ferunt, Ericus ad regem uictor regredit: hanc uero Wādalorum irruptionē rex ulturus, exercitū cōtrahit, naues perarmat, traijcitq; in Wandaliā, frena subiectionis genti iniecturus: equestrē aūt militiā itinere terrestri mittit per Iutiam atq; Holsatiā Iutię continentē. Strumico tum rerum Wādalię tenebat principatū, siue regē illū appellemus, hoc enim uocabulū a Latinis mutuauere exterę nationes, ut quē imperiū tenere sinerent regē appellarēt: nam coronationis adhibita solēnitas, ex Hebręis prodijt in Christianos, & inde processit in Gētes. Is tum rex Wādalię missis ad Danię regem oratoribus, inducias postulat, facturū pollicitus quod ex

Frotto rex tēpore Christi.

Ericus.

Ratis uersatilis.

Wādali cęsi.

Iutia.

ęquo bonoqꝫ fit. Froto autẽ rex, iam procinctũ habens q̃maximũ, legatis respõdit: Non oportere hostẽ inducijs armare: hęc sua in exteros esse primordia belli, quę nullo pacto tardari patiat. regi suo renunciẽt, imperata faciat: alioqui, si quid illi uirium sit, aut animi, occurrat in armis: semel esse decernendũ de rerũ summa: diu se satis sine armis uictitasse: tranquillitate sua hostes factos insolẽtiores: leonem semel experrectum, non esse facile nisi uictorẽ redigere ad quietẽ. Hęc renunciata Wãdalorũ regi, ad arma quoqꝫ illum exciuere. Regi. Frotonis responsio.

CA. X.

Nterea Danorũ naues in portus adnauigãt Wandalici littoris: i Equites destinatũ iter tenẽtes, ipsi quoqꝫ parati in finib⁹ cõstitere per cõtinentẽ Holsatię: Cõcurrit̃ quãtis maxime uiribus potuit: Acre diu pręliũ stetit: Volitabat diu incerta uictoria, quib⁹ signis inclinaret: demũ Danis cessit, oppresso in acie rege Wãdalorũ Strumicone. Concidẽte enim rege, sors quoqꝫ regni cõcidisse uidebatur: Venit iterũ in ditionẽ Danię Wãdalia: unde uideri potest, permãsisse in hodiernũ, eũ Danorꝫ regibus titulũ: ut se Gothorum & Wandalorꝫ reges inscribãt: q̃uis nihil in Wãdalia a multis diu sęculis tenuerint: Sed est posteriorib⁹ sęculis renouata ei⁹ tituli causa: q̃d suis locis non silebim⁹. Tum rex Froto, annisus, ꝓuinciã suã Wãdaliã purgare malis hominib⁹, edixit: ut qui in aliq̃ scelerũ genere prẽmineret, aut latrocinio, aut pyratica, aut furto, ꝓdiret, magnis a rege prẽmijs afficiendus, ꝙ in hostes tali genere militũ indigeret: latrociniũ ultur⁹ in hostes latrocinio. Credidere multi, seqꝫ ꝓdiderũt: uerũ arbitrati, q̃d edicto proponebat: nõ solũ impunitatẽ, sed etiã pręmia improbitatis accecpturi. At ubi pręmia demorant, cõfessos quęqꝫ de suis scelerib⁹ iussit affici meritis supplicijs: Sed tñ priusq̃ mẽtẽ illis suã adaperiret, quo plures ꝓdirẽt, iussit abcedere in unũ locũ, ꝓdeũtes. Vbi uero iam pro magna parte emicuere, cõuersus rex in ꝓceres, & reliquã multitudinẽ Hac, inquit, o Wãdali pessima hominũ colluuie, patriã uestrã uacuefacere cõuenit: Hi sunt qui inter nos pacẽ turbãt, qui utrisqꝫ creant infinitũ laborem: hos si pacẽ quęritis, de medio tollite: Illi uero a rege iussi, non segnes incubuere negocio, sceleratos homines in altissimas cruces ęgere: q̃n illorũ scelere patratũ est, ut patria seruitutis frena pateret. Ita stolidis hominibus, pro scelere pręmia poscẽtib⁹, digna persoluta sunt capitis supplicia: Stultissimos quis nõ dixerit, qui cum regẽ, ac cęteros latuisse poterant, se ipsos ad mortẽ ꝓdidere. In hoc rerꝫ statu transierũt anni aliq̃t, tantũqꝫ incessit in Danos Wandalorꝫ obsequiũ: ut illos deinde, non tributarios, sed fœderatos haberẽt, iũctisqꝫ armis, socia agmina ducerẽt in hostes: Quieuere pinde maria, & trãquilla nauigatione trãsibãt uniuersi. Fuisse tñ hoc bellũ, non ad omnẽ gẽtẽ late fusam cõiecto: quę neqꝫ uno principatu, q̃d sequẽtia docebũt, teneret: sed potissimũ in occidua Wãdalia ad urbẽ ueterẽ, olim magnã, nunc pastoralibus, rusticisqꝫ casellis satis humilẽ in Wagria, Oldẽborg, quã Dani Brãnesiã, Wãdali Stargard dixere.

Acre pręliũ inter Danos & Wãdalos.

Pulchra prouincię purgatio.

Tollitur pessima hominũ colluuies

Nauigatur trãquille.

XI.

Inus erat in Wãdalis uir primarius, qui magna ditione in gente w sua dñaretur, unde quędã gentis portio traduxisse nomẽ uideri

Winus, unde Winuli.

poterat,ut Winuli diceretur: q̄q̄ hoc ipsum nomē usurpatum uideatur a
quibusdam facilitate linguę,ut Winuli uocarentur,qui essent Wandali.
Cum autē rex Froto superioris ex Fridleuo filio nepos,in gēte Danorum
regnaret,illicq; militaret Starcaterus,uir mōstruosę fortitudinis, cuius lau
des in Dania,& Suecia attigimus. Hic ergo Starcaterus Danorum regis

Oriētales Danis tributarij

nomine iuncto sibi ex Wādalis memorato Wino, oriētales nationes iam
regi Danorum sub tributo seruientes, nunc autē imperium detrectantes,
aut in fide contineret, aut ad iuga reuocaret, instructis agminibus petijt.
Pugnatū est in Curetes, quorum hodie quoq; natio extat in Liuonia: in
Sembos,qui hodie Prussorū,pręsertim ordinis Teutonicorū fratribus pa

Semigalli Italiā uastarunt.

rēt:& in Semigallos, quos Semigallos a Latinis arbitror appellari, q; ex
Gallorū gēte prouenerint, ac diffusi sint:qui magnis olim agminib⁹ Italiā
uastauerint,urbē Romā incēderint:in Thracias,ac multas gētes diffude-
rint: ut essent Gallogręci:Hodie tñ in oriētis regione,hoc nomē cum pri
scis multis interijt: sicut post paucos in Liuonia annos interibit memoria
Liuonū,& Curetū, linguis eorū intercidētib⁹, & in uicinas coalescētib⁹:

Puellæ militarunt.

quod in pręfatione hui⁹ operis dixim⁹. In Wādalis aūt ea tempestate tam
celebris militia habebatur: ut eā nō modo uiri, sed & puellę, & fœminę am
plecterentur: Inauditū nostra tempestate negotiū: Quo minus admiremur
apud uetustissimos Babylonios Semiramidē,& Troianis temporib⁹, Pā-
tasileā,ad pręlia furētē,medijs ardētē in millib⁹: ut de ea canit uates Mātu
anus:& Casmillā,subducta litera Camillā,in Italia bello detonantē:& in
Herculeis laborib⁹domitas pręlio uirgines:quas res in nostra Suecia atti
gim⁹: Agnoscamusq;,q̄d in hac Wādalorū natione,apud Bohœmos cōti

Libussa uirgo.

gisse narrat in eius gētis historia Aeneas:cum Libussa uirgo,diu paternū
administraret Imperiū:q̄d deinde sub marito,quē a,pceerib⁹ fœminei per-
tęsis Imperij,eligere cogebatur,paulatim defluxit: Intātū, ut cū mulier fato
functa esset,comites quōdā eius,uirgines recolētes, quātū illis sub regna
tenēte sceptra habitū esset honoris,quantumq; nunc uicissim sub rege con

Valisca uirgo.

tempt⁹ incederet, duce Valisca,primū paucę cōciliū inierūt repetēdę mili-
tię: inde multas asciscūt,ut mediocrē iam exercitū educerēt: q̄tidie milita
rib⁹exercitijs puellę terebantur. equestrib⁹pugnis sese assuefecere,equitare,
iaculare,arc⁹tēdere,ludus diu erat puellaris: & iam bonū in modū instru

Puellæ uictrices.

ctę,uiros,& iuuenes in pugnam euocauere: Iuuenes contemptu sexus in
pręliū uadūt segniores, sed cōgressi superantur. Alij item alijs subarmantur:
Omnes ad unū cęsi, qui puellis sunt ausi confligere: Arcē unam ac alterā
occupātes insident:illuc refugiūt,inde acies,pducunt: Septimū iam annū
inuicta agmina in omnē terrā educūt: q̄tquot fœmineā insolentiā pertęsi

Rex non audet occurrere puellis

occurrūt in pręliū, opprimuntur. Viuebat adhuc rex uiduus cui nomē Pri
bislao: cui nulla occurrendi puellis fiducia: nulla ui superari poterāt: Insi
dijs demū circumuētę,pars una primū, inde altera paulatim exterminatę
perierunt. Hęc ut dixi in Bohœmis,testātibus eorum annalibus gesta fe
runtur: quę hoc loco commemoranda putaui: ut ex eadem gente prodita
exempla fidem faciant narrationi sequuturę.

CA. XII.

W Isna puella ex Wandalia cum militari puellarũ agmine aderat magnę illi expeditioni, cum Haraldus Danię rex, uirib⁹ undiquaq; collectis, duceret in Ringonẽ Suecię regem: magnis illis apparatibus per septenniũ plenum ante factis. Nõ degenerabat Wisna, consimili pene ętate a uirtute Bohœmicarũ suę nationis ac linguę puellarũ, militaribus rebus exercita, cũ ualida suarũ manu Danici regis agmina exornauit: nec sola sui sexus in latissimis agminib⁹ dux preerat. nam erant & e Dania & Norwagia similis animi & uirtutis puellę suarũ agminũ duces. In acierum autẽ ordine tantũ fœmineo robori rex dederat: ut aquiliferã faceret Wisnam, ꝙ pręcipuã in eius uirtute fiduciã ponere uideretur. Cũq; ad pugnam uentũ esset, fortissima fœmina semp illęsa signa seruauit, donec Starcaterus, uir mirificę inter suos uirtutis, tum Suecis militans, Danię signa cõuellere annisus, aquiliferã aggreditur, manũq; pręscidit signa tenentem: ut iam alia uis succedere cogeret̃ signis sustinendis. Hęc eo consilio libens retuli: ut nemo miretur eodẽ pene sęculo, aut non multũ distante, Christianã puellã diuam Vrsulã, uirgineũ agmẽ Christo sponso militaturæ cõtrahere, cũq; eo mare transire fit ausa, ex Britãnia per Renũ ascendere, & ex Basilea pedestri itinere Romã petere, Cũq; inde remearet, per Renũ in patriam reditura, in ipso descensu ad mœnia Agrippinę Colonię obsidentes Hunos reperit, a quib⁹ tantũ agmen Christianarũ uirginũ in Christi contumeliã est trucidatũ: prouidẽte castitatis amatore uirginũ sponso Christo dño: ut mallet impius hostis mactare ꝙ̃ contaminare tantũ agmen sacratarũ uirginum: quanq; uirorũ agmen, quod illi nõ est defuisse putandũ uim illã prohibuisset. Sed decretũ erat omnib⁹, idq; a Christo approbatũ: ut in gloriã eius sanguinẽ profundentes, stolas suas primũ rubrificarent in suo, deinde albarent in agni cruore.

Wisna uirago.

Wisna aquilifera.

Sancta Vrsula.

Christus seruator castitatis.

CA. XIII.

W Andali interea solitę artis obliuisci nõ poterant. Ad predã potius ꝙ̃ ad iustam pugnã exibant, cum per agmina sua terrestri itinere ducerent in Iutiam prędabundi, sine ordine, sine duce, incedentes. Regnabat tum in Danis Siwardus, multũ a paterna probitate degenerãs: cuius contemptu Wandali id ausi, Iutiam tantã prouinciã uastare sunt aggressi. Adiuuabat illos tempus, ꝙ regẽ iam Norwagico bello sciebãt implicari. Illud quoq; fortunę illorũ accesserat, ꝙ cum illi grassarent̃ in Iutia, rex laceris agminib⁹ uictus magno prœlio redibat. Magnis tñ itineribus cum eo quod reliquũ erat agmine cõtendit in Iutiam: ut obuius fieret Wãdalis grassatoribus. Illi uero ubi audierãt properare regẽ, periculo suo prospicientes, cautiores in reliquũ incedere curabãt. nam creato ex se duce bellum redintegrabant, ferro flãmisq; undiq; sęuiunt. Occurrentẽ Danię regem aggressi, apud Fioniã prelio excipiũt & superãt: eundẽq; uires reparãtem in Iutia offendunt, prœliũ instaurãt, fugãt, superãtq;: prouinciã sui iuris faciunt: ex hoc die latius imperantes, Filiũ regis Iamericũ prelio captũ, cum gemina sorore in partẽ prędę abducunt. Sed qm̃ apud ueteres uenalia fuere cõiugia, magno precio alterã ex captiuis Danię regis filiab⁹ Norwagiensiũ Duci uiro primario uendũt: alterã in Germania simili sorte dis

Wandali solito prędari.

Iutia uastat.

Wãdali uincunt regem Danorum.

Duę filię regis uẽdunt.

trahunt. Quod ne cui mirũ uideatur, ualet hodie ea (ut ferunt) cõsuetudo in Thietmarsis, gente palustri, ad exitũ Albis fluminis: ut nuptui tradãt filias indotatas, sponso quantũ inter eos cõuenit annumerante, aut pendẽte his qui puellã in potestate habuerunt. Iarmericus aũt regis fili⁹ in carcere Wandalorꝫ diu fuit: Inde exemptus operi rustico deputat̃. Sed nõ defuit adolescenti industria se in libertatẽ uendicãdi, egregieq; in Gentẽ ulciscendi acceptã iniuriam: quod in Dania diximus.

Filię traduntur nuptui sine dote.

CA. XIIII.

Smarus in gẽte Wandalorꝫ tum regnabat, qui Iarmericũ Danorum regis filiũ captum asseruabat. Cũq; carceri iamdiu assuctus humilitatẽ priuatam induisset, regiumq; animũ cum fortuna posuisset, exempt⁹ uinculis operi rustico sub custodia deputat̃. Quid faceret nobilis adolescẽs? Cessit fortunę, quod necesse fuit, dominis paruit, donec accepta occasione non solũ elaberetur magno suo periculo: sed etiã abiẽs se uindicaret, igne supposito ędibus, in quibus regem, nihil tale pręuidentem, incendio cõsumpsit. Reuersus aũt in regnũ, se de hostib⁹ pręclare uindicauit. nã iugũ seruitutis, quod sibi imposuissent, cum excussisset, magno prœlio superatos, ad tributa pendenda coegit. Captos ex his uiros. XL. totidem lupis adiunctis, uno suspendio cõsumpsit: ut regij sanguinis carcerẽ & seruilem in agris operã cõpensaret. Sed hęc nunc breuiter attigisse contenti, in Dania plenius sumus exequuti.

Filius regis ad opus rusticum.

Perit rex incendio.

XL. uiri cũ toridẽ lupis suspẽdũtur.

CA. XV.

Ex hoc uero tẽpore in cõmemorandis Wandalorꝫ rebus Romanarum rerũ scriptores, habebim⁹ & testes & adiutores. Quod ad bellum Marcomãnicũ attinet, paucis attingam⁹: prę mittẽtes quę gens fuerit Marcomãnorꝫ: quod apud multos usq; in hodiernũ mãsit incompertũ: & nos in nostra Saxonia docuim⁹: istoq; loco iure repetimus; quod propria gentis cõmemoratio hic deposuit in congentiliũ descriptione. Marcomãni igitur probatissimo teste Cornelio Tacito docente, Wandali fuere: qui pulsis de montib⁹ quos insederãt, Bois, gẽte Gallica, ipsa inhabitarũt loca, quę ante Taciti tempora iamdudũ tenuerũt: nomẽ tñ seruantes priscę gentis, ut ex Marcomãnis, antiqua appellatione Boiœmi dicerentur. Nam & magna Bœmorꝫ gens apud Ptolomęũ: inde dicta creditur tota natio Wandalorꝫ, quaq; uersum habitãs iam inde a Russis per Polonos, Morauos, Bohœmos, Slesios, usq; ad ripam Danubij: alioqui si unius prouincię mortales diceret, non magnã gẽtem appellaret: nunc uero optimo iure magnã gẽtẽ appellauit, quę tot prouincias occupabat: necdũ Dalmatiã attingo, in quam longe post hęc tempora cõmigrarũt. Huic ergo tam magnę genti Marcomãnorꝫ quam eandem docente Tacito, accipimus, quę montibus Boios expulit, & intra & extra montes diffusę, ingens bellum inferebat Marcus Antonius, optimus Romanę reipublicę Imperator: cui utinã pietate & uirtute pares multos uidisset Christianism⁹. bellũ inquam terrificũ & memorabile, quod totis Romani imperij uiribus, non per duces, sed ab ipso Imperatore administrabat̃: tanta mole, ut punicis bellis ęquiparet̃. quę res argumẽto est, non cum unius prouincię mortalibus rem Imperatori fuisse, sed cum magna natione & amplissima gente: quę

Marcomãni sunt Wãdali

Ingẽs bellũ.

tam magnificũ ab ipso Imperatore deposceret apparatũ. Pugnasse tum in ea conflictatione, si non Russos, q̃ lõginqui uideant, nulli dubiũ sit, omnẽ Poloniã, omnẽ Slesiam atq; Morauiã, Bohœmiã, & omnẽ regionem usq; ad Danubiũ. Memorabile hoc ex omnibus rebus tum fortissime gestis, retulerunt: q̃ exercitũ Imperatoris siti laborantẽ, pauci qui inerant exercitui Christiani milites, pluuiã precibus de cœlo impetrantes referunt: testatur q; Imperator literis, diuinitus tum cœlo datũ imbrẽ, fuisse exercitui salutarem. O si & cognouisse potuisset, cuius munere, qua potentia, hoc illi tum beneficiũ esset collatum. Diuturnum & periculosum bellum, in quo & singulorũ preclara facinora non sint cõmemorata: inter omnia tamen in Germania gesta bella, quę non pauca fuere, durissimũ & laboriosissimũ confitentur Romani scriptores. Id erat gentis robur, ea magnitudo, ut in oppugnandã toti⁹ Romani imperij tunc florẽtis, uiribus opus uideretur. Sed eum, quem solent, exitũ faciunt Italicorũ annalium scriptores: ad iuga coactam gentẽ, Imperatori cessisse. Marcomãnus, si rem in literas misisset, aliud nobis fortasse testimoniũ reliquisset.

Pluuia ad p̃ces Christianorũ militũ.

Robur magnũ Wãdal.

CA. XVI.

Ic locus deposcit ut in Bohœmiã Aencę respiciamus. Faciunt sine prefinitione & designatione temporũ Zethum quendã Croacia emigrantẽ, q̃ ibi homicidiũ cõmiserit, in Bohœmiam uenisse: ibiq; gentis fundasse primordia. Id supputatione temporũ ad hanc ętatem potuit peruenire ex ordine ducum, quos prefuisse cõmemorãt, ex Zetho ad tempora Henrici. I. & Ottonũ Imperatorũ: quorũ tertius tetigit annũ Christi. M. At testimonio colligitur omnium Italorum, Wandalos, quos illi Sclauos appellant, primũ sub Mauricio transisse in Croaciam Dalmatiamq;: Q̃uo ergo inde nũc ante Magnũ Constantinũ potuit Zethus emigrare Croacia? E diuerso monstrat Tacitus ante sua tẽpora Marcomãnos eiectis Bois de nemorosis locis, occupasse Bohœmiam, quę a Bois nomen retinuit. Ergo Zethus aduenies ante se reperit Bohœmos Marcomãnos, hoc est Wandalos ex priscis habitatoribus Bois nomẽ mutuatos. Multis igitur modis cõuincit uana de Zetho emigrationis, & fundatę gentis fabula. Illud facile assentiar, uirum prudentẽ, qui exteras regiones lustrauerit, ciuilitatẽ plurimã didicerit; patrios mores, cum authoritatem in gente sumpsisset, composuisse: & regno permissum fuisse: ut ex illo primum recognito, cœteri deinde duces numerent. Hic ergo Zethus ordinato regno, prim⁹ in gente dominatus est libera potestate, cum alij, uel annui, uel menstrui, uel ad bella essent duces: quomodo in Ro. repub. diu legim⁹ obseruatum. Sed huic fratrẽ faciunt Lechem, qui ubi cerneret germanũ ditatũ, in ulteriora cõcessisse, Poloniãq; regno tenuisse: inde nomen mutuatũ: q̃ plana, sine montibus terra sit: nam Pole, lingua gentis uernacula, planum dicunt. Illũcq; adeo in gẽte multiplicata profœcisse, ut impleret Poloniam, Russiam, Pomeraniã, Cassubiã, Morauiam. Accipio testimoniũ, q̃ ex eadem gente sint Poloni, Russi, Pomerani, Cassubi: hoc enim multis modis astruendũ nobis est: arbitrãtibus nõnullis, non tam latã esse gentẽ, q̃ nos initio fœcimus. Nunc qui dubitauere, discant ex ipsorũ testimonio Bohœ

Otto. III. anno Christi .M.

Marcomãni eiecerũt Boios.

Zethus pri mus rex Bohœmiæ.

Qui ex eadem gente Wãdalorũ.

morum, qui cõ gentiles suos non ignorãt. Sed hoc plane friuolũ, quod aiunt ex Polonis reliquos esse deriuatos. Nam ostendimus ex Strabone & Plinio, Roxios, nũc Russos, dudũ ante Augustum Cęsarem, sub quo scripsit Strabo, regionem suam tenuisse: & Pomerani suum littus tenuerunt, cum Cassubis, priusquam Christus nasceretur in terris: quod nostri Saxonis crebris testimonijs & docuim⁹, & ubi opus euenerit, ostẽdemus.

Pomerani.

XVII.

Crocus in Bohoemis successit Zetho: cui⁹ hoc solũ fertur insigne, quod de nomine suo fundatã reliquit Cracouiã: tum Bohoemis, nũc Polonis parẽt. Sic enim in ea regione, quomõ & in alijs, sępe mutati sunt termini, & limites ditionum. Nam & Morauię reges, quod infra docebim⁹, aliqñ tenuerũt imperiũ in omnẽ eam gentẽ. Hui⁹ erat Libussa, unica filia, quę moriente patre, uirgo cœpit administrare paternã ditionẽ tam prudẽter, ut rex diu nullus desyderaretur in gẽte: ita circũspexit omnia, adeo iusticia insignis erat, ut nemo sub illa quęreretur se suo destitutũ: adeo scelerũ ultrix, ut impune nemo peccaret. Mansissent proceres sub fœmina lõgi⁹: sed mortalẽ prospiciẽtes, semẽ regiũ affectare ex illa uidebãtur. Diu tñ nemo interpellare audet grauẽ, super ea re, fœminã. Sumpsere audaciã nõnulli ex maioribus, ut uoluntatẽ procerũ, & toti⁹ populi cõsensum atque desyderiũ explicarent: Illa toruo primũ uultu intuita referentes: Quid est inquit, quod uobis desit in hoc rerum statu, ut regem desyderetis? Nihil inquiunt illi, si te immortalẽ haberemus: nunc, qm̃ cõmuni omnes sorte sumus defecturi: cum te carere iam debemus, semẽ ex te regium expleret pro te populi desyderiũ: aut si minus, expleret uel mitigaret ingentẽ tui nominis affectũ. dissimulabat aliquandiu casta mulier, populi de se desyderiũ: tam illã delectabat thorus sine socio, tam cęlibat⁹ illi inherebat. Sed cum illi finem non facerent: Illa siue oraculo cõmonita, siue suis deseruiẽs nutibus, si forte in rustica plębe uirũ iam delegisset, cui illa imperaret: Iussit ornari candidũ, cui insidere proficiscens solebat, gradariũ: illum sequi precuntem proceres iubet: apud quem ille cõsisteret quiescens, si ferrea de mensa refici illum cõspicerent, regem mox suũ cõsalutarent: nam illum dignari ẽ thoro maritũ, quem fata iumẽto imperantia, monstrarẽt. Sedulo implent, quod iusserat regina: sternunt iumentũ, & permisso illi freno, liberũ sinũt preire: illi pone sequũtur, obseruantes quo uadat. Abibat in agros, uiam non paruã, nec per solita gradiebatur itinera, sed cõpendia quęrere uisus, ibat in directũ per nemora, per dumeta, per agros, donec ipsa iam meridie depręhenderet hominẽ ex labore fessum, se ad refectionẽ in agro, quẽ ararat, reponentẽ, uerterat aratrũ, & ferrum ex sulco splendescẽs attrito, in planiciem positũ, pro mensa habebat. Cum cerneret hominẽ iumentũ, stetit immobile: nusquam diuertẽs aut circumspiciẽs. Aderant qui obseruabãt: ubi uident hominẽ aratri ferro uti pro disco, recolũt quid de ferrea mensa illis regina denunciasset, obseruandũ: uoto se potitos interpretãtur, & gaudẽt. mox sciscitantur de nomine: Prisslao inquit interrogatus, mihi nomen est. Illi uero, surge inquiũt, protin⁹, & stratum tibi cõscende iumentũ: regina te demoratur futurũ regem, futurũ sibi maritum. Ille, ut erat rustica simpli

Cracouia fũdata p̃ Crocum regẽ.

Libussa regina Bohoemiæ.

Semen regium quęritur ex regina.

In ferrea mẽsa rex comedit.

Aratrũ pro mensa.

Prisslaus ex rustico fit rex.

citate illusum sibi arbitrač iri, rogatq; ne de se rideăt ignominiose, contentum se sua sorte. Illi urgent recusante, & in eo quem tenuit habitu, inuitum rapiunt in iumentū: pertrahūtq; ad reginam: insinuantes, quid repererint. Illa fato monstratū uirum, cōplectitur: & pro regia dignitate suis nudatū uestibus, ornat atq; thoro dignatur. — Ignobilis urgetur ad regnum.

CA. XVIII.

Iam regem habuere Bohoemi, iam legitimo illis iure imperabat uir non postremi ingenij. Sensit Libussa iam se agere sub marito: nec enim liberū illi remāsit imperiū ut prius: quod & si iustū non improbaret, non potuit tñ non mouere regiam puellā limitatū iam arbitrium: recolentem humilitatē originis in homine, quem sibi, ac regno prepo ni permisisset. Ferunt prole ex illo mascula suscepta, merore tabescentē, non diu rebus humanis interfuisse. Prislaus iam solus regni gubernacula tenebat: nec festinauit ad secunda uincula: nec erat qui perurgeret, cum cernerent legitimā ex regina sobolem regno natā, facile proceres quieuere. Sed puellę innutritę aulę, reminiscētes quanto sub honore habitę essent, dominante regina: nunc uero rege imperāte, simul ad uiros omnē administratio nem esse deriuatam: duce Valisca uiragine, quod ante diximus, ad militiā exercebantur: & aucto numero in bonū modum, cœperūt in uiros regionum prefectos seuire: nec erat moderatū imperiū usq; in contemptum regis, & omnium regionū, armis utentes, armis erant cōprimendę. Mittitur agmen uirorū, quod satis putaretur edomandis: Superatur: plures subornantur, uincuntur a puellis. Quid multa? arcē unam atq; alterā occupant, eas cōmuniunt, illo refugiūt, ibi se tutantur: cingūtur obsidione, nihil agitur: euocanč ad pręliū, occurrunt: nec erat constantia uirilis in eas. Septem plenis annis inuito rege, proceribus etiā fremētibus, exercent in omnes uiolentum imperiū. Ad extremū, locatis insidijs, fraude, non ui superanč. paulatim oppressę armis, donec extenuato numero, nec supplemēto ueniente, manus uictę darent regi proceribusq;. Hanc pro sui nouitate rem, non piguit semel attactam, replicare. Prinslaus aūt rex iam senescens, tranquillitati studuit, donec in fata cōcedēs, filio uacuaret imperium. — Ex merore regina obit. — Valisca uirago, sub q̃ puellę militarunt. — Imperiū puellarū. vij annis durauit.

XVIIII.

Nislaus filius, ex Libussa regium trahēs sanguinē, patri succedit. gentile nomē quod sua terminatione testatur esse Wandalicum: his enim in omni gēte utūtur Dalmatę, Bohoemi, Poloni, Pomerani: nam Hermolaus, Stanislaus, Boleslaus, Ladislaus, Buggeslaus, Pribislaus: nomina sunt cōformia Wandalorū, quib⁹ in hodiernū omnes utūtur: ut unam esse gentē, etiā hoc argumento accedente, sermone eodē certus perdiscas. Huius aūt regis, nulla in fastos sunt relata prędara facinora: nam quod cęterę sunt passę nationes, in Bohoemis quoq; deprehēdimus, raros admodū initio fuisse scriptores, qui res prędaras perennarent. Filius huic successit Mnata: cuius omnino nulla reliqua est in fastis memoria: adeo claris uiris obsistit obliuio, & intermissum scribendi officium: quod ne soli querant Bohoemi, facit in omni pene gēte, similis defectus: satis habent omniū iactatorū primi, a memoria, pximorū repetere seculorū. Hi sunt Gręci & Latini, qui nō multis seculis res prędaras ante se repetebāt. unus — Nislaus rex. — Noīa Wandalica in slaus. — Mnata rex.

Liuius laudatus. est inuentus Liuius, alias historicus clarissim⁹, qui inuidisse fertur antiquitatibus Aethruscorū: quorū res preclaras, cū Italię & urbis Romę illustria facta celebraret, fertur uolens pretерisse: ob quod a nōnullis Imperatorib⁹ doctissimis, bibliothecis exturbādus putaret, exturbassentq́, nisi doctissimorū hominū authoritati cederet. Nero nequissimus. Nero ex his erat, homo ut erat nequissimus, ita fert litteratissim⁹. Sed si extabant antiquitates Aethruscorū, quas ille stilo poliret: cur nō alij post eum nihilo minores, operā sibi illustrādis Aethruscis desumpserunt? nihil enim legimus, preter id quod ętate nostra Viterbiēsis quidā, ex ruderibus collapsorū operū nuper admonit⁹, scrutat⁹ est fragmina uetustorum operū, ex originibus Catonis, ex Itinerario Antonini, ex Myrsilo, ex Sempronio ac alijs Romanis, & plerisq́ Grecis scriptoribus. Sed hęc interim.

CA. XX.

Nata rex Bohoemię duos reliquit filios, Vrislaū & Vratislaum. m Vrislaus maior natu successit in regnū. Frater cōtentus portione ditionis in ea quę nūc est Slesia, preclarā urbē fundauit, de suo nomine Vratislauiā (Bresslow uulgo appellāt) Vratislauia fundatur. Quę res indicat omnē tūc Slesiam paruisse Bohoemię: quod & diu post fœcit, donec Vngarię reges eā ad sua iuga cogerent: quod & nouissimus fœcisse Matthias agnoscit, Sed illo sine prole moriente, cum Wladislaus Bohoemię rex etiā Vngarie imperasset: redditę sunt regnorū limites in antiquā possessionem: ut & Slesia, sicut ante, pareret Bohoemię. De Vrislao autē Bohoemię rege, nihil nobis reliquū est, nisi quia filiū reliquit regni successorem, Grezomislaū, qui alio nomine dictus est Neclam: Neclam rex cuius sub imperio fundata est (quod diximus) Vratislauia. Vratislauus patruus regis, ubi cōperit ignauiā ex fratre nepotis, indignū regno iudicans, deturbare illū conat, bello illato. Sed nō sunt passi proceres iustum sanguinē regno priuari: Bellū pro rege suscipiunt. Proceres pro rege pugnāt Et ut regis speciē bello preferrent, hominē habitu corporis regi non dissimilē bello preficiunt. Is regijs usus ornamentis, ubiq́ rebus gerendis strenuus aderat: aciem ausus opponere hosti Vratislao: ibi cum pertinaciter uiri fortes rem gererēt, cessit fortuna cum uictoria partibus regijs. Vratisla⁹ cadit prelio. Vratislaus in prelio cadens, luit perfidię suę meritas pœnas. Reliquit aūt moriens Vratislaus, inpuberē filiū: cui tutorem fieri curauit rex, uirū quem rebat paruulo fidum, natu Turingū. Turingi perfidia. Is regnandi cupidine correpț⁹, paruulū de medio facit, simulato morbo, aut improuiso casu, qui illū absumpsisset. Non potuit scelus occultū remanere, prodijt ad Bohoemię regem Neclam, qui hominem parricidij reum, persequitur corripitq́. Cogit deligere genus mortis. Cōprehensum iam morti destinatū, donat arbitrio, ut gen⁹ sibi mortis deligat. Ille faciliorē lethi uiam amplexus, suspēdio uitam finiuit. Arbitrantur enim, intercœpto spiritu: omniū esse promptissimā moriendi uiam. Sed informe hoc gen⁹ moriendi, uates dixere.

CA. XXI.

Eclam ubi uiuendi finem fœcit, Nostericū filiū regni reliquit suc n cessorē: nec est aliud quod super huius regis nomine preferāt annales, nisi quia patri successit in regnū, neq́ nobis diuinādi ars est Borsinoius. neq́ fingendi animus; ut, quę tradita non sunt, efferam⁹. Borsinoius illi fi

lius erat, patri suffect⁹ in regnũ. Peruenit aũt ad tẽpora Arnulphi Imperatoris: hoc est, ad annũ a Christo nongẽtesimũ: unde facilis cõiectura est, abauũ eius, uel tritauũ non emigrasse Croacia, in quã ętate Zethi, necdũ Wandali se contulerũt. Primus hic memorat, qui Christi sacra inter Bohoemos subierit: matre enim pręuia, fidelis hic factus Christianus deo fidelis inseruiuit: parẽs imperio Zwãtocoprj, regis Morauorũ: qui tum Bohoemis, Polonis, Slesitis, unus imminebat. Sed hic interim stilum figemus, ne nimiũ longe relinquamus tempora, quę in rebus Wandalicis, quãto fieri potest diligentius, cõsectabimur: aliorũ principũ rebus atq; tẽporibus, ad ostensionẽ ueritatis coaptãtes: redituri deniq; ad eas Bohoemorũ res prosequendas cum Polonis, ubi tempora Imperatoris Arnulphi cõtigerim⁹: a quibus longe nunc agimus.

Rex Bohoemiæ Christianus.

CA. XXII.

CONSTANTINUS Magnus erat in imperio, qñ magnos in oriente motus exciuerũt Wandali: Nam bello magno uicti a Giberico Gothorũ rege, in Romanis prouincijs, ab Constãtino Magno sedes petiere: impetratũq; illo concedẽte, in Pannonijs. Tanta erat gentis multitudo: ut illis Russia, Polonia, Bohoemia, Morauia, Slesia, angustę uiderentur. Ergo in Pannonijs ab Imperatore concessis, annis sexaginta consederunt, intantũ Romanorũ principibus se fide & constãtia insinuarũt: ut eorum proceres in aulam traherentur imperialẽ: facti inter proximos primi: quod in Stilicone claruit: duorũ sine medio Imperatorũ, alterius gener, socer alterius: quod suo loco dicemus. Refert Sigibertus Gemblacẽsis monachus, Gallorũ scriptor memorabilis, Wãdalos sedibus suis pulsos a Gothis, in Romanas prouincias trãsisse, & usq; ad annum. XIII. Archadij & Honorij Imperatorũ, sedes tenuisse. Igitur Wãdali, qui dudũ Sarmaticos impleuere campos, quorũ magnã partem hodie tenent Russi, congentiles, maiorẽ Tartari, primũ ab Hunis, in eisdẽ locis & regionibus tum dominãtibus, partim ad occiduũ & aquilonẽ pulsi, partim ad Danubiũ acti: unde a Gothis propulsi, ad interiora Pãnoniarũ coaluerũt: sequuti exemplũ gentium cęterarũ, largioribus sedibus quęrẽdis, operam impenderũt. Audierunt ante se Gothos Thracias & Gręciã occupasse, & iam in Italiam motus meditari: non ignorantes, q dudũ Galli prouincijs penetratis, in Asia sedes accęperint opulẽtas. Statuerũt & ipsi fortunã pertentare: assumptis secum Sueuis atq; Alanis, ad ripam fluminis Reni consederũt: ibiq; uelut in limite Romani Imperij, primas sedes firmauerũt: & crebros burgos erigentes, Burgundionũ nomen a uicinis accęperũt. quãq; hoc uocabulum uetustius sit, q̃ ut ibi, & illo tẽpore exortũ, credat. Nominat Plinius Burgundiones, quos partẽ esse testatur Wãdalorũ. Ille aũt longe ante hęc tempora scripsit, sub Traiano. Sed iam in Romano erat Imperio, Valentinian⁹. I. anno post natum Christum. CCCLXX. Hic cum esset princeps ad regendam rempublicã uigilãtissimus, & in hostes fortissim⁹: eius tum & metus, & reuerentia, detinuit Wandalos, ne ultra progrederẽtur. Extat testimonium Cornelij Taciti, apud Blondũ (nam integrã Cornelij historiã ho die non tenem⁹) Eam partem Wãdalorũ quibus postea Burgundionibus

Wandali uicti a Gothis

Wandali in Pãnonia annis LX.

Sigibertus.

Wãdali per Hunos pulsi

Wãdali Sueui Alani socij.

Plinius de Burgũdionibus.

Blondus allegat Tacitũ.

erat nomen, ad octuaginta armatorũ milia, ulteriores Reni ripas, hoc est nostri lateris a Germania, quas Itali uocãt Vlteriores, insedisse: quos Drusus & Tiberius Cęsares, post subactam interiorẽ Germaniã, in sedes proprias repulerũt. Ergo sedibus suis Wãdali longe ante hęc tempora egressi tentarũt fortunã apprehendendę nouę regionis. Patrię aũt Wandalorũ sedes fuere Sarmatię latissimi campi: quorũ latera etiã hodie tenẽt, Russiam, Poloniam, Bohœmiã. Sed mediterranea uastissimorũ hodie locorũ tenẽt Tartari. Sed cum adhuc in Pannonijs habitarent, tantũ eualuit gentis fortuna, ut principes gentis paulatim Romanis Imperatoribus fierẽt cõmendatissimi: e quibus Stilico dux acerrimus & fortissimus, apud Theodosiũ magnũ Imperatorẽ, in id excellentię excreuit, ut Imperatoris florentissimi filiam coniugẽ mereretur: & ipso uiuẽte Theodosio, maximas res gereret: in tantũ, ut Theodosius moriens, imperiũ occidentale, cum Honorio filio illius fidei & prouidentię permitteret: cui etiã tam charus diu mãsit: ut ambas eius filias, alteram post alterã, duceret Honori⁹ cõiuges: sed utraq; integritate uirginali decessit.

Sedes patrię Wãdalorũ.

Stilico charus Theodosio.

CA. XXIII.

Stilico Honorij tutor.

IDem Stilico comes, Honorij tutor, & regni administrator, cum apud orientẽ proteruire sentiret Ruffinũ, qui pro Archadio rem suscœpit: deturbato per arma Ruffino, seruauit Imperiũ Archadio legitimo heredi. Cuius uiri laudes qui nosse uolet, legat Claudianum insignẽ illorũ temporũ poetam, qui multis operibus eius uiri laudes attollit. Quę tempora uelut fastigiũ quoddam, & quoddã uelut culmen totius Romani imperij, Blondus declinãtis Imperij scriptor, optima ratione deputauit. Nec ab re Wãdali eam rem in suę gẽtis gloriã deriuãt: astruentes cum suo Stilicone florente, Imperiũ una floruisse: & cum eo cadente, pariter cecidisse. Nam illi sunt protin⁹ mortẽ Stiliconis casus cõsequuti, ut euidentissime apparet, fortissimi ducis & prudentissimi uiri cõsilio, stetisse imperij gloriam: qđ eo subtracto, mox omnia dilaberetur: Gothi uastarẽt Italiam, peruaderent urbẽ Romam, & eam maculã inurerent Imperio, quam nunq̃ potuerit abolere. Interea uero Stilico, cum maximas res in cõsularibus suis peregisset, Radagaisum Gothorũ regem cum ducentis milib⁹ suorum in montibus Fesulanis cõclusisset, & fame premeret obsessum, ut fugam relicto exercitu intentaret: ex qua captus ad Stiliconẽ pertract⁹, Romano in carcere maceratus, occiditur: infinita illa barbaries capta, ergastula omnia impleret, nec esset domus quę seruũ ex illa colluuie hominũ non haberet. Cum tãta ergo facinora ad reipublicę salutẽ & gloriã peregisset, non potuit gloria carere inuidia, & ab ipsis Gothis (si dijs placet) Imperatori defertur, qđ non recte administraret rempublicã: quasi ad pręscriptum barbarorũ, & hostium, qui suis armis Romano populo minitarentur occasum, res essent procurandę. Culpatur, qđ eius dolis, cum pararet filio imperium, Saulus Hebręus, copiarũ ductor sub illo Gothis sacro Pascę die armis incubuisset, cum illi sacris essent intẽti. quasi nõ hęc sine Stiliconis fraude & consilio geri possent. quod aũt talem pręfecerit exercitui, qui Hebręus Christianę genti infestus esset, quis culpandũ duxerit, qñ in deligendis

Cũ Stilicone floruit & cecidit Imperium.

Vicit Gothos.

Gloria nõ caret inuidia.

ducibus non religio, sed militaris rei peritia solet spectari. Euocasse cōtendunt Stiliconē, ut filio aditū strueret ad imperiū, Wandalos, Suęuos, Alanos: quasi non illi suo ingenio aliorꝝ exemplo, ad res nouas possent aspirare, ab illo non inuitati. In ducibus spectatur rei militaris peritia.

CA. XXIIII.

Num Orosij testimoniū omnes in Stiliconē efferunt: quod quale sit libet intueri: qñ Wandalorꝝ preclaras res scribentē, par esse cōfido, tueri quę possunt uideri non recte culpata. Interea, inquit Orosius, comes Stilico Wandalorꝝ imbellis, auarę, perfidę, ac dolosę gentis genere editus, paruipendens ꝙ sub Imperatore imperabat, Eucherium filium suū, sicut a plerisq; traditur, iam inde Christianorꝝ persequutionem a puero meditatū, imperio quoquo modo substituere nitebatur: quāobrē Alaricum, cunctāq; Gothorꝝ gentē, pro pace optima, & quibuscūq; sedibus, suppliciter & simpliciter orantē, occulto fœdere fouēs: publice aūt & belli & pacis copia negata, ad terendā terrendāq; rēpublicā seruauit. Preterea gentes alias copijs uiribusq; intolerabiles, quibus Galliarꝝ nunc, Hispaniarūq; prouincię, premūtur: hoc est, Alanorꝝ, Suęuorꝝ, Wandalorū: ipsosq; simul motu impulsorꝝ Burgundionū, ultro in arma sollicitās: deterso semel Romani nominis metu, suscitauit. Eas interim ripas Reni quatere & pulsare Gallias uoluit: sperās miser sub hac necessitatis circūstātia, quia & extorquere genero imperiū posset in filiū. Hęc sunt quę in caput Stiliconis accusans, congerit Orosius: cui si licuit uita functū dehonestare conuitijs, cur non licebit accusatū tueri? & ita ꝙ tutū est pugnare cum laruis, Imbellē ais gentē Wandalorꝝ, cui cessere Gallię, Hispanię, & tertia mundi pars Aphrica: nec ualuere ullę in eam Romanę legiones. Auarę. Credo quia aliena inuaserat. quia terras non suas occupabat. quia late quęrebat dominari. Si hoc est auaricię, auarissimi fuere Romani tui: qui cum toto pene terrarū orbe rem habebāt: quibꝰ neq; Europa, neq; Aphrica suffecere: sed in Asia quoq; magnā occupauere partē. Perfidę ac dolosę gētis. Si hoc improperas, ꝙ Arriani fuere? Doctorꝝ ea causa est, qui errorē dissemi nauere: nō indoctę multitudinis, cui facile persuaseris in religione quidlibet. Dolosę gentis: quia insidijs potius ꝙ̃ armis pugnarit. Quid si grāmatici opponant: dolus, an uirtus in hoste requiratur? & tñ crimine ab uno totā cōmaculari gentem: uide quale sit. Romani ergo perfidi, quia Catilinam protulerūt: & apostoli, quia Iudam? Videamꝰ quid obijciat criminoso? Eucheriū filium sicut a plerisq; traditur, iam a puero Christianorꝝ persequutionē meditatū. Ergo, quod incerto authore crimen attentatꝰ damnationem meretur? quasi non sint innocentissimi uiri, maximis aliqñ criminibus falso insimulati. Nam quid ęgit primū Scipionē in exiliū: quid postea Rutilium? Breuius omnia dico, ꝙ ad alia festinat oratio. Suspicionem criminis in crimen uocas? & quod fortasse emuli cōfinxere, tu pro ueritate enūcias. Si suspiciose dicis, non legitime accusas. Alaricū occulto fœdere fouit: cur igitur Alaricus apud Honoriū accusat Stiliconem? de quo testis est Blondus. Alias gētes excitat, ut Romano Imperio motꝰ cōcitet. quid si cōgentiles suos cōmouere uoluit, ut a gente Gothorꝝ sibi caueant: & ita

Authoritas pit Orosiū.

Turpe est de honestare mortuum.

Europa & Aphrica nō sufficiebant Romanis.

Boni uiri aliqñ criminibus insimulantur.

preripiāt precedētes in Gallias. his ergo criminibus uelut accusatore Orosio occisus est ab Imperatoris satellitio Stilico. Sed iusta illum mox consequuta sunt proemia: mouerūt in Italiā redeuntes, Gothi: peruaserūtq; nec erat qui obganniret. Quid? nisi mors Stiliconis inuitasset homines, itinere suo transissent in Gallias. Sed q̄m cęso Stilicone, non superesse sciētes quē formidarent, reuersi sunt: Italiam euastauere. Illa terrarū orbis dominatrix urbs Roma indefensa, nullo negocio capta est: nō erat qui gladiū pro illa distringeret. & illi subuersores Stiliconis, qui sub eo fortissimo suo duce, a ducentis Scytharū milibus securi fuere, iam sub medio uix hostiū numero ita compressi iacēt, ut se cōmouere uix ausint. Nos uero tanto post tempore omissa deploratione, cœpta prosequamur.

Stilico occisus.

Roma nullo negocio capta.

CA. XXV.

Roscus in Wandalis Burgundionibus rex erat, cum Gothi iam relicta Italia, Gallias uastarent: Franci uero Germani, qui postea nomen suū Gallijs inuexerant, iam transito Reno in Gallijs erāt: ea cum cōperta haberent Wandali, iam burgorū suorū, ad Renum mansionibus non contēti, & ipsi agmine facto, Renū transierūt: pugnatorū erant trecenta milia: nam & Sueui & Alani illis se agminibus iunxere: & ubi in Gallijs ante se Francos repererūt: instigātibus Sueuis, quorū erat ad Francos perpetuū dissidium, dictos Francos aggressi armis, in Germaniā redire cōpulerūt. Ibi tum Burgundiones, hoc est Wādali, qui tam diu in burgis ad Renum cōsederāt, certas sibi sedes in Gallijs delegerūt: apud Eduos, Lingonas, Vesuntios: nobileq; diu regnum Burgundię fundauerunt: quod post aliquot secula in ducalem redijt administrationē, in qua nunc per Karolum nouissimū ducē Burgūdię, deficiēte uirili stirpe, magnis interuenientibus bellis, ducatus coronę Francię adunatus est. comitatus aūt permāsit apud Philippū, sanguine materno ex Karolo natum. Hęc est igitē altera Wandalorū gloria. Nam primū in Stilicone ad gubernacula Romani imperij cōscenderūt: deinde q͂ in Gallijs locupletissimū diu regnū cuius hodie potēti ducatu ac comitatu magna extare uestigia in fœlici terra, genti suę ac posteris fundauerūt. Nam Burgundiones esse Wandalorum genus, si non aliunde constaret, locuples nobis testis Plinius in naturali historia satis astrueret. Wādali aūt cęteri, fratribus iam ad quietē redactis, qua in re quāta fuerit emigrantiū multitudo, facile perpēditur. Duce Crosco Gallias peruagati, multas urbes, plures ecclesias subuertunt: dū tn̄ incaute rex ipse excurrit apud Arelatū, a Martiano loci pro Romanis preside, captus: & per uictas spoliatasq; a se urbes, ignominiose tractus, ad mortem usq; excruciatur.

Croscus rex Burgundionum.

CCC. milia pugnatorū.

Wādali fundant regnū Burgundię.

Croscus captus necat.

CA. XXVI.

Gitur cum Burgundiones acceptis iam sedibus conquiescerēt: reliqui Wandali, Sueui & Alani ulterius progressi, Aquitaniā inuasere, populationibus intenti: transissentq; mox in Hispaniā, nisi Pireneorū montiū saltꝰ, partim Honoriacis militibꝰ, partim ab accolis defensi, transitū illis fecissent difficillimū. Itaq; ad mediterraneā Galliam reuersi, uastationi & predę insteterunt ad satietatē: non enim erat qui tueretur. Ergo progressi, cū regē Croscū ad Arelatū captū amisissent: non sunt

Populatur Gallia.

passi esse sine rege, quē ex corpore suo Wādali, non ex Alanis, non ex Sue
uis assumpsere: unde perspicuū est, Wādalos in illa gentiū colluuie fuisse
priores, & multitudine & authoritate cęteris pręstātes: ut in assumptione
regis nulla Sueuorꝝ, nulla Alanorum habita sit ratio: ꝙuis & illi nobili-
tatem plurimā & proceres haberēt: Assumpt⁹ est ergo ex Wandalis rex
Modigisilus, cum adhuc in Gallijs Wandali manerent. Iam uero Franci — Modogisil⁹ rex Wādal⁹.
pridem in Germaniā a Wādalis retroacti, resumptis animis, & roborati
uiribus, in Gallias redierunt: certi prouincię partē a Wandalis defendere
obijciūtꝗ se armati regi Modigisilo, non passi excludi regione fatali.
Igitur res ad pręliū peruenit, ausi Franci iterū tētare fortunā, prodierunt
in aciem: & tum illis adeo omnia fuere prospera, ut regē ipsum Wandalo — Franci superant Wādalos.
rum superatū, cum uiginti milib⁹ opprimerēt. magna proculdubio uicto
ria, magno pręlio uictores, & ut Sigibertus Gallorū historicus testatur,
Wādali ad internitionem tum cęsi fuissent, nisi Resplendial Alanorꝝ dux
tum superueniēs Wādalorꝝ uiribus accessisset. Ea tum clade accępta, de
transitu Pireneorꝝ montiū Wādali deliberauere: nam in Gallijs palestra
nationū, Franci, Gothi, & Romani, prœlio semper erant excipiendi. Ergo
obseruauere tempora, & ubi primū data est oportunitas, emigrarunt: ua-
cuefactis enim faucib⁹ montiū per mutuas cędes custodū, iam Hispanias — Mutuæ cædes custodū.
petunt: ibiꝗ per annos fere triginta cum cōmilitonibus Sueuis & Alanis
diu constiterunt, & postꝗ omnia in Palentinis (sub Pireneis ea prima est
Hispaniarꝝ regio) abraserut, ad Asturgā amnē peruenerūt: eiusꝗ fluenta — Asturga expugnata.
sequuti, eiusdē nominis urbē circūsederunt, oppugnarūt, cœperūt: ibi in-
genti pręda locupletati, ad ulteriora progredi cœperūt, Toletū peruenere — Toletum defendit se.
hanc exemplo Asturgę capere sperātes, magno conamine obsederūt: oppu
gnarunt quidem strenue, sed expugnare non poterāt: ꝙ ciues necessarios
defensioni apparatus habuere: fortiterꝗ suam sunt tutati ciuitatē. Agros
uicosꝗ in ea regione uastantes, secundū Tagi fluminis fluēta ad Vlisiponē — Vlisiponeꝗ paciscitur.
pręclarā urbem peruenerūt: iam edocti experimēto muratas urbes defensi
oni paratas posse uim eorꝝ eludere spemꝗ frustrari: obsidionē quidē mon
strabāt, sed pacta & accępta a ciuib⁹ ingēti pecunia, abierūt. XXVII.

Vndericus Modogisili fili⁹, iam rebus in Hispania pacatioribus, — Gūderic⁹ rex
g regnat post patrē: pręfuitꝗ annis totis sedecim. Per quę tempo-
ra satis quieta, cum iam Beticam prouinciā sortiti Wandali tenu-
issent: Gothi in Gallijs sibi fixere sedes: Capta tum a Wādalis Valentia ci — Gothi sedes in Gallijs.
uitas Galliarū Hispaniarūꝗ media, patientibus Romanis: ꝙ iam ex omni
terrarꝝ orbe imminerēt noui tyrāni, noui principat⁹. Sed Wādali locuple-
tati pręda, iam de sua quiete cogitarūt: quod & fratres suos in Burgundia
fœcisse, & iam Frācos Gothosꝗ in Gallijs, audiuerūt: cœperūt & ipsi am
bire, ut pacatis rebus, aliquando cum liberis & cōiugibus sedes haberent
quietas. Itaꝗ Hispanias iam pene Romano imperio liberas inter se sortiri — Wandali inter se sortiūtur Hispanias.
cœperūt: prouenitꝗ Wandalis, ut diximus, Betica uberrima ac ditissima
prouincia, nunc Granata dicta: quam paucos ante annos Fernādus Hispa
niatum rex clarissim⁹ octingentos pene per annos a Mauris possessam, re-

cuperauit, ac Christiano nomini reddidit, Alanis & Sueuis inter se Lusitaniam partientib⁹. Quorꝫ Alani paucos post ãnos, a Romanis, annitentib⁹ Wisigothis in eadẽ prouincia manentib⁹, sunt exterminati. Sequuti autẽ Wandali cum Sueuis exemplũ Wisigothorꝫ, pacẽ a Romano Imperatore Honorio postularũt, & facile impetrarũt: ꝙ dicerent se inter alterutrum digladiaturos, Romano tñ Imperio obsequuturos in quãcũq; regionẽ uocarentur. Ignau⁹ Imperator, & qui nulla, nisi per duces bella gesserit, facile poscentib⁹ pacẽ indulsit: ꝙ Constantius sorori⁹ eius, iam ab illo Cęsar declaratus, qui Alanos uicerat, reb⁹ in urbe Roma turbatis, in Italiã reuocaretur: cum Tertullius quidã ex patritijs, Augusti sibi nomen asciuisset. Ita factũ est: ut Wandali in Betica opulẽtissima regione diu quieti cõsisterẽt. Gunderici aũt regis hic exitus fuit: cum capta Hispali pręclara ciuitate Beticę regionis impie manus in ecclesiã mitteret, mox dei iudicio, a dęmone correptus interijt. Frater aũt Gensericus, exemplo illi⁹ territus, modestior imprimis apparuit: sed procursu temporꝫ, alius est inuentus. nam diutissime (quod dicemus) regnauit.

Alani exterminati. | Ignauus Imperator. | Rex a dęmone corripit.

CA. XXVIII.

Constãtius.

Constantio, qui germanã Honorij, pridẽ nuptã Gotho, teneret cõiugem, iam ad Augustalẽ dignitatẽ assumpto: cum Honori⁹, qui diutius ꝗ imperij sub eo ruentis calamitas pateret, Romano pręfuit Imperio: aliquãdiu res Romanę fulcitę sunt. Sed Cõstãtio primũ, deinde Honorio Augustis de medio factis: Iohãnes quidã Augusti nominẽ tyrannidẽ inuasit: cui Castinus magister esset militũ: uir barbarus, origine Scitha. Bonifacius aũt comes Thrax genere, uir Christiani nominis amantissimus, & maximi doctoris Augustini, tum in Aphrica florentis familiarissimus, pro Romanis Imperatorib⁹ tum Aphricã gubernabat. Operepręcium iudicaui, quia comitũ nomen illa tum primũ ętate inclaruit: ut Stilico Theodosij, Constanti⁹ comes Honorij, & Bonifaci⁹ Valentiniani diceretur, agnoscere, qui tum fuere comites: quid dignitatis, quid officij pretulerint. Equidẽ arbitror, qui cum Senat⁹ rempub. administraret, rexere prouincias, ꝓcõsules: & sub Augustis inde imperatorib⁹, ꝓuinciarꝫ pręsides dicerent, aut pręfecti pretorij: hi postea sub Imperatorib⁹ iam imperio declinante, comites dicerent. Erat inquit comitatus Imperatoris Mediolani: Quid uult insinuare aliud, nisi quia publicũ Imperatoris consiliũ ibi quieuerat. Comites ergo in ꝓuincijs habebant: qui in quaq; ꝓuincia publicũ fouebant consiliũ. Hoc ipsum & epistolę Augustini sonare uident. Aetate aũt nostra longe aliud prefert comitis nomen, inferiorẽ scilicet nobilitatis gradũ, sub duce, supra barones. A cõsuetudine uero Imperialis curię, a memoria diui Iustiniani legũ parentis, uarij erant comitũ ordines. Erant enim officia pallatij Imperialis: quod tituli librorꝫ Codicis nouissimorum satis ostendũt. A qua etiã cõsuetudine dictũ existimo, ꝙ in Italia & Francia comestabilis dicit, qui dignitatẽ primam tenet sub principe: ut administratio rerũ bellicarũ illi deferat. Sic dict⁹, quia dignitas illi permanẽs sit, cũ aliorꝫ administratio sit tẽporalis. Sunt tñ, qui comitẽ stabuli putẽt appellatũ, ꝙ equis & armis pręsit, & perinde ductor sit copiarꝫ equestriũ, qd

Bonifacius Comes. | Quod officii Comitis olim. | Qui nunc Comites. | Comestabilis.

olim erat magister equitũ. Germani illũ uocant marscallũ: quod unde du Marscallus.
ctum sit uocabulũ, adhuc requiro: nisi quis a Marte dictũ arbitret. Galli
quoq; uocãt senescallũ, in cõsilio prepotentẽ. Sed hęc hactenꝰ. XXIX. Senescallus.

CVm ergo post Honoriũ Iohãnes occidentale occupasset imperiũ
Castinus Senator & excõsul, & adhuc magister militũ, sub quo
cõsule Bonifaciꝰ comes sacramẽta militaria reipublicę prestitisset:
quia idẽ Bonifaciꝰ non annuiturꝰ uidebat imperio, q̃d Iohãnes apprehen-
disset, agente Castino, hostis reipublicę iudicatꝰ est. Id cum beatissimꝰ Au Bonifacius hostis declaratur.
gustinꝰ ex Italia cognouisset, Bonifacio in Aphrica manẽti, & hec ipsa tum
fortasse nõ ignoranti per literas intimauit. Interim Castinus parato cõme
atu, militibus, & armis in Aphricam traiecit: idq; diuꝰ Augustinus cõcito
nunciauit Bonifacio: nec ille dormitabat, quominꝰ exercitum & ille cõscri
beret: quem opponeret uenienti ab Italia Castino. Augustinꝰ uero sanctis- Augustinus intercepit bellum.
simus episcopꝰ, se pro authoritate quã apud omnes merebatur, & pro fami
liaritate quę illi cum Bonifacio magna fuit, intercipiendo bello operas im-
pendit, & curauit, ut inuicem duces ipsi uenirẽt in colloquiũ. Iurato etiam
fœdere q̃ cõmunibus consilijs rempublicã administrarent. Fidem facie-
bat Augustinꝰ Bonifacio: cui ille credidit, quia suspexit animũ perfidi Scy
thę qui Christo nõ crederet. Insidias tñ iuratꝰ instruxit Castinꝰ, quas ubi Castinꝰ iuramẽtũ uiolat
cõperit Bonifacius arma cõparat. Prælio res erat dirimẽda. cõcursum est
magnis utrinq; uiribꝰ: sed is fuit exitus, ut Bonifaciꝰ uictor, minimo suo-
rum sanguine, multos aduersariorũ perderet & coactꝰ est cedere Aphrica
uictus Castinꝰ. Hęc omnia Augustini epistolis explicant ad Bonifaciũ, &
uicissim illiꝰ ad Augustinũ. Iohãnes tyrãn cõperto q̃ Castinꝰ uictus ce- Iohãnes tyrannus.
deret Bonifacio: cum de Aphrica multũ illi esset momẽti: dimisso in Italia
rebꝰ curãdis Castino, ipse cum nouo exercitu Aphricã repetiuit. XXX.

INterea Theodosius. II. audita patrui Honorij morte, & Iohãnis
tyrãnide Valentinianũ. III. ex Cõstantio, quẽ creasset Honorius
Augustum, & ex eius germana filiũ Cęsarem fecit. Ille ex orien
talibus ducibꝰ rei militaris peritissimũ Ardaburũ ducem legit: quem in Ita Ardaburus dux.
lia opponeret Castino. Quo authore cũ aliquot leuia essent peracta prælia
capitur Castinꝰ militibus eius ad Valentinianũ iustę successionis Imperato
rem facile trãseuntibus. Capitur & Ecius uir primariꝰ quem & ipsum du- Ecius capitur & liberatur.
cerent suspectũ. Castinꝰ mittitur in exiliũ. Ecius autẽ q̃ plurimũ reipubli
cę necessariꝰ esset, ad cõtinendos in fide Hunos & alios barbaros, quibus
esset ille cõmendatissimꝰ preficitur Gallijs: ubi Burgũdiones oppugnans
pacem illis cõcedere cõpellit, q̃ iterum Franci cũ armis in Galliam transie
runt nobile regnũ in loco Parisiorũ fundãtes, quod ab illis hodie nomẽ te
net ut a Germanis Frãcis regnũ Francię sit deinde semper dictum. Interim
Iohãnes tyrannꝰ Bonifaciũ pro Imperatore agentẽ, fortiter oppugnat: sed Io. oppugnat Bonifaciũ.
dux Christianꝰ fide plenꝰ, & sacerdotũ orationibꝰ innixus, hostem uincit
& ut nõnulli sunt authores occidit. Valentinianꝰ autem male gratꝰ Aphri
cam de manu Bonifacij extorquere conatꝰ, multa facit. bene autem sibi ac
reipublicę cõsuluisset: si fidelissimũ uirũ fortiter pro Romano imperio &

Imperatorib⁹ agentem intentatū reliquisset. Non enim patitur se uir fortis suis præmijs etiam a quolibet fraudari. Igitur cū Valentinian⁹ Mauortiū ac Gallionem Bonifacio duces immisisset: Bonifacius illos mox terram tan gentes oppressit. Demū Sisulphum, quem habebat ex ducibus prestātissi mum opposuit Bonifacio: qui in Aphricā cum exercitu traijciens, occurrit comiti, & inito prælio cedit Bonifacius in Mauritaniā. Inde cū suis iam ui ribus diffideret, mittit in Hispaniā Beticā regionē, inuitās ad societatē bel li regem Wādalorū: optionē illi pmittēs, siue uelit stipēdijs militare, siue re gionis predā sumat in premiū, siue urbiū partē in possessionē.

Sisulph⁹ in Bonifacium

Bonifaci⁹ uocat Wādalos in Aphricā.

XXXI.

Genseric⁹ frater Gūderici, fili⁹ & ipse Modogisili, tum regnū in sua gente Wandalorū tenebat: qui auditis magnis militię prēmijs, in quibus & hoc erat cōstitutū: si mallet accipere partē regionis inhabitandā: multa mouens animo, tam grandia militię stipendia cōtemnere non potuit. Adiuuit eam animorū inclinationē Gothorū, quam in Betica & reliqua Hispania perpessus est quotidiana pressura. Nam Gothi pro antiquitate & magnitudine rerum gestarū inuidebāt Wandalis: uelut noue genti opulentā regionem. Inde arma etiam inferre ipsis pro Betica parabant. Hoc cum rescisset Genseric⁹: facilè Bonifacij cōditiones amplexus in Aphricam emigrare, cum tota sua gente disponebat. Annus erat post natū Christum. CCCCXXX. ad supputationē Eusebij, cum Genseric⁹ Wandalorū rex, & tota eius subiectio, in quibus erāt Alani plurimi, cum uxoribus & liberis, & omni familia, cumq; locupleti & omnigeni præda rerum, quam per multos annos ex Romanis ,puincijs: ex Hispania, ex Gallijs cōportassent, in Aphricā traiecit. Wisigothi uacuefactā Beticā mox inuadunt. Alani aūt & Sueui suis etiam sedibus expulsi a Romanis ducibus in eandem Beticā ad Wisigothos cōcessere: unde cōflatū arbitrat̄ Blondus genus Catalanorū, ex Gothis & Alanis. Interea Genseric⁹ in Aphrica decretas sibi ac suis a Bonifacio urbes ingreditur, maxime aūt maritimas illi partes deputauit: quo magis propugnaret, & hostibus ex proximo magis opponeretur. Sed Wandali, non cōtenti datis urbibus & agris, late populantur uicinia. Carthaginē tñ & Hipponēsem regionem ab his, Sisulphus egregie tutabatur. Ita factū est ut maiori Aphricę parte, statim Wandali potirentur, & Imperator, qui administrationē Bonifacio inuidit, nec ipse habuit nec Bonifaci⁹ retinuit. Wandali uero ab Imperatore pacem habuere: pmissaq; est illis ex fœdere magna pars Aphricę. Imperator deinde Valentinian⁹ Sisulphū Carthagine in Italiam reuocauit: iam fisus paci & fœderi, quod illi cum Wandalis esset. Cogitauit enim Sisulphum opponere Hunis & alijs nationib⁹, quę cū Attila rege Gallias inuasere. Sed decedēte Aphrica duce Sisulpho, Genseric⁹ fœdera cōtemnēs, arma parat in Carthaginē: quam aliquādiu impugnatā capit, mox transitur⁹ in prouinciam Hipponēsem. Ita Carthago quę ānis. DXXXV. suberat Romanis cœpit esse Wādalica. Inclyta nimirū ciuitas, & in terrarū orbe uni uix cedēs urbi Romę: cunctis alijs illustrior, potentiorq;. Vixerat adhuc diu⁹ Augustin⁹ cum iam Wandali Hipponam ciuitatem, in qua episcopatū gerebat, obsi-

Gothi inuidebāt Wādalis.

Alani cum Wandalis.

Wisigothi in Beticam.

Catalani.

Wandali nō seruant fidē Bonifacio.

Wādali pacē cum Imp.

Attila in Gallias.

Carthago facta Wādalica.

dere coepissent, & impetrauit a domino ne captã uideret urbẽ. Itaq; tertio obsidionis mense migrauit ad dñm: quod postulauit, ut aut ciuitatẽ obsidione, aut se carne, eximeret a dño impetrauit, De Bonifacio uaria fama est. Nam Genseric⁹ qui Imperatoris foedera cõtempsit, pacta Bonifacij nõ potuit magnifacere. Sũt qui nauigasse ferũt in Italiam, sed nõ est uerisimile uenisse illũ sub oculos Imperatoris, cõtra quẽ Aphricã defendit, & iã Imperio abalienauit. In Hippone regio in cõsolationem magni Augustini pugnasse illum libet credere: donec qualicũq; cõditione ciuitatem a Genserico redimeret: ut ibi priuat⁹ in pace quieuerit, non passus ab Augustino in morte separari, quẽ in uita plurimũ dilexisset. CA. XXXII.

Obitus Augustini.

Bonifacius priuat⁹ obijt

Fines Imperij Genserici.

GEnseric⁹ aũt protulit imperium ad omnẽ, quę latissima est Aphricam usq; ad Aegyptũ et Aethiopiam. Quo tempore, cum immineret Gallijs Attila, neglecta est ab Ecio, Britãnia, cum illam Scoti Pictiq; premerent & inuocatis Saxonibus Anglis, primũ ab illis defensi postea ab eisdẽ pulsi & subacti sunt Britones. Inualescentib⁹ in eum modum Anglis Saxonibus, ut prouincia exinde mutato nomine ex Britãnia dicta fuit Anglia. Et hęc alia Germanię laus non uulgaris. In quãcunq; enim regionẽ manus iniecere Germani, mox illi regnũ firmauerunt. Tenemus enim tria ab illis regna breui cõstituta, paucis interpositis annis, Burgundię ab Wandalis: Francię a Germanis Francis: Anglię ab Anglis Saxonibus. Super omnia tertiã mũdi partem Germani Wandali iam tenuerũt imperio. Declinatio hęc fuit maxima Romani imperij: quãdo per Wãdalos amissa Aphrica, Gallias a Burgundionib⁹ & Francis tutari non poterant. Britãniam & Angliam etiam nomine mutatam, eodem tẽpore occupãtibus Saxonib⁹ amittẽtes. Genseric⁹ inde rex Aphricę, impatiens morę, non cõtentus Aphrica classem parauit maximã, traiecitq; in Siciliã: & maxima eius parte euastata, audiuit Imperatorẽ respicere ad Aphricam recuperandam: cui⁹ spes absente Genserico magna affulsit. Nam Sebastiano comite de Hispanijs exercitũ ad traijciendũ cõparãte, reuersus est ad tutãdam Aphricã suã Gensericus. Sebastian⁹ aũt Imperatore contẽpto, de sua prouectione coepit cogitare: nam foedera inijt cum Wãdalis in Aphrica: inde cum Wisigothis Alanis & Suęuis, ut sibi primũ Lusitaniam cõpararet: sed delusus ab his quib⁹ se crediderat, statimq; oppressus interijt. Quo iam uita functo, prouincias suas, quas pridẽ tenuere Alani Suaeui Gothi recuperauere. Et cum iam Theodosi⁹. II. uiuẽdi finẽ fecisset, in orientis imperio successit Martianus. Quo tempore Valentinian⁹ occidentis Imperator pacem cum Genserico innouauit, limitib⁹ iterum cõstitutis ad utranq; ditionem: quam pacem tum cupide amplexat⁹ est Genseric⁹ q; intelligeret inter proceres suos in caput suũ initam cõiurationẽ: quam ut elideret, pacẽ libens ab Imperatore accoepit. Qua etiã cõstituta, grauiter in cõscios conspirationis animaduertit. Interim Gallia magno prelio cõflixit cum Attila in quo multa sunt cęsa milia exterorũ. Nam Ecius Romanorũ patriti⁹ pro Imperatore agens sibi asciuit magni belli socios, quos potuit Gothos Alanos Suęuos in Attilam: qui & ipse secũ multas nationes cum suis regibus

Saxones Angli in Britãniam.

Germani cõstituere tria regna.

Gensericus i Siciliam.

Wisogothi Alani & Sugui.

Pax ĩter Imperatorẽ & Gensericum

Gothi Alani Suęui in Attilam.

traxit. Sed cum repulsus Attila, nō diu post cōcessit in Italiā, in qua Aquilegiam diu obsessam cœpit, & reliquā populatur prouinciā. Quo tempore primores regionū in uicinas paludes concessere: ibiq; cœptæ sunt extrui Venetiæ. Sed procedente ultra regem Attilam, Leo papa. I. occurrens retroægit, mirātibus cunctis in uiro diuinam uirtutem. Sed reuersus in suæ breui finem uiuendi fecit Attila.

Venetiæ extrui cœptæ.

CA. XXXIIII.

Interea mortuo Valētiniano cum Imperiū Maxim⁹ nomine quidam Roman⁹ occupare tentaret: Eudoxiam Valentiniani relictā etiam renitētem sibi asciuit uxorem, per eam sibi exercitus & legiones cōciliare fisus. Sed mulier ingentis spirit⁹, indignatione cōcepta, fidū sibi nunciū adornauit, quē in Aphricam misit ad Gensericū, ueniret Romam subijci paratā in ditionē acciperet: seq; ab iniuria Maximi tyrāni uindicaret. Lætus hoc nūcio Genseric⁹ Wandalorū rex classem iubet expediri: armat ex omni Aphrica quos poterat, Wandalos, Mauros, Numidas, hominū trecēta milia: & anno uirginei part⁹ post quadringētesimū quinquagesimosexto traijcit in Italiam. Ad insperatū tanti agminis aduentum omnis turbatur Italia: urbs Roma male sibi fidit: Maxim⁹ se perarmans cū his quas cōtrahere potuit copijs, cōgressus: facile superatur: primores urbis cū cōiugib⁹ & liberis latibula circūspexere. Supererat ad huc Leo sanctus pōtifex qui Attilā retroegit. Adort⁹ etiam Gensericū orat per Christum sacris parcat, si ciuilib⁹ rebus uti ad prędā uelit. Sed in tanta hominū colluuie atq; barbarie, quātū potuit pōtificis precatio ac regis iussio? Maximus oppressus in Tiberim proijcit. Sacra & prophana iuxta diripiunt. Quatuordecim in urbe dieb⁹ cōmoratus, Eudoxiā Imperatoris relictā cū opificib⁹ primarijs quotquot in urbe repperit Genseric⁹ premisit in Aphricam: ipse cū exercitu ad spoliandā uastādamq; prouintiā Cāpaniā egreditur. Obsidetur Capua: Nola & urbes aliæ capiuntur & diripiūtur. Prędā ingentem cū captiuis imponūt nauib⁹ & regrediunt in Aphricā. Ibi tum Paulin⁹ Nolanę urbis pōtifex inclaruit: nam precib⁹ uiduę & lachrimis uict⁹ q; eius fili⁹ inter captiuos esset abduct⁹ in Aphricā: cū lamēta nō ferret, medullit⁹ miserat⁹ plorātem, nauigabat episcopus in Aphricā, pollicit⁹ matri filiū, si uiueret, remittere. Venit in prouinciā, exquirit hominem, loquitur cū Wādalo adulescētis dn̄o: ut uicaria seruitute se accipiat, iuueni libertatē reddat. Facile accœpit cōditionē homo, q; in uultu Paulini nescio quid, diuinū cōspicaret. Redit in patriā iuuenis, nō reuertēte pōtifice. Interim horto excolēdo iussus instare, Paulin⁹ diligēter operat. Obseruabat domin⁹ eius serui sui uestigia: & ut erat Christian⁹, crebras illi⁹ orationes demiratur, uocat in partem, secreti⁹ alloquitur: quid profiteatur: quidue, in Italia operis illi fuisset? Ille se inutilē fuisse pōtificem profitetur. Miratur Wādalus, quid se spōte ex episcopo in tātam seruitutem cōiecisset Ille se lachrymis matris & diuina fraternaq; charitate testat impulsum: ut quouis pacto filiū matri remitteret. Audiens Wādalus ad pedes eius, pcidit, ueniam orans. Tantū erat pōdus in uerbis, ea uultus cōstantia, ut nihil dubitaret, mox Paulinū absoluit cū honore: illius orationib⁹ se cōmendans Nec

Mulier ingētis spiritus Eudoxia.

CCC hōīm milia in Italiam.

Leo Pont.

Capua, Nola diripiunt.

Paulinus

Wādalus ad pedes Pauli ni epi.

solū eum, sed merito & precibus illi⁹ omnes Nolanę urbis ciues secū remit tendos impetrauit. Ita pastor bonus qui pro una exibat, & se constringebat, cum multis ouibus ad caulas lętus reuertitur. — Bon⁹ pastor Paulinus.

CA. XXXIIII.

Tenit interim Aphrica satis sub Genserico quieta, nisi quia errore imbut⁹ Arriano, multā in episcopos catholicos, & populū fidelē exercebat impietatē: multos ad martyria coegit, plurimos relegauit: audiēs deinde in Italia nouos concitari motus, φ nōnulli aduersus Anthemiū, nomen Imperatoris in urbe sustinentē, se erexerint, occupaturi tyrannidem, in spem uenit Romanū aliqñ Imperiū in se transferre: quod magnopere uisus est cupere. Auxerat hanc illi spem Stiliconis recordatio congentilis sui: qui tantū in eo Imperio eualuit, ut cum stante staret, caderetq; cum cadente. Quid enim tertia mundi pars Aphrica tota ab illo possessa, animos facere non poterat? iam conuulsum Romanū Imperiū arripere ac subleuare. Itaq; classem quantā potuit maximā, in Aphrica perarmauit, & in Italiā secundo nauigauit. Accœpit aūt Leo Constantinopolitanus Imperator, qui primus ex Grecorꝝ gente tenebat Imperiū, tantos ex Aphrica nunciatos apparatus: ueritus ne, si per suā quietē occidētale a Wandalis occuparetur Imperiū, laborandū sibi quoq; fore de suo: itaq; statuit occidentali Imperatori Anthemio, adhuc qualescūq; uires prȩferenti, ferre suppetias: classem ualidam expediri & ipse iubet: prȩfecitq; ex suis uirū primariū, bellorꝝ peritū, occidentali Imperatori affinē, & perinde gratissimū: quippe cuius germanā in matrimonio coniugē teneret. & ipse Anthemi⁹ uires sibi comparat, terra mariq; Imperiū suū defensur⁹: classem inde suam orientali coniungit, pariterq; nauigātes, hostē operiunt sub finibus Populonię. Adnauigabat Gensericus spe certus Italiā, ut prius, inuadēdi: ubi tantam uidet sibi obuiā fieri classem, utriusq; Imperij uiribus armatam, id enim signa prodidere, de reditu cogitabat: sed qm̄ aduersante uēto redire nō poterat, ad pręliū φleuissime agendū, ut in Aphricam sese oportune reciperet, comparabat: paulatim retrocedēs. Facile superantur a Romanis Wandali, ad pugnā leuē emissi: quibus id erat mandatū, ut hostē pugna distinerent. Ipse interea rex rem in alia tempora differēs, remeabat in suam prouinciā. & tum in urbe Roma post inuicē plures ex patritiorū genere, ad Imperiū contendebāt: & perinde nihil diu magnū in recuperādis prouincijs est attentatū. Nouissimus omniū purpuratorū erat Augustulus Orestis senatoris filius, qui cum ad Imperiū peruenisset, maximū rerū suarum momentum in Wādalis cōstituebat: fœdus iniēs cum Genserico, ut quoties opus uideretur, in illum respiceret: nec diu aberat magna eius rei & oportunitas & necessitas.

Genseric⁹ coegit ad martyrium.

Leo ex Grȩca gente primus Imp.

Anthemius, Ro. Imp.

Wandali superantur.

Augustul⁹.

CA. XXXV.

Odoacer enim ex reliquijs Attilani exercit⁹, rex, ut ferebāt Herulorum, ut alij, Rugiorꝝ: collectis undiq; uiribus, cum exercitu trāsibat in Italiā: & occurrentē sibi Augustuli patrē Orestē, fudit: & uictū in Placētia extinxit. Filius audita morte patris, abdicās Imperiū, purpurā ponebat: quod exinde uacabat Imperiū ad Karolū usq; Magnū per trecentos & amplius annos: redijt ergo Augustulus ad uitā priuatā. Ope

Odoacer rex in Italiam.

Qui fuerint Heruli & qui Rugij.

repreciū est agnoscere, qui fuerint Heruli, qui Rugij, quorum iste rex extiterit. Italici scriptores rem istam paucis absoluūt, de reliquijs illum Attilę fuisse: sed quę gēs fuerit, unde exorta, nemo bene explicuit. Iordanes quoq; Rauennas episcopus origine Gothus, Herulos, quod in Gothia diximus, Scythas esse perhibet: ego Wādalorum id quoq; gen⁹ fuisse contēdo: & ex multis reb⁹ docēdū astruo. Blond⁹ enim nostri tēporis scriptor Roman⁹, antiquitatū diligētissim⁹ scrutator, cōmemorat Odoacrē regē, cū primū Italię quietā possessionē teneret, dispositis oportuno loco presidijs, in Germaniā reuertisse: & natalis soli imperiū ultra Danubiū non contēpsisse: quod cum per emigrationē suam Phelteum Rugiorum regē occupasse cōperisset, illi congressum, superasse: retroq; egisse: & euastata Rugilandia, redisse in Italiam: uacuā aūt Rugilandię possessionē tum occupatā a Longobardis. Ista confuse narrantur ab ignaris regionū. Ceterū docuimus in Dania anno Christi. CCCLXXX. Danos sub Lōgobardorum nomine egressos Scania, minuendę multitudinis gratia sedibus suis pepulisse Rugianos, Wandalorum id genus est, qui in mediterranea pulsi concessere. Odoacrem aūt in eis certū est mansitasse regionibus, quas Constātin⁹ Magnus Wandalis permisisset ad ripam Danubij: quasq; pro magna parte uacuauerant qui trans Renū in Gallias & Hispanias, & demū in Aphricā peruenere, multiplicata in immensum gēte. Ergo cum Odoacer transisset in Italiam, uacuefactas sedes Rugiani, eiusdem nationis & lingue, Wandali occuparunt: rege ex suis creato Phelteo. Cum aūt Odoacer natiuas sedes needū animo posuisset, sed cōstituto in Italia regno rediret in Germaniā ultra Danubium: uictoq; Phelteo expulisset Rugianos: & terrā, quam illi pridem eiecti patria tenebant, euastauit. Nam uerā Rugiam tenebant iamdiu, ut diximus, Longobardi. Odoacer ergo per gentis suę prouincias tam facilē ex Italia transitū habuit: nam illa tempestate quicquid mediū inter Danubiū ad aquilonē uergebat in mare Germanicū, totū Wādali tenuere: preter regionē quā tūc mari proximā Longobardi occupauerūt: nam ab Danubio concessit prouinciā Wandalis, ut diximus, Magnus Constātinus. Illi proximi fuere Bohœmi Wandali: sed & Slesiam, & omnē Brandēburgensem Marchiā ex Wandalis captam, certissima sunt documēta: idq; in Saxonia nostra ostendimus.

Phelteus rex

Dani Lōgobardi.

Lōgobardi tenuerūt Rugiam.

CA. XXXVI.

Odoacer rex Wandalus.

O Doacrē ergo fuisse ex gente Wandalorum, & regio quā insederat, & trāsitus quē in gente tam facilē habuit per longa itinera, demū ipsum indicat regis uocabulū: quod in solis Bohœmis, & eius nationis hominibus solis est in usu. Vacuefactā deinde Rugilandiā, eam dico, quam secundo apprehenderāt Rugiani, egressi Longobardi de prima Rugia post Odoacrem iterū tenuerūt: bis succedētes in prouincia Rugianis. quę res multos in errorem ducit. Nam anno. CCCLXXXII. Scanij expulerūt sua patria, natiuaq; regione, Rugianos: deinde post annos fere LXXXX. cum Odoacer reuersus ab Italia Rugianos primo e Danubij ripis expulit: deinde proximā eorum regionē uastam reliquit: eam, iterū progressi Longobardi, tenuerūt. Hoc est igitur nouū gentis huius, quā cele-

...pta Ru

...mus, decus: quod primũ post extinctũ in Italia Romanũ Imperiũ, Wãdali cum suo rege Odoacre, regnum Italiæ primi exterorum omniũ tenuerunt: ipsiusque Romani Imperij in Italia oppressi (si quid laudis habet) gloriã tulerũt: & quare timide loquimur, & non, quod res habet, enũciamus uerũ: Si est gloria Cyri, oppressisse Chaldæorum: si Alexãdri Magni, subuertisse Persarum, & Medorum: si Romanorum decus est, extinxisse monarchiã Græcorũ: Cur non laudi ducimus Wandalorum, Romanis insolentijs finem dedisse? Transiens aũt Odoacer Noricũ, benedictionẽ promeruit Seuerini, uiri in alpibus solitarij, quẽ ex itinere declinãs, adire uoluit, ut ex illo uentura præsisceret: florebat enim inter cæteras uirtutes, spiritu prophetiæ: unde dicebat, uade Odoacer in Italiã, nunc quidẽ pellibus tectus uilibus, mox multis multa datur(us). Cũque uir proceræ staturæ, ad superliminare casellæ, caput impegisset, ait Sanctus: humilis casella, sublime caput magnis multisque dominaturũ, non capit. Quieuit aũt sub eo annis .XV. Italia: uincit deinde a Theoderico Gothorum rege: ad ordinẽ quem in Suecia memorauim(us), inter res Gothicas. Sed ex ea digressione non impertinẽti, in Aphricã reuertamur. Gensericus regno suo per annos .XLVIII. multa cum laude præfuit: excepto quod religione Arrian(us), male habebat Catholicos: quæ non tam regis, quam doctorum causa fuit. moriens aũt, filijs ante per multa instructis, regnũ reliquit florentissimum.

Wãdali primi exterorum in regno Italiæ.

S. Seuerin(us).

Gensericus LXVIII. ãnis regnauit.

CA. XXXVII.

Honoric(us) patri successit in regnũ Aphricæ: nulla in re quod ad religionem pertinet, patre melior: quippe qui eiusdẽ Arrianæ perfidiæ sectator & defensor fuit acerrimus: initiũ regni à crudelitate auspicat(us): nam quibus pater ob ætatem pepercit, episcopos catholicos ægit in exiliũ: deinde Synodũ euocauit, põtifices .CCCC. ex quibus .XL. qui subscribere noluerũt Arrianæ perfidiæ, misit in exiliũ: ecclesias Catholicorum per Aphricã iussit claudi, plebẽ fidelẽ grauiter insectari, postquam superatis in consilio, ut ille dicebat, Catholicis, Arriani uicissent. Pax erat in reliquo terrarũ orbe, Italiam gubernante Theoderico Gothorum rege. Orientis aũt Imperiũ Constantinopolitanus tranquille administrabat. Aphrica quoque satis quiescere uidebatur: nisi, quod dixim(us), Honoric(us) supra modũ zelans, quam putauit uerã, sectã Arrianã: multos catholicos episcopos ecclesijs suis spoliauit. In plebe linguã præciderat his, qui Arrianã sectam uerbis execrarentur. Lamentabile hoc in gẽtibus exteris, quod fidem Christi ambientes, doctores nacti sunt Arrianos: qua impietate semel imbibita, magnas ecclesiæ & uiris catholicis diu calamitates intulerũt: diabolo in eis sæuiente: qui pridem in tyrannis aduersus Christi fidẽ digrassantibus, tot millia sanctorum martyrũ misit in cœlum, Nec minor erat numer(us) eorum, qui sub Arrianis, hoc est, Gothorum Wandalorũque manibus, ad Christũ peruenerunt: patiente omniũ rerũ arbitro Deo: ut in sanguine agni multi lauissent stolas suas, & cum triumpho martyrij transirent ad immortalitatẽ: hac in re cæteris fœliciores, quod de morte, quã uniuersi naturæ debemus, ipsi etiã sacrificiũ Deo facerent. Hic ergo rex pro insigni in sanctos impietate a Deo percussus, scatet uermibus, miserabiliter expirãs: postquam annos .VIII. post

Honoric(us) rex Arrianus.

Misit pontif. in exilium.

Præcidit plebi linguam.

Sub Arrianis plurimi martyres.

Rex scatens uermibus expirauit.

patrem regno prefuit Wandalorꝝ in Aphrica. CA. XXXVIII.

Guntamundus rex catholicus

Vntamūdus filius eius regnat post eum annis. VIIII. hic melior g sensu q̄ parētes, impietatē declinauit: Eugeniū inter episcopos primarium ab exilio reuocauit: & eius cōsilio rem bene gessit. Erat aūt Eugenius Carthaginēsis archiepiscopus. mox ecclesię diu clausę reserātur, episcopi catholici ab exilio reuertuntur, noua in Aphrica lux oriri uisa est: sed inuidit fortuna rebus Aphricanis tam bonū diu regē: uix enim annis. VIIII. regnū administrabat: & mox ad meliora translatus est regna. uidebatur potuisse reflorere Aphrica sub hoc rege in eum statū, quē tēporibus Beati Augustini diu habuisset, interruptū ab Genserico Arriano, & deinde ab eius filio impietatis successore: Sed uoluit Deus exagitatā ecclesiam suā ad coronā martyrij in filijs euocare: ut crescente martyrū numero Dei gloria in illis augesceret: quod in Apocalypsi spiritus dixit ecclesijs: Vere terribilis Deus in cōsilijs super filijs hominū: quę olim per Thebaidē & Aegyptum hisillis temporibus tot milia fouit monachorū, & omnē pene Aphricam legibus subdiderat Christianis: primū exagitari illā sub Arrianis permisit: deinde omnē illam prouinciā cum Aegypto & Palestina ad impijssimos Mahumetanos fecit peruenire: in quorū spurcissimis ritibus multis sęculis, multę pridem Christianismo subiectę, proh pudor proh dolor, sorduerūt prouincię.

Oriens & Aphrica Mahumetani.

CA. XXXVIIII.

Trasimundus rex Arrianus.

Rasimundus frater erat Guntamūdi filius Honorici: qui coniugē t haberet Eudoxiam Imperatoris Valētiniani relictā: mirū ętati illius quomō fœminā congruentē, quam auus Gensericus Italia & urbe Roma uolentē extraxit: Iam erat graui ętate Gensericus cum urbem Romā uastaret: potuit & filios & nepotes in armis habere, uir septuagenarius: cur non filiū quinquagenariū, & nepotē haberet trigenariū, ut iuuēcula non male annis congrueret nepotis. Hic rex in eandē qua patres eius lapsus perfidiā, rursus omnia post fratrē in deterius trāsformat: redit proscriptio catholicorꝝ, persequutio in omnē plebem fideliū, clauduntur ecclesię catholicę pacis: Arriani insolescunt, regē nacti impietatis suę defensorē. Prefederat tum Romanę ecclesię uir insignis Symmachus Papa: qui proscriptorꝝ miseratus calamitatē, recipit, fouet, reficit. Fulgentius illo tempore floruit inter proscriptos, episcopus: uir sermone, fide, & uita precipuus. Tremenda in homines Dei iudicia, qui uocat in regnū eos qui per ignē & aquā non trepidant ire in refrigeriū: ut qui, quod diximus, Aegyptū per eam ętatē tam multis bonis patribus per Eremū diffusis, insigniuit: Aphricam multorꝝ innocentiū sanguine rubricauit: &, quod est omniū dolorosissimum, nūc in illis terris a multis retro sęculis Christianū nomē inuisum haberi dissimulat: impurissimo Mahumet omnia occupante. Hic ergo rex multo plures annos in regno durauit, q̄ regno & ecclesijs par erat. Tanto aūt feruore insectatus est catholicos, ut etiā post se disponere curaret, ne inualescerent: nam moriturus uocatū ad se filiū iuramētō cōstrinxit, ne unq̄ catholicis fauorē impenderet: sed patrū suorꝝ religionē, quā ille iustam & uerā putaret, magnifice quod in se didicisset, tueret: expleuit aūt in regno

Symmachus papa & Fulgentius.

Persequutio in Aphrica.

Impium iuramentum.

annos. XXVI. & fato functus in ea impietate, emigrauit: trãslatus corpore & spiritu ad patres suos. CA. XL.

Ilderic⁹ filius ei⁹ ex uxore Eudoxia, Imperatoris Romani relicta natus, patri in regnũ surrogatur: & q̃uis iuramentũ morienti patri præstitisset de persequẽdis catholicis, meliore tñ mẽte secũ contulit, q̃ longo post tẽpore Romani põtificis decretũ efferebat: In malis, inquit, promissis rescinde fidẽ, in turpi uoto muta decretũ. Catholicos ergo episcopos reuocabat ab exilio: ecclesias dudũ a patre claudi iussas, aperuit: & pacẽ reddidit catholicis: post annos. LXXIIII. ex quo Gẽsericus proauus eius turbare cœpisset ecclesias. Sed eadẽ nunc fortuna in optimo rege quę pridẽ erat: non enim passus est hunc diu regnare insidiator regni Gelismer⁹ quẽ uocant alij Gildimerim, octo uix totis annis preerat Hilderic⁹ cũ a Gelismero trũcat⁹, perderet. Sed iam regno parabat exitũ regnator mũdi, Deus: talem ad sceptra permittẽs, qui a maioribus quęsita, per insolẽtiã pessundaret: qui regnãdi finẽ Wãdalis faceret in Aphrica. XLI.

Hilderkus rex.

Hilderkus truncatur.

Elisimerus, aut, ut alij scribunt, Gildimer⁹, occisor Hilderici, regno potitur: fuitq; in eo aliquãdiu, cum Iustinianus legũ parens, Imperium teneret orientis: & occidentale adhuc premerẽt Ostrogothi post Theodericũ. Is ergo Imperator circũspiciẽs Imperiũ misere laceratũ, eius restaurationi, & perditorũ recuperationi intẽdit: & primum quidẽ in Persas cõuersus, cum per Bellisariũ ducẽ a se missum rem bene p̃curasset, constituto ad illos fœdere, eundẽ Bellisariũ uirũ ingenio acrem, & militaris rei peritissimũ, &, quod est omniũ maximũ, in prælijs fœlicissimũ, mittit ad recuperandã Imperio Aphricã: copias ille suas partim ostendit, maiores tñ in occulto habuit: ne hostis apparatũ cernens, maiori sibi conatu occurreret. Carthaginẽ aũt caput regni per insidias petit: nam plaustro rustico aliena specie milites texit: sicq; inuectos, nemine quicq̃ suspicante, iussit portam introducẽdis copijs obseruari. ille cum agmine non aberat longe: processere fœliciter insidię, nihil magnũ uerito rege Wãdalorũ: adiuuit tñ partes Bellisarij uehementer, q̃ pro sua crudelitate cunctis inuisus esset rex iste: omnib⁹ sub quouis q̃ sub illo degere cupientibus. captũ perinde regẽ misit Imperatori Iustiniano: positisq; præsidijs ad terrã pro Imperatore gubernãdã, præfecit idoneos præsides. Ita restituta est tertia pars orbis terrarũ Imperio Romano post annos quinq; ac centũ: ipso Imperatore teste. l. i. in prin. C. de præfe. p̃ræ. Aphri. Hanc aũt Wãdalicę gẽtis mẽtionẽ, a nostris antea nunq̃ habitã: & ab Italis quę fuerit ea Wãdalorũ gens, & unde uenerit, ex professo sit ignoratũ, libẽs inserui. Non tñ usq̃adeo Wãdalorũ in Aphrica uires cõfractę sunt primo bello a Bellisario, quin eo copias extra prouinciã ducẽte rebellarit. Gũtaric⁹ inter primores animo & manu prõptior, ausus est post hec regiũ nomẽ assumere, suos ad rebellionẽ cõcitauit: sed iam consenuit prisca illa uis gentis, sub molliore interim cœlo emollita: quippe cum exercitu regressus idem Bellisarius, facile compressit excitatos motus: cum enim iam teneret expedita agmina, quæ duceret in Gothos in Italiam; auditis Aphricę motibus, in eam primũ deflexit; & cõpressis qui

Gelismerus rex.

Bellisarius in Aphrica

Insidiæ in plaustro.

Rex inuisus cunctis.

Aphrica restituta Imp. Ro.

Wandali in Aphrica rebelles.

Bellisari⁹ cõprimit mot⁹

rebellionē instituerāt, pacatā reliquit prouinciam: iam enim gens imperijs assueuit alienis: & deinde quieta manēs, in reliquū etiā nomē amisit: nemo enim Wādalici sanguinis deinde recordatur: omnes se Aphricanos habuere, qui in Aphrica intra .CV. annos sunt exorti.

FINIT LIBER PRIMVS

INCIPIT LIBER .II.

Wādali quęrunt nouas sedes.

P

Eruentū est ad ea tēpora in cōmemoratione rerū Wandalicarum, quibus ea gens nouis etiā tunc sedibus quęrendis intenderat minuēdę multitudinis causa: ita enim agente rerū natura, & eius gubernatore Deo, gens multiplicata est: ut non terra caperet, non alerent agri populum suū. Igitur cum Romano Imperio Mauricius, Imperator Constantinopolitanus preesset: gens Wādalorum,

Sedes patrię Wādalorū.

quam omnes iam usitato uocabulo Sclauonorum uocāt, partim Bohoemia & Slesia, partim subiectis ad Danubiū terris sparsa, in Dalmatiā, Croatiā, & Histriā, sese diffuderat: cuius rei testes in principio operis acciuimus: ut fabula Bohoemorum de sua antiquitate coarguatur, contēdentiū suę gentis originē esse ex Croatia per Zethum: lōge enim uetustiores in sua prouincia sunt Bohoemi q̄ rentur ipsi: nam illorum & Ptolomeus & Tacitus recordant: alter sub Traiano, alter sub Hadriano Romanis Imperatoribus scribentes. Mirū uero debet uideri unde tanta gentis Wādalicę irrepsit ignorantia: quę tam late fusa per Germaniam magnā, sicut est hodie, sic fuit ab olim: & tñ Italicorum eam nemo attigit: nisi quantū ad eam pertinet expeditionem, quam, ut prędiximus, tertiā terrarum orbis partē in Aphricā occupādam fecere: & supra centum annos prouinciam, regno tenuere. Sub imperio uero Mauricij Imperatoris, quod dicere coepimus, ad annum Domini DLXXXIII. iam primum Sclauinę gentis (quę ipsa Wādalica est, quod neq̄ Blondus, neq̄ docti alij inter Italcios aduertere) mentio incidit: q̄ ea Hunos fortissimū genus hominū, quod in Pannonijs ripā a nobis ulteriorē Danubij, a memoria Attilę truculētissimi regis accolebat, est tutata. nam Mauricius Imperator misso in expeditionē filio ac socero, Hunos uehemēter urgebat: ut iam aliqñ regredi in regionē suam meditarētur: tñ ad proximam Sclauorum, ut ait Blondus, hoc est Wandalorum gentē, quę non alia q̄ Bohoemorum fuit intra Hercyniā habitās, cōuersa, auxiliū implorauit & impetrauit. Nam a ripa Danubij ulteriore abierāt pridē Wandali in Gallias: ex eadem Odoacer mouit in Italiā. Ergo quos inuocauere Huni non erant nisi Bohoemi, & qui proxima eis loca tenuerūt, uno sermone, ijsdem moribus, Wandali. Hic uide quale fuerit, Hunorum nationem pene integris Romanis uiribus terribilē, in fidē ac defensionē Sclauorum, hoc est, Wādalorum conuolasse: societatēq̄ eosdem Wandalos inijsse cum Francis, qui nunc Francones, cūq̄ Bauaris, quos Baioarios ueteres, & alij Auares dixe

Wandali in Germania magna.

Bohoemi in Hercynia.

Hunorum socij Bohoemi.

Frāci & Wādali socij.

re: deniq; cum Longobardis, qui iamdudũ transibant in Italiam. Wandalos uero Bohœmos semel excitatos, sumptis armis in Dalmatiã, Croaciã, Histriamq; cõmigrasse: ibiq; fixisse sedes, quas tenẽt in hodiernum: inde quoq; suppetias, laboranti nonnunq; ab Saracenis, Italię fortiter tulisse: quod suo loco cõmemorabitur. Wandali cõtra Sarace.

CA. II.

h Inc attendãt uanitatẽ suę fabulę Bohœmi: qui se ortos Dalmatiã siue Croacia, indeq; aliqñ populariter emigrasse se iactant: ignorãtes gentẽ suã potiꝰ in Dalmatiã per hęc tẽpora Mauricij Imperatoris trãsisse: testẽ introducit Blõdus Gregoriũ Summũ põtificẽ, cuius uerba supra retulimꝰ, Histrię episcopos super ea irruptione cõsolãtis. liqui doq; idem pręscribit: q̃d supra in huius libri prefatione ostẽdimꝰ, unã esse gentem Russorꝫ, Polonorꝫ, Bohœmorꝫ, Dalmatarꝫ: eius etiã partem inter Saxones ait cõsedisse: testis est una, quod sępe diximꝰ lingua, sub ea uarietate, quę in eadẽ sermocinatione solet contingere, in multas prouincias dispartita. Ergo a mari Germanico ad Mediterraneũ usq; hoc tẽpore Wandali habitarunt: quando a Rugia maritima ad Pomeranos: inde ad Marchitas & Slesitas, quibus proximi sunt Bohœmi: inde ad Pannonias, quas sub Constantino Magno accœperãt: a quibus ad Dalmatas & Histros in littore maris Mediterranei habitãtes, proximꝰ est transitꝰ. Inde facilis est coniectura Herulos, quos supra ostẽdimus primos inter exteros regno tenuisse Italiam, huius fuisse gẽtis portionẽ, tam late per Germaniã fusę, tãq; multas prouincias insidentis. Priusq; tñ ad nostrã gentẽ, hoc est, Wandalos, qui nunc inter Saxones sparsi, tenues ostendũt suę antiquitatis reliquias, redeamus: ea cõmemoranda sunt, quę magnorꝫ testimonio authorũ, ab gente Wandalorꝫ uel in Gallijs, uel in Italia sunt peracta. Testatur Robertus nostri temporis Gallorum historicus, ętate Karoli Martelli, magni per Gallias ducis, qui pro rege Francię tum maior domꝰ rególnũ magnifice administrauit circa. CCCLXX. annũ a Christo, Wãdalos agmine facto in Gallias transisse, quęrendis nouis sedibus more patrũ, quibus id fœliciter euenisse audierãt. uerba scriptoris ad fidem ponenda putaui. Per id tempus Wãdali sedibus suis relictis, cum finitimos populos uexassent, in Frãciam crudeli agmine ad Senonas usq; irruperũt: sed impetu in eos facto urbis antistes Obbo obsidione liberata ciuitate, hostem in fugã uertit. Tam breui rem pro suo more Robertus absoluit: sed unde uenerint Wandali ostensurus, pene fit ridiculus: Huius, inquit, gentis Wãdalorꝫ origo, sicut & Hunorꝫ atq; Gothorꝫ a Scythia esse traditur: qui patria a Gothis pulsi, indeq; ad Danubiũ fugientes, cum illas sedes longo satis tempore habuissent, Gimerich Gothorꝫ rex eos a Danubio proturbat: coacti igitur Romanorum legibus audire, a Constantino incolendi locũ impetrant: Pannoniãq; annis. LX. obtinuerunt: donec Stilico aduersus Archadium Honoriumq; Imperiũ affectãs, Wandalos in societatẽ belli acciuit. Qua occasione excitati barbari, per Gallias primũ diu grassantes, inde a Gothis pulsi in Hispaniã transgressi, Hispalim ciuitatẽ obtinuere: cuius omnẽ late regionem Wandaliam de suo nomine dixerũt. Sed cum Honoriꝰ doleret Go-

Carpit Bohœmos de ignorãtia suę originis.

Patriæ sedes Wandalorum.

Heruli sunt Wandali.

Robertus historicus.

Wandali in Franciam.

Robertꝰ ridiculus.

Hispalis sub Wandalis.

thos Gallias uastare, Hispaniã illis permittit: unde non multo post Wãda los eiectos, Aphricã petere coegerũt: ubi ad Bellisarij tẽpora incolentes, Iustiniani edicto, per Bellisariũ gentẽ & regnũ amiserũt. Sic Robertus. hoc aũt est ostendere exitũ Wãdalorꝝ qui Aphricã tenuerunt: non est docere unde uenerint, qui sub Karolo Martello Frãciam uastarint: quod hic locus deposcebat. CA. III.

Tamẽ in eaipsa cõmemoratione permulta friuola & ficta legũtur: quis uero mirabit̃ hunc hominẽ uana de Wandalis scripsisse? qñ tam multa cõmentitia de suę gentis, hoc est, Francorꝝ origine ille contradidit: quod etiã alio loco monstrauim⁹. Troianã, inquit, originẽ habuere Franci: Sicambriã ad Meotidas paludes urbem insignẽ coluere: unde Valentiniani iussu expugnauere Alanos: quo merito per decenniũ tributo liberi fuere, sed exacto tempore illo, cum censum negarẽt, ab eodem Imperatore expugnatos, in Germaniã trãsisse. Hęc est Gallorꝝ omniũ cantilena ab Roberto renouata. Troianos origine Francos quis credat, nullis per tot sęcula ducib⁹ cõmemoratis? quasi nulla gens clara prodierit nisi illa stirpe: de qua cum Romani glorientur, Franci quoq;, si dijs placet, eo se cõtulerunt. Sicãbria uero non ciuitas sed regio fuit: non ad Meotidas, sed Renũ, teste Ptolomeo Straboneq;, & in Cõmentarijs Cęsare. Sed eo confugiunt, ut geminã fuisse contendãt Sicambriã: credamus si uel unũ testẽ producant: sed cõmentitiã rem esse sequentia monstrabunt: nam ꝙ aiunt illos iussu Valentiniani expugnasse Alanos, uanũ est: nam Valentinianus nulla ad Meotidas habuisse bella memorat̃: præsertim cum Alani iam in media agerẽt Germania cum Sueuis & Wãdalis: postea in Gallias & Hispanias, quod Romanę docent historię, cõmigrãtes: Saxones uero qui rebellionem intẽtarunt illa tempestate, per Sicambros, hoc est, Frãcos Germanos crediderim compressos Imperatoris iussu, Orosio teste. Saxones inquit, gentem inuijs paludibus sitam Romanis prouincijs irruptionem meditantes, per Sicambros cõpescuit. Nam, quod sequitur, post decenniũ Sicambros tributa negãtes ab eodem Valentiniano deletos friuolũ est cũ solis undecim annis in Imperio fuerit, nec initium imperij eius bella habuit ad Meotidas. Sed totam hanc fabulã subruit, quę sequitur narratio. Qui superfuere cędi Sicambros, ait in Germaniã transisse: ibiq; Frãcos, hoc est liberos appellatos. Possum docere multis testib⁹, Orosio, Hieronymo, Eutropio, Paulo diacono: Francos diu ante tempora Valentiniani in Germania habitasse. Flauius Vopisc⁹ qui uitã Aureliani Imperatoris misit in literas, inter cętera commemorat. Idem inquiẽs, Aurelian⁹ apud Mogũtiacũ tribunus legionis sextę Gallicanę, Frãcos irruentes cum uagarẽtur per totam Galliam, sic aflixit: ut trecentos ex his captos septingentis interemptis sub corona uendiderit. Ecce Franci in Gallijs uincunt̃ ab Aureliano, necdum Cęsare: qui plus centũ annis ante primum Valentinianũ imperauit. Deinde Eutropius de temporibus Diocletiani: Franci inquit, & Saxones mare infestabant quib⁹ Carausius dux pręficitur comprimẽdis. Sed cum nec pręda integra prouincialibus redderet̃, nec Imperatorib⁹ mitteret̃, ue-

Cõmentitia de Francis.

Author repbat scriptores Gallos.

Alani in media Germania egerũt.

Saxones.

Frãci diu in Germania.

Frãci in Gallijs uicti.

nit in suspitionẽ prefectus, ꝙ barbarorꝝ aluerit audaciã: ut ille spolijs eorũ potiretur. Diocletianus aũt multo tempore precessit in Imperio Valentinianum, sub quo Franci iam mare Britannicũ infestauere Hieronym⁹ aũt in Hilarione tradit temporibus Constantij Cesaris, missum sancto patri liberandum demone iuuenem ex Francia: ea, inquit, prouincia media est inter Saxones & Suguos. Quid potest dici expressius? Orosius aũt: Valẽtinianus, inquit, Saxones gentem in oceani littoribus & paludibus inuijs sitam uirtute atq; agilitate terribilẽ, Romanis finib⁹ irruptionẽ iamdiu meditantem, in Francorꝝ finibus oppressit. Sic Orosius non in Alanos, sed Saxones: non in Meotidis paludibus, sed oceani gentem, in Frãcorum finibus (quos olim dictos inueniet Sicambros, qui diligenter Ptolomeũ inspexerit) esse repressam & edomitam. Quam rem huic negocio extraneã, huc tñ introduxi: ut uideam, ⁹quã fidẽ faciat in origine Wandalorꝝ cõmemorda, qui in sue gẽtis antiquitate describẽda tantũ a uero absfuit.

Franconia olim Frãcia.

Saxones uincuntur.

CA. IIII.

Ttamem quale sit quod de Wandalorꝝ tradit origine uideamus.
a A Scythis producit gentis originem. Sic solẽt etiã Italici in uastã illam Scythiam recurrere quoties ignote sibi gẽtis nomen occurrit. Non legerat Tacitum in Germania, qui uetustissimã Wandalorꝝ originem in ea prouincia demõstrauit. Non uiderat Berosum Babylonicum, sacerdotem, antiquitates gentium ex officij publici ministerio scribentem: qui Tuisconem Noe post diluuiũ primogenitũ filium, docet omnia impleuisse cõfinia, intra Tanaim & Renum, filiosq; habuisse Hunum, Wandalum, Mannũ, Suguũ, Marsum, Gambriuiũ. Vnde liquido apparet, non modo Wãdalos: sed & Hunos non esse Scythas, Asiaticos, sed Europeos homines: quod etiam alibi ostendim⁹: sepiusq; dicendum est pro rei nouitate ꝙ hacten⁹ nobis Berosus incõpertus erat. Sarmaticos cãpos etiã nũc latissimos, olim Huni Wandaliq; impleuere: quos nũc tenent Tartari. Et Hunorꝝ quidẽ nomen interijt, deletum in Pãnonijs per magnum Karolũ quod in Saxonia mõstrauimus, Wandalorum aũt latissima natio, usq; hodie permansit in multis prouincijs, depulsa Sarmaticis campis, sed uberiores inde nacta prouincias. Magnã tamẽ hodie sue gentis partem ibi recognoscit Russos atq; Polonos. Nam ille sunt partes Wandalorꝝ in magna Germania. Q̃ a Gothis aliquãdo pulsa sit pars gẽtis, non inficiamur. q̃q; a Cõstãtino Magno sedes meruerint ad ripam Danubij, & inde in Gallias & Hispanias, & demũ in Aphricam transierint fatemur: sed non est hoc ostẽdere unde prodierint, qui sub Martello Gallias infestarũt. Ego ex his fuisse cõtendo, qui littora maris Germanici, etiam post hãc etatem diu tenuerunt: in quibus uetus rerum uocabulum permanebat, ut Wandali etiã tũc dicerent cũ alie gẽtis hui⁹ portiones, in suis prouincijs, mutatis nominibus, aut Russi, aut Poloni, aut Bohœmi, aut Dalmate iã dicerent.

Wãdalorum origo.

Tuisconis filij.

Tartari in Sarmatia.

Wandali in magna Germania.

V.

Nterim Wãdali ex Bohœmis & Slesia ac uicinis regionib⁹ pro-
i fecti, Histriam, Dalmatiã, Bosnam, Croaciã, Stiriã, Russiã, impleuere prouincias, que tum nominũ distinctio non erat, sed postea emersit. Vno aũt tum nomine Sclaui dicebanẽ, & omnis prouincia ex illis

Wãdalorum migratio.

Initio Sclauonia abolito uero & antiquissimo nomine Wãdalorꝫ. Nec tñ quieti his, puincijs cõsederunt. Caretania pars est Dalmatię regionis, quã corrupto (ut fit) nomine, hodie Carinthiam uocãt. In eam Arnefrites, Lupi ducis Longobardorꝫ filius, paterna ditione pulsus, ex Italia se cõtulit: auxilia rogans ad recuperandum Forumiulij: nec frustrã implorauit. Nã manum inde nõn contemnẽdam secũ traxit in Italiã: qua Arnefrites adulescens Foroiulianos fines improuisus irrupit: Improuidus & ipse, inexploratis hostium apparatibus, & cum iam Nemaso admouisset castra, opido munitissimo, eruperũt ex insidijs, parati in pręliũ Longobardi. Caritanis ad subitũ incursum territis, Arnefrites fugiẽs, ocidit: Carentani dissipantur. Ea re in prouinciam nunciata, publico cõsilio, bellũ a gente Wandalorum suscipitur: magna mole, ut uim & cladem suorꝫ Carẽtinorꝫ ulciscerentur, expeditionem in Italiam faciunt. Sed is fuit apparatus regis Grimoaldi, motus magnos presentientis, ut nihil tum proficerent. Quia uero gentis huius usquequaq; diffusę, prosequi historiam infinitum est: nec a me tañ tum operę desumptum: uno pręclaro cõmemorato, hui⁹ Wandalorꝫ portionis facinore, ad alia quę suscępi diuertar. Lõgo post eã memoriã tempore: cũ iam Wãdali aliquot seculis in, puincijs, quas dixim⁹, coaluissent: magno fuere Italię presidio. Prim⁹ Otto Romanum regebat Imperium, cum Saraceni in Italia ad Garganum montem consedissent: & ex eo loco proximisq; Sipontino sinu magnam Italię partem uexare soliti: Indignum iudicantes Wandali (quos illi Sclauos dicere, tum & etiã nũc, cõsueuere) magnis agminib⁹ duxere in Saracenos, & foeliciter prosperati omni exturbant, puincia: fuerũtq; hi, qui sub Sueropilo rege Dalmatię, annitẽte Hadriano. II. Romano põtifice fidẽ Christi accepere.

Carẽtanea.

Arnefrites Dux occidit.

Wãdali fugarũt Saracenos ex Italia.

CA. VI.

PRiusquam ex peregrinatione domum repetam: quia omnium testimonio scriptorum Burgundiones ex Wandalis prodierunt: eius gentis exortum procursumq; usq; in hodiernum, paucis libuit attingere: ut hac quoq; parte, sua laude nõn fraudetur gẽs Germanica Wandalorꝫ. Plenam aũt historiam polliceri nõn possum⁹, q; annales eorꝫ non tenemus, quam habent ipsi in sua regione uberrimã, & Gallicę, & Latine scriptam. Hec ergo Burgũdionum Wandalorꝫ gens, regnum diu nobile in pręclara Galliarum parte fundauit ac tenuit: nomine etiam nũc potissimũ permanente. Pliniũ probatissimũ authorem, prima frõte locamus, ad ferẽdũ super hac re testimonium. Genera inquit Germanorum quinq;, Wandali, quorum pars Burgundiones: Varini, hoc satis nobis. Augusti quoq; tẽporibus (ut refert Corneli⁹ Tacit⁹) ea pars Wãdalorũ, quib⁹ Burgudionibus etiam tum fuit nomen, ad octuaginta armatorꝫ milia ulteriores Reni ripas insederãt: quos Drusus & Tiberi⁹ Cęsares, post subactã inferiorẽ Germaniã in sedes proprias repulerunt, & extra urbes munitaq; loca dissiparunt: a quibus uicatim habitandi ritibus (quos patrio gentis uocabulo burgos appellant) eos Burgundiones fuisse appellatos tradit Orosius. Sub imperatore aũt Valentiniano, ad burgos in ripa Reni redierunt, ibiq; reuerẽtia tanti Imperatoris eos cohibuit. Sed sub Honorio iam sum-

Burgundionũ regnum fundatum.

Drusus & Tiberius repulerũt Wãdalos.

pta audacia, Renū trāsierunt. Erant aūt in eorꝝ cōmilitio tum Alani: Sueuos aūt, & in Eduis, & circum ea loca repertos, in suā aduersus Romanos societatē faciliter traxerunt. Fuisse aūt tradunt ab aliquib⁹ treceta: ab alijs quadringēta armatorꝝ milia, quę uxores filiosq́, non minorē mortaliū numerum, secum duxere. Erāt aūt tum in Gallijs Franci Germani. Eos autē primus Romanorꝝ ducum domuit in patria (olim Francia, nūc gallis, uerū nomen surripientib⁹ Frāconia) Constantius Magni Cōstantini filius: Eademq́ tunc accepta clades effecit, ut usq́ ad tempora Archadij & Honorij Imperatorꝝ, fuerint in sua patria quietissimi: Sed eorundem Imperatorꝝ anno. VII. mutandi soli & melioris quęrēdi gratia, patrijs sedib⁹ relictis, Renū trāsmiserūt: & apud Treuiros, Matricorēses, qui & Metēses, & Leucos, qui & Tullēses, Veredunēsesq́ cōsederant: quos, Sueuis ob uetustas simultates instigantib⁹, Wandali Burgundiones & Alani Renū per uim & arma retransire & in Franconiā se recipere cōpulerunt. Quib⁹ ultra Renum retropulsis, Wandali, Alani & Sueui, ad diripiēdas uastādasq́ Gallias, sunt profecti. Burgundiones aūt Wandalorꝝ pars, qui tamdiu in Burgis ad Renū cōsederāt, a gentilbus suis, uolentib⁹, sunt separati. Eorꝝ tñ societate freti, Renū transierūt: alijs ultra tendentib⁹ sedes ipsi capere cōstituerunt: easq́ delegerūt apud Eduos, Vesontios, Lingonas, Cabilonēses & Matisconēses: In quibus proximisq́ ciuitatib⁹, ad hęc usq́ tēpora, mansere ut ipsis in locis pars regionis, quę pri⁹ Gallia Belgica fuit dicta, annos iam supra mille Burgūdia nominetur. Non suscepi exindē gētis pręclaras res stilo celebrare: cōtent⁹ principiū & regū successiones ad nostra tēpora deducere, q̄ apud eā gentē plenissima de reb⁹ gestis tenet̃ historia. VII.

Vxores & filij in castris.

Frācones in Gallias.

Redeunt in patriam.

Wādali usq́ nūc in Gallijs.

a Nnus erat post natū Christū. CCCCXV. cum Burgundiones Wandali Galliam Belgicam apprehenderunt, sedes in suas habituri. Creauerāt aūt sibi ex suis regem Gondochium, qui strenue rem administrabat: cęsis in prouincia Romanis omnibus, qui sibi aut fuga aut latibulis non cōsuluerunt. Nullū tum ab Imperatore Honorio aut ab uniuersa Italia pręsidiū sperabat̃: q̄ Gothi in Italia, capta urbe Roma grassarent̃. Galliarꝝ uero pars maxima, pręter eam, quam Burgundiones Wandali apprehenderant, a cęteris eius nationis hominib⁹, quibus Sueui & Alani bello socij erant, uastabatur. Honori⁹ aūt, ut exoneraret Italiam Gothis, permisit illis Gallias, iam ab exteris nationib⁹ infessas: ut in se uerse nationes gentium, mutuis se uulnerib⁹ attererent, & lucro Romani Imperij, in se mutuū ferrū acuerunt. Prosperatū est autē hoc Imperatoris consilium. Nam Gothi duce Astaulpho Gallias ingressi, Burgūdiones quidem intactos pręterierunt, q̄ iam fixis munitionib⁹ sedes sibi firmauerāt: non facile expugnabiles. In cęteros aūt Wādalos cum Sueuis & Alanis socijs cōuersi, eos Gallijs cedere, & in Hispanias transire perpulerunt: quod suis locis in Gothia & in hac superius Wandalia ostendim⁹. Sed, q̄d huic loco proprium est, Burgūdiones acceptis sedibus sacram Christi religionem pro magna sunt parte amplexati: unde etiā ad Frācos, postea Germanicam gentē, in eisdem Gallijs regnū nobile proxmis annis fundātem, per

Gōdochius Rex.

Sueui & Alani socij Wandalorꝝ

Wādali & socij in Hispanias.

uenit: quod suo loco docebitur, Lupicin⁹ tantę pietatis minister & apostolus gentis memoratur. Gondiacus aūt prim⁹, quem dixim⁹ Burgūdionū rex, rebus per omne regnū cōpositis, in pace quieuit, cum annis circiter uigintiquatuor, regno prefuisset. Alij tradunt illum prius ab Ecio Romano patritio uictum, ad Romana fędera esse protractū: inde ab Hunis oppressum. Certum est tamen, in magna illa pugna Ecij in Attilam, Burgundiones fuisse, in parte Ecij uictrice, non mediocrem sibi gloriā ex eo prelio, & Romanę ditioni pręcipuā fidem impleuisse.

Gondiacus Rex moritur

CA. VIII.

Gondiaci filij.

Gondebaldus & Gondesilus filij fuere Gondiaci: qui paternā ditionē hęreditario sibi iure uēdicarēt. Sed qm̄ nō ex ęquis partibus diuiserūt: maiores & duplas partes sibi uendicāte Gōdebaldo, fraternam ea res emulationē & simultatem, plusq̄ ciuilem excitauit. Tertius erat frater Childibertus, uir tranquilli animi: nec sic tñ fratris Gondebaldi gratiam promeritus. Nam regni auidus occupādi, fratres de medio tollere cōstituit. Idq̄ agressus, primum in Childepertū peregit. Nam eū nihil tale a germano metuentem, oppressit, & crudeliter extinxit: uxorem eius ligato in collum saxo, in profluentem abiecit: duos filios gladio peremit: totidem filias amici subduxere morti: quarum natu maior Sedeolenita Christo se deuouit. Iunior aūt Clotidis, ad nuptias Francoꝝ regis Clodouei peruenit: mulier animo & corpore egregia: quę uirum suū Christo lucrata ex infideli perfecit ut fidelis fieret. Gōdesilus frater, uidens Childeperti crudelem exitum ab germano, ueritus exemplum similis crudelitatis ad Francos nouam tum in Gallijs gentem, e Germania profugit: cui iam Clodoue⁹, post patrē Merouęū, regnabat. Exceptus est aūt per benigne, q̄ rex ille, ut dixim⁹, neptē eius Clotildim cōiugem teneret. Rex uero & uxoris instantia, primum Christo credidit, cum magno prelio ab Alemannis urgerer, uotum emisit, si uictoriā dei, quem Clotildis coleret, auxilio assequerer: eius se in reliquum tēpus futurū cultorē. Vicit, & credidit, baptisatusq̄ est ab Remigio Remorū antistite. Cum autē uxor illi patris & matris indignam ab Gondebaldo necem sępe ante oculos querelis reuocaret, Gondesilus quoq̄ fratris accusator accederet: simul Burgundionū inhians regno, facile in sentētiā trahitur Clodoueus, ut bellū suscipiat in regē Burgundionū. Non segnis illi Gondebaldus, iam prescius futuri motus, illi paratus occurrit: sed cōmisso prelio, Francis par esse non potuit, q̄ multi in sua gēte illū destituerēt, fratrem sequuti. Itaq̄ uictus profugit: sed tñ in regis Francoꝝ manus peruenit: unde se multo auro, quo diues abundabat, redemit: pactus annua Francis dare tributa. Quibus inter se firmatis, Francus relicto satis ualido ad frenandū impetū pręsidio, sub manu Gōdesili, in regnū reuertit. Sed ubi absuere Franci, Gondebaldus promissi oblitus, regnum pulso pręsidio recuperat: tributa recusat: uicinā urbem, in qua frater cum presidio cōsederat, occupat: fratrē extinguit: uxorē cum liberis incendio absumit: & Francis iam alteri bello implicitis, regnum suum Burgundiæ, per Wandalos, ut supra memorauimus, fundatum, in pristinā reducit, excusso iugo libertatem.

Cędes fraterna.

Spolia in foemellas.

Rex Francię fit Christianus.

Gondebald⁹ uictus.

Tributarius Gondebald⁹

Gondebald⁹ rebellat.

CA. VIIII.

Igiſmūdus & Gūdibarus, illi ſuperſtites fuere filij, patris regnū ꝑcerū uolūtate ſuſcipiētes, in fide Chriſti eruditi, & ſacris ei⁹ religionis initiati. Imprimis Sigiſmūdus Chriſto deuotus: Illuſtris enim puer, melior adoleſcēs, cum adultā cōtigiſſet ętatē, tāta illi inceſſit deuotio erga eccleſias, aut ſanctorꝝ limina: ut dies ac noctes, uigilijs atq; ieiunijs, frequēs perageret. Patre aūt rebus humanis exēpto, gens Burgūdionum, licet magna ex parte gētilitatis adhuc ſorderet errore, in Sigiſmūdū tn̄ regē Chriſtianū cōſenſere. Rēpublicā ſollicite, prudēter, fortiter adminiſtrabat: principali ſemꝑ oculo, ad īmortale dei regnū reſpexit: nihil intermittēs, q̄d ad dei gloriā, & ad eccleſiarꝝ honorē ꝑtineret. Sortit⁹ eſt cōiugē, filiā Theod. Gothorꝝ regis, in Italia tum florētis: ex qua filiū ſuſtulit Sigericū: qua reb⁹ humanis exēpta, aliā ſuꝑduxit, nouercali odio inſectātem eū puerū, quē ex prima cōiuge rex ſuſtulit: ꝑfecitq;, ut pater alias uir integerrim⁹, ſtimulis actus uxoris, filiū ſuū iuberet occidi. Sed ille ad cor cōuerſus, pluſq̄ dici poteſt indolēs, emēdādi criminis gratia, multū ſibi laboris ſpōte deſumpſit: pręcipua religione excolēs locū Agaunū: ubi ſancta Thebeorꝝ militū corpora, pro Chriſto trucidata, quieſcunt: cunctq; illis partē in Chriſti regno habere deſyderās, magnis ſumptibus, tēplū primo inde monaſteriū erexit in loco: choros dei laudē aſſidue canētiū, inſtituēs miniſtris omnia, ꝑſpexit ad uictū neceſſaria. Clotildis aūt Frācię regina, quia paternā ac maternā necē Clodoueus marit⁹ ad plenū nō uindicauit, poſt eius exceſſum, atq; Gūdebaldi mortē, ad filios cōuerſa, quos Clodoueo quatuor peperit: ultionē in Burgūdos efflagitauit. Clodomirus maior natu fili⁹, matris querimonijs incit⁹, bellū ſuſcœpit in Burgundos: Sigiſmūdus illi, ut poterat, occurrit. Magnis utrinq; uirib⁹ pugnatū eſt, ſed ceſſit fortuna Franco. Sigiſmūdus elabit̄, & in ſolitudinē ſe cōfert, orationibus, ac ieiunijs intentus: & ne agnoſceret̄, monachali tonſura deformat̄ & habitu. Frāc⁹ interim rex Burgūdiā accœpit: Burgūdiones iam ſibi cōciliatos, regē ſuū perquiſitū, iubet adducere: qui inuenere latitantē, ſub habitu regulari: tradūt hoſti in man⁹: polliciti prius eum in tuta perducere. Clodomirus optimū regem Sigiſmundū, iubet cū filijs, & cōiuge in puteum precipitari: Inde poſt trienniū extracti, diui Mauricij monaſterio redduntur tumulati. Ipſe rex miraculis clareſcēs, aſſcribi meruit ſanctorꝝ catalago prodentibus ſignis.

Sigiſmūd⁹ bonus rex Burgundię.

Nouercale odiū perniciofum.

Agaunum.

Vincitur Sigiſmūdus.

Sigiſmūdus cū uxore & filijs necatur

CA. X.

Vndibarus frater regno ſuccedit, ac regi Francorꝝ ſtatim rebellionem oſtēdit, defenſur⁹ regnū & patriā libertatē. Ducit in eum Clodomirus agmine magno: nec impiger Burgūdio uenięti occurrit. Tanto ardore cœpta eſt pugna, ut ante alios elatus Francorum rex fortiter pugnās, imprimis caderet. Ea tn̄ fuit Frācorꝝ cōſtantia, ut amiſſo licet rege, fortiter in pugna perſtabant: Burgundioneſq; ęgerūt in fugā: ſequuti, terrā uaſtabāt, uicos incēdebāt: & ſpolijs opimis ditati, in ſua redierūt. Ita peracta eſt uindictæ de parētib⁹ Clotildis: nō ſine impēdio proprij ſanguinis. Pene excidit inſtitutū: ut cōtra animi propoſitū, regū ſucceſſiones pollicitus, rerū in gēte magnarꝝ texere inſtarē annales: ſat fuerit

Gundibar⁹ rex rebellat Francis.

Rex Frācorꝝ bello cadit.

Laus regni Burgundiæ. initia regni tetigisse. Illud tñ adijciendũ, quãtũ in ea gẽte semper religio, & diuini cultus amor floruerit. Nam Trophinꝰ rex ecclesiã in Auinione fundatã cum circũiacente agro, sedi tradidit apostolicę. Gũtramꝰ rex fundauit Gimniacũ, a quo prioratꝰ Cluniacẽsis exiuit. Gũtramus alter apud Cabilonẽ fundauit ecclesiã sancti Marcelli papæ. Iohãnes rex in Lugduno fundauit ecclesiã cathedralẽ. Stephanꝰ rex, ecclesiã sancti Stephani: qđ illi cognominis esset, instruxit regularẽ. Diocꝰ rex fundauit Rezelai. Fuerunt deinde duo reges Sigismũdi, post primũ, & secundũ, tertiꝰ, & quartus: qui multas ecclesias erexerũt. Sed & Rodulphꝰ rex cathedralẽ ecclesiam apud Coloniã supra Renũ fundauit, deinde apud Moguntiã, Strazeburgũ (nũc uocãt Argentinã) deditq; maiorẽ partẽ ditionis suę sacro Romano Imperio: cum iam Cõradus. II. illi preesset, paulũ supra millesimum a Christo annũ: unde usq; hodie perseuerat illa Imperialis Burgundia, quem comitatũ dixere, in quo Vesontiũ metropolis: cuius urbis memoria a primo Caio Cæsare perseuerat. Ducalis autẽ Burgundia cum & illa traderetur Imperio per eũdem Rodulphũ, postea reuertitur ad regnũ Francię coronam cui etiam hodie paret.

Rodulphꝰ ecclesiã Coloniæ fundat.

Vesontium metropolis.

CA. XI.

Malefícium

Hunc regẽ ferunt per germanã sororẽ, quę regina esset Frãcię, uel maleficijs implicitũ, uel alijs uijs, ne gigneret, emasculatũ: Id cũ compertũ haberet, odio Franci regis, Imperio se subiecit, & ecclesias Reni, quo Francis repagulũ essent, ne in Germaniã irrumperẽt, Germanisq; presidio semper essent, locupletauit. Inde ille Trãsrenanę Germanis opes: Inde Treuerensis, quę tota est in Gallicis finibꝰ opulentia. Habuit deinde domus Burgũdię preter Sigismũdũ. I. de quo diximus, & alios nõnullos, catalogo Sãctorũ asscriptos: nam sanctꝰ Claudiꝰ, Burgũdię comes, archiepiscopus erat Vesontinꝰ. Sancta Leonella, filia regis Burgundię, ducissa fuit Lingonẽsis, soror patris sancti Symphoriani. Clotildis regina his annumerarẽt, si non cruẽta patrię bella cõcitasset, primũ per maritum Clodoueũ, deinde per filiũ Clodomirũ, in quo perijt sanctꝰ Sigismũdus: & deinde ipse superimpẽsus erat Clodomirꝰ. Ex hoc autẽ ordine regum fuit & ille Rodulphus, quẽ Itali cõtra Berengariũ inuocauere: qui, cum Italię regnũ cũ filio tenuisset, redijt post aliquãta tempora in suã prouinciã: perfidiã detestatꝰ Italicę gẽtis. Hic est ille Rodulphꝰ, qui ad primi Hẽrici Ro. regis tẽpora pertinet: a quo idẽ Henricꝰ lanceã dominicã magno munere ꝓmeruit: Insigne decꝰ Ro. Imperij: cuiꝰ nõ cõtemnẽda pars nũc Nurẽberge, precipua urbe seruatũ. Huic filia erat unica Iohanna: quã Otto Morauię marchio palatinꝰ comes duxit uxorẽ. Hic filiã reliquit Alheidan, comitissam Burgũdię Matiscouię Viẽnę. Eã accepit uxorẽ Iohãnes de Cabilone, comes Salinẽsis, & princeps Arragonię. Interim rebellãtibus Burgũdis, de regno Rodulphi actũ est, ut ad ducatũ reduceretũ: & Odo Cãpanẽsis, frater Roberti Frãcię regis, filius Hugonis, primus dux Burgũdię fuit, anno Christi. MCLXXXXI. Hic filiã reliquit Agnetem Frãcię reginã. Successit patri filiꝰ Odo, secũdus dux Burgũdię: qui genuit Iohãnã, & Endonẽ: Iohãna facta est Frãcię regina: Endo patri succeslit

Dicantur ecclesię Reni.

Rodulphus qui contra Berẽgariũ.

Lancea dominica.

Burgundia fit ducatus.

In ducatu Burgũdię: qui filiũ habuit Philippũ: ſed is ad ſucceſſionẽ non ꝑuenit, uulnerat⁹ in prælio Pictauienſi bello. Reliquit aũt paruulũ filiũ ſibi ęquiuocũ: qui auo ſucceſſit tam in Burgũdię ducatu, q̃ Aluernię comitatu, & Bolonię. Iohãna regina de ſtirpe Burgundionũ, nupta Philippo Lõgo, Frãcoꝵ regi: peperit ei tres filias, quaꝵ prima fuit duciſſa Burgundię: Altera comitiſſa Marchię: Tertia comitiſſa Flãdriæ, iũcta Ludouico comiti, qui apud Treſſiacũ occubuit. Cui fili⁹ Ludouic⁹, quẽ illa peperit, ſucceſſit in Flãdria: & iure materno fuit comes Arteſię, & Burgũdię, cum ex alijs ſororib⁹ propinquior hęres non extaret. Hic ergo nouiſſim⁹ Ludouicus, cognomẽto de Malen, is enim erat loc⁹ natiuitatis ſuę, non lõge Brugis, ſolã filiã reliquit heredẽ: quã, ut incõuulſa manerẽt dominia, Philippus iuuenis dux Burgũdię, de quo dixim⁹, cœpit uxorẽ: quo intra metas adoleſcẽtię deficiẽte, Iohãnes rex Frãcoꝵ, ducatũ Burgundię ad ſe reuolutũ, dedit Philippo filio ſuo iuniori: qui relictã ſpõſam Philippi iunioris ducis duxit intactã: & ꝑinde Burgũdiã cõiũxit Flãdrię, Arteſię, Bolonię, comitatibus: Nam illę ditiones erãt ſponſalicię, dotis nomine uenientes ad Philippũ, per filiã unicã comitis Flãdrię Ludouici. XII.

Ludouicus comes Flandriæ.

Deuolutus ducat⁹ Burgundiæ.

Philippus dux Burgũdiæ.

PHilippus, cognomẽto Le hardi, regis Frãcię fili⁹, dux Burgũdię qui primus tot ditiones cumulauit: tres filios, & totidẽ filias, ex uxore, comitis Flãdrię filia, ſuſcœpit Iohãnẽ Philippi, quem pro uirtute cognominauere bonũ, uſq; ad ętatẽ noſtrã pertingẽtis, patrẽ: Anthoniũ ducẽ Brabãtię, & Limburgi, Philippũ ducẽ Niuernię: quę omia dominia partim in Iohãnem, partim in Philippũ eius filiũ, confluxere: ut omniũ principũ titulatiſſimus fieret Philippus, qui Karolũ filiũ reliquit, ducẽ Burgũdię, ætate noſtra inuictiſſimũ: qui etiã ueterũ laborẽ & induſtriã, & bellicã gloriã, ętati noſtrę retulit. Operępręciũ iudicaui pauliſper his rebus, quę ętatẽ noſtrã propius attingũt, immorari: ꝙ & illuſtrem habent memoriã, & ad noſtra tẽpora non parũ momẽti. Iohãnes Burgũdiæ dux, cũ rex Frãcię Karolus. VI. & corporis aduerſa ualetudine, & mẽtis alienatione laboraret, adminiſtrãdi ſibi regni poteſtatẽ non putauit deferendã: ꝙ auũ numeraret paternũ regẽ Frãcię: obſtitit Ludouic⁹ Aurelianí dux: uir armis & prudẽtia cõſpicu⁹ ſingulari: ꝙ eodẽ gradu coronã reſpiceret. Igiť grauiſſima, inter duces memoratos, oriť ſimultas, quanta ſolet de regni conſortio & emulatione fieri: diuerſi, quiſq; in ſuã partem rem adminiſtrabãt. Et cum ferueret bellũ Anglicoꝵ, nõ uno animo utriq; bellum gerebãt. Rex cõciliãdi gratia duces ad ſe uocat Pariſiũ. Venerãt: ſed Ludouicus dux ueſperi, cum ab puerpera regina, quã ſalutaſſet, domũ repeteret, in ipſo itinere mactať: amputata prius dextera, quã ictui prętenderat. Turbati omnes qui affuere principes, de tanti nece uiri. Iubẽt inquiri de ſicarijs. Inueniť ꝙ domũ Burgundię petiſſent: & cum in cõcilio res pręſente Iohãne Burgũdię duce agereť: expalluiſſe eſt ãnotat⁹: & ab amicis clam admonitus, cõſcientiam criminis uiſus oſtendere. qua de re uelut ualetudinis cauſa, concilio egreditur, uelociſſimo iumento impoſitus, non prius curſum frenauit, q̃ Atrebatũ ciuitatẽ ſuã attingeret. Iam cunctis in-

Titulatiſſim⁹ princeps.

Karolus VI. mẽte capt⁹.

Oritur ſimultas magna.

Mactať dux Aureliani.

Io dux Burgũdię fugit.

notuit, Burgundum cædis authorem. Igitur crimina disseminari iussit, & prędicari Parisius, de maleficio Ludouici, de perfidia in regē, de multiplici adulterio. Res in apertū bellū processit: aliquot leuia prelia cōmittuntur. Burgundus Anglicis adhęret: ꝙ tota illi domus Francię uideret aduersari: laceratur inter manus regnum.

Oritur bellū

CA. XIII.

Delphin⁹ simulator.

Delphinus (sic enim uocant regis primogenitū) simulat abolitionem cędis: Burgundo palā properat cōciliari: ꝙ tēpus illud minime propter Anglicos pateretur regni dissidiū. Submittit qui suadeāt Iohāni duci colloquiū, de reb⁹ gerēdis cum Delphino: nihil apud Delphinū residere indignationis: esse infensum Aurelianēsi parti: Burgūdi fauorē captare. Huiuscemodi uerbis peruincūt, ut Iohānes se fidei permittat Delphini: suasus potissimū cuiusdam, cui maxime fidebat, uerbis. Monstreoli opido & arci nomē est, in quo indicitur conuentus principū, ut de integro inter Delphinū & Iohānē fiat cōciliatio. Procedit dux cum non cōtemnēda suorū manu. Obuiū habuit ex Delphini cōsilio hominē amicissimū, qui saluū deduceret. Pręmisit tñ Iohānes in opidū, qui rumores exciperēt, subauscultarētq; quid ageret. Persensere illi non omnia esse pacata, subesse insidias: itaq; duci suo occurrūt: hortantes, sibi prospiciat: uereri se exitus non bonos: latere, incertū quid, insidiarū. Motus dux restitit. Tum is, qui obuiam prodibat, amicus: Nihil, inquit, te moueat, tuta esse omnia cōfide: me respice. Cui dux: Ego, inquit, tibi propemodū fidē habeo: sed tu uide quibus cōfidas, ne forte mecū fallaris. Tum ille: Vana est trepidatio: Ego uitam tibi meam, pro tuo periculo paciscor. Credidit dux, & cum procedente procedit, bos ad uictimā. In arcem, ponte utrinq; sublitio, transitur. Vix introierat: & sublatum utroq; latere uiderat pontem. Conuenerat, ut decimus uterq; in consilio esset: reliquam multitudinem dux in opido iussit manfitare. Iungitur ex latere duci, qui ei occurrerat. Vbi uenere in conspectum Delphini, dux ex more gentis, regio iuueni inclinabat, pene ad genua uolutus: Vbi assurgere conatur: qui proximus astiterat, gladio caput assurgentis magno uulnere findit: e suis quidam intercurrerat. Vbi uidit distringi gladium, proditorem domino suo incumbentem pariter trucidabat. Ita fide uiolata perijt, qui ante se perire fecit Aurelianum. Ad famam rei, uix elabuntur ducales, aliquot cæsis, nonnullis etiam captis.

Dux Burgūdię fascinat.

Dux auisat de dolo.

Dux necat.

Trucidatur proditor.

CA. XIIII.

Philippus uindex paternæ necis.

Philippus Iohānis filius, acrem paternę necis ultionē parabat: Anglis fœdere cōiunct⁹: eamq; uastitatē regno induxit, quę hodie cernitur. Perpulit magno bello: ut post aliquot annos, ad ei⁹ nutum rex illi satisfaceret: alias illi terras in perpetuū, alias ad tēpus ꝑmittēs: ꝑre etiā magno ꝑsoluto: tot ecclīas ac monasteria rex cōstrueret. & quidē dñia accœpit: quę etiā Karolo filio reliquit: de alijs sunt continuata bella. Hic Philipp⁹, reb⁹ demū cōstitutis, omniū ducū clarissim⁹ & ditissim⁹ euasit: fraternitatē cōstituit aurei uelleris, in quā principes, multos comites & barones acciuit, hodieq; in ei⁹ posteritate cōtinuatā. Rex nūc Ro. Philippi pr̄, in ea primatū tenet. Karol⁹ Philippi fili⁹ in omnib⁹ ditiōib⁹ successit

Fraternitas aurei uelleris

nostri cui maximū decus, incōparabilis animi ac roboris inuicti: qui Burgundos suos ita armis instruxit, uiribus exercuit, ut inuicti haberentur a Francis: ausus Ludouico Franciæ regi, Karoli. VII. filio, aciem opponere: cum adhuc ageret sub parēte: cruentissimo cum illo cōflixit prælio ad montem Harri. Pares regni in societatē belli contraxit: regē Parisijs conclusit: ꝗ cuncta non ex arbitrio pariū, sed ad propriæ frōtis in regno impetū constitueret. Inuenit causas quisꝗ suas, quas regi opponeret. Sed tum exit⁹ is erat, ut rex diuisis paribus, pene singulos postea armis, aut insidijs, aut consilio perderet: Karolo etiā suū creditur exitū procurasse. Interea Karolus dux Burgundiæ, uictricia signa circūtulit: Dinantū præclarę opidū euertit: Leodiū oppugnauit, & expugnauit: multis in eo milib⁹ perditis. ad Nussiam anno pene integro obsidionē tenuit: multis ac magnis oppugnationibus infestauit: Romanorū Imperator Fridericus totius Imperij uiribus occurrit: sed res tractatibus, non armis, dirimitur. Is fuit exitus, ut unicā filiam suā Karolus dux tum desponderet Maximiliano Imperatoris filio. Ex hoc bello Lotharingicum illi fatale suscœpit: multa cœpit opida: terras uastauit: prælia multa gessit: sed magna Suitensiū liga illi se obiecit: instituta pugna ad Nanseiū opidū illi fuit nouissima. ibi uict⁹ in fuga cędit: Nanseio tumulatur: diu a suis uiuere creditus, & peregrinari: sed inter mortuos remansit.

Prælium ad mōtē Harri

Dinantum Leodium Nussia.

Pax per matrimonium.

Mors Karoli Ducis.

CA. XV.

Karoli unica filia Maria, Friderici Imperatoris filio Maximiliano despōsata nubit: administrationē terrarū dotaliū ille subit: rex Franciæ Ludouic⁹, Burgundiā ad se uerū dn̄m reuolutā, occupat: Maximilianus reluctatur. Picardiam quā tenebat Karolus Burgundus cum Artesia, idē Frācus inuadit: Maximilian⁹ defendit. Sed priusꝗ ille administrationē acciperet, Flandria a uicinis Gallis laborabat. Cōstituit a Maria capitane⁹ bello Adolphus dux Gelriæ: quē Karolus Burgūdus, capto eius ducatu, uinctū tenebat. Egreditur armatus in hostes: apud Tornacū prima congressione cadit: dum Flandrēsibus prospicere conat̄. Inde Maximilianus iam Mariæ iūctus, cum administraret: postꝗ illa genuit primogenitū suū Philippū: quis acerrimū bellum gereret, noluerūt illum Flandrenses diuti⁹ rebus precsse: ꝗdiu tn̄ superesset Maria, patientiam qualēcūꝗ prestabant. Illa uero ubi Margaretā filiā enixa est, & filiū aliū Franciscum, qu mox excessit, & ipsa concessit in fata. Tum uero erigūtur Flandrenses in Maximilianum: Brabātinos quosdā habuere cōsortes: sed illos præuenit: ut in fide cōtineret. Intestinū oritur bellū duci Maximiliano: sed ille domuit tumultuantes: ut malo suo edocti, paterent patrē filio præesse. Quieuere aliquādiu: sed qm̄ bella in Gallos pro defensione terrarū filij suscœpit, infinitos illa sumptus deposcebant. Exhaustos se questi sunt Flandrenses. filiū patri abstraxerūt: filiā, reclamante patre, Karolo Francorū regi despondebant: dotem dixere terras, de quibus bella gerebant. Cogit tn̄ Maximilianus dux armis rebelles, ut filiū redderent: & legitimā patrī tutelā permitterēt. filiam uero iam tenebat Frācus. Deinde ex alijs quoꝗ causis noua bella consurgūt: de quibus pauca cōtingemus. XVI.

Mutatio status Burgūdię

Adolphus Dux Gelrię cadit.

Rebellio

Filij alienatur a patre.

Bella ꝓpter monetā.

Maximilianus detent⁹

Vterq; gladius in Flandrensis.

Arx Slusis.

Dam opidulum.

Matrimonium duplex.

Philippus Dux.

Titulus Burgundię.

Burgundi Wandali.

IAm auctus dignitate Romanoꝝ rex erat Maximilian⁹: & per occasionē in Flandria constitutę monetę, noua bella cōsurgūt: Aderat ubiq; motibus obuiaturus rex: uenit Bruggas armatus: Francis se ex proximo obiecturus. ibi malo ciuiū consilio includit̄: obseruatus arctissime in libera custodia. Erant qui dedendū putarēt regi Frācoꝝ: sed Bruggenses restitere. Interim Imperator immisit arma Flandrię: iterū igni ferroq; uastatur terra. Bruggenses in suos cōciues crudeli gladio sęuiebāt: quos maloꝝ causam sunt arbitrati. Perierūt multi innocētes uiri. Papa ac Imperator quisq; suū gladiū in cōtumaces Flandrēses exercebat. Rex interim Romanoꝝ pactionibus interpositis, ac impunitate iurata, datis etiā fideiussoribus, dimittit̄. Sed neq; sic res quieuerāt: nobilibus uindictā exercētibus in eos, qui regē inhonesto more incluserūt. Ibi Philippus de Rauensten, ex domo Cliuēsiū, qui hacten⁹ fidelissime regi militabat: cū uideret fidem iuratā ab exteris, non impleri, pro qua ipse interuenit: iūxit se Flādrensibus: & in arce Slusis, quę portū haberet apertissimū, se cōmuniuit: Bruggēses, & reliquā Flādriā immissis frugib⁹ alens. Sed cū Albert⁹ dux Saxonię opidulū Dam occupasset, interclusus erat a mari Bruggensibus aditus. Tum uero fame acri laboratū est Bruggis: necessitas subire adegit conditiones qualescūq;: quas idem Albertus dux Saxonię cum memorato Philippo pepigerūt. Interim Philippus Maximiliani regis filius, Karoli Burgundi ex filia nepos, cum adulesceret: filiā Fernandi Hispaniarū regis, coniugē accœpit: Margaretā uero filiam, quam ad ea tempora Karolus Francię rex impūberē tenebat: cum filiā ducis Britannię, dudū Maximiliano regi desponsatā, satis rapuisset, nullo obstante publicæ honestatis impedimēto, remisit in Flandriam: eam uero idem Fernādus rex, filio suo coniugē accœpit: facta uicissim puellarū quasi quadā permutatione. Rex Hispaniaꝝ iuuenis, non diu superstat: Margareta diu mansit uidua in regno. Philippus iam Brabātię, Limburgi, Lutzenburgi, Burgūdięq; dux: cum conthorali sua prolē excitauit. Interim ad Galloꝝ regē, mortuo Karolo, Ludouicū, pridē Aureliani ducem, pactiones interueniūt: ut Philippus, dimisso Burgundię ducatu, Arthesiam integrā recipiat. De titulo adhuc ambigit̄: rege inficiante, debere illū duci, & illo nō omittente. Hic est in hodiernū status Burgundię: cuius decursum paucis annotandū putaui huic operi: ꝙ origo Burgundionū, ut ostendim⁹, Wandalia est: quam ex uetusta obliuione, abstersam, in lucē qualencūq;, reponere cōtendim⁹. Ea uero in re quātū pfecerim⁹, alij iudicabūt. Excitādos eñ putaui posteros: ut tali accœpta cōmonitione, diligēti⁹ ipsi puestigēt, quę deesse nobis uidebunt̄, ne patiant̄ illustres patres ęterna obliuione iacere sepultos. XVII.

Cō cursatio gentium.

QVia uero per ea tempora, quę exequuti supra sum⁹, attigimus annos, scilic& post natū Christū CCCC. & circiter, plus, minusue, tanta fuit per Europā gentiū concursatio, facile rerum scriptores, qui in nobis semper rari erant, cum Romanis & Gallis, cōmemoratiōe magnarum reꝝ, quę per Italiā, Gallias, Hispanias, tum fuere, a Gothis, Hunis Wandalis, Alanis, Suguis, Gepidis, abstracti: illisq; reb⁹ impliciti, neglexe

runt interim, quę ad mare Germanicũ, ab eiꝰ regionis Wandalis agerenť. Nec Saxo noster, in ea parte diligentior, qui & ipse multa suorꝫ regum, & tempora, & nomina, & res gestas transilijt. Vnde etiã iacturã passi Wandali, qui per ea secula claruerũt, obliuione sunt sepulti. Sigibertus tñ Gallicus cõmemorat Winulos (Sic enim corrupto uocabulo, Wandali, maxime a Gallis, molliciẽ linguę sequentibꝰ dicebanť) regnãte iam Francis Dagoberto, circã sexingentesimũquadragesimũ annũ post natum Christum. Hoc ergo tẽpore, Winuli, qui tenerẽt ea tẽpestate, eam, quę nunc est Magdeburgensis & Halberstadensis ꝓuincia, magno agmine ingressi Turingiam tum Frãcis parẽtẽ, uastauerũt: & omnia ferro & igni pessumdedere. Sed cum Dagobertus expeditis copijs ad Renũ usqꝫ descẽdisset, hostibus obuiã iturus: Saxones ad eum mittũt oratũ, ut tributo, quod patri filioqꝫ hactenus pependissent, leuarenť (id erat quingẽtorꝫ per annos singulos boum) si id a rege impetrarẽt, suis se impẽsis atqꝫ armis, facile Wandalos repulsuros. Vrebat indomitũ populũ ignominię magis q̃ tributorꝫ onus: cõditione admissa, pensum est remissum Saxonibus. Illi quotidianos hostes aggrediunť Wandalos: & a Turingia repulsos, in sua se recipere cõpellũt. Non tum contemnẽda uidebanť Wãdalorꝫ arma: quibꝰ tantũ erat fiducię, ut potentissimũ Frãcię regẽ auderẽt lacessere. Sed hac breui cõmemoratione per transitũ facta, libet alterius historici testimonio, latitudinẽ gentis, & magnitudinẽ nationis ostendere: q̃uis enim in principio de antiquitate & magnitudine, ueterũ testimonia induximus, non sunt cõtemnẽdi recentiores: adiuuãt enim fidẽ uacillantẽ: & adiuuãtur ipsi, & emendanť ueteribus collati. Helmoldus is est, cuius testimoniũ aduocamus: sub Friderico. I. nouellę ecclesię Lubicẽsi retexens Wãdalię, quam ille ut cęteri, Sclauiam uocat. latitudinẽ & antiquitatẽ. Sclauorꝫ, inquit, populi sunt habitãtes in littore Baltici maris: sinus aũt huius maris, ab occidẽtali oceano, interposita Chersoneso, Cymbrica, quę utrũqꝫ dirimit, orientẽ uersus porrigitur: appellatus ideo Balticus, eo ꝙ in modũ baltei, longo tractu per Scythias regiones tendať usqꝫ in Gręciam. Hic patere ut bona uenia interfari Helmolde liceat. Balteus ille qualis sit, non prorsus intelligo: nam ꝙ mare nostrũ porrigať in Gręciã non credo: nam descriptiones geographorꝫ & cosmographorꝫ aliud docẽt: & cõmeantiũ contra te loquũtur testimonia: nam ex Russia in Sueciã itinere pedestri perueniũt: & ex Liuonia in Letuaniã, & rursus Poloniã: nullũ mare. ubi est ergo balteus in Gręciã? Balticũ aũt mare dicitur, a Baltia peninsula: quę tria continet aquilonis regna Daniã, Sueciã, Norwagiã. testis est Pliniꝰ: qui suos introducit authores. Non ergo a balteo, quẽ tu fingis, sed a Baltia peninsula appellať mare Balticũ. prosequiť nũc testis noster. Ideqꝫ mare Barbarũ, seu pelagus Scythicum appellať a gẽtibus, quas alluit, barbaricis. Addo, appellatur & Germanicum, Sueuicum, & Sarmaticũ. Testis est Cornelius Tacitus, diligentissimus Germanię lustrator.

Saxo nõ plene scripsit.

Winulorũ sedes.

Dagobertꝰ in Saxones.

Saxonibꝰ remittitur tributum.

Helmoldus historicus.

Author reprobat Helmoldum.

Balticũ mare unde.

Noĩa Baltici maris.

CA. XVIII.

HOc mare, inquit Helmoldus, multę circũsedent gentes, atqꝫ nationes: Dani siquidẽ, & Sueones, quos Normãnos uocamus, septen

trionale littꝰ, & omnes in eo continēt insulas: at littꝰ australe Sclauorꝫ incolunt nationes: *[Polonię sitꝰ.]* quorꝫ ab oriēte primi sunt Russi: deinde Poloni, habētes a septētrione Prussos: gentē moribus & lingua discrepantē: ab austro Bohoemos, & qui dicunt Morahi, nunc Moraui: inde Carinthi, atq; Sorabi. ꝙ si adieceris Vngariā in parte Sclauonię, ut quidā uolunt, quia nec habitu nec lingua discrepat: eousq; latitudo Sclauicę linguę excrescit, ut penè careat estimatione. Hęc sunt omnia Helmoldi: in quibus lector attēde, ꝙd *[Vngari non sunt Sclaui.]* de Vngaris ait, fidē non meretur: testātur enim omnes, lingua discrepare Vngaros a Sclauis: Tenemꝰ tēpora, pfectionis Vngarorꝫ ex Scythia sua. Sclaui aūt ab omni memoria suā regionē ad Sarmaticos cāpos tenuerunt: nullā igiť de Vngaris admittimus mentionē, cum de Wādalis loquimur. Prosequiť testis: Omnes inqt hę nationes prӕter Prussos, Christianitatis titulo decorātur: diu enim est ex quo Russia credidit. Russia aūt uocatur *[Russia olim Hunorꝫ sedes]* a Danis Ostrogard, eo ꝙ in oriēte posita, omnibus abundat bonis: ea etiā Cunigard dicitur: eo ꝙ ibi sedes Hunorꝫ aliqñ fuerit: huius metropolis ciuitas est Chue: quibus aūt doctoribus ad fidē uenerit minime cōpertū habemꝰ: nisi ꝙ in omnibus obseruātijs suis Grӕcos magis ꝗ̃ Latinos imitari uident. *[Prussorum mores.]* Prussi necdū ea ętate lumē fidei acceperūt: homines multis naturalibus bonis prediti: humanissimi erga necessitatē patiētes: qui etiā obuiam tendūt his, qui in mari periclitant, uel qui a pyratis infestant: ut eis subueniāt. Aurū & argētū pro minimo ducūt: pellibus abundāt peregrinis: quarꝫ odor, lӕtiferū nostro orbi superbię uenenū propinauit: & illi quidē uti stercora hęc habēt: ad nostrā credo damnationē: qui ad marturinā ue- *[Vēdūt marturos pro uili re.]* stem anhelamus, quasi ad summā beatitudinē: itaq; pro laneis indumētis, quos nos appellamus Faldones, illi offerūt tam preciosos marturos. Multa poterant dici de hoc populo laudabilia in moribus, si haberent solā fidē Christi: cuiꝰ predicatores immaniter prosequūtur. apud illos martyrio co- *[Adelbertus Eps martyr.]* ronatus est illustris Bohoemię episcopus Adelbertꝰ. Vsq; hodie profecto inter illos cum omnia cętera cōmunia sint cum nostris, solus accessus lucorum & fontiū, quos autumāt pollui Christianorꝫ accessu, prohibet. carnes *[Prussi inebriātur ex lacte & cruore.]* iumētorꝫ illis pro cibo sunt: quorꝫ lacte & cruore utūtur in potu, ita ut inebriari dicant. homines cęrulei, facie rubra, & criniti: preterea inaccessi paludibus. nullū inter se dñm patiunt. Vngaros trāseo: quorum aduentu in has terras, quas Pannonias dixere ueteres, cōpertū habemꝰ: solita mansio *[Quę gētes incoluerint Pānonias.]* exterarꝫ nationū: ibi Gothi, Huni, Gepidę: ibi Heruli, Longobardi, & iterum Huni cōsedere: donec a Magno Karolo oppressi, sedes uenietibꝰ Vngaris uacuefecere. Carinthi pximi sunt Bauaris: homines diuino cultui dediti: nec est ulla gens honestior, & in cultu Dei, & sacerdotum ueneratione deuotior.

CA. XVIIII.

P Rosequiť deinde testis noster: Bohoemia regē habet: & uiros bellicosos: plena est ecclesijs & religiōe diuina. Polonia magna Sclauorum prouincia: cuius tertiū in Russiam regnū dicūt protēdere *[Polonia habet octo epatus.]* terminū. diuidiť in octo episcopatꝰ: nūc ducibus gubernať. Seruit & ipsa, sicut Bohoemia, sub tributo Imperatorię maiestati. Est aūt Bohoemis atq;

Polonis eadē armorꝝ facies, & bellādi consuetudo: quoties enim ad externa bella uocant̄, fortes quidē sunt in congressu, sed in rapinis & mortibus crudelissimi: non monasterijs, non ecclesijs, minus cœmiterijs, parcūt. Sed neq; alia ratione peregrinis bellis implicant̄, nisi cōditionibus admissis, ut substātię, quas sacrorꝝ locorꝝ tuitio cōprehēdit, direptionibus publicent̄: unde etiā cōtingit ut, ꝓpter auiditatē predarꝝ, amicissimis sępe abutant̄ uelut hostib⁹. ob q̄d rarissime ad quaslibet bellorꝝ necessitates asciscūt. Hec de Bohœmis atq; Polonis & cęteris orietalib⁹ Wādalis, omnia ad uerbū sunt Helmoldi, pręter illud, quod de Vngaria inserui. Quę ideo repetenda putaui, ut illorꝝ temporꝝ statū agnoscamus: & unius gentis Wandalorꝝ latissimā nationē, illius testimonio, cōprobemus. Fecimus uero loqui testem ante ortū suū: & uera tēpora, quod firmare oportebat multis testimonijs fidē de una latissimę gētis natione, quod etiā hodie difficulter multi in fidem accipiūt. adiungit etiā hoc: Vbi ergo Polonia finē facit, peruenit̄ ad amplissimā Sclauorꝝ prouinciā: eorꝝ qui antiquitus Wādali, nunc aūt Wini, seu Winuli appellant̄: horꝝ primi sunt Pomerani: quorꝝ sedes protēdit̄ usq; ad Oderā. Est aūt Odera ditissimus amnis Sclauicę regionis: & orit̄ in profundissimo saltu Morahorꝝ, qui sunt ab oriēte Bohœmię, ubi & Albis sortitur principiū: nec longis inuicē distant spacijs, sed diuerso currunt meatu: Albis enim in occasum ruens, primo impetu Bohœmos alluit cum Sorabis, medio cursu Sclauos dirimit a Saxonibus: nouissime Hāburgensem prouinciā diuidēs, a Bremēsi uictor oceanū ingredit̄ Britānicū. Odera aūt uergēs in boreā, trāsit per medios Winulorꝝ populos, diuidēs Pomeranos a Wilsis. In huius ostio, qua Balticum alluit pelagus, quōdam fuit nobilissima ciuitas quā Winetam dixere: nam inde riuo nomē cōiectura est remāsisse, ut Diuinow appelletur, nullo extāte flumine cui respōdeat quomodo Panis & Sueuus, suū ad exitū, post magnū lacū nomē recipiūt q̄d pridē habuere, sed in lacu amisere. Diuinow aūt ex lacu riu⁹ nisi ab urbe nomen sortiat̄, nō apparet unde enascit̄: presertim cū dicat Helmoldus ad exitum Oderę in mare fuisse illā ciuitatē, ut responderit riuus Oderę, sed nomen ab illo flumine non teneat. Cęterū, uerisimile est ab ea quōdā florēte urbe tenuisse: cuius hodie ne ulla remāsere uestigia. Mirum aūt quod Saxo noster antiquissima repetēs tempora, nullā illius facit mētionē. Hec interiecta sunt testimonio Helmoldi, qui deinde subsequutus prosequit̄: Fuit ciuitas, inquit, olim nobilissima Wineta, prętās celeberrimā stationem barbaris & Gręcis in circuitu: de cui⁹ prręconio urbis, quia magna quedā & uix credibilia recitant̄, libet aliqua cōmemorare digna relatu. XX.

Mores Polonorū i bello

Pomerani Winuli sunt

Cursus Albis fluuij.

Winetę sit⁹

Fuit sane maxima, inquit, omniū, quas Europa claudit, ciuitatum: quā incolūt alijs permixti gentibus Greci cum barbaris: nam & aduenę Saxones, parē cohabitādi licentiā acceperūt: si tm̄ Christianitatis titulū ibi cōmorātes non publicarent: omnes enim ad excidium eiusdē urbis paganicis ritibus aberrarunt: cęteris moribus & hospitalitate nulla gēs honestior aut benignior potuit inueniri. Ciuitas illa mercibus omniū nationū locuples, nihil non habuit iocūdi aut rari. Hanc ciuitatem

Winetę excellentia.

opulētissimā, quidā Danorū rex maxima classe stipatus, funditus euertisse memoratur: presto sunt adhuc antiquę ciuitatis illius monumēta. Ibi cernitur Neptunus triplicis naturę: tribus enim fretis alluitur ea insula: quorū aiūt unū esse uiridissimę speciei, alterū subalbidę, tertium motū furibūdo perpetuis sęuit tēpestatibus. Eam urbē dixere Winetā, ab gente, cuius solo tenebat Winitorū, siue gētē ab urbe traxisse cognomē dicat: subuersam aūt ciuili discordia, quę omniū urbiū pestis est perniciosissima: sic enim perierunt maximę urbes quę a sęculo floruerūt: nam Gothi, Wādali, Saxones, quicq; alij eā incoluere, in se uersi, dū sibi quisq; primatū uēdicaret, effecere, ut opulētissima urbs bello pressa uastaretur, & solo ęquaret: nam Gothi qui habitauere, gentis suę in Suecia regē Haraldū implorauere. Ille aūt in societatē belli euocauit Hemmingū Danorū regē, qui tēpora cōtigit uicina Karolo Francorū, & Germanorū regi, post etiam imperāti: qui reges iunctis armis impugnatā ciuitatem expugnarūt: militibus diripiendā tradiderūt: & deinde solo ęquarūt. qp aūt huius expeditionis nullā faciat Saxo Danicus scriptor mentionē, ab incuria temporū uenit: quae minus sunt in eius historia explicata. Huius excidio ciuitatis excitatam crediderim in Gothlandia eam, quę nunc uisitur, Wisbu: olim, ut cerni potest, opulētissimam, & post Winetā euersam: Emporiū uniuersarū in circuitu nationum, Gothorū, Danorū, Wādalorū, Russorum, Saxonū, Semborū, Prussorū, Estonū, & si quę tūc alię florebāt: nam Gręcos, quos cōmemorat Helmoldus, ad hoc maris brachiū quomodo pertingere potuerint, prorsus non uideo: longe enim ad Mediterraneū Gręcia recedit, ad litt⁹ Europę boreale, qđ est nobis, in aquilone morātib⁹, meridionale. Testanī nobilē antiquitatē urbis Wisbu, testudinatę dom⁹, ianuę ferratę, ex cupro fenestrę, & cp ius maritimū etiā hodie inde ferunt expectandū. Sunt & alij Wandalorū populi, qui intra Oderā & Albim degūt, lōgoq; sinu in austrū ptendūt: sicut Heruli, uel Eueldi, qui Habelā fluuiū & Doxam incolūt. Lembusi & Winuli, Stoderani, cum multis alijs. Post Oderę ergo leuē meatū, & uarios Pomeranorū populos, ad occidentalē plagā occurrit Winulorū prouincia: eorū, qui Tolenzi, siue Retharij dicunī. Ciuitas eorū uulgatissima Rethere, sedes Idololatrię. Templū ibi magnū Dęmonibus cōstructū, quorū princeps est Radegast: Simulachrum eius auro, lectus eius ostro paratus. Ciuitas ipsa nouem habet Portas, undiq; lacu profundo inclusas. Pons ligneus transitū prębet, per quē tm̄ sacrificātibus, aut responsa petētibus, uia cōceditur. Deinde uenitur ad Circipanos, siue Kissinos: quos a Tolenzis, & Rethris separat flumē Panis, & ciuitas Wineta, Kissini, & Recipani: cis Panim Tolenzi, & Retheri, trans Panim habitāt. Hos quatuor populos a fortitudine Wilsos, siue Luticios appellant. Vltra illos sunt Lingones & Wernaui. Hos sequūtur Obotriti. Ciuitas eorū Mikilinborg: Inde uersus nos Polabi: Ciuitas eorū Racisborg, nūc Razeburgum. Inde trāsitur fluuius Trauene, in nostram Wagriensem prouinciam: quę, ut supra diximus, iam appellatur Holsatia. Ciuitas huius prouincię quondam fuit Aldenburgum maritima.

Vrbs Wineta subuersa.

Wisbu urbs in Gothlandia.

Indicia antiquitatis.

Heruli Wandali sunt.

Tēplum dęmonib. sacrum.

Willsi q sūt.

CA. XXI.

Vnt & insulę Baltici maris,quę incolũtur a Sclauis:quarum una
ſ Fimbre uocatur (ego Cimbriã autumo ab antiquo dici) Hęc est opposita Wagrijs:ita ut uideri possit ab Aldẽburgo. Altera insula longe maior contra Wilsos posita,quã incolunt Rani, qui & Rugiani, gens fortissima Sclauorꝝ:qui soli habẽt regem: extra quorꝝ sententiã nihil agi de publicis rebus phas est. Adeo metuũtur propter familiaritatẽ deorum,uel potius dęmonum, quos maiori prę cęteris cultura uenerãtur. Hi sunt omnes Winulorũ populi diffusi,per regiones,& ꝓuincias,& insulas maris. Om̃e hoc hominũ gen' Idololatrię deditũ,uagũ semper & mobile pyraticas exercẽs prędas. Ex una parte Danis,ex altera Saxonib' infestũ. Sępius ergo,multisq; modis,magnorꝝ Impatorꝝ, & sacerdotũ solertia tentatũ est,si gentes illę rebelles & incredulę,possent aliquaten' ad agnitionẽ diuini nominis,& credulitatis gratiã adduci. Hęc sunt ad uerbũ Helmoldi super hac gẽte testimonia. Vellẽ limites ad austrũ quoq; dixisset: quos signauit ab oriẽte in occiduũ & aquilonẽ. Certa sunt tñ & euidentia documẽta,ꝙ ex Polonia in Slesiã,& inde in Marchiã,nouã,& ueterẽ,per Magdeburgẽsem,& Halberstadẽsem dioceses,usq; ad Hercynios mõtes,& inde ad Visurgũ fluuiũ, in occiduũ, omnẽ eam prouinciã fuisse Wãdalorꝝ: Sed Saxones descendẽtes montibus a meridie, & transeuntes Visurgũ ab occidente,paulatim pulsis Wandalis suã fęcere prouinciã. donec per incremẽta tẽporꝝ,idẽ facerẽt in Marchia memorata,& in omni prouincia maritima,quę hodie & linguã & mores pręfert Saxonũ tota. XXII.

E ciuitatib' aũt pręcipuis,quas in gente fuisse memorat Helmol
d dus,Aldenburgũ nouim' in Wagria,nũc Holsatia: Racisburgũ quoq; iam,ut aliã quoq; memoratã, c̃nim' ad rusticã uilitatem posita ciuilitate,degenerasse. Miklinborg transijt in uicinã Wismariã. Sed Rethre,ac Wineta,quę fuerint ambigimus. De Rethre metropoli mediterranea,suspicarer olim ibi fuisse,ubi nũc Brandenburgũ, septam paludibus & riuis: nisi iam per tẽpora Helmoldi,dudũ illa mutasset, & religionẽ & linguã. Primus enim Henricus Romanorꝝ rex,eam fęcit Saxonũ coloniam,cõstituto ibi marchione:quod dicemus. Hic aũt testis noster loquit̃ de urbe, quę illius tẽpore maneret in paganismo. Ergo Rethrã in ea terra quę nũc Stargardia dicit̃,ad lacũ magnũ, & locum Rabele fuisse crediderim: q̃d nomẽ Starigard Wandalicũ,appellatiua denominatione insinuat magnam & antiquã ciuitatẽ: cui propriũ fuerit nomẽ Rethre. De Wineta quęrimus,illustri quondã urbe:quã,ut testis noster cõmemorat,olim florẽtissimã, & omnibus Europęis urbibus incõparabilẽ, nisi ad exitum riui Diuinow in mare,fuisse dicamus: Archon aut Iulinum extitisse dicamus: quas ambas Danorꝝ reges exinanierũt. De nomine aũt, hoc cõpertũ habemus,ꝙ pręclaras Wandalię urbes,alia Dani,alia Wandali nuncupatione habuere. quã enim Wandali dixere Starigard: Saxones Aldenburg: Dani uocauere Brannesiã. Ita fieri potuit: ut quã Danicus scriptor appellauit,uel Archon in Rugia, uel Iulinũ in cõtinẽte, Wandali dixerint sua lingua, Winetam. In rebus enim obscuris coniecturę fit locus. De Archon

Fimbria insula.

Rani habẽt regem.

Winulorum populi.

Wandalorũ limites.

Wãdali pulsi a Saxones

Noĩa ciuitatũ Wãdalię.

Henricus I. Ro.rex.

Stargardia.

Wineta.

Iulinum.

Loc' cõiecturæ.

prōpta est cogitatio, ꝙ ea fuerit in insula Rugia: quę diuerso latere uarijs alluitur fretis: quod ille cōmemorabat in urbe mirabile. Hęc fuerit nō iniucũda cum teste cōfabulatio, ꝙ eruendis antiquitatibus, ubi deficiũt annales, ad cōiecturas recurrere, uenia est & licentia. CA. XXIII.

Hanc gentē, presertim maritimā, assidua cum Danis bella gessisse tradit Saxo, Danicę gētis historicus: ad quā etiā fertur penetrasse.

Karolus magnus i Daniam.

Magnus ille Imperator Karolus, domitis per multa tēpora Saxonibus: postq̄ Tassilonē Bauarię ducē, post Longobardorꝫ in Italia subactionē, bella pro Desyderio, cuius Tassilo teneret filiā, renouātē, cōpressisset: & post primā deditionē in perfidia deprehēsum, reum lęsę maiestatis iudicasset: & ad uitā monasticā cū filio tōsurari iussisset. Priusq̄ Hunos Bauaris suppetias ferētes attingeret, Wilsos gētē Wādalorꝫ qualicũq; occasione oppugnare aggredit̄: uno sed grādi prelio ita eā gētē ꝑdomuit, ut in reliquū tēpus imperata se facturos pollicerent̄.

Hanela fluuius.

Wilsos aũt ad Hanelā fluuiū habitare, nomine ipso prodit opidū Wilsenacū. Erat tum post natū Christū, datāq; mūdo salutē, annus. DCCLXXXVIIII. cum ut dixim⁹, Karolus motur⁹ in Wilsos, pōtes duos strauit super Albim fluuiū: & utrinq; firmauit pręsidijs: ne ab hostibus, ad intercludēdū reditū, occuparent̄.

Karolus in Wilsos.

Ingressus aũt prouinciā, late omnē terrā populatur: nullo fidente ex aduerso aciem regi potētissimo opponere: sperātibus terrę habitatoribus, cum ipsi in inuijs paludibus tuti cōsisteret, breui futurū ut abiret. Ille aũt nō segniter oppugnationibus insistens, coegit hostes ad deditionē. An aũt religionis ab illo in pactis mentio sit habita, annales nō preferũt: nisi, q̄d promptum est perpendere, non tam breui populū ad religionē cogi potuisse: recolentibus quantū temporis atq; laboris sit impēsum in subigendis, ad salutis sacramēta, Saxonibus.

Obotriti.

Quo tempore Obotriti querimoniā regi super cō gentilibus detulerũt: ꝙ iam illi ducibus Karoli in Saxonia belligerātibus, cōciliati, regno Francię cōfœderati haberent̄. Ad q̄d preliū pro Obotritis euocati a ducibus eiusdem regis, Saxones: aderāt quidē corpore, sed non satis fidam operā prestitere: ꝙ iniquis adhuc animis iugū Gallicū paterentur: nam ante non quieuere, q̄ abacto iugo temporalis imperij, episcopis permitterent̄, & diuina solū religione constringi uiderent̄.

Saxones sub episcopis.

Quis & illis temporalis etiā gladij potestas non deesset. Sed suffęcit Saxonibus, ad speciem exhibita libertas: ꝙ regem & exactorē tributorꝫ non paterentur. longus quidē labor in edomandis ad iuga Christi Saxonibus: sed longe maior ad subigendas Danorum, Normānorū, atq; Suecorū, nationes: quod in Metropoli nostra satis ostendimus. CA. XXIIII.

Inde uero Magno Karolo iam per mortē subtracto, cū filius eius Ludouicus Imperio & regno succedēs, Franckfordię cōuentum haberet Imperij, uenere in eum locū principes Wilsorū duo fratres, ętate iuuenes, fiducia fœderū ad Imperatorē: eũq; arbitrū inter se de paterna successione, & regno elegerũt:

Duo Wilsorum principes ad Ludouicū Imp.

cum amborꝫ pater moriēs, ętatis iura sequutus, prefecisset maiorē: sed is per ignauiam regno impar, a populo improbatur, preferēte ad omnia minorē. In tanta aũt disceptatione, Ludo-

nicus Imperator arbiter factus, cum studia populi cognosceret, minori regnum adiudicauit: seniore aliis in locũ cõditionibus quietato: datisq; muneribus, eos ad propria pacatos remisit. Sed de religione nihil tum actum est: nam inter omnes borealiũ nationũ populos, sola Wãdalorũ prouincia remãsit ceteris durior, & ad credendũ tardior. Sunt aũt multi, ut ostendimus, Wandalorũ populi: quorũ qui dicunt Winuli, magna ex parte respiciunt parrochiã Hamburgẽsem. nam preter honorẽ metropolitanę Sedis, qua omnes nationes, siue regna cõplectitur aquilonis, habuit Hãburgensis ecclesia prescriptos terminos suę parrochię: ultimã uidelicet partẽ Saxonię: quę est trãs Albim, cõtinẽs tres populos, Thietmarsos, Holsatos, Sturmarios. Inde extendũtur termini ad Winitos: eos, qui dicuntur Wagiri, Obotriti, Kissini, Circipani: usq; ad flumen Panim, & urbem Demyn. Ibi erat limes Hãburgẽsis parrochię. Non caret ergo admiratione, q̃ dignissimi presules, & euangelici predicatores, Ansgarius, Rembert[9], & sextus in ordine, Vnni: quorũ ad cõuersionẽ gentiũ ingẽs efferbuit studiũ, Wandalorũ curã tãtopere dissimulauerint, ut nec per se, nec per ministros, aliquẽ in eis fructũ fecisse legant. Effecit hoc, ut existimo, populi illi[9] inuincibilis duricia, nõ predicatorũ torpor: quibus animus, & erga gentiũ salutem ita ardens fuit affectus: ut nec opibus, nec uitę pepercerint, si qua unq̃ spes salutis affulsisset.

Imperator arbiter.

Winulorũ patria sedes

Winidi qui sint.

Duricia Wãdalorum.

CA. XXV.

Radit antiqua ueterũ relatio, q̃ temporibus Ludouici. II. Is erat rex Germanię, fili[9] Impatoris Ludouici: egressi de Corbeia monachi sanctitate insignes, gentiũ sitiẽtes salutẽ, impenderũt seipsos ad subeunda pericula pro diuulgatione uerbi diuini: peragratisq; multorũ Wandalorũ puincijs, peruenerint ad Rugianos maritimos: ubi fomes errorum & sedes fuit idololatrię. Predicãtes igitur uerbũ uitę cum omni fiducia, omnẽ illam insulã lucrati Christo feruntur: ubi etiam oratoriũ fundauerunt in honorẽ dñi Saluatoris & in memoriã Sancti Viti, Corbeiẽsis patroni. Postq̃ aũt permittente deo, mutatis rebus, Rugiani a fide defecerunt: statim pulsis sacerdotib[9] atq; Christicolis, religionẽ uerterunt in superstitionẽ. nam beatũ Vitum, quem nos sanctũ martyrẽ & Christi seruũ electũ cõfitemur: ipsi pro deo cœperãt uenerari, creaturã anteponẽtes creatori. Suãtewit, appellarũt. Nec erat postea aliqua barbaries sub cœlo, quę Christicolas ac sacerdotes magis exhorreret: Solo nomine sancti Viti gloriabantur: cui etiã templũ & simulachrũ, amplissimo cultu dedicauerũt: illi primatũ deitatis specialiter attribuentes. De omnibus quoq; prouincijs Wandalorũ inde responsa petebant, & sacrificiorũ annua libamina persoluebantur. Sed neq; mercatorib[9], qui forte illas sedes appulerũt, fuit ulla facultas, sua distrahendi, aut alia comparandi: nisi prius sacrificiũ deo suo de mercib[9] persoluant. Flaminẽ suũ non minus q̃ regem uenerabant. Ab eo ergo tempore, quo fidei Christianę primũ renunciauerunt, hęc superstitio apud Rugianos perseuerabat. Sane populis Wandalorũ, & ceteris gentibus, fide imbuendis, magnũ prestitit impedimentũ, ea bellorũ tempestas: quę Normãnis tumultuantibus, in omni littore maris desęuijt: ad Gallias

Monachi Corbeiẽ.

Sedes Idololatrię.

SuanteWit.

Flamen ut rex venerat

Normannorum exercitus ex quibus.

usque portendens. Porro Normannorum exercitus, collectitius erat de fortissimis Danorum, Sueonū Norwagiorumque: qui uno prędandi affectu, primo omniū Wandalos, qui proximi uidebant, misere sub iugū: deinde cętera finitima regna, mari, terraque uexabant: quibus de rebus, & in Norwagia plene, & in Saxonia ex parte expliculmus. quibus profecto non parū addiderat uiriū ea Romani Imperij diminutio: quę post tempora senioris Ludouici, prius quidē intestinis bellis est exorta, postea in quatuor diuisa portiones.

Karoli ditio diuiditur.

Omnis primi Karoli latissima ditio, quatuor regulis subdita, regebat. Cōstat ergo illo tempore Normānos, per Ligerim Turonos succendisse: per Sequanā Parisios obsedisse: Karolū Gallię regē, adactū armis, uexationē regni auro penso redemisse: uastata deinde ab illis Lotharingia, & Phrisia subacta. Luduoic⁹ aūt rex Germanię, Normannos fœderib⁹, sine prelio, hoc modo retinuit: ut cum Franciā totā uastauerint, regno ei⁹ minime nocuerunt. Post cuius mortē omnia turbari cœperūt. Nam Bohœmi, Sorabi, Susi, & ueteres Wandali, quos ipse tributarios tum habebat, seruitutis iugum excusserunt.

Wandali negāt tributū.

CA. XXVI.

Post temporum interualla, regnāte Conrado, orta est Vngarorum grauis irruptio: qui non solū Saxoniā, aliasque eis Renū prouincias, uerumetiā trans Renū Lotharingiā & Franciā demoliebant. Dani quoque Wandalos auxilio habentes, primo Trāsalbianos Saxones, deinde flumine trāmisso, magno Saxoniā terrore quatiebant. Sed tū de Vngaris aliquāto nobis repetendū est altius. Zuantocopius ea tempestate Morauorum rex, ditione tenebat Bohœmiā, Slesiam, Poloniāque: & animis subiatis de magnitudine ditionis, Imperatori Romano Arnulpho fortissimo principi tributa soluere, quę aliquādiu soluisset Ludouico Germanię regi, pernegabat. Magno bello petitur: magnis ille nihilomin⁹ uiribus reluctatur, uaria fortuna sępe sunt in acie collatę manus: nulla parte cōstitit uictoria: ęquis uirib⁹ discessum erat. Sederāt tū Vngari, gēs noua, ad repagula, quę illis Morauorum rex obiecisset: nec erat ulla trāscēdēdi facultas. Imperator qui in animū induxerat, nō nisi uictor redire ab Morauis, undecūque circūspexit auxilia. Audiuit gentē magnā consedisse ex latere Morauorū, quę transit⁹ tēpora oportuna demoraret. Misit in eam gentē uirū fidum: qui de pactis cum illa loqueretur, gerendi belli in regem Morauorum: quibus ex sentētia Cęsaris cōstitutis, ipse cum agmine suo profectus, trāsitum Vngaris aperuit: immisitque hostilē Christianis populis gentē: qui infinitis postea malis prouincias afflixerūt. Sed tum opera illorum usus Imperator pręsente in Morauorū regem bello conflixit magno prelio, tantis auctus copijs, supprimitque regē: & multis pessundatis atque captis, in fugam uertit hostem. Ille elapsus, in profundū solus se recœpit saltū: & proiectis armis regioque apparatu, ad solitariū quendā se contulit uirū, Christo deuotū: cuius usus cōtubernio sanctitatis, in fine usque uitę eremiticā uitā impleuit: moriturus iam de propinquo primū quis esset aperuit: & in Christi pace quiescens, meliora regna promeruit. Tum Bohœmia, Polonia, & Slesia, suum quęque prouincia ducē cōstituit; libere uiuēs, tributa tū superioritatis agni-

Dani & Wādali socij.

Zuātocopius rex late imperauit.

Magnū bellum.

Cęsar aperit uiā Vngaris

Rex fact⁹ eremita.

tione uel modica pendebāt Romano Imperio. Tempore ex illo Vngarorū gens Christianas prouincias male habebat. Erat autē circiter nongentesimus a Christo nato annus. CA. XXVII.

Cum aūt ad Romanū Imperiū Henric⁹ dux Saxoniæ allectus esset Romanorū rex, Vngarorū insolentissimus ausus magna parte repressus est: Nam gentē, quod in Saxonia diximus, maximo prælio uicit: docuitq; intra suā cōsistere prouinciā. Bohœmos quoq;, & Wandalos, Sorabos, ab alijs regibus edomitos, & cæteros Wandalorū populos uno grandi prælio ita perfregit, ut cæteri, qui perpauci remāserāt, & regi tributū, & Deo Christianitatē ultro promitterēt. Quo tempore urbē Wandalorū primariā Brādeburgū, idē Henricus per brumā oppugnauit: castra figens in glacie, & labore magno expugnauit: arcēq; Misnæ firmauit aduersus insultus gentis: & præfecit illis uiros industrios: qui ad imperatā segnes cōpellerent, & in fide continerēt. quod initiū fuit Marchionum: nūc principū electorū. Per eadē tempora idem Henricus urbē, quæ Delmborg uocatur, fundauit: in ea monasteriū puellarū instituens: quod etiā grandi terrarū dominio locupletauit: donās terrā quæ hodie dicitur Aduocatorū. Erant tum ministeriales monialiū, qui nunc sunt Barones quatuor: quorū hæc sunt nomina, de Gera, de Wida, de Plawis, de Rutze. Deinde cū exercitu Daniā ingressus Henricus, Gormonē regē primo statim impetu ita perterruit, ut imperata se facturū misso nuncio demādaret: & pacē supplex deposceret. Sic Henricus uictor, apud Slefwigū regni sui terminos ponēs, Marchionē constituit: & Saxonū coloniā habitare præcœpit: quod antea similiter fecisset in solo Wandalico, in urbe præcipua Brandenburgo. Sed fœlicius cessit in Wandalia q̄ in Dania: nam apud Slefwigū cum eius uita finiuit & marchionatus. Cum enim ille finē uiuendi fecisset, Dani iugū quod acceperāt proiecerūt: occiso Marchione, coloniā Saxonū eiecerūt. Wandali quoq; uicini Danis, in antiquā se libertatem recœperunt, proiecto tributo cum Christianismo. CA. XXVIII.

Memoria autē Ludouici regis Germaniæ, Bohœmia magna ex parte erat Christiana. Nam illi rex memorat⁹ arma intulit, perpulitq;: ut quatuordecim eius prouinciæ duces, se præsente, sacrū subirent lauachrū, & deinde tributa penderent: quanq̄ in Bohœmica Pius historia astruere uideat, Borsinoum regē, primū in gēte subisse lauachrū regenerationis, imperante iam Arnulpho: qui nepos erat Ludouici memorati, ex filio Karlomano. Equidē fieri potuit: ut ante quatuordecim copiarū ductores, barones, aut comites, sub Ludouico baptisarent: prim⁹ aūt inter uniuersæ prouinciæ generales duces fuerit iste Borsinō⁹. Tēpore ex illo Christi fides in Bohœmia permāsit. Borsinous ergo decim⁹ erat dux ex primo illo Zecho, a quo illorū annales sumūt principiū: quanq̄, ut ante monstrauimus, lōge uetustior sit Bohœmorū in suis mōtib⁹ incolat⁹. Iste aūt Borsinous moriēs, filiū reliquit Vradislaū. nam alius etiā filius Spitigneus natu maior, cum exili tēpore regnasset, moriēs, fratri reliquit Bohœmiæ principatum. Vratislaus dux Bohœmiæ reb⁹ præerat, quo tempore. III. Ludo

Vngari repressi.

Wādali tributarij Henrico regi.

In glacie fixa castra.

Barones ministeriales.

Henric⁹ in Daniam.

Dani rebellāt

XIIII. duces baptisantur

Borsinous dux Bohœmiæ.

Vratislaus

uicus Imperiū iam teneret Romanū. Reliquit autem moriens filios duos, Wentzlaū & Bolislaū, dissimili uirtute adulescentes: nam Wentzlaus incredibili deuotione fidem Christi ambiebat: frater uix nomine ipso passus dici Christianus: sęculi uanitates antepoſuit religioni: iuſtitiā non ęquo & bono, ſed armis metiebat & uiribus. Wentzlaus quotidie profecit in uijs iuſticię uſq; adeo, ut cūctis amabilis pro modeſtia & religione uideretur: tantūq; emeruit apud Deū, ut ſignis aliquot uiuens clareſceret. Nata eſt inde fraterna ex uirtute emulatio: nam Boliſla9, ſtimulāte matre, dum eleemoſinarū largitorē prodigere paternas opes accuſaret, inſurgens fratrem oppreſſit. Ille ad meliora tranſlatus, promeruit amplioribus etiā ſignis clareſcere: ut breui Sāctorū in catalogū trāſcriberet. Boliſlaus ſacrilegus cūm poſt fratrē cęſum aliquādiu reb9 pręfuiſſet, moriēs reliquit filios Boliſlaū & Stratiquatem. Boliſlaus filius, patruo q̄ patri ſimilior: uirtutē amplexatus, per ueſtigia patrui, Deo deuot9, hominibus iuſtus, ut erat, apparebat. Stratiquates aſſcribitur in clerū: & dum ad epiſcopatū eligitur, contēpſit: q; non is quem depoſceret, locus uideretur. Inde uero cum pertinaciter locum aliū ambiret, & pro generis dignitate repelli non poſſet, a Moguntino archiepiſcopo tentatur cōſecrari. Sed uenit illi pro benedictione maledictio: nam ſub manibus cōſecratoris arreptus a dęmonio: diuq; tortus in ea uexatione, infoelicē animā exhalauit. Boliſlaus filiū ſui nominis reliquit tertiū Boliſlaū. Rebus Bohœmicis tum ſuberat inſignis ciuitas Cracouia: ut ſolent limites regnorū, uariante fortuna, uel protendi uel breuiari. Cum aūt tertius Boliſlaus preeſſet, Meſco dux Polonię, contēpta Bohœmi adulescentia, Cracouiā intercœpit: ſuoq; iuri denuo cōſociauit. Venit ob eam rem ad graue bellū: multa inuicē irrogant ferro & flāmis incōmoda: multę pridē & hominū cędes: demū ex procerū alternę ditionis inſtātia fit colloquiū inter duces de legibus pacis. Dum illis Bohœmus ex animo intendit, minus cauit inſidias: ibi enim a Polono Meſcone nihil tale timēs, opprimitur. Filios hic reliquit Iamirem & Vdalricū: Iamires natu maior patri ſuccedit in ditione. Vdalricus externā amplexus militiā, Henricū ſequitur Romanorū regē: eum, qui primus ex domo Saxonię cōſcendit hoc culmen. Cum audiret patriā a Polonis laborare, impetrata ab rege uenia, Bohœmiā repetiuit: & magno labore, repreſſis hoſtibus, fratrem regno non idoneū excœcauit: ne quādo ad reſumendū conaretur: ipſeq; pręfuit cum plurima laude rebus Bohœmicis.

Fratres diſſimiliū moꝝ.

Wentzlaus in catalogo ſanctorum.

Mors uitę cōformis.

Meſco dux.

Poloni perfidia.

Frater fratrē excœcat.

CA. XXVIIII.

D Polonię deinde res introducendas cōuertamur: quę ut Bohœmię, ita illę quoq; nobis cū ſuſcepto Chriſtianiſmo inclaruerūt.

a

Ex illo enim tēpore cum principibus noſtris uerſabātur: & cœperunt inclareſcere: ut nomē haberēt, qui prius eſſent incogniti. Meſco dux preerat Polonis ea tempeſtate, cum Hēricus Romanū teneret regnū. Sed ille armis intentus, minus ad religionē inclinabat: filiū habebat Boliſlaū. nam hoc nomē tum erat in omni ea gēte uenerabile, ut & Bohœmi & Poloni principes illo frequētius uterētur. Iuuenē hunc optimę indolis aggreditur Adelbertus Pragenſis epiſcopus: uir in diuina religione feruentiſſi-

Nomē Boliſlaus uenerabile.

mus: & agrū bonū nactus, in quo cōderet diuini semen uerbi, Bolislaū in fide Christi erudiuit: adeocp profecit, ut breui faceret consummatū Christianū. Interim patre mortuo, rebus gerēdis preerat per Poloniā Bolisla⁹. Adelbertus episcopus profectus in Gentes, Christū ubicp euāgelizabat. Peruenit ad Prussos: illis quocp cœpit nomē Christi cū religione & promissione immortalis regni proponere. Sed quid uis apud barbaros: modestia & mansuetudo uiri aliquandiu eos a crudelitate frenabat: ubi uero incruduere, uirū aggressi sanctissimū, trucidabāt: martyrio coronātes. Bolislaus ubi audiuit mactatū a sæuissimis patrē optimū, cui hoc ille debebat, q̄ esset Christianus, indoluit: missisq; muneribus, sacrū martyris corpus a perfidissimis mercabatur, transtulitcp in suā ciuitatē: quo accœpto, Cresi opes, & regna maxima sibi uenisse reputabat. Venerant ex Italia nonnulli, Christo dediti sacerdotes, qui in gentibus Wandalorū pro Christo cōtenderant euangelizare: sed linguā gētis uernaculā, summo prius studio perdiscere cōstituerāt, ne interprete opus esset: hoc in conatu diu laborantes, consederant in cellis, non satis a ui & iniuria tutis & cōmunitis. Procurari iussit dux optim⁹, uiris bonis uitę necessaria. Aduerterāt nōnulli latrones exteris illis uiris cum duce esse crebra colloquia, nescientes quid ageretur: dum illi ratione seminādi euāgelij cum duce loquerērur, arbitrati magnos esse apud peregrinos, qui longe abijssent a patria, thesauros recōditos, noctu aggressi, cellas effringūt, uiros opprimūt, & uix parum aliquid uiatici, quod a duce illi meruerāt, auferentes, cum rubore discedūt. dux aūt religiose tumulatos, qui in conatu sacri ministerij sunt oppressi, inter martyres, ut erāt, pro Christo cęsos, merito illos deputauit: Interim signa multiplicā tur ad tumulū Adelberti Epi: & martyris fama uolat in orbē. XXX.

Albert⁹ ep̄s martyrisatur

Cędūt pbri Italici.

Tto interim. I. Henrici primi filius, pro rerū gestarū magnitudine cognominatus Magnus, erat in Imperio. Conuersus ad Wandalos, tanta uirtute illos constrinxit, ut tributū pendere, & Christianismū subire, pro uita & patria simul offerrent uictori: baptisatus q; est magnus gentiliū populus. Ecclesię tum primū in Wandalia constructę. Inde uero postq̄ reuersus est ab Italia, omne studiū intorsit ad gētiū uocationē: precipue Wandalorū, q̄ pro sententia illi euenerāt omnia, Deo cooperante, & dexterā eius ubicp roborante. Subactis aūt, & Christianę fidei adactis Wandalorū gentibus, Magnus Otto inclytam urbē Magdeburgū super ripā Albis fluminis instaurauit: quā Wandalis metropolim statuēs, Adelbertum summę sanctitatis uirū, ibidē consecrari fecit archiepiscopū. Is primus omniū in Magdeburgo ordinat⁹, duodecim annis strenue pontificatum administrauit: multosq; Wandalorū populos, predicando conuertit. Illi autē archiepiscopatui subiecta est tota Wādalia usq; ad Panim fluuiū. Episcopat⁹ suffraganei quinq;: quorū Marsburgū, Cicensis, ad Salam cōditę urbes, Misna super Albim, Brādeburgū & Hauelbergū ad interiora recedūt. Sext⁹ Wādalię epatus est Aldēburgū: hūc sicut cęteros, Imperator Otto, Magdeburgēsi primū subijcere decreuerat, propter gētis cognationē: quę tū Adeldagus Hamburgēsis archipręsul Imperialis cācellarius,

Baptisatur Wandalorū populus.

Magdeburgū metropolis Wadalorū

Magdeburgum habere suffraganeos quinque

pro suo defendit: eo quod termin⁹ suę ecclesię antiquis priuilegiis Imperatorum esset cōprehensus. Est aūt Aldenburgū ea quę Wandalica lingua Starigard, hoc est, urbs antiqua dicit̄: sita in occiduo Baltici maris, in terra Wagriorū: & est terminus Sclauię, hoc est Wandalię, in ea regione. Hęc autē ciuitas cum prouincia, fortissimis quondā incolebatur uiris: eo quod in frōte totius Wandalię posita, contiguos haberet Danorum & Saxonū populos: qui omnes bellorum motus ipsi aut primi inferrēt, aut aliis inferētibus primi exciperent. Tales enim in ea quandoque fuisse reguli perhibent̄, qui omniū Obotritorum siue Kissinorū, & eorū qui longe remotiores sunt Imperio, fuerint potiti. Conclusa igit̄, ac subneruata omni horum natione Wādalorum ab Imperatore, urbs quoque uetus Aldenburgum inter alias quoque ad fidē Christi peruenit: & facta est numero fideliū copiosissima.

Aldenburgi situs.

Aldēburgū ad fidem.

XXXI.

Vic urbi tum pręcellētissimę, gloriosus Imperator Otto pontificem primū dedit uenerabilē uirū Marconem: subdens ei omnem Obotritorū prouinciā, usque ad Panim fluuiū, & urbem Demyn: preterea ciuitatē opinatissimā Sleswig, quę alio nomine Heidebu dicitur, eiusdē curę delegauit. Eo enim tempore ea urbs cum adiacente prouincia quę scilicet a lacu Slia ad Eydoram fluuiū portēditur: Romano Imperio a memoria Henrici, qui pater erat Magni Ottonis, subiacebat: habens terrā spaciosam, & frugib⁹ fertilem, sed maxime desertā, eo quod inter oceanum & Balticū mare sita, crebris incursionū iacturis attereretur. Postq̄ aūt misericordia Dei, & uirtute Magni Ottonis matura pax omnia possedit, cœperunt habitari desertę Wagrię, & Sleswicensis prouincię: nec ullus iam angulus relictus fuerat, qui non esset conspicuus urbibus & uicis, & plerisque etiā monasteriis. Diu superfuerūt antiquę illi⁹ habitationis clara uestigia, in sylua, quę a uico Luttellenborg per longissimos tractus usque Sleswigū pertrahit̄. Cuius uasta solitudo, & uix penetrabilis, inter maxima syluarū robora, sulcos pretendit, quibus iugera quādoque fuerant dispartita: urbiū quoque formā structura uallorum prętendit. In plerisque etiā riuis, qui propter molendina cogēdis aquis aggeres cōgesti sunt, ostendūt omnē illū saltum ab hominibus quandoque habitatū. Primus igitur huic nouellę plātationi Marco prefuit episcopus: qui populos Wagriorum, & Obotritorum, sacro baptismatis fonte lauit: quo defuncto, Sleswigū singulari pontifice honorat̄. Aldenburgensem aūt sedem suscœpit regendā uenerabilis uir Eguardus: qui multos quoque ex Wandalis cōuertit ad Dn̄m. Ordinat⁹ est a Sancto Adaldago Hamburgensi archiepiscopo. Creuit ergo populus fideliū: nec fuit aliquid, quod nouellę ecclesię aduersaretur, omni tēpore triū Ottonū: qui omnes pari affectione in eius gētis cōuersionē ferebant̄. Et repleta est omnis terra Wagriorū, Obotritorum, & Kissinorum prouincia, ecclesiis & sacerdotibus, monachis, & Deo dicatis uirginibus. Porro Aldenburgensis ecclesia dedicata fuit in honorē Sāčti Iohānis Baptistę: Magnopolēsis aūt instructa fuit sub patrocinio Sancti Petri: continens monasteriū uirginū. Fuerunt deinde Aldenburgēses pontifices, honorabiles regulis & principibus Wandalorum: eo quod munificentia Magni principis Ottonis, cumulati

Marco ep̄s.

SlesWig.

Virt⁹ magni Ottonis.

Vasta solitudo.

Eguard⁹ ep̄s

Magnopolēsis ecclesia.

essent temporaliũ rerũ affluentia: unde possent copiose largiri, & populorũ sibi conciliare fauorẽ. Dabatur aũt pontifici annuo de omni Wagriorũ & Obotritorũ terra tributũ, quod pro decima imputabatur: de quolibet aratro mensura grani, & quadraginta resticuli lini, & duodecim numi puri argenti: ad hęc unus numus, preciũ colligentis. Wandalicũ uero aratrũ par boũ & unus cõficit equus. De urbibus uero & earũ prędijs, ac curruũ numero, quę ad possessionẽ pontificis pertinebãt, non est huius operis explanare: eo quod uetera in abolitionẽ transierũt: & ecce noua sunt omnia: Hęc ad uerbũ trãslata ex annalibus, ad fidẽ legentiũ certiorem. XXXII.

Pontifici tributum.

Aratrũ wandalicum.

Rincipiũ aũt perturbationis rerum Christianarũ erat ex Dania: nam cum adhuc Magnus Otto superesset, Zuenotto regis Haraldi filius, quẽ ad sacrũ baptisma Otto uictor adegit, cum uideret regni proceres leue iugũ Christi portare cum murmure, indignãtes & execrantes Haraldum regẽ seniorẽ, quod id oneris regno & regnicolis imponi passus esset: simul sperans, quod per eam occasionẽ ad regnũ, cuius erat cupidissimus, perueniret, patri rebellauit: coniuratione maioris partis procerũ in senem regẽ Christianũ. Igitur ubi inualuit conspiratio, cõcurritur ad arma. Haraldus nihil minus quam hoc a filio metuens, matri Tirę Christianissimę fœminę, quę filia fuit Anglorum regis, monumentum, & perenne memorabile ad tumulũ cõstituere parabat: defatigãs milites suos in opere rustico, proruendi de terris immanissima saxa, quod ipsum militũ suorũ animos a rege auerterat. Quo in opere cum desudaret, affertur regi triste nunciũ de filij & procerũ in se cõspiratione propter Christianismũ, paratos ad arma uenire in se cum exercitu ad illũ improuiso opprimẽdũ. Vbi audiuit, intermisso opere, quę pro tẽporis angustia potuit, arma cõtraxit: ueniẽtem super se filiũ expectauit: cum non aliud suos posceret, nisi ut filiũ illi seruarent in prœlio, si fieri posset, incolumẽ. Facta cõgressione, pater uincitur: renouato rursus prelio, eadẽ fortuna: cum tertia quoque pugna pararetur, interposito colloquio, res tractaribus agi cœpit. Cum interim treugę constituerentur, quibus fisus Haraldus, incuriose ambulabat in nemore: quo in loco ictus sagitta lœtaliter, in Iulinũ Wãdalię opidũ, quod filio minime fideret, se iussit deportari. Ciuitas quidẽ gentiũ Idolis adhuc dedita, sed Haraldo tñ regi Christiano peramica: cui etiã ille plus fidei tribuit quam filio, treugarũ inducias uiolari passo. Non autẽ diu rex uulneri superfuit: sed cum efflasset spiritum, reductus in Daniam, regio funere in Roschildiam tumulatur. Sed ad id, cuius rei gratia introducta est Danorum regis mentio, aliquando ueniatur. CA. XXXIII.

Filius patri rebellat.

Filii uincit patrem.

Roschildia regẽ sepelit.

Gregiæ quondã urbis Iulini, in Wandalico solo ad littus maris Germanici, nunc uilissimi opidi speciẽ ęgre seruantis, mentionẽ sine laude transire non debemus, ut mortaliũ rerum specimẽ precipuum in eius ruina intueamur. Tradunt Iulinũ ab Iulio Cęsare fundatore nomẽ habuisse: quomõ Wolgastũ, Iuliam Augustã olim uocitari, & Demyn, quasi dominã mundi, & Tribuzesz, quasi tributũ Cęsaris, & Robel, quasi rebellionẽ: Sed fuerint istę cõsonãtię in lingua Wãdalica ad Latinã

Absurda etymologia

quomõ & in alijs, fortuite: certe ab Iulio cęsare imposita nomina, certũ est nõ fuisse, nam ille bis trãsito Reno, ex Gallijs tetigit Germaniã: sed statim redijt reductis copijs, per pontes quos in flumine strauit: Testis est illeipse, in suis commentarijs. Nec Romani duces post illum tenuerũt terras unq̃ ultra Albim, quẽ dedit August⁹ limitem Romano imperio: testis Strabo. Si tamẽ memorata nomina cõtendis esse origine latina, fieri potuit, ut Wãdalicę nationis principes cupidi uisendarum regionũ, Albimq; trãseuntes aliquãdiu militauerint per Germaniã Druso Neroni Augusti priuigno, & Drusi filio Germanico, alijsq; pręsidibus: qui regressi narrãtes quę uiderint, & nomina Latina ad imitationẽ Romanorũ, suis indiderint castellis. Eius transitionis testes sunt Strabo, Cornelius Tacitus, in Augusta historia. Erat Iulinũ pręclarũ illa ętate Wandalorũ emporiũ, tantis opibus, tantis mercatorũ negocijs frequens, ut uix aliud par illi tum Europa uideret: Constantinopoli semper excepta, quę tum florebat. Ibi Russi, Dani, Sembi, Saxones, & ipsi Wandali, singulę quoq; gentes suos uicos & plateas incolebant: nulli pręclusum municipiũ, nisi qui de Christianismo sermones sereret. Hęc erat ingredientiũ terra mariq; lex: ut omnia pacata inuenirent, si non de religione uerbũ facerent. Iam Haraldi filius Zuenotto Danię regnũ, proiecto populariter Christianismo, cognomine pariter q̃d illi additũ erat honoris gratia in baptismo, abiecto, moderabať: iam enim iniuriũ ducebat, si quis illum de cętero Zuenottonẽ uocitaret. Ergo bellum ante omnes indicit Wandalis, patris sui iam hostis, receptatoribus: nec illi segnes excipiũt, animo & opibus non impares: fit pugna, ut frequẽter, naualis, diu cõmuni marte uolauit uictoria: demũ Wãdalorũ nauibus insedit. Capt⁹ rex in pręlio, abducitur in Wãdaliã: graui ęre per interuallũ persoluto, redimitur. Pristina bella renouat: eadẽ illum, quę prius, fortuna insequitur: uindicãte Deo iniuriã reiectę religionis. Iam pristina redemptione exinanitis regni thesauris, cum in promptu aurũ non adesset, datis uadibus, & priorũ in regno procerũ filijs obsidibus, regrediť: nec sic quieturus: nam tertio quoq; belli sortem in eosdẽ statuit hostes experiri. Iam cautior futurus, omnia diligenter collustrabat, nocturnis classem uigilijs, circũductis scaphis, iussit uelut castra circuiri, ne quid intẽtẽt hostiles insidię. Viderant hanc regis diligentiã Iulinenses Wandali, & ex tempore cõsiliũ mutuãtur: nam quidã ex eis promptiores, ubi Danicę uigilię iam ad quietem redibant, sub oriturã mox lucem, inscẽsa nauicula, cum haberent qui linguã Danicã callerent, prętoriã regis nauim adeunt: uigiles regij sunt ab omnibus crediti: idq; assimulant: regis colloquiũ deposcunt, uelut magnę oportunitatis rem allaturi. Rex arbitratus esse suos excubitores, qui aliquid magni cõtemplati, celeriter differerent: nihil insidiarũ ueritus, caput e naui protulit: qui aũt sermonẽ in aurem afferret, ait esse secretũ non palam efferendũ, ne etiã proximi audiant, cauendũ. Rex admoturus aurẽ pectoretenus inclinat loquuturo: statim rapitur in scaphã: & ore occluso, tacito remigio abducitur, priusq; arma quisq; expediat in nocte: nam stabãt in ordine paratę Wandalorũ acies. Ita tertio captus rex, Iulinũ perduciť:

Albis fluuij limes.

Iulinũ emporium.

Lex iniqua.

Dani defecerunt fidem.

Rex capitur trina uice.

Pulcher modus fallẽdi regem.

manifesta illũ uindicta persequente: ꝙ in parentẽ impius, & in omniũ parentẽ Deum, esset sacrilegus. Iam tertię redemptionis circũspiciuntur impendia: uacuato ærario, ac obsidibus pridem obligatis. Igitur fœminę locupletes in regno, regiam sorte cõmiseratę, ipsę de suis ornamentis aurum contulerũt pro illius redemptione. qua pietate cõmonitus rex, iam redemptus, legẽ de successione fœminarũ, quæ iniqua pridem illis erat, maribus exęquauit. Impetitur inde Suetico bello, & iterũ uincitur: regnoq; pellitur. Victus, in Norwagię regem respexit, & ad illum confugit: sed ab eo cõtemptus, sensit cum fortuna mutatos amicos. Anglię regem adit: sed speculator potius q̃ exul habitus, cum cõtumelia dimittitur. Scotię quoq; regem pertentat: ibi reperiens, qui eius calamitatẽ miseraretur. Sed tñ septennio ibi habitus hospitaliter: medio tam longo tempore recogitauit quid pateretur, & unde malorũ illi esset origo, de proiecta Christi religione: eam ex animo cõplexus, resumit: uoto concipiens, si unq̃ illi reditus esset in patriam, promulgare in populũ. Deinde reuocatus in patriã, fidelis permansit Christianus.

Fœminę redimũt regẽ. Rex pellitur regno. Septennio rex exulat.

CA. XXXIIII.

Nterea Wandali iam a temporibus Ottonis. I. ex magna parte Christi fidẽ receperũt: illi precipue, qui in mediterraneis habitabant: instante a meridie Adelberto, primo Magdeburgẽsi archiepiscopo: qui iam, ut diximus, suos in Wandalia habere cœpit Suffraganeos Brandenburgensem, Hauelbergẽsem, cum cęteris, quos supra memorauimus. Ab occidua uero parte, Adaldagus, Hãburgensis archiepiscopus, strenue suę legationis in gentes, obibat officiũ: ordinatis episcopis in Aldẽburgo Wagriæ regione. Sed qui ad mare habitabant, ferociores semper erant: non passi ad se penetrare, qui fidem Christi disseminaret. Iulinenses enim, quod diximus, lege lata uetuerũt, ne aduenarũ quisq;, nouæ religionis mentionẽ ullam faceret. quo factũ est, ut omniũ illi nouissimi, ad Christi fidem peruenirẽt. quanq̃ & mediterranei semel acceptã religionẽ nõ satis constãter seruauerãt: quod quibus sit factũ occasionibus, infra suis temporibus cõtingemus. Introrsus aũt ad orientẽ Ottone tertio regnãte, Boleslaus Polonorũ dux: qui, ut dicemus, Imperio se coniũxerat, recognoscẽs in eo superioritatẽ, omnẽ Wandaliã usq; ad Oderam suis subijciẽs tributis, ad iuga Christi cogebat. Prussis quoq; grauis imminebat: a quibus, quod diximus, corpus sancti Adelberti Pragensis episcopi, quẽ occiderãt, precio redemit: inq; suam regionẽ uenerabundus abduxit. Cœperat ergo ab illa quoq; parte orientis, Christi euangelium rutilare. Sed ab aquilone Wãdalis maritimis quis immineret? ꝙ Dani ipsi satis adhuc infirmis erãt radicibus: rege Zuenone timidius agente in populo: qui & si ipse fidem assereret, uerit⁹ est tñ proceres durius resistentes, adigere iugo fidei: ne, q̃d formidabat, iterũ regno pelleret. Sed nos in Bohœmiã, Poloniãq; paucis redeamus: Christiana tempora nacti in illis prouincijs, quę illorum res illustrauere.

Adelbertus archiẽps. Adaldagus archiẽps. Lex iniqua. Bolisla⁹ dux Polonorũ. S. Adelberti corpus trãsfertur. Zueno rex Danorum Christian⁹.

CA. XXXV.

Ohœmia per ea tẽpora ducẽ habuit Vdalricũ: qui per magna tẽpora. I. Ottonis, rerũ potiebatur. Filiũ is habuit Bitiscislaũ auda-

cem pariter & procacē iuuenē: qui ausus grāde facinus, raptu sibi quæsiuit coniugē. Imperator Otto eius nominis .II. unam ex filiabus suis cōmendabat sacris uirginibus, apud Ratisponam Deo seruientibus: ut, si illi uideretur, pariter & illa spōsum deligeret immortalē: alioqui suo tempore nuptui tradendā. Audiuit Bohœmus uirginē & nobilitate & forma præstantem, in monasterio præcludi: irritatur magis ea re, ꝙ minus licere uideret: patrē uirginis interpellare non ferebat: ꝙ puellā monasterio a parente deputatā, arbitraretur sibi nequaꝙ̄ permitti spōsandā. Fretus armis paternis, & Bohœmię uiribus, fidebat raptā defendere. Igitur aggressus magnum facinus: puellā (uolentē an nolentē incertum, magis aūt est augurari promptum, non ualde repugnantē) rapuit: & abduxit ad interiora regni: coniugēꝗ sibi legitimis nuptijs asciuit. Pater incōparabile nephas detestatᵒ, ꝙ auderet uir Imperio subiectus, tantam irrogare & Imperatori, & dño suo iniuriam: statuit armis facinus coarguere: Itaꝗ magnis uiribus duxit in Bohœmiā Otto. Occurrit Vdalricus senior cum filio: & ipsi exercitum in armis ducentes. Sed tñ præmiserat Vdalricus uiros ętate & moribus graues, qui indignationē Imperatoris uerbis & obsequijs tentarent delinire. Venerat post illos Iutta filia: &, qñ ita placitū uideret superis, obsecrabat patrē: ut, qm̄ factā rem ad infectū nemo reduceret, non cōmitteret, ut sanguine innoxiore nuptias eiᵒ cōmacularet: sumeret obsequia mariti, sumeret preces soceri, & post omnes placaret lachrymis filię: iam nō posse uindicari in Bohœmos, ꝙ illam intactā preteriret. Imperator iusta satisfactione cōstituta, precibus & lachrymis filię cessit: permissaꝗ Iutta Biticislao, pacatum reduxit agmen: iam placatus.

Filia Impe. in monasterio. — *Rapitur puella ex monasterio.* — *Imp mouetur filię lachrymis.*

CA. XXXVI.

Polonis per ea tēpora præfuit Bolislaus dux, Christianus: qui iusticia in subditos, & ęqualitate in uicinos, & in Deum religione, promeruit ab omnibus iustā uenerationē. Audiuit Otto. II. Imperator cognomēto Rufus, famā sancti martyris Adelberti, de mirabilibᵒ quę operaret per illum Deus, uoluitꝗ inuisere martyris sancti sepulchrū: insinuabat Bolislao aduentū suum, ut illi pemitteret in ciuitate pro dignitate hospitiū. Gauisus ille, dignationē interpretatus, ꝙ a tanto principe terra eius inuiseret: non facile dictu est, quanto honore, quo apparatu, ꝙ̄ magnifico instructu, Imperatorē uenientē exciperet. Vidit Imperator in ciuitate ducis, & in mansione principis eam, quā non putabat opulentiā, magnificū in omni ciuilitate apparatū: miratus miuistrorꝫ ordinē, uasorꝫ, poculorūꝗ ex materia & arte præstantiā, generosum principis animū, cuncta per hilaritatem largitatis maiora facientē. Non putabat Imperator in ea gēte tantum splēdorē extitisse: unde cōuersus in suos: Deposcit huius in nos meritum uiri, ut aliquo uicissim a nobis magnifico munere decoretur: cernimus nihil deesse tantis opibus, & regni amplitudini, ꝙ̄ ut maiori fulgeat nominis dignitate: Si regem appellauerimus, & amicū Romano Imperio asscribamus, nihil indignū & rebus, & uiro fecisse uidebimur. Probant principes Imperatoris consiliū. Igitur euocatū Bolislaū, Imperator his uerbis alloquitur: Ostendisse nobis animi tui magnitudinē, & obsequij diligentiā,

Imperator peregrinatur. — *Magnᵒ honor exhibitus Imp.* — *Gratitudo Imperatoris.*

tibi nobiscq gratulamur: Ideo te euocauim⁹ in hunc cœtū principū, ut uicaria te remuneratione decoremus: Regium tibi nomē damus & honorē, & te Romani Imperij sociū, amicūcq Cesareç maiestatis ex hoc die asserimus: & hęc dicens, coronā capiti eius imposuit. Deditcq Imperator Bolislao regi pro regalib⁹ insignijs lanceā beati Maurícij, & clauū Dñi. Hęc aūt regalia insignia, corona scilicet, & sceptrū, & lancea, ad multa tempora in armariolo Cracouiensis ecclesię, ad memoriā posterorū cōseruātur. Rex aūt Bolislaus, ob reuerentiā Imperialis dignitatis, & in pignus alternę amicicię, & deuotionis, donauit Imperatori brachiū diui Adelberti martyris: quo assumpto, ad propria ille reuersus est. Deinde cum ex hac uita subtractus esset rex Bolislaus, anno Christi. MXXV. Mesco fili⁹ eius regnauit pro eo: longe impar paternę probitati: sed sustinuit eū magni patris dulcis apud omnes memoria, ut filij degenerē animū minus odirent subditi. Duxit uxorē nobilē, filiā memorati Ottonis Imperatoris, sororē nihilominus Ottonis. III. Sed hic Mesco cum desidia & delicijs resolut⁹, proprijs non cōmunib⁹ utilitatib⁹ intēderet, cœperūt exterę natiōes, que patri suo essent uectigales, minus honoris illi impendere, colla iugo subducere, & tributa regionū denegare. Cōtēptus ergo uixit: nō modo a suis, sed & ab exteris utcūcq tñ illo uiuēte, uiguit in cordibus hominū memoria patris: cui⁹ etiā reuerētia filio seruabat qualēcūcq obedietiā. Cum uero ille reb⁹ exēpt⁹ humanis, filiū relinquieret Kasimirū, cognomētō Karolū, mox insurrexere pceres, & filiū cū Teutonici nominis odio expulerūt regno. XXXVII.

Dux Poloniæ creatur rex.

Filius degenerans.

Rex expellit

Iam erant Poloni sine rege, sine duce: cum sibi quiscq consuleret, & suis pro se cōmodis inseruiret, cœpit in longinquū & proceres & populū confusionis tedere. Non supererat regia nobilitas: nec erat cui deferrēt honorē pro parilitate nataliū: inuidebat quiscq alteri regnum: nec tñ sine rege sine duce poterāt durare. Cœpit eiectus regno Kasimirus uehemēter desyderari. & de reuocādo in regnū magn⁹ erat omnium consensus. quęsitus per Germaniā, inueniri non potuit: apud matrem, apud cognatos, nuscq repertus est. transiens enim in Gallias longius, quo tutius lateret, monasteriū Cluniacēse ingreditur, habitū poscēs fratrū, nec aperiens cuius esset sanguinis. Suboleuerāt uestigia, qui quęrebant, quibuscūcq indicijs, innotuit, ꝙ apud fratres illos ignotus demoraretur. Venerant eo missi in eam rem oratores: inuentus est iam annū septimū agens in religione: Expositis aūt itineris sui causis, uasa auri & argenti protulerūt: petentes, ut regiū illis sanguinē in quo regni esset iusta successio remitterent: magna in eo esse regni cōmoda: pauperū refrigeriū, pacem tēporū, finem bellis, diuinę seruitutis gloriā inde prouenturā, nunciantes. Abbas id necq sui, necq ipsius Kasimiri esse potestatis respondit, semel Deo oblatum, seculo remittere: Sed si tanta regni cōmoda in Kasimiro essent constituta, adeant Summū pontificē, ab eo dispensationis gratiā poscētes. Illi non segnes Romā petunt: Benedicto. VIIII. tum Summū administranti pontificatū, rem aperiunt: dispēsatione Apostolicā requirentes. Auditis aūt Papa Benedictus Polonię desolationib⁹, Christiana cōpassus pietate

Rex monachus factus reducitur in regnum.

Papa dispensat.

genti,ob regem amissum, Kasimirū ad regendā Poloniā redire concessit:
Monachus ducit uxorē — permisitq; ut inito matrimonio, posteritati constituēdę operā impēderet.
Ferunt ob titulū huius dispensationis,inditū esse Polonis, ut in tonsura ro
tunda capillorꝫ,diu se conformarēt ritibus religiosorꝫ: quā postea ignomi
niam abolendo,supra cęteras nationes cœperūt nutrire capillū:idq; ad no
Capilli flagellāt dorsa. — stra tempora durauit, ut fœmineū in morem capilli dorsa uirorꝫ flagellēt.
Statutū nihilominus tum esse aiūt a Pontifice,ut pro alēdo in perpetuū lu
mine,in ecclesia beati Petri Romę, censum soluerēt:quod in Polonica lin
gua,Snato Petre,hoc est,sanctū beati Petri uocatur. Igitur legati exequu
ti negociū,assequuti propositū, lęti & alacres recipiētes suū ducem Kasimi
rum,redeunt in Poloniā,Multa erant illi,initio noui regni certamina: ex
creuit multorū,& intus,& foris,per absentiā insolentia: cui reprimēdę po
steaq̄ diu laborauit,regno suo tranquillitatē reddidit. Accœpit aūt uxorē
Debronega regina. — ex Russię principibus nobilē,nomine Debronegam: dignā pro uirtute co
gnomine Marię: ex qua sustulit quatuor filios,Bolislaum,Verladum,Me
sconem,Etnem. Quo tēpore,cum iam ageretur. XXXXV. post mille an
nus,Aaron episcopū Cracouiēsem Benedictus Papa cum in Coloniā Ger
Cracouię datur archiepš — manię descendisset,consecrat archiepiscopū,hac,quę seruata est, forma uer
borū: Pro reuerentia principis Apostolorꝫ, sub cuius uelamēto te cōstitu
isti,& pro amore diui Kasimiri regis uestri, coniugisq; Marię, amborūq;
filij Bolislai,totiusq; regni,stabilimus,benedicimus in perpetuū archiepi
scopatū apud ciuitatē Cracouiēsem,qui hactenus erat episcopatus: cui eti
Ecclesię suffraganeæ. — am subijcimus omniū episcopatuum parrochias, quæ in omni regno sunt
Polonię,ut archiepiscopali more tu frater omnibus pręsideas: Tibi quoq;
archiepiscope cōcedim⁹ palliū,dieb⁹ solēnibus deferēdū. XXXVIII.

Ed ne longius a temporibus nostris excurramus, paulo nobis re
trocedendū est. Florebāt satis per triū Ottonū tempora res Chri
Wago epš. — stianę in Wandalia huius nostrę regionis: nam Wago uir nobi
lis,tertius Aldenburgēsi ecclesię pręfuit pōtifex: successitq; Eguardo. Hic
in summa prosperitate inter Wandalos degens,sororē fertur habuisse spe
Bilug rex petit cōiugē — ciosam: quam coniugē postulauit Obotritorū regulus Bilug: cūq; inter
pellationibus crebris pontificē super hac re cōuenisset, quidā familiarium
episcopi,petitionē incauta uerborꝫ iniuria repulerūt, dicentes: Iniustū esse
pulcherrimā uirginē inculto & agresti uiro copulari: quā ille contumeliā
prudenti dissimulatione cōpressit,& amoris stimulo incitatus,preces itera
re non destitit. Timens aūt episcopus, ne ecclesię nouellę grauius inde ali
Desponsatur soror epi. — quid,si pernegaret,oriretur,postulationi eius annuit: data illi sorore in cō
iugium. Procreauit aūt ex ea filiam nomine Hodicam: quā pontifex auū
culus monasterio uirginū contraditā,& sacris literis eruditā, Abbatissam
Abbatissa ętate nō matura. — pręfecit uirginibus in Magnopoli,cum tñ necdū legitimos peruenisset ad
annos: quod frater puellę Mizisla egerrime tulit: odio,licet occulto, cōci
tatus Christianę religionis: timens ne peregrinus mos ille late per omnem
serperet regionem: patrem uero, frequēter cōmonuit peracerbe,quasi quā
mēte alienatus,superuacuas diligeret adinuētiones: nec timeret patrijs de

rogare legibus: prius quidē ducens uxorem Teutonicā, deinde filiā suam monasticę contradēs clausuræ. Cumq; his uerbis patrē sępe exacueret, cœpit ille sensim animo flecti, & iam cogitare de acceptę cōiugis repudio, & rerum mutatione: Sed conat⁹ eius timor repressit: eo q; grauiū causarum introitus semper fuit difficilis: uirtus quoq; Saxonū admodū esset formidabilis: necesse enim fuerit repudiata sorore Pōtificis, & diuinis rebus persundatis, statim ad bella peruenire. Quadā die contigit episcopum uenire in urbem Magnopolim, uisitationis gratia: quo etiā Bilug cum primoribus illi occurrerat, excepturus sororiū siue propinquū suū, simulata deuotione. Episcopū igitur publicis causis intētū, sępedictus Obotritorū regulus palam alloquitur: Magnas, inquit, pietati tuæ pater uenerabilis debeo gratias, quibus agēdis licet totus non sufficio, priuata enim beneficia quæ mihi impēdisti, quia multiplicia sunt, non facile numerātur, generalē prouincię salutem dissimulare non debeo, sollicitudo enim tua super ecclesiarū instauratione, & animarū salute, omnib⁹ manifesta est: sed nec latet quātas principū offensas tua prouidentia fregisti: ut cum pace & gratia in principum tranquillitate degamus. Honori ergo tuo si expostulati fuerimus, & nos, & nostra incunctāter impēdemus. Petitionē aūt paruulā apud te deponere, tua inuitat humanitas. Est apud Obotritos pontificale tributū q̄d pro decima imputatur, de quolibet aratro, q̄d duob⁹ bobus & uno equo constat, mensura grani, & quadraginta restes lini, & duodecim numi probatę monetę, preterea unus numus pro colligēte: Hęc me, rogo, sinas colligere: deputanda stipendijs neptis tuę filię meę: quod ne forte ad tui iniuriam, & annonę diminutionē rogare uidear, adijcio possessioni tuę in singulis urbib⁹, quę sunt in terra Obotritorū, uillas, quas ipse elegeris: exceptis his quę ad ius pōtificale, Imperatoria dudū concessione peruenerūt. Pontifex non attendēs callidissimi hominis dolū, uerborū coloribus adumbratum, reputās etiā nihil officere rerū permutationē, sine mora petitioni eius annuit: ipse quidē uillas opulentissimas accepit, tributū uero, quod diximus, sororio suo in manus filię eius collocādū resignauit: aliquandiu apud Obotritos cōmorat⁹ prędia colonis excercēda distribuit: ordinatisq; omnibus in terrā Wagriorū, ad ecclesiā suā est reuersus.

Vir⁹ Saxonū formidabilis.

Dolosa alloquutio.

Petitio palliata.

Pontifex circūuentus.

XXXVIIII.

Habuit aūt pōtifex, pręter alias duas nobiles curtes, apud quas frequenter cōmanere solebat: unā in uia publica, quę dicit' Buza: alteram, super fluuiū Trauenā, in loco qui dicitur Nezetma: ubi etiam fuit oratoriū & concameratio murato opere facta, non longe a radice mōtis quē ueteres Eilberg, moderni propter castellū impositū Zegeberg dixere. Post multos ergo dies, cum pontifex Wago alias occupatus, terrā Obotritorū rari⁹ inuiseret, supradictus Bilug una cum filio Mizisla oportunitatē nactus, dolū quē erga Deum & pastorē sanctū cōceperat, paulatim detexit: cœpitq; possessiones episcopales, quas ille ut fideli, & affini suo tuendas episcopus cōmendauerat, occultis uastare latrocinijs, & submittere seruos, qui prędam inde clam & aperte abducerent. Conatus eius ad id usq; processit, ut episcopū sicut decimarū iure, sic possessionibus exu

Curtes pontificiæ.

Occulta' perfidi latrocinia.

eret: perturbatoq; capite, cultus omnis facilius pateret exterminio. Pontifex admonit⁹, cum ueniret in prouinciā, cum colonis habita inquisitione deprehendit ad liquidū, quorꝫ machinamentis, tantā possessioni immitterentur latrocinia. Permot⁹ itaq; , nō mirū stupore atq; timore, ꝙ atrocissimos insidiatores inuenisset, eos, quos putabat amicissimos, iamq; presentiens nouellę plātationi imminentē defectionē, multū cœpit animo turbari, recurrens ad id, quod pro tēpore tutius uidebať, consiliū, tentare cœpit, si forte uerbis suasibilibus mederi posset morbo paulatim subrepēti: multis sororiū blanditijs cœpit mulcere, ut a cœptis desisteret, neue possessiones ecclesiasticas latronib⁹ depascēdas exponeret: ,puncturā sibi, nisi resipuerit, non modo Dei offensam, sed & maiestatis Imperatorię iustā censurā. Ille obiectis dolos prestruens, respondit: nunq̄ se erga dn̄m & patrē tantā admisisse imposturā, ad quē semper habuerit animū optime affectum: Si quid autē inuito se factū sit, latronū insidijs esse peractū, qui de Wilsis, seu Rugianis cōmeantes, forte nec illius predijs parcerent, si sinerenť: se quidem ad illos cohibendos, cōsilio & auxilio semper affuturū. Facile ergo persuasum est bono & simplici uiro, opinionem de affine cōcœptam deponere. Postq̄ aūt accœpta satisfactione, pontifex abscessit, illi statim, rupta pollicitatione, ad cœpta reuolui sunt crimina: furtisq;, uillarū incendia miscuerunt: preterea colonis omnibus, qui ad ius episcopi pertinebāt, nisi quātocyus predia desererent, mortē sunt interminati: sic factū est, ut deserti agri, uacuefactę sunt possessiones. Accessit his malis, ꝙ idem Bilug matrimonij sui iura corrupit, repudiata sorore pōtificis: fuit haec causa inimiciciarū precipua occasio. Cœperūt res ecclesiarꝫ paulatim titubare, nec fuit unde status nouellę ecclesię posset ad plenū cōualescere: eo ꝙ Magn⁹ Otto iam pridē uita decessisset, mediusq;, necnō. III. Otto, bellis Italicis essent occupati. Ob quā rem Wādali tēporis opportunitate freti, non solū diuinis legibus, sed & Imperatorijs iussibus cœperūt paulatim obniti: solus Saxonię dux Benno (filius hic erat Hermāni ducis, quē Magnus Otto sublimauerat, quod in Saxonia diximus) aliquā dn̄ationis umbrā, licet tenuē pretendere uidebať: cuius solo respectu, Wādalorꝫ impet⁹ sunt retardati, ne aut fidei Christianę palā renūciarent, aut arma corriperēt. Wagone in hoc rerum statu facto de medio, Ezico successit in cathedrā: iste suscœpit ordinē a sanctissimo Adaldago, Hamburgēsi archiepiscopo. Quatuor ergo pontifices ante excidiū Aldenburgēsis ecclesię extitisse cōperimus, Marconē, Eguardū, Wagonē, & Ezicone: quorꝫ temporibus Wandali utcūq; in fide perstiterūt: ecclesię per prouinciā sunt erectę, monasteria uirorꝫ ac mulierum Deo seruientiū, constructa sunt plurima: Sed hę tandem sub Ezicone res inclinauere.

Deprehenditur dolus. *Cōminatio offensae dei.* *Incenduntur uillae.* *Repudiatur uxor.* *Ezico eps.*

CA. XL.

Principes eorꝫ Wādalorꝫ, qui Winiti, siue Winuli dicunť, fuerūt eo tēpore filij Bilug, supra memorati principis: qui per Christianismum prim⁹ ex hac gente nobis innotuit: qui ad annū Christi nongentesimūoctuagesimū, cum iam male Christian⁹ uidereť, defecit moriens, reliquit aūt filios, Misizla, Naccon, & Sederich: sub quib⁹ pax conti

Bilug rex.

nua fuit,& illi sub tributo Saxonib⁹ seruierūt. Sed Misizla ille Obotritorum princeps, Christū palam cōfitens, clam persequebāt: sororē cōsanguineam, Deo dicatā uirginē Hodicā, monasterio uirginū, cui preerat in Mekilinborg, extraxit, & cuidā Bolislao inuitā scelerato iunxit cōiugio. cæteras uirgines, quę ibidē sunt repertę, aut militibus suis cōiuges tradidit, aut in terram Wilsorū, seu Rugianorū transmisit: sicq; monasteriū illud deperijt. Siquidē in dieb⁹ illis, permittente Deo, ꝑpter hominū peccata, perturbata est apud Danos & Wādalos tranquillitas, & pulchris diuinę religionis incremētis, inimic⁹ homo superseminauit zizania. Nam eodē fere tēpore Zuenotto, quem dixim⁹, res in ipsa Dania perturbauit. Quo tēpore cū iam Dania bono rege indigeret, factę sunt illę grauissimę Danorū in Saxoniā excursiones: uastatis initio maritimis Hadelerię: Inde maritimam omnē terrā Saxonię, ferro & igne deformarūt, pugnātes apud Stadiū fœliciter in Saxones. Sed per Visurgum ascēdentes, ductore Saxone, peruenerāt in difficilima loca, cæsiq; sunt ad unū omnes: quam rem in Saxonia dixim⁹: Harwaro Saxoni nomen erat, qui ductu suo hostes perdidit; qua de re, nomē eius, carminibus patrijs, diu celebre permansit. Sed priusq̄ ad sequētia transeam⁹, reddendus est antiquitati suus honor, ut successiones principū agnoscamus: quorū est memoria nostra tam clara posteritas: duces dico Pomeranię, Stetini, Wolgasti, & Magnopolis. Aperuit aūt primos nobis christianism⁹, nā qui fuerint in paganismo, priorib⁹ ānis, nobis sunt incōperti: Ottonis ergo. I. tēporib⁹, in hac maritima Wādalia, latissime dn̄abatur princeps illustris Bilug de quo supra memorauimus: Cuius ditionis latissimi termini, a Wisla fluuio, quē ueteres Vistulam uocāt, per maritimos tractus, peruenere in uicina Cimbrorū: hoc est Iutiæ, in ueterē urbē, quam Wādali sua lingua Starigard, Saxones uocauere Aldēburgū in qua omni ditione olim floruere urbes Wineta, maritima, & caput religionis in gēte, Rethre, Iulinū, Starigard, Wolgastū. Nōnulli arbitrant̄, Iuliam Augustam aliqñ uocitatā. Sed de his quid sentiā, non multo ante dixi. Demyn dominiū putant tum appellari, Hauelberg. Custin, Melchow, Kissin. Rabel rebellionē uocari putant Mekelinburg, Mersburg, Aldenburgum, nunc rustica opida, tum ciuiliter institutæ ciuitates. Hic Bilug filios reliquit Mizisla, de quo statim supra, Naccon, Sederich: quibus est partitus ditionem.

Monialis ducitur in matrimonio.

Dani in Saxoniam.

Dani cæsi.

Wādalia facta Christiana tempore Ottonis. I.

Wineta caput religionis.

Filij Bilug regis.

CA. XLI.

Circa quę tēpora impletus est annus á Christo. MII. quo fortissimus Imperator Otto. III. cum iam tertio Romā uictor intrasset immatura morte subtractus occubuit: cui successit Hēric⁹ eius nominis. II. per electionem prior assumptus ad constitutionem, quam de electoribus Imperij Otto. III. cum Summo pontifice Gregorio sanciuit. Quo etiā tempore mortuo Bennone Hermāni filio, Bernardus filius, tertius eius stirpis, Saxonię dux, rebus pręfuit: animosus iuuenis, parum memor auitę humilitatis, & Imperatorię, in domū ei⁹ largitatis, rebelles animos Hērico Imperatori est ausus ostentare. Cōmouit multā nobilitatem sibi aduersus Imperatorē cōspirantē: sed interuenere, quod in Saxonia di-

Otto. III. uictor Romā intrauit.

Bernard⁹ Saxonię dux rebellis.

ximus uiri boni, pacis zelatores, qui iuuenilē frangeret impetū, & Imperatori illū reconciliaret. Sed interim Wandali rebus a duce turbatis, de sua quoq; libertate cogitarunt: q̄ tributis grauarent. Bernardus enim dux omnes Saxoniæ ecclesias terruit atq; turbauit: illas præsertim, quæ in rebellione eius ad Imperatorē illius maliciæ noluerūt subscribere. Accessit his, q̄ idem dux gentē Winulorū per auariciā crudeliter opprimēs, ad necessitatem paganismi coegit. Sane eo tēpore Wandalorū dominio potiti sunt Theodericus marchio Brandēburgensis, & dux Saxoniæ Bernardus: illoi quidē orientalē, isto occidentalē premēte Wandalorū sub tributo prouinciam: quorū ignauia nescio an improbitas, coegit Wandalos fieri Christianæ fidei desertores: rudes enim in Christi fide gētiliū populos, quos optimi quondā principes cum summa lenitate fouerāt, temperātes rigorē his, quorū insistebant saluti: Isti uero tanta crudelitate insequuti sunt, ut excusso tandem seruitutis iugo, libertatem suā armis defendere cogerentur. Principes tum erant Wandalorū Mistiwoi & Mizzidrag: quorū ductu seditio est inflāmata. nam Misisla horum pater, ad annū nonagesimūnonū moriens, hos filios reliquit successores. Proditū est ueterum narratione, q̄ idem Mistiwoi, postulauerit sibi dari cōiugem, ex neptibus quādam Bernardi ducis: quā etiam ille non negans spem fecit poscēti. Imminebat tum expeditio Henrici Imperatoris in Italiam: ad quā uocatus dux Bernardus, se accinxit. Intelligens hoc memoratus princeps Wandalorū: ut futurum matrimoniū aliquo in ducē obsequio mereretur: mille ex suis armabat in ducis comitatum: Ipse quoq; comes ibat duci proficiscenti. Cunq; magna essent Imperatori prælia in Italia, præsertim Calabria, milites Wādalici in prima semper pugnātes acie, pene omnes perierunt: Qua ex re deuinctissimū sibi suum se habere ducem arbitrabatur. Cunq; rediēs de expeditione, pollicitam sibi puellam deposceret, Theodericus marchio fertur rem disturbasse: consanguineā ducis, exclamans, non dandam cani. Quo ille audito uehemēter indignatus, abcessit. Dux ista comperiēs, non probabat, angebaturq;, suspicatus, quod euenerat de rebellione: missoq; post eum nūcio, reuocauit, ut optatis nuptijs potiretur. Ille amaricatus fertur respondisse reuocanti: oportet generosam magni principis neptem, nobilissimo uiro copulari, non dari cani: magna nimirū sanguini nostro gratia repēditur, pro obsequio: ut iam canes, non homines iudicemur: Si ergo canis fuerit ualens, magnos dabit latratus, & morsus. Et hæc dicens reuersus est in Wādaliam: & primo omniū abijt in ciuitatē Rethre, quæ est in terra Luticiorū in dominatu (ut coiectura est) nūc Stargardensi. Nam urbs tota deperijt: nec de nomine quicq̄ remansit.

Bernardus dux turbat ecclesias.

Wādaliæ dominia.

Wandali excutiūt iugū

Expeditio in Italiam.

Præliū in Calabria.

Caussa mali magni.

Canis magnos dabit latratus.

CAP. XLII.

Conuocatis ibi Wandalorū principibus, qui orientē habitāt, caussatus est de iniuria irrogata, grauiq; cōtemptu, q̄ Saxonū estimatione gens omnis inter canes deputetur. At illi: merito, inquiūt, hæc pateris: qui spretis contribulibus tuis excoluisti Saxones, gentē perfidam & auaram. Iura ergo nobis, q̄ deseras eos, & stabimus tecum: quo iurāte, arma illi expediūt: & dum Bernardus dux abesset, bellis intētus ad inte

Iuramentū in rebellionē

riorem Germaniã: Wandali uastãt Nordalbingiã. Hęc est Holsatia, cum cõterminis. Deinde reliquã peragrantes Saxoniã, omnes ecclesias incẽderunt, & usq; ad solũ diruerũt. Sacerdotes aũt, & reliquos ecclesiarũ ministros, uarijs supplicijs enecãtes, nullũ Christianitatis uestigiũ trãs Albim reliquerũt. Apud Hamburgum, eo tempore, & deinceps, multi ex clero & ciuibus in captiuitatẽ abierũt: plures in odiũ Christianismi sunt interfecti. Narrant seniores Wandalorũ (ait Helmoldus, cuius hęc sunt fere ad uerbum omnia) qui omnes barbarorũ res gestas memoria teneret: Aldẽburgũm ciuitatẽ populosissimã ex Christianis inuẽtam: sexaginta ibi presbyteri, cęteris more pecudum trucidatis, ad ludibrium sunt seruati: quorum maior loci prepositꝰ Oddar nomen habuit. Ille ergo cum cęteris tali martyrio consummatus est: ut cute capitis in formã crucis incisa, ferro cerebrũ singulis aperiretur: deinde ligatis post terga manibus, confessores dei, per singulas ciuitates Wãdalorũ sunt tracti, donec deficerẽt. Taliter illi spectaculũ facti, & angelis, & hominibus in stadio medij cursus, uictorẽ spiritũ exhalauerũt. Multa in hunc modum, per diuersas Wandalorũ & Nordalbingorũ prouincias facta memorãtur. Omnes igitur Wandali, qui intra Albim & Oderã habitãt, per annos. LXX. & ampliꝰ Christianitatẽ coluerũt, omniũ tẽpore Ottonũ triũ Imperatorũ: hoc modo se absciderũt a corpore Christi & ecclesię cui ante fuerãt cõiũcti. Hec facta sunt ultimo tẽpore Libentij archiepiscopi Hamburgẽsis, sub duce Bernardo Bẽnonis filio, qui populum hunc grauiter afflixit. Theodericus marchio, magnam ante tenens in Wandalico solo prouinciã, cui eadem fuit in gentem auaricia, similis crudelitas, qui occasionẽ pręstitit auersioni gentis: depulsus honore, exutus est a Wãdalis omni suo principatu: prebendarius factus in Magdeburgo, miserã uitam in calamitate finiuit. Memoratus tamen Mistiwoi circa ultima tempora uitę, ductus factorũ poenitẽtia, & ad cor reuersus, cũ nollet Christianitatẽ deserere, pulsus patria, ad Bardos cõcessit: ibiq; fidelis cõsenuit & finiuit: Bardorũ uicũ appellãt Bardewick.

Saxonia uastatur.

LX. pbri trucidati.

Theodericꝰ marchio.

XLIII.

Isturbatis rebus sacrę religionis per Wandaliã, Folquardus post Ezicone, qui ante tumultuationẽ rebus excessit humanis, in pontificatu erat Aldẽburgẽsi: cum inundatio illa & euastatio fieret: utcunq; saluatus, euasit periculũ. Cunq; uiderent, nullã sibi superesse spem fructificandi, in credito sibi populo, propter feruorẽ recentis crudelitatis: abijt in Norwagiam: ibiq; multos domino lucratus, cum gaudio redijt Bremam. Per absentiã autem eius, cum res ad quãdam trãquilitatẽ denuo cõponeretur: & spes aliqua affulgeret, admittẽdę a populo prędicationis: ordinatus est a metropolitano Hamburgensi, quem Vnwanum fuisse cõijcio, in sedem Aldenburgẽsem, mortuo iam Folquardo, Reginbertus. Is tẽpora sua in prędicatione diuini uerbi feruẽs cõsumpsit, quieuitq; in pace Vnwanus autem metropolitanus, cum Bernardũ ducem, iam Imperatori conciliasset, prudẽter apud ducem effęcit: ut Wandali tributo moderato ad ducis quoq; beneuolẽtiam redirẽt. Ad matris autem Hamburgensis ecclesię restaurationẽ, uenerabilis metrpolitanus, fertur post cladẽ Wan-

Folquardus episcopus.

Reginbertꝰ episcopus.

dalicā ciuitatē & ecclesiā fecisse nouā: simul ex singulis congregationibus suis, quę uirorum essent, tres eligēs fratres: ita ut duodecim fierēt qui in Hamburgo, canonica degerēt cōuersatione, & populū auerterēt Idololatrię cultu: Ordinauitq; in Wandalia, mortuo Reginberto, Bēnonē, uirū prudētē, qui de fratribus Hāburgēsis ecclesię, electus, in populo Wādalorum, multū prędicādo fructū attulit. Hic sane magnę deuotionis uir cupiens Aldēburgensis sedis diruta omnia restaurare, perquirere cœpit de possessionib' & redditibus, quos ad ius episcopale Magni Ottonis deputauerat institutio, Sed quia post excidiū Aldēburgensis ecclesiæ, primitiua instituta, & maiorum principū donationes uenerāt in abolitionē, & Wādalorū possessioni cesserāt, memoratus pōtifex in pręsentia ducis Bernardi questus est: qm Wagrij & Obotriti cęteriq; Wandalorum populi, debita sibi & ecclesię negarent stipendia: quid faceret? Eā de re principes Winulorum, a duce sunt in colloquiū euocati: & inquisitione habita, quare pōtifici legitimā subtraherent annonam. Illi pretēdere cœperunt, uarias exactionum impositiones. Expedire sibi egredi terra, q̄ implicari maioribus uectigalium pēsionibus: Consyderās igit̄ non posse instaurari ecclesiastica iura, secūdū eam formā, qua fuerāt tempore Ottonis .I. petitione adhibita, uix obtinuit: ut de qlibet domo paupere uel diuite, per oēm Obotritorum terrā, duo numi pōtifica lib' soluerēt impensis. Preterea curtes illę nouissime Buzu & Nezetma & cetere possessiones in terra Wagriorum, episcopo restitutę sunt rursus incolēdę. Illa uero prędia, quę fuere in remotiore Wandalia: quę olim, ad Aldēburgēse episcopiū pertinuisse cōmemorat antiquitas: quorum nomina de Ritzewe, Morize, Cusni, cum attinētijs suis, episcopus Bēno, nullatenus per ducē obtinere potuit, licet ad ea requirēda enixius cōtēderet, per oportuna tempora. Postq̄ aūt placuit pijssimo Cęsari Henrico curiā celebrare in arce Werbena, iuxta Albim fluuium, ad experiundos pertentādosq; animos Wandalorum: uenerūt omnes principes Winulorum in pręsentiam Cæsaris: seq; Imperio ad bonum pacis, & tranquillitatis commoda, obtemperaturos semper, sunt protestati: Ibi quoq; Aldēburgensis pontifex, ueterem super iuribus ecclesiæ suæ renouauit quæstionem. In facie Imperatoris, interrogati Wandali de possessionibus, ad ius ecclesię spectātibus, recognouerūt, urbes aliquot, suburbiaq;, ecclesiastici iuris esse, & ad pōtificem pertinere. Preterea omnes Obotriti, Kissini, Polabi, & Wagrij, & ceteri Wandalorum populi, qui terminis Aldēburgensis ecclesię cōcludebātur, polliciti sunt dare omnē censum, quem pro decima Magnus Otto, ecclesiasticis stipēdijs deputauit: quorū tamē pollicitatio plena simulatione fuit. Statim autem, ut Cęsar soluta curia se uertit ad alia, nihil de promissis impleuere. Dux quoq; Bernardus, in armis quidē strenuus, sed totus auaricię seruiens, Wādalos, quos e uicino positos, bellis siue pactionib' subegerat, tantis uectigaliū pēsionib' onerauit: ut nec memores dei, nec sacerdotibus ad quicq̄ essent beneuoli. Quāobrē Christi cōfessor Bēno, uidēs legationis suę ministeriū, a principib' sęculi, nō solū nō adiuuari, sed penit' impediri, casso labore fatigatus, cum nō inueniret ubi quiesceret pes eius:

Bēno epi.

Querela de ademptis ecclesię bonis.

Curtes restitutæ epo.

Werbenaregia arx.

Simulata promissio.

peruenit ad sanctissimũ uirum Berwardũ Hildesemensem episcopũ, ostendens ei angustias suas, & querens in tribulatione consolationẽ. Ille ut erat uir humanissim⁹, collegit hospitẽ: prębuitq; exulãti hospitalitatis humanitatem, & de facultatib⁹ ecclesię suę suppeditauit ei uitę stipendia, quatinus ad legationis suę opus exiens, & rediens, inueniret stationẽ tutam, in qua pausaret. Eo tẽpore, memorat⁹ põtifex Berwardus in possessione, quę sibi hęreditario iure prouenerat, magnam fundauit ecclesiã, amplissimis ut uideri potest impẽsis, in honorẽ sancti Michaelis archangeli: quo etiã copiosam monachorũ turmam, ad seruiendum deo, cõgregauit. Cõsummata igitur ad uotum basilica, ad denunciatũ dedicationi festum, conuenit immensa multitudo, ubi sinistrũ ecclesię latus Berno episcop⁹ dedicaret, a populo cõpressus & attritus, post paucos dies, ingrauescẽte morbo, uita functus est. In aquilonari eius ecclesię regione, honestam obtinuit peregrinus pontifex sepulturam: in ecclesia, quam ille rogatus benedictionis munere consecrauit.

Berwardus episcopus.

Fũdatur ecclesia.

Cõprimitur episcopus.

CA. XLIIII.

Einerus illi in Aldenburgensi ecclesia succedens, benedictionẽ & m consecrationẽ episcopalẽ obtinuit a Libẽtio secũdo, Hamburgẽsi archiepiscopo: nec amplius pręferũt annales de gestis eius. Vnde conijcim⁹, breuẽ fuisse eius presulatũ. Abelinus post illũ ordinat̃, ab Alebrando metropolitano. Quo tẽpore, pax solida fuit in Wandalia. Hoc tãetsi testis noster asseueret, pacem fuisse solidã per Wandaliã, ita accipimus: quia nulla tenuerũt arma: soluere, pceres consueta Saxonib⁹ tributa: rusticaplębs, pro sua consuetudine, impositum censum non recusabat. Cæterum, in quo maior uis erat, non erat pax ad Deum: abiectaerat Christiana religio: redierũt ad uomitum canes: nec id dux Saxonię magnopere curabat, tributis & censib⁹ cõtentus: & si obniteret̃, nõ suppetebãt uires, aduersus tantam nationẽ. Regũ opus erat & Imperatorũ, reponere iugũ, quod ab initio imposuere genti. Nam primus Otto Imperator, adegit post Danos & Wandalos suscipere Christi iugũ: quod (ut diximus) per tempora triũ Ottonũ tenuerũt, & proięcerũt per occasionẽ contẽpt⁹ principis Mistiwoi: nec ante receperũt, q̃ armis Herici Leonis ducis Saxonię, qui potentia reges ęquabat, a terra, & a mari, pressuris Waldemari primi, Danorum regis adigerent̃: quod sequẽtia tempora monstrabũt.

Libentius archieps.

Pax in Wãdalia.

Canes ad uomitum.

XLV.

Ed paulo ante hęc tempora, Henric⁹ Imperator, in Bohoemiã pa s rabat expeditionẽ, armis adiut⁹, inter alios principes etiã Bernardi ducis Saxonię. Belli aũt gerendi hęc suberat tum ratio. Cũ Poloni, Bohoemiq; Romano parerẽt Impio: orta inter eos simultate, & perinde bello: Imperator suarũ esse partiũ duxit, de legib⁹ pacis tractare, imperauitq; utriq;, ut ab armis discedãt: iusticia & equitate, nõ bello decertẽt. Cõtumacia uidebat̃ apud Bohoemos: q; Biticeslaus dux insolentior esset Bohoemorũ, ex numero filiorũ ad arma ualentiũ, animos ducens. Quinq; enim sustulit ex Iutta natos: Spitigneũ, Conradũ, Wladislaum, Iarimirũ, & Ottonẽ. Iam antea uictor Vngariã quoq; peruastabat. Duxit ergo in Poloniã, ulturus aui iniurias: q; ille oppressus esset à Polonis: cum etiã illi

Imp. in Bohoemiam.

Quinq; filij ducis Boh.

Cracouiã adimerent. Imperator iterum Bohœmo mãdat, quę abstulisset Polonis, reddat: alioqui armis adigẽdum. Duxit ille lenius, & mãdata & minas remãdãs Imperatori: se tributa debere annua Imperio, boues centũ uiginti, talẽta centũ quinquaginta, ea se paratũ exhibere quotãnis: Supra id, si quid posceret, Imperatorẽ ab ęquo discedere. Impator magno agmine ducit in cõtumacem: densis syluis: magno exercitu, difficulter ingredit Bohœmiam: Ingressus aũt excipitur insidijs: multis suorũ captis, ac trucidatis. Sed tum nihil salubri⁹, q̃ retro pedem ducere. Parte ex altera Bernardus Saxonũ dux uictor ingredit̃, & uastato solo, q̃d erat in conspectu: ubi casum Imperatoris accœpit, onustus pręda regreditur. Sequẽti tamen anno, reuersus cum copijs Imperator, perpulit ducẽ ut se dederet. Impator aũt, rebus ex sentẽtia inter Bohœmũ & Polonũ compositis, reduxit exercitum. Huic duci iam rebus excedẽti, successit maior natu fili⁹ Spitigneus. Is omnes Teutonici nominis excedere iubet prouincia: nec matrẽ Teutonici sanguinis, passus est intra limites cõsistere ditionis. Nec mitior in fratres, quos etiã bello persequitur. Wladislaus ad Andream regẽ Vngarię profugit: cęteri se fratri permittũt. Reuocat⁹ inde Wladislaus ex Vngaria, pace inter fratres sequuta recœpit quæ sua essent: & unde ad bonum modum, pro rerũ qualitate se sustineret. Nec enim passi sunt dirimere paternam ditionẽ, recte sentientes, quod si seruassent in hunc diẽ Germanię principes, res multo florerent per Germaniam pulchrius: Stetitq; sub hoc duce diu quieta Bohœmia.

Superbum responsum. *Imperator uincitur.* *Vincit̃ Bohœmus.* *Mandatum stolidum.* *Pax inter fratres.*

CA XLVI.

Conradus Sueuus Romanũ tenebat Imperium, qui insolentiam Wãdalorũ, a Christo & Imperio deficiẽtiũ, non tulit. Quo factũ est: ut Winulos frequẽtibus bellis attereret. Verũtamẽ Christiana religio, & cultus domus dei, paruũ recœpit tum per arma incrementũ: pręrediente auaricia ducis Saxonũ: tributis immaniter inhiabat. Didicere præfecti, q̃d principi gratũ cernerẽt. Nã omnia corradẽtes, nec ecclesijs, nec sacerdotibus, quicq; sunt passi, esse residui. Principes Wandalorũ tum fuere filij Mistiwoi, qui deficiens moriẽdo ad annũ Christi .XXV. post mille, successores reliquit filios: quorũ hęc nomina Anatrog, & Gneus, tercius Vdo male Christianus: unde etiam pro crudelitate sua, a quodam Saxonũ transfuga, improuise confossus est: Cuius filius Godescalcus nomine, apud Luneburgum, scholasticis erudiebatur disciplinis: qui morte patris comperta, fidem reiecit cum literis: amneq; transmisso, peruenit ad gẽtem Winitorũ: congregataq; multitudine latronũ, percussit in ultionẽ patris, omnẽ terrã Nordalbingorũ. Ibi semper prima Wandalorũ palestra in exercenda sęuitia, q nulli ibi protectores uiderẽtur. Tantas aũt strages fecit Christianæ plebi, ut crudelitas omnẽ modũ excesserit: nihilq; remãsit in Holsatorũ, ac Sturmariorũ prouincia, siue eorũ, qui Thietmarsi dicuntur: q̃d manus eius effugerit, preter notissima illa præsidia: Etzeho, & Bokelenborg. Illo enim se quidã armati cõtulerũt cũ uxoribus & paruulis, & substantijs, quę direptioni superfuerant. Quadam igitur die, cum memoratus princeps Godescalc⁹, latrocinali more per uicos & cãpos uagarẽ

Cõrad⁹ Imperator in Wandalos. *Male Christianus cõfoditur.* *Crudelitas magna.*

uidēs regionem, uiris & ecclesijs pridem refertam, nunc redactā in solitudinem: exhorruisse fertur, propriç crudelitatis opus, & tactus dolore cordis, intra se deliberauit, a nepharijs cœptis tādem cohibere manus. Auulsus ergo parumper a socijs, & quasi ad insidias exiens inopinate offendit quedā Saxonē Christianū: qui cum armatum uenientē eminus fugeret: ille clamore sublato, hortatur ut subsistat: iurat se illi nihil nociturū. Cūq; uir timid⁹, recœpta fiducia, substitisset: cœpit pcūtari ex eo, quis esset, aut quid nosset rumoris. At ille, ego inquit, sum homo pauper Holsatia nat⁹, sinistros aūt rumores quotidie experimur: quia princeps iste Wandalorū Godscalcus, multa mala infert populo & terrç nostrç: sitimq; crudelitatis suç satiare querit sanguine nostro, tempus aūt esset, ut uindex deus ulcisceretur iniurias nostras. Cui Godscalcus: multum, inquit, coarguis uirum illum Wādalorū principē, reuera enim multas ille pressuras excitauit populo & terrç uestrç uindex tamē paternç cçdis est ardētissimus: Ego sum qui tecum loquor: propera ut loquamur apertius: doleo uicem uestrā: mihiq; impositum esse tātū sumere ultionis in Deum & Christicolas: uerūtamē, iam uehementer cupiens redire in gratiā eorū, quibus tātū ultionis irrogaui: accipe ergo uerba mea, & reuertaris ad populū tuū: annūcia, ut ad locū illum (significabat aūt quē uellet) mittāt uiros fideles, qui mecum agant de fœdere & pacis cōditionib⁹. Quo facto, omnem hanc turbā latronum, quç mihi magis necessitate, q̄ uoluntate alitur, dimittam. Cū aūt uenisset ad prçsidiū homo rusticus, in quo Saxonū reliqui magno timore delituerūt: intimauit senioribus uerbum abscōditum: suggerēs omnimode, ut mitterēt uiros ad prçfinitum colloquium. At illi non intenderunt, reputātes dolum insidijs oportunum.

Pius dolor Godscalci.

Godscalc⁹ cōtrit⁹ offert pacem.

CA. XLVII.

Post non multos dies, cum idem Godscalcus, iam fiducia conceptç pacis incuriosi⁹ transiret, a duce captus est: & in uincula more latronis est cōiçctus. Reputans ergo dux uirum fortem, & ad arma strenuū, utilem sibi futurum: cōperto etiam q̄ iam de pace cogitauerit, mādaueritq; Saxonib⁹ Transalbinis: iniit cū eo fœdus, & honorifice donatum abire permisit. At ille dimissus, abijt ad regem Danorū Kanutū, & māsit apud illū multis diebus, uarijs bellorū, laborūq; exercitijs, in Norwagiā, in Angliā, uirtutis sibi decus cōsciscens, adeo apud regem fit cōmēdat⁹ ut ad regij generis nuptias perueniret. Inde uero lōgo postliminio, in terram patrū suorū redire meditatus: non facile dimittitur a rege. Kanutus enim rex, paternarū memor iniuriarū, bellum parauit in Iulinenses Wandalos. Cauerant enim sibi Iulinenses memorati: ut tertio capto Zuenone Kanuti patre, sacramētum prçstaret, se nunq̄, q̄d acciderat, uindicaturū: q̄d pius rex, iam in Christi religione deuotus, sedulo impleuit: Sed filius Kanut⁹: quod patri per iusiurandum non licuit, ille sibi putauit implēdum primitias inde belli auspicatus, si piam patris causam uindicaret. Itaq; parata armorū expeditione, nauigauit e Dania sua in portū, & oppugnata aliquādiu ciuitate, rebus pactione compositis, ad urgētiora bella respexit. Dum ista gererētur ad litt⁹ Germanici maris: Godscal-

Godscalc⁹ capitur.

Relaxatur isto fœdere.

Rex Danorū in Iulinēses.

cus, quod diximus, patrē quoq; suum uindicās ista pergit, quę cōmemorauimus, magnis inde rebus gerendis, Kanut⁹ rex Godscalcū semper adhibuit. Erat ille inter regij corporis custodes, uir semper habitus fidelissimus. Post multa autem reuersus in patriam, quātū prius in euertenda, tātum tūc in reducēda Christi religione impiger laborauit: nec quieuit, donec omnē, qui per illū defecisse uidebat, populū, cum multis alijs ad diuinę religionis iura reduceret. Et prosperatū est opus in manu ei⁹. Erat tum (ut dixim⁹) in Romano Imperio Cōradus Sueu⁹, qui Henrico filio uxorem accepit memorati Kanuti filiam, potentissimi Danorꝝ regis: qui etiā cum Imperatore Conrado ad percipiēdā Romę coronā profectus est per Italiam: memoriā renouās patrum suorꝝ, Gothorꝝ diu ibi regnātium. Inde uero regressus Kanut⁹ filijs suis regna uiu⁹ dimisit. Sed Suecię & Anglię regibus filijs, pater superstes, solū reliquit Knutonē, sui sanguinis hęredem. Is Norwagiam inuadēs, pactus est cum magno diui Olaui regis filio: ut qui ex duob⁹ alteri fieret superstes, alteri⁹ regnū suo cōiungeret, & teneret utrunq;: Eaq; pacta iuramēto regum & procerꝝ, sunt firmata: Cunq; Knuto Danię rex prior decessisset, Magn⁹ ex fœdere iurato, Daniā possedit, proceribus regni, iusiurādum pręferētib⁹ sanguini. Iam Magnus duobus regnis insignis, mouit expeditionē in Wandalos, itinere terrestri: Ex Iutia ducens per Holsatiā in Wādaliā. Occurrit illi magno agmine princeps Winulorꝝ, Ratibor, & manu cōserta cum Danis, cadit in acie ductor. Filij aūt eius, quos ille octo reliquerat, omnes ad arma ualidos, bella cum Danis renouāt, & ipsi omnes ad internecionē cędunt. Winuli tñ obseruātes tēpora, quib⁹ Magnus rex alijs implicitus bellis, eis occurrere non posset magno agmine uastantes Iutiā, usq; Ripam opidum tum florens peruenerūt, sed rex preoccupatis illis, apud Slesuicū demoratur egressuros: ibiq; prelio excipiēs redeūtes, multa ex his millia strauit. Pax inde firmatur utrinq;, Godscalcus, & si iam in Wandalia ageret, tamen quia in principatu non agebat, permisit rem suo marte decurrere: nec suę uicis esse dicebat, se rebus ad se non spectātibus, cum magna partium multitudine immiscere. Igitur ad omnia quietus exitum demorabat.

Godscalcus fidelissim⁹.

Conradus Imperator.

Suecię & Anglię reges filij Danorū regis.

Expeditio in Wandalos.

Octo principis filij in bello cadūt.

Pax firmat.

FINIT LIBER .II.

INCIPIT LIBER III.

G Odscalcus interea reuersus in Wandaliā, cum inuenisset hęreditatē suam ab alijs inuasam, dimicare cōstituit, & comitāte uictoria possessiones cum principatu ex integro recœpit. Statimq;, ad cōquirēdum sibi apud Deum magni meriti locum intendens animū: Wandalorꝝ populos, quos Christianitatis ab olim cœpit obliuio ad recuperandā fidei gratiā, & ad recipiendā religionē, quā abiecerāt, excitare cōtendit. Infinita aūt gentiliū multitudo, per instanti-

Godscalc⁹ hęreditatē recuperat.

ã eius ad baptiſmi gratiã peruenit,& reędificatę ſunt per uniuerſam Wagrioꝝ puinciã eccleſię,necnon Polaboꝝ,Obotritoꝝ,quondã dirutę edes ſacrę. Iamq́ miſſum eſt in omnes prouincias, pro ſacerdotibꝰ ac miniſtris uerbi qui rudes gentilium mentes fidei doctrina erudirent. Gratulabantur ubiq́ fideles,de nouellę plãtationis incremẽto:factũq́ eſt ut puincię replerent ſacerdotibꝰ & eccleſijs. Sed & Kiſſini & Circipani & quęcũq́ gentes citra Panim habitãt, recœperũt uerbũ dei. Eſt aũt Panis fluuius, in cuius ripa ſita eſt Demyn urbs earum partiũ olim nominatiſſima: Illuc enim quõdã protendebat limes Aldenburgẽſis eccleſię. Igit̃ omnes Wãdaloꝝ populi,qui ad Aldenburgẽſem pertinebant curam,toto tempore Godſcalci Chriſti fidẽ deuota mente ſunt amplexati. Sane memorabilis ille princeps tanto diuinę religionis amplificãdę ſtudio exarſit:ut ſermonem exhortationis frequẽter ad populũ in eccleſia ipſe faceret: Ea ſcilicet quę ab epiſcopis & preſbyteris myſtice dicebãtur: Cupiens Wandalicis uerbis reddere planiora explicauit. In hac omni puincia,nemo unq̃ princeps ſurrexit potẽtior, & tam fœcũdus Chriſtianę religionis exequutor. Etenim ſi uita illi longior extitiſſet, omnes paganos congentiles ſuos, ad Chriſtianiſmũ ptrahere meditabat̃: cum fere tertiã partẽ reduxerit eorũ, qui ſub auo eius Miſtiwoi relapſi ſunt in paganiſmum. Tunc quoq́ per ſingulas urbes,cœnobia aut inſtaurabant̃ diruta,aut de nouo a fundamẽtis erigebãtur: Sanctorũ uiroꝝ canonice uiuentiũ,item monachoꝝ, atq́ ſanctimonialiũ congregationes inſtruebantur. In Lubica,Aldenburgo, Raciſburgo,Leõtio(nũc Lentz uocãt)& alijs ciuitatibus. In Magnopoli uero,quę fuit inclyta Obotritoꝝ ciuitas,tres fuiſſe cõgregationes Deo ſeruientium refer̃utur.

Nouella plãtatio fidei creſcit.

Godſcalcus mẽorabilis princeps.

Inſtaurantur cœnobia.

CA. II.

Per quę tempora factus eſt magnus motus in orientali Wandalia populoꝝ, inter ſe ciuili bello dimicantium. Quatuor aũt ſunt populi eoꝝ,qui Luttici,ſiue Wilſi dicũtur:quorũ Kiſſinos atq́ Circipanos,citra Panim: Riaduros, ſiue Tolẽzos,ultra Panim habitaſſe conſtat (Riaduri qui & Retherij a metropoli Rethre denominati) Inter hos quatuor populos cœpit emulatio grauis cõſurgere,de prioratu dignitatis. Siquidẽ Riaduri,ſiue Tolenzi,propter antiquiſſimũ illud templũ,& phanũ,cũ celeberrima urbe, in qua ſimulachrũ Radigaſt, omni gẽti cultiſſimũ erat,ceteris imperare uolebat: aſſcribẽtes ſibi nobilitatis hoc ſtemma: q́ ab omni natione ibi peterent̃ reſpõſa, & annua ſacrificioꝝ pẽſiões cęteri debebant. Porro Circipani atq́ Kiſſini ſeruire detrectabant: immo libertatẽ ſuã armis tueri ſtatuerũt. Creſcente ergo paulatim indignatione in alterutrũ,res in apertum bellum peruenit:prelioq́ cõmiſſo,Riaduri & Tolenzi uicti fugantur. Igitur ſecũdo ac tertio inter partes prelio inſtaurato: eadem uictos fortuna cõſequitur: ut fuſi fugatiq́ cederẽt hoſtibus. Multa ſunt hominũ millia,hinc, atq́ inde proſtrata. Circipani tamẽ atq́ Kiſſini,quibus bellũ neceſſitas indixit,uictores. Riaduri & Tolenzi qui pro gloria certabant,deiectionis ſuę pudore uehemẽter afflicti: accerſierunt in auxilium fortiſſimum regem Danorũ Zuenonem. Hunc accipio

Motꝰ belli in Wandalia.

Cõtendiũ de prioritate.

Multa millia perierunt.

zueno rex.

magni Kanuti ex germana sorore nepotē, & ducē Saxonū Bernardū, & Godscalcū principē Obotritorꝝ, singulos cum exercitibus suis: aluerūtq; tantā militię multitudinē, magnis impēdijs per mēsem ac dimidiū: inualuitq; prælium aduersus Circipanos atq; Kissinos: nec satis illis erat uiriū ad resistēdū. Superatis armorꝝ & agminū multitudine: cęsaq; est ex eis non parua manus: plures abducti captiui. Ad extremū, quindecim millibus marcarum pacē sunt mercati: principes inter se pecuniā partiunt. De Christianismo nulla tum fuit mētio: ut Christiani principes, ne Deo quidē qui cōtulit uictoriā, darēt honorē. Sed pręponderauit, in Saxonū pręsertim gēte, auaricia: qui cum inter gentes cęteras barbaris cōtiguas prępolleāt armis, & usu militiæ, semper proniores sunt tributis augendis, q̄ animabus Deo quęrēdis. Decus enim Christianismi, sacerdotū instātia iam dudū in Wādalia cōualuisset, nisi prępediuisset Saxonū auaricia.

Circipani & Kissini uicti.

Saxonum auaricia.

CA. III.

Ea igitur tēpestate, qua misericordia Dei, & uirtute religiosissimi principis Godscalci, status ecclesię, & sacerdotij cultus, in Wādalia decenter uiguit: defuncto Abelino Aldeburgēsi pōtifice, ea ecclesia diuisa est in tres episcopatus: quod quidē Imperiali minime factum ferūt ordinatione: sed magni Adelberti Hamburgēsis archiepiscopi adinuctione: q̄d in Metropoli diximus. Ille enim uir magnificus ac prępotēs in omni regno, cum fortissimū Hēricū Cęsarē Conradi filiū, necnō tum Sūmū pōtificē Leonē haberet propicios, atq; uolūtati suę per omnia cōsentaneos: in omnibus borealibus regnis, Danię, Sueciæ, Norwagiæ, functus authoritate episcopali, & legationis apostolicę ministerio, ex pręcessorꝝ priuilegio: Nec his cōtentus, patriarchalē honorē assequi cōtēdit: eo scilicet ordine, ut intra terminos suę parrochię, duodecim consistērent episcopatus: de quibus in eadē Metropoli. Quę illius animosa cōstitutio, sapiētibus pro deliramēto est habita. Cōfluebāt tñ in curiā eius multi sacerdotes, & religiosi: pleriq; etiā episcopi, qui sedibus suis exturbati, mēse eius erāt participes: quorꝝ sarcina ipse alleuari percupiēs, trāsmisit eos in latitudinē gentiū: quosdā locās certis sedibus, quosdā immisit nationibus, ad sedes incertas: E quibus Ezonē, surrogatū Abelino in Aldēburgēsi: Aristonē quendā ab Hierosolymis uenientē, in Racisburgo esse constituit: Iohānē in Magnopoli destinauit. Iste Iohānes, peregrinationis amore Scotiā egressus, uenit in Saxoniā: & clemēter, ut omnes, acceptus ab archiepiscopo: non multo post in Wandaliā missus est, ad principem Godscalcum: apud quem cōmoratus illis diebus, multa paganorꝝ millia scribitur baptisasse. Pax tum certa & firma fuit in omni regno, quia fortissimus Cæsar Henricus. III. Conradi filius, Vngaros, Bohœmos, Wādalos, & omnia finitima regna, potēti manu coercuit. Cuius tēporibus, restitutā ad integrū Brandēburgensem Marchiā crediderim, qua in re & ipse Conradus plurimū laborauit. Quo. III. Hērico trāslato ad meliora, filius eius Hēricus. IIII. successit in sceptra, puer annorꝝ octo: statimq; ebulierūt perturbationes in regno: eo q̄ principes, cōtētionis amātiores q̄ pacis, cōtemnerēt ętatē regis. Surrexit ergo unusquisq; aduersus proximū suū, & multipli-

Patriarchalis ecclesia cathedralis in tres episcopatus.

Patriarchalis honor.

Exules epi ad caput cōfugiunt.

Pacis tēpora

Hēricus. IIII. puer patri succedit.

tata sunt mala in terris: depredationes, incendia, clades mortalium. Verba sunt annalium.

CA. IIII.

Ccessit perturbationi reru in omni regno etiā mors Bernardi ducis Saxonie: que Wandalos respicere fecit ad libertatem, quod graui iugo tributoru onerati, uita chariore duxere patriā libertate. Quadraginta annis prefuit dux iste rebus strenue: sed in uirga ferrea direxit gen' Wādalicu: arbitrās hoc genus hominu dure ceruicis, nisi in manu forti nō posse sub iugo cōtineri. Bernardo aūt duci in ditione successere filij Ordulphus & Hermānus, inter se partiti ditione: ut maior Ordulphus ducatui, Hermān' uero comitatui preesset. Ordulph' quidē militiae usu satis ad arma strenuus, sed patri nequaq̄ similis. Vix quinque trāsierūt a morte patris anni: Iam Wādali freti tēpore opportunitate, quod rex puer nō formidaret, duci suo rebellione ostēderunt: principiu aūt maloru a capite ordiunt. Nam religiosum principe sui generis Godscalcū, dum couersioni, & saluti gentis, cum episcopo Iohāne uigilātissim' instaret, Wādalorum primores, inita cōspiratione in ciuitate Leontio (Lentze uocant) crudelissime trucidarūt: uiru omni aeuo memorabilē, propter fidem Deo & principib' seruatā. Sic enim cōceperāt, liberi' se duci rebellare, si domi nō esset, qui urgeret a tergo. Ergo a cōgentilib' suis, quos ad salute inuitauerat uir fidelissimus, opprimit. Passus est aūt alter ille Machabeus, in loco memorato, in ripa fluminis Albee. VII. Idus Iunij, cum presbytero Ippone, qui super altare fertur immolat', cum alijs multis, tam clericis, q̄ laicis: qui diuersis pro Christo supplicijs intercepti, trāsierunt ad regna melioris mundi. Ansuerus monachus, & cum eo alij multi, in Racisburgo lapidati sunt, Idibus Iulij. Fertur idem Ansuerus, cum ad passione uenisset, efflagitasse persequutores, ut prius socij, quibus timebat, lapidarent: quib' coronatis, ipse gaudens, cum Stephano suscepit lapides: genuaque posuit, & orabat. Iohānes episcopus senex, cum ceteris Christianis, in Magnopoli captus, seruabat ad triumphu. Ille igitur pro cōfessione Christi, fustibus cesus: deinde per singulas Wādalorum ciuitates tract' est ad ludibriu: cum a Christi cōfessione flecti nō posset, truncatis manibus & pedibus, corpus eius in platea est proiectu: caput uero desectu, barbari conto infigentes, in titulu uictorie, deo suo Radigast immolauerūt. Hec in metropoli Rethre gesta sunt. IIII. Idus Nouemb. Eam nunc interpretor ciuitatē Starigard, ultra Panim: Appellatiuum est enim Starigard, & insinuat magnam, nobilem, & antiquam, ciuitatem.

Bernardus dux obijt. Ordulph' filius succedit. Wādali rebellāt duci suo. Cōspiratio. Martyrisat pbr. Eps martyrisatur. Radigast idolum.

CA. V.

Ilia regis Danoru, relicta Godscalci principis apud Magnopolim, ciuitatē Obotritoru, ludibrio habita est: Nam rebus omnibus expoliata, uestibus etiam detractis, nuda est dimissa, cum aliquātis Christianis mulieribus. Hāc enim, ut prediximus, Godscalcus regi Kanuto militās in Dania, meruit uxore: ex qua filiu ille suscepit Henricū, uiru a nobis precipua cura memorādu: nā maior ei' fili' Buthue, ex priore nat' est illi matrimonio: magno uterque Wādalis exitio genit': sed maiori, Hericus. Exarsit inde grauissimu bellu, cum filij immeritā patris ne

Regina habet ludibrio. Bellū oritur.

Wandali in Saxoniam. cem iustis doloribus uindicaret. Wādali excūtes, turmatim omnē Hamburgēsem prouinciā, ferro & igne sunt demoliti. Sturmarij & Holsati fere omnes, aut occisi, aut in captiuitatē ducti. Arx ea, quā Bernard⁹ dux in Hāburgo ad lacum Alstrię cōmunierat, fundit⁹ excisa est: & in derisionē Saluatoris, etiā cruces, a paganis sunt truncatę. Quo etiā tempore, ciuitas Slefwig, quę a Danis Heydebu dicitur, sita in cōfinio regni Danici, opulentissima, & populosissima: per eam tēpestatem, ex improuiso Wādalorū incursu, funditus est euersa. Huius aūt cladis auctor Plusso quidā ex primoribus fuisse dicitur: qui sororem Godscalci, teneret cōiugem: domūq; reuersus, & ipse est obtruncatus. Omnes igitur Wādali, facta generali cōspiratione, ad paganismū, denuo sunt relapsi: occisis omnibus, qui persistissent in fide. Dux Ordulphus inuanū, sępe cōtra Wādalos dimicās, per annos duodecim, quibus patri superstes, rebus preerat: nullam unq̄ potuit ex illis consequi uictoriam, totiesq; uictus a Wādalis, etiā a suis est derisus. Accidit aūt perturbatio, ista generalis in prouincia: anno Christi millesimosexagesimosexto: anno regni Henrici quarti, octauo: cum Hamburgensi ecclesię preesset, Adelbert⁹ uir in omni regno primari⁹. Ex hoc aūt die uacauit Aldenburgēsis sedes annis octuagintaquatuor.

Sleswicum euersum. — *Wādali ad paganismū relapsi.* — *Vacatio longa ecclesiæ.*

VI.

Godscalco Christianissimo principe, iam reb⁹ humanis exempto, ad filium eius, natu maiorem Buthue, legitima successione, peruenit principatus. Timētes autē hi, qui patrem eius interfecerāt: ne forte ultor paternę necis, sęuiret in eos, cōcitauerūt tumultū in populo, dicētes: Non hic dominabitur nostri, sed Crito fili⁹ Grimi: quid enim proderit nobis, occiso Godscalco, libertatē armis recuperasse: si iste extiterit heres principat⁹, iam enim iste plus nos affliget, q̄ pater exasperat⁹ in nos illius cæde: iunctusq; Saxonibus, nouā inferet terrę calamitatē. Statimq; erexerūt Critonis principatū: exclusis filijs Godscalci, quib⁹ omni legitimo iure debebaf: Quorū iunior Hēricus nomine, profugit ad Danos: q͛ maternā inde stirpē duceret: ac senior Buthue declinauit ad Bardos: Sic enim est in annalib⁹, quorū uerba libuit ex fide ponere. Saxones aūt uult dicere, quib⁹ hoc nomē indidit, propter insigne opidū Bardewyck: quod illa tēpestate, uidebaf in gente Saxonū eminere. Apud nullū tñ cęterorū lego Bardorum nomē: nisi q͛ Latini Bardos uocāt pro inscitia barbaros Crediderim Bardoni nomē fuisse uiro, qui primus id opidum fundauit, a quo nomē remāserit. Senior aūt filiorū Buthue, declinauit ad Saxones, quęrēs auxiliū ab eorū principib⁹: quibus pater eius semper deuotus fidelisq; fuit: qui etiam rependētes fidei illius gratiā, susceperūt pro eo prelium, multoq; labore restituere pene illum in principatū paternū. Stat⁹ tamen eius semper fluctuabat, nec ad plenū potuit reparari: eo q͛ Christiano parēte natus, & amicus Saxonū, apud gētem suā, uelut proditor libertatis haberetur. Post eam cladem, qua primū oppresso Godscalco Nordalbingia uastata est, Wādali seruitutis iugum armata manu submouerunt. Tantaq; animi obstinatia, libertatem defendere sunt annisi, ut mori mallent q̄ recipere Christianismū, aut tributa pendere Saxonū principi-

Wādali deserūt uerū eorum dñm. — *Bardi sunt Saxones.* — *Saxones restituūt exulē.* — *Obstinacia Wandalorū.*

bus. Hec enim cohęrere arbitrabātur: ut alterum sine altero non esset. Ibi fuit causa & radix odiorū. Tātum enim ingrauata sunt tributa, ut exinde pertinax Christianismi odiū nasceret. Hanc sane cōtumeliā, sibimet partu riuit, infœlix Saxonū auaricia: qui cum adhuc uiriū suarū essent cōpotes, & crebris attolleretur uictorijs, non recognouerunt quia Dñi est pręliū, & ab ipso uictoria: quin potius Wandalorū gentes, quas prelijs aut pacti onibus subegerāt, tantis uectigaliū pensionibus uexauerūt: ut diuinis le gibus, & diuinę seruituti refragari amara necessitate cogerenē. VII.

Causa odiorū in Christianismū exactio.

Vit hanc noxā Ordulphus Saxonū, dux: qui derelictus a Deo
1 quādiu patri superuixit, nulla in Wandalos uictoria est potit'. Vn de etiā cōtigit: ut filij Godscalci, qui spem suā in duce posuerūt, super baculū arundineū, atqꝫ cōfractū, inniti uidebātur. Ordulpho autē post annos duodecim facto de medio, successit in principatū fili' eius Magnus, natus filia Danorū regis: Statimqꝫ in ipso sui principat' exordio ad subneruādos Wandalorū rebelles, animū & uires intēdit: exacuēte eum ad id filio Godscalci Buthue. At illi unanimiter refragari cœperūt, sequu ti Critonē filiū Grimi: qui capitale odiū in nomen Christianū prę se fere bat: & primo quidē cum se Magnus dux Ordulphi filius, patre iam quie scente cōmoueret, Wandali Buthue principatu expulerūt: diripiētes prę sidia in quę refugiebat. Eiectus cōfugit ad ducē Magnum, qui tum forte Luneburgi agebat in arce quā Hermān' abau' ei' cōmunierat: Alloquitē his uerbis ducē: Nosti dux inclyte, qua fide, quaqꝫ integritate, parēs me us tibi tuisqꝫ sit semper obsequutus, nihil prętermittēs eorū, quę ad cultū Dei, & fidē principū pertinerent: ego quoqꝫ paternā imitans modestiam, omni fide & deuotione mādatis principū obsecūdaui, infinitis me obijci ens periculis, ut mihi uel uacuū honoris nomē, uobis uero fructus proue niret: qualis aūt merces, & me, & patrē meū excœperit, neminē latet: cum illum quidē uita, me patria exuerint hostes nostri, ditione. Si igitur hono rem tuū, tuorūqꝫ salutem tueri duxeris in animū, uiribus & armis est utē dum: deniqꝫ fortuna nostra in extremo sita est. Qua de re maturandū, ne hostes progressi, etiā Nordalbingorū prouinciā, qd solent, abutanē. Cui dux: non possum, inquit, hac uice ipse in arma uenire: qꝫ detinear, ut nosse potes, magnis impedimētis: Sed dabo tibi Bardos, Sturmarios, Holsatos, atqꝫ Thietmarsos: quorū auxilio fretus, hostiū impetus ad tempus excipe re & reprimere cōtēdas: Ego, q̄primū his nexibus expedit' uidebor, ade ro maiorib' supplemētis. Porro cōstituta illi dies nuptiarū, in pręsens du cem detinebat. Assumptis ergo Buthue fortissimis Bardorū, transijt Al bim, & peruenit in terrā Wagriorū. Nuncij quoqꝫ ducis pcurrētes omnē Nordalbingorū prouinciā urgebāt ad arma populū, ad prętanda Buth ue auxilia: nam hostes perurgebant. At ille preibat, sexcētis stipatus: ueni ensqꝫ ad Plunense prędiū, portas opidi preter spem apertas: & uiris ua cuum reperit. Quā cum introisset, mulier Teutonica, quæ forte obuia fu it, ingredięti loquuta est illi: Pędare, inquit, si uoles, & onustus abi celeri us: hostes enim in insidijs sunt: si morā feceris, circūfundi urbem, & despe

Ordulphus dux Saxonū

Magn' fili' Ordulphi.

Crito tyrann' Wādalorū.

Oratio Buthue principis Wandalorū.

Respōsio ducis.

Plunēse prędium.

rabiliter te cernes obsideri. qui leuius pendēs mulierculę uerba, nocte illa permāsit in pręsidio. Est uero opidum, ut hodie cerni potest, lacu profundissimo undiq; cinctū: & cōmeātib⁹, aditū pōs prębet altissim⁹. VIII.

Vallaī opidum.

O Rta luce postera, infinita manus hostiū uallauit opidum. Prouisum aūt ab hostib⁹ erat, ne ulla usq̄ superesset naticula, quę spem daret obsessis ad abitū. Buthue igitur obsidione cum socijs, magna rerū penuria tolerabat. Audito aūt sinistro hoc nūcio, Sturmariorū, Holsator ℞, Thietmarsorūq; collecta manus, accelerabat, ut obsessis ferret opem. Cūq; turmatim peruenissent ad riuū Zuale, disterminantē Wādalos a Saxonibus, premiserūt uirū Saxonē, gnarū Wandalicę linguę, qui exploraret, quid apud hostes ageret. Missus ille peruenit ad obsidentes, qui pro multitudine cooperuerāt faciē campi, pręparātes uarias oppugnationi machinas: a quibus intercipitur nūcius. ubi se incaute prodidit: ductus ad Critonē, tentatur, si accepto pręmio prodat illi secreta suorū. Ille & uitę suę timēs, & prœmio inuitatus, aperuit ducē non adesse: cæterum agmina quę ueniret auxilio℞, facile se auersurū, si modo promissis suis fidem iungant. Illi pollicētur q̄ certissima fore pręmia, cōstituto loco, quō ꝓditionis mercedē accipiat. Reuersus ille ad suos, falso renūciat; Buthue esse extra omne periculū: nullos se in obsidione reperisse: uanū esse rumorem asserit, qui illos exciuerit: proinde reuertātur in sua quisq;, si sapiant. Illi facile accipiūt laboris remissionē, in sua reuersi. Buthue in afflictione, & periculo remāsit. Ita unius perfidi hominis dolo ac proditione, tāt⁹ est prodit⁹ fortiū uiro℞ cuneus. Portetū execrabile, in ultimas terras expor tandū. Reperi & aliā narrationē, eiusdē tñ exitus: sed, quā dixi, ueri longe similior est. Adijciūt hunc proditorē a Wādalis persuasum, transisse pon tem, & obsessis uerba fecisse. Cōsule, inquit, o Buthue saluti tuę, uirorūq; qui tecū sunt, quia Saxones, in quibus tu habebas fiduciā, nō uenient: hac uice succurre tibi. Tunc ille cōsternat⁹ animo, fertur exclamasse: Heu me infœlicē ab amicis desertū: Siccine Saxones supplicē sui, & auxilia implorātem, in tribulatione destituūt. Male delusus sum, qui Saxonibus bona semper innisus fiducia, nunc in extrema necessitate pessundor. Ad quē ille: Venit, inquit, dissensio in populū, & tumultuātes inter se, reuersi sunt in sua quisq;: alio ergo cōsilio tibi est utendū. Confusis taliter rebus, nūcius ille proditor, ad suos relabitur. Vbi ille abierat, Buthue cō uersus ad suos, deditionis cōsiliū inierat: tum uersus in obsidentes, paciscit: si deditionem fecerint, quid sperent? quibus illi: Nos, inquiūt, aurū & argētum a uobis nō expetim⁹, uitā tñ incolumē & mēbro℞ integritatē pollicemur: armis traditis, ut inermes abeatis. Durus hic sermo est, ait Buthue, in suos conuersus: sed quia fames expugnat, etiā hostibus nō fidendū, quid facim⁹? Quę sit Wādalis fides expt⁹ scio: tuti⁹ erit extrema pati, q̄ illo℞ nos fidei permittere: quis scit unde fortasse auxiliū, aut spes salutis affulserit? Socij contra, cōditionē, inquiūt, quę nobis ab hostibus affertur, ambiguā, plenāq; formidinis esse fatemur, nec tñ reijciēdā putamus: cum alia uia nulla sit exeundi a periculo: quid enim dilatio proderit, ubi nemo est qui sol

Mittitur explorator.

Exploratoris perfidia.

Alia narratio de proditore.

Tractat⁹ deditionis.

Inclinātur in deditionem.

uat obsidionē: atrociorē aūt mortē fames, q̄ gladius affert: meliusq; cōpē dio uitā finire ubi moriendū est, q̄ diutius excruciari. VIIII.

Ernens Buthue sociorū animos obfirmatos ad egrediēdū, cultio c ra sumpsit indumēta: & positis armis, ut cōuenerat, egredit cum socijs: transierūtq; pontē bini ac bini: arma, quę manibus gestarent, ibi tradētes: atq; in hunc modū perducti sunt in cōspectū Critonis. Erat fœmina in opido, non mediocris inter Wandalos nominis, quę mandauit per nūciū Critoni, atq; proceribus obsidētiū: Perdite, inquit, pessimos, qui hac nocte uim plurimam intulerūt cōtribulibus uestris, fœminis atq; puellis: quibus sunt abusi pro libidine. Ea res exasperauit iam crudeles, factoq; impetu, trucidauerūt facile inermes, armati. Sic perijt Buthue cum Bardorū fortissimis: inualuitq; Crito, & prosperatū est opus in manibus eius: obtinuitq; dominiū in uniuersa terra Obotritorum: & attritę sunt ex illo die uires Saxonum: & omnis Nordalbingia seruijt homini sub tributo, Holsati, Stormari, Thietmarsi. Quo tēpore ferunt sexcētas familias terra egressas, fastidio rerum Wādalicarū: nec ante quieuisse, q̄ attingerēt (quē uocāt) Hartonē, Hercinię olim syluę terminū. Ego quidem, quia in annalibus ista reperio, cum cęteris retexo: sed apud me res fidē tenuē habet, nisi familiā dixeris non totam cognationem, sed unam domum: & hoc quidem magnū fuit, tot patres cum uxoribus, & paruulis, & mācipijs emigrare. Solebāt hoc magnę nationes, magnis agminibus, populariter egredientes occupare nouas sedes: quomō Longobardi, & ante eos Gothi, Huni, Gepidę, Alani, nouissime Vngari, & nunc Turci, demū Tartari & Wādalorum natio, suis tēporibus fecit in Aphricā. Sed sexcētę familię ad arma breuis numerus: ad pacatā emigrationē, magna multitudo. Quis uero tam prompte cesserit locum, habitaturis in Turingia, q̄n suis agris quisq; inhiat. Poterat tam uasta & syluosa uidelicet prouincia, multis in locis, ad cultum factis noualibus redigi: ut etiā gauderēt incolę, inuenisse nouos colonos, qui augēdis censibus aduenissent. CA X.

Fœmina uindex.

Trucidātur inermes cōtra datā fidē

Sexcētę familię migrāt.

Qui olim populariter migrauerūt

Aec rerum in Wādalia perturbatio, magna quidem fuit, sed non h erat ea sola. Quippe in omni Romanorū Imperio, furēs Bellona sęuiebat. Rex ipse Hēricus. IIII. ubi ex ephebis euasit, omnia tumultu & ui permiscuit. Ottonē Bauarū, origine Saxonē, ex genere Ottonum ducatu exuit. Omnē Saxoniā, propter illum oppugnauit. Quę res lentiores fecit Saxones ad occurrēdum Wādalis. quippe ubi maior uis ingruebat, eo potissimū sunt cōuersi. Pugnā grandem, quam eo tēpore inierant Saxones cum rege, ad flumē Imstroth: iam Saxonibus quietis ad tempus interuētu tractātiū de pace: rex aūt improuisis illis imminebat, quia in Saxonia scripsimus, eo remittimus lectorem: cōtenti hoc loco Wandalorū res peragere. Sed tamen hoc nobis silendum non fuit: quia undiq; erant implicitī rebus Saxones, minus poterant edomandæ, & ad iuga reducendæ Wandalię intendere. Quocirca pacē malam cōsequuti, in sua duritia perstitere, per omnem fere ętatem, qua illis Crito princeps preerat. Dum tamen a terris pacem experiūtur, a mari non omnino quieuerūt. Ericus rex

Bellona furens.

Saxonia oppugnatur.

Saxonū impedimētū.

Rex Danorum naturalis filius regis. Daniæ preerat, Zuenonis naturalis filius, qui auunculo Magno Kanuto, post Knutonē eius filiū, & Magnū Norwagiæ regem successit in Daniæ regno. Zueno autē, cum multos haberet ex cōcubinis filios: ex legitimo coniugio nullum: eam dedit inter filios moriturus legem: ut a seniore ad proximū trāsiret regnū, sine respectu, si quos procreassent, liberorum. Igitur maior illi natu inter filios successit Haraldus: quo per mortem deficiente Kanut⁹ subrogatur, uir iustitia & sanctitate insignis: In sanctorum etiam numerum, post mortem pro uirtute & meritis, quæ miraculis declarabātur, relatus. Hunc excœpit Olauus frater alius, cuius tēpora infœlicitate quadam insignia fuere, per aeris intemperantiā, durāte fame. Eric⁹ deinde frater alius, regnū excœpit, mortuo per dolorē animi Olauo. Hic rex proceritate & robore corporis insignis, bellū intulit suis temporib⁹, Iulino clarissimo Wandalorum opido ad mare, quod Daniæ regno proscriptos fouerret, & inde pyraticā in Danos cum proscriptis exercerēt. Arta cinxit rex obsidione opidū, adægitque habitatores, dedere profugos, & Dania proscriptos, in quos insigni iussit sæuire supplicio, quod patriā impugnarint, & quosdam nobiles in mari captos, peremissent. Nam deligatos ad palū nudari iussit, uētrem in lōgum nouacula scindi, uiscera profundi, & cor extractū uiuētibus ostēdi. Pacatæ hoc modo res paucorum supplicio uidebātur. Sed Wandali obsidionem suam ulturi, cum rex alijs bellis implicaretur, Daniā uastāt, obuios obtruncāt & hostilia cuncta sæuientes exercent In quos secundo, ac tertio, rex ducens, ad æquas pacis conditiones rem tādem finit peruenire.

Harald⁹ rex. — Karolus rex sanctus. — Olauus rex. — Ericus rex. — Iulinū obsidetur. — Crudele genus mortis. — Dania uastatur.

CA. XI.

Vratislaus dux Boh.

Per ea tēpora, Bohœmis dux preerat Vratisla⁹ patre nat⁹ Biteslao, & matre Iutta filia Ottonis. II. Præfuit autem post fratres multo tempore, peruenitque ad tēpora Hērici. IIII. Imperatoris: cui tam erat cōmendatus: ut de prouectione honoris eius Imperator cogitaret. Moguntiæ tum cœtum agebat Imperij: aderant frequētes Imperatori regni principes. Inter alios & Vratisla⁹ dux Bohœmiæ, iam Bohœmis Morauis, Polonis, Slesitis, Lusatijsque, præsidēs. Eam magnitudinem ditionis perpēdens Imperator, simul & uirtutē principis honorās, ad decus etiam Imperij respexit: cui magnificū erat etiam regib⁹ imperare, decreuit illi regium nomē cum honore: missoque Gilberto Treuerorum archiepiscopo, coronam tradidit, ut in sua sede in medio populi, inunctum & coronatū regem consecraret: Idque ex dignitate perfecit ū est: cum tamē ille non diu superesset honori regio. Nam moriens, omnia reliquit in manu germani fratris sui Cōradi. Sed iste Cōrad⁹, iam annis grauis, & æuo matur⁹, delatū quidem regnū a procerib⁹, & fratris filijs non recusauit, quod senecta tum in gente uenerabilis haberetur: & ob memoriā imperialis sanguinis omnes per ordinem Bitislai filij, non habita ratione liberorum, ducali honore decorarentur. Aequanimiter ergo tulere Vratislai filij, patruū sibi honore præferri: immo & ipsi per modestiam deferebant, quod illo diu per ætatem frui nō posset. Abstinuit tamē regio uocabulo quod illi oneris plus, quam honoris, inesse iudicaret: moriensque nepotibus, filijs Vratislai, permisit ditionē:

Dux Boh. creatur rex. — Senecta uenerabilis. — Nomen regē plus oneris quam honoris.

qui & ipsi regio nomine abstinuerũt: incertum qua potissimũ ratione: nisi quod seruitutis sibi iugum sub honoris specie, impositum interpretarentur; redierũtq; ad antiquam ducis appellationẽ: quę ex hoc die perdurauit in quartam generationẽ, usq; ad tempora primi Friderici: qui renouato honore, iterum imposuit coronam Bohœmorũ duci: quod suo tempore commemorabimus.

Sub noĩe regis seruit⁹.

CA. XII.

Poloniç uero per ea tẽpora, anni post Christũ millesimiquinquagesimioctaui, rex Casimirus ex monacho princeps, uita decedit, & Bolislaus filius eius regno succedit. Proximo aũt anno episcopus Cracouiensis Aaron, in fata cõcedit. Cui Lãbertus, qui & Sula, succedens, insignia archiepiscopat⁹ petiuit. Sed rex Bolislaus a patris uirtute nimis degenerãs, abijt in profundũ malorũ omniũ: Religionis cõtemptor, iusticiç negligẽs, qui de omnibus male mererẽt. Sanctũ Stanislaũ, archiepiscopũ Cracouiẽsem, qui inaudita uirtute mortuũ exciuit de sepulchro, ad ferendũ ueritati testimoniũ, rex ad mortem persequut⁹, martyrio coronauit. Antea tñ pro recuperandis terminis regni Poloniç, quos amiserant patres sui post tẽpora Magni Bolislai proaui sui, suo stipat⁹ exercitu, prouincias peragrauit, & exteras nationes circuibat, & cõtra rebelles prelia multa cõsumpsit. Iam septimusdecim⁹ annus uoluebatur, quo rari⁹ in patria, cõtinuus in castris, semper uero apud hostes morabatur. Cõmixt⁹ inter gentes didicit opera eorũ, & seruiuit immundicijs eorũ: Intermisso uirtutũ studio, factus est sentina omniũ uitiorũ: Dumq; auidus uictoriç, diutissime extra patriam moraret, mora quantã ampliendç reipublicç cõmodi afferre uidebatur, tãtũ postea ingessit discriminis: nobilib⁹ Poloniæ cum rege bellorũ occupationibus implicitis. Nam domesticis rebus perabsentiam dñorũ dilabẽtibus, in uxorib⁹ & filiabus, sensere detrimẽta pudiciciæ. Nobiles enim Poloniç, qui cum rege multis erãt annis in castris occupati, audita fama domesticorũ malorũ, zelo acceptæ iniuriæ, uindictã meditantes: Inuito rege, nulla impetrata uenia, domos repetunt: noxios supplicijs excruciant: fœminas, quç ultro seruis cõsenserant, penis atrocissimis peremerũt. Rex uero Bolislaus, post multas strages, quas fecit in hostes, elatus in superbiã, beluęq; ferocis indut⁹ sçuitiã, efferatis animis redijt in Poloniã, & in suos bellum ab hostibus intorsit. Fingit desertores suos, non in plebem suas esse ultos iniurias, sed regiã in plebe potestatem ostentasse. Ait enim, uiros sibi nõ placere, quibus sint magis cordi fœminea, q̃ regia obsequia. Conqueritur nihilominus, se non tam apud hostes desertum, sed hostibus ultro expositum. Proinde maiores ac pręcipuos in nobilitate uiros, supplicio damnat: & quos manifesta ui capere non potest, insidijs aggreditur: Mulieres quoq;, quibus mariti pepercerũt, ducti humana cõsuetudine, tanta insectatus est immanitate, ut ad earũ ubera, catulos applicare non horreret: infantulis abiectis, quib⁹ etiã hostes pepercissent.

Rex monach⁹ moritur

Rex Bolisla⁹ degener.

Bolisla⁹ annis.xvij. in armis.

Detrimẽta pudiciciæ.

Nobiles repetũt domũ

Redit Bolislaus in Pol.

Bolislai immanitas.

XIII.

Uidens ergo Stanislaus Cracouiensis archiepiscopus, q; crudelem regẽ ab immani sçuitia, & a sua crudelitate insigni, non posset paterna suasione reuocare; sed quasi lupum rapacẽ, & beluam sçui-

entē, in dominicas oues magis ac magis uideret deſęuire, & gladiū tyrannidis eius, in omnem ordinē digraſſari: aſcendēs ex aduerſo, ſe pro domo Dñi murū oppoſuit, & ut paſtor bon⁹ pro ouibus ſuis, animā ponere non refugit. Premiſſa igitur monitione ſecundū normam eccleſiaſticę diſcipline: primo illi regni per iniuſticiā, ni conuertatur, excidiū futurū, deo uindice, cōminat̄: deinde, ubi hoc non proderat, anathematis ſuū diſtringit in eum mucronē: eccleſię q̄cq; denegat introitū. Sed quid uis apud induratū cor? corripere potuit emēdare non ualuit: nihil omiſit pontifex integerrimus, ſi qua poſſet uia ad ſanā mentem redigere: Sed magis exaſperauit, q̄ emēdauit. Quę res pontifici fuit exitio. Priuſq̄ tn̄ exitū attingam⁹, proderit ſanctiſſimi uiri inſigne miraculū inſerere, omni cōmemoratione digniſſimū. Emerat ille eccleſię, & pauperū uſibus, prędium, a iuſto dño, preciūq; numerauit, adhibitis pro cōſuetudine regni teſtimonijs: & poſſedit. Interea uenditor rebus exceſſit humanis: Hęredes illius poſt interuallum, apud regem inſtituta in pontificē querela: q̄ hęreditatis ſuę partem teneret occupatā, litem mouent. Pontifex iuſtam interueniſſe emptionē, precijq; ſolutionē, obtendit: Illi pernegāt exolutam pecuniā, credere recuſantes. Circūſpexit pōtifex teſtimonia, quibus uteretur ad ueritatis oſtenſionem. Nonnulli ex his, qui affuere, iam mortem obierāt: alij malignitate aut timore ſe ſubtraxerāt. Stabat ſolus pontifex, iuſſus teſtes cum documentis producere, aut prędio cedere: poſtulat paucoꝝ inducias dieꝝ: Cōgitabūdus quid faceret: nam eccleſię & pauperū cauſam omittere graue duxit: inuitos ad teſtimonia ptrahere non potuit: fiducia iuſticię ſuę reſpexit in Deū, & oratione cum lachrymis pfuſa, tumulū adijt, ante quadrienniū defuncti uenditoris, & emoueri iubens cum terra lapidē, quaſi pręſentē & uiuentē alloquit̄: Quia inquit Petre (hoc illi nomē erat) periclitat̄ te abſente, eccleſię & pauperū cauſa: ſurge & perhibe ueritati teſtimoniū. Affuerūt multi exitū preſtolātes. Nulla interpoſita mora, ſurgit mortuus, & ut erat uix linteo cinctus, palatiū cum archiepiſcopo petit: & aduocato aduerſario apud regem, ad quod uenerat, perhibuit teſtimoniū: Acccepto ſe a pōtifice iuſto precio, eccleſię prędium tradidiſſe. Stupore conterriti, qui uiderāt & audierūt, inaudito ante miraculo. Pontifex peracto teſtimonio, teſtem ſuum reducit ad tumulū, & cōmēdato precibus homine, redeundi unde uenerat, permittit licentiā. Ille cōpoſitus tumulo, iterū obdormit. Aduerſarius cum rege maleficijs deputauit diuinā, quę apparuit uirtutem, nihilo facti mitiores.

Bon⁹ paſtor

Rex excōicat̄

Miraculum ſtupendum.

Surgit mortuus ad iuſſum. S. Staniſlai.

Mortu⁹ redit ad ſepulchrū

CA. XIIII.

Talem ac tantū pontificē, rex tum non ſolum increpantē cōtempſit: ſed ad mortem eſt uſq; inſectatus. Nam paternę correctionis tyrānus impatiens, quaſi lignum tortuoſum & aridum, facilius frangi, q̄ dirigi potuit. Ad deteriora conuerſus, maiori ueſania induitur. In eccleſia igitur Sācti Mihaelis de Rupella, ſancto pōtifice diuina celebrāte, & patrocinia ſanctoꝝ aduerſus pericula implorante, iuxta arā in infulis, non ordinis, non diuini officij, non loci, non temporis, non diuinę maieſtatis, habita ratione, nec reueritus, ubiq; uidētis Dei, pręſentiam: ab

Rex mactat S. Staniſlaū.

ara iubet antistitē trahi: Ad quē satellites atrocissimi,quoties irruere ten-
tāt,diuina uirtute retropulsi retrocedūt:tertio prostrati mansuescūt:quos
tyrānus ad fores ecclesię fremens obiurgat,indignātissime dicens: O degē — Rex tyrann⁹ fremuit.
neres & ignaui,ad unum trahendū sacerdotē. Deinde irruēs ipse,in Chri
stū dñi,manus inijcit uiolentas. Mox irruunt sequuti dñm milites: frusta-
timq; cęsum discerpunt: foras mittūt partes corporis,canibus uorandas. — S.Stanislaus martyrisat.
Sed deus omnipotēs,qui in sanctis suis semper est mirabilis, ad declarāda
sancti merita,conseruandasq; sacri corporis reliquias, coelestes ac terrenas
subito deputat custodias. Ex quatuor nāq; partib⁹ cominus Wislę,qua-
tuor sunt uisę aduolare aquilę,quę sublimius locū passionis circūuolitan- — Quatuor aduolāt aqlę
tes,a contactu sacri corporis abigentes uolucres,aliasq; aues sanguipetas.
Hac uero nouitate miraculi adunati,ac zelo deuotionis homines plurimi
accensi,sparsas mēbrorū particulas colligere gestiūt: Ad locum passionis
properāt miraculo magno, corpus ante discissum reperiūt integrum: mul — Reintegratū sāctū corpus
tisq; conditū aromatibus,reponunt in basilicā. Erat aūt annus post mille
octuagesimusseptimus. Bolislaus autem rex,iam deo, hominibusq; iuxta
perosus,in Vngariā expellitur. Anno aūt propulsionis suę secundo,inau- — Rex tyrānus in exilium.
dito languore correptus,miserabiliter interijt. Mesco aūt filius eius cum
eo act⁹ in exiliū,in primo pubertatis flore perijt ueneno: & perinde dom⁹
tota sanguinarij principis corruit. Hęc de Polonia breui inserta hunc lo-
cum teneāt: Cętera ubi incurrūt,suis temporibus inseremus: diligentiorē
tamē narrādarū rerū curam,Polonis ,de suis annalibus reseruamus: quos
iam credo apud illos cōstare plenissimos,& pro temporū ratione magis
ac magis inclarescere: Iam enim diu Polonia coepit inter illustria Christia — Polonia illustrata.
nitatis regna,non in postremis numerari.

CA. XV.

IN solo quoq; Wādalico Marchia Brandēburgensis fundata, a
nobis prętetiri non debuit: Eam quippe suo superius loco,& in
Saxonia nostra,ab Henrico eius nominis.I. institutam ostendi-
mus: insignē nunc Germanię,& iam Saxonię cōnumeratā. Coaugmēta-
ta quippe est,& honore dudū electurę honestata: incertū tamē a qua me
moria. Nam cum de electione Imperatoris Otto.III.cum Gregorio.V. — Otto.III.& Gregori⁹V.
suo pōtifice cōstitutionē illā edidisset, Brādēburgensis marchio, anguste
habitabat: nec erat magn⁹ inter magnos: ut illi tum contēptis Bauaris, &
Sueuis,& Frācis ducibus,electura deferret. Saxonia uero inde nomē ma
gnū habuit,q; quatuor cōtinua successione Imperatores edidisset: Henri — Saxonia quatuor Impera
cū, & tres Ottones: nec uoluit Otto ille.III.domus suę rationē intermit- — tores cōtinuos.
tere. Sed de Brandēburgēsi marchione, non immerito quęrimus: nimirū
habuit princeps ille rationē eius principatus,non sine magna causa,q; iam
superioribus Alemanis pro sua dignitate consultū uideret: qui iam comi-
tem Reni Palatinū, utiq; ducē Bauarię, cum tribus archiepiscopis,in sua
natione tenere crederentur: ducis Saxonię stabilire curauit authoritatem,
iuncto illi marchione memorato: qui non cōtemnendū tum principatum — Marchio fit
tenebat in solo Wandalico: qui tñ sub Henrico.II.quod diximus,insigni- — elector.&
ter attereretur: ut Theodericus tum marchio,omni per Wādalos exutus — quare.

ditione, in Magdeburgo, priuatã uitã, & duceret, & terminaret: Innisus nimirũ cęteris principibus, q eius tumultuationis author diceret, per contemptũ principis Wandalorum: quẽ inhonesto cõuitio amaricauit: & esset tamẽ de principibus ille Saxonię optime merit⁹: quod suo loco supra ostẽdimus. Sed rerum gestarum in hac prouincia, diligentiorẽ explicationem relegam⁹ in eius prouincię habitatores, quos habet illa ciuilitate doctissimos: ut de ãnalibus suis, quos illos audio tenere copiosissimos, promãt, quęque cognitu dignissima. Ne tamẽ fabulas pro ueritate edant, diligẽter & ipsi curabũt. Nam primordia antiquitatũ in hac gente, quod sępe questi sumus, fabulis, & inanibus, anilibusque nenijs sunt plenissima. XVI.

Wãdali habēt annales.

Marchia & marchio unde dicantur.

Vuat intueri, requirereque, unde traductũ sit nomẽ Marchię, atque marchionis: Qua in re ridiculus est, qui feudorum usus conscripsit. Pollicetur enim in titulo docere quis sit marchio: & ubi ad rem uentũ est, ignotũ per ignotum conatur ostẽdere. Marchio, inquit, est, qui tenet Marchiã: at quę sit Marchia, & unde dicta, debuit explanare. Marchionis quidem uocabulũ, ueteribus incõpertum est: nisi quis modernorum renouãs antiquitates, illuc inferat nouũ uocabulũ. In nostris quoque ãnalibus, nullam eius uerbi legimus mentionẽ, ante primũ Henricũ, Saxonem, Romanorum regem: qui primus domitis Danis, ad opidum Sleswicũ, cum eo transtulisset Saxonũ coloniã, imposuit regioni pręsidẽ, quẽ appellauit Marchionẽ: & illi regendos, tuendosque, regni limites, imposuit prouinciã quasi duci limitaneo. Inde quoque, cum ordinata per illum prudentissime Saxonia, cõstituisset, qui agros colere, qui sequi tenerẽtur in militiã: cum quintũ quenque, quatuor in agris remanẽtes, sumptib⁹ & armis expedirẽt: illumque durãte militia alere iuberẽtur, uires, quas perinde in Vngaros cõparauerat, primũ in Wandalos statuit exercere: Tyrociniũ hoc reputans maioris militię: duxitque in metropolim gẽtis Brandẽburgũ: eamque obsedit per brumã in glacie & oppugnauit cõstãtissime, & exhaustis obsessorum uiribus cõsumptisque cõmeatibus, etiam expugnauit: collocauitque in ea primus marchionẽ, qui prouinciã tueretur armis quęsitã, & augescere contenderet in diem: & quã Romani, simili ex causa, dixere prouinciam, ille appellauit Marchiã: Mecum diu reputãs, multaque circumspiciẽs nihil reperio de nominis origine probabilius, q̃, ut ex uulgari Saxonũ, ductũ esse credam: ut fit in alijs quoque nationibus: ut uernaculę lingue, quędam nomina inferãtur latinis, latiumque beetur diuite lingua. Marchiã aũt uocant uulgo Saxones, districtũ unius uillicationis, aut ditionis. Inde ueltmarke nomen duxere: ut tum Marchiã dicerẽt Saxones, eam prouinciã, quã sui iuris esse, per arma sunt consequuti. Inde pręsidi nomẽ inditum ut marchio diceret, qui illi ius diceret. Sic in Dania, ad Sleswicũ, ut dixim⁹, marchionẽ cõstitutũ: ita & in Wandalis per eundẽ Henricũ regem, Marchiã illam, suo marchioni deputatã: indeque fluxisse nomẽ ut deinceps alię quoque prouincię, hoc uocabulo in simili principatu uterẽtur: dicereturque marchio Misnẽsis, Badẽsis, Stirie, Morauię in Germania, & in Italia, Teruisina, Anconitana, Mantuana, Ferratẽsis: & si quę sint alię ibi Marchię.

Pręses & marchio idẽ

Brãdẽburgũ metropolis.

Marchia ex vulgari Saxonum.

Marchię Germanię & Italię.

Soleo quoq; Marcomānorū nomē, ad eandē referre originē: Vocāt enim uulgo Marcomānos, gentem undecūq; cōfluētē, in unam ditionē: Manos aūt quid uocēt Itali, per imperitiā linguę Germanicę, tenem⁹. Vocāt enim burdones aut heredos, hoc est, ex equa & asino natas bestias, manos. Sic apud Horatiū, acron interpretat. Sed docet Cornelius Tacitus, quod ex Beroso sumpsit Babylonio: Mānum esse Germanorū parentem deum: quod tamē Berosus non astruit, mortalem ex mortalibus deriuās. Mānus Tuiscone natus, genuit Sueuū, Gābriuiū, Marsum, Hunū, Wandalum, filios, Germanicę nationis propagatores: mansitq; honor nominis in gente, ut bene marem & ualentē uirum, man appellemus, etiam hodie Germani. Marcomāni autē, tum pro suo robore, dicti sunt Wādali: cum eos oppugnaret Imperator Marcus Antoninus: quod suo loco diximus. Hęc sine prēiudicio melioris sententię, candide lector, accipe: & si quid habes probabilius, fac cōmune, ut mittatur in posteritatē. Nos enim luim⁹ damna incuriosę uetustatis: quę nobis pauca reliquit, ad memoriam suę ueritatis.

Marcomāni & Māni etymologia. Germanorū maiores teste Beroso. Incuriosa uetustas.

CA. XVII.

Commemorāt preterea nostri annales, fuisse marchiones, qui tenuerint comitatū Stadensem, atq; Thietmarsiā: qui si pariter fuerint quoq; Brādenburgēses, non satis explicat in annalibus. Tradūt enim Idam nobilē fœminā, natam fratre tertij Herici Imperatoris, ex germana sorore Brunonis, tum Sūmi pontificis Leonis. VIIII. ex Sueuia in Stadēsem comitatū per hęc tempora peruenisse, & in Elstorp habitasse, mortuo primo eius marito, Lupoldo, duob⁹ post inuicē nupsisse comitibus, Thietmarsię, Dedoni, & Ethelero Albo, quorū uterq; in Thietmarsia comes, in eadē gēte cęsus occubuit: ex quibus nati filij magnā nobilitati posteritatē reliquerūt. Inde natos comites de Aldēburgo, & de Luckow, multosq; alios: Sed Idę hęreditas, ea moriente, peruenit ad Vdonem marchionē, qui comitatū tenuit Stadēsem, & ab illo, ad Vdonē filium, & inde ad illius filiū Henricū. Secundo Vdoni frater erat Rodulphus, qui Soltwedel teneret: Inde cōiectura est, unam fuisse familiā marchionum, quorū alter teneret Brandēburgū, cum appendicijs suis, alter comitatum regeret Stadensem, cum Thietmarsia. Ipsa annaliū uerba ad fidem ponenda sunt: Comes, inquiūt, Rodulphus, nimirū primi Vdonis filius, secūdi Vdonis frater, rem diu possessam (de comitatu hoc dicit Stadensi) leui testimonio non se pmittēs: cum in manu ualida uenisset, Fridericū, qui Stadiū peteret, abduxit, & Soltwedel incarcerauit: donec Imperator (is erat Henricus. V.) ne ignominiose frustra datum, ab Friderico aurū haberet, eum carcere absoluit: & multo tēpore, quia reditus ad propira non patuit, secum detinuit, & infra. Cum igitur Henricus marchio (is erat secundi Vdonis filius) uacuū nomē principatus gestaret: & Fridericus, tam dñi sui rebus, q̄ eis quas uarijs modis conquisierat, afflueret: ex deliberato comes Rodulphus, is tenebat Soltwedel, & nepos suus, Henricus marchio iuuenis, cum multa militia Stadiū properāt: Sed Fridericus audito eorū introitu, ex altera parte opidi fugit. Principibus ergo Stadensibus, quę

Ida soror Leonis papę. ix. Duo Thietmarsię comites. Verba annalium. Fridericus fugit.

cunctis in Friderici possessione fuerāt, uendicātibus: Luder⁹ dux Saxonię,
Vorde arx ędificatur. postea Imperator, castrū Vorde ędificauit: & totius ducatus Saxonię uires, ad Fridericū restituendum informat. Hęc sunt annaliū uerba, quę, q̄d requirimus, produnt. Eandē fuisse familiā marchionum in Soltwedel, & Stadio, quorū originē ostendim⁹ in Saxonia, cum de Stadio specialiter loqueremur. Cū ergo Hēric⁹ marchio, puer sine hęrede decederet, redijt co-
Stadēsis comitatus. mitatus Stadēsis in Rodulphū. Is filios reliquit Rodulphū aliū, in Thietmarsia cęsum, & Hartwicū maiorem Bremę prępositū: inde archiepiscopum. Hac aūt marchionū stirpe, in nouissimo Rodulpho finiente, Thiet-
Thietmarsia ad ecclesiā Bremeñ. marsia uenit per Hartwicū ei⁹ fratrē ad ecclesiā: cum ille uicissim, ab ecclesia, caperet Stadēsem comitatū: qui & ipse quoque, morte illius, redijt ad ecclesiā. Sed tum Hēricus Leo multa molitus, se de utroque immiscuit. Soltwedel uero redijt ad Ottonē de Balenstede, & Anholt comitē: Alberti
Hēric⁹ Catulus. marchionis, cognomēto Vrsi, patrē: qui ab imperatore Cōrado, assequutus de Brandēburgo principatū, permisit Henrico Catulo, duci Bauarię, Leonis patri, Saxoniā: quę in Saxonia pleni⁹ sunt explicata XVIII.

Sed ad nostros inde maritimos Wandalos reuertamur. Crito enim per ea tēpora, Obotritorū, Wagriorū, & magnę partis reliquę Wādalię princeps, rem gerebat, plena in Wandalis potesta-
Magn⁹ Saxonię dux. te, ad cōtemptum usque Magni ducis Saxonię: qui diu frustra cōtra illum colluctatus, nihil profecit: cum oppresso, quod diximus, Buthue, maiore Godscalci filio, Saxonib⁹ fœderato, Junior Hēric⁹ ad Danos materni sanguinis sibi propinquitate deuinctos peruenisset. Interim Crito psequutor
Vet⁹ Lubica posthabetur Christiani nominis acerrim⁹, impiū in suis gerebat. Hic ueteri Lubica, ad Zuartow posthabita, paulo superius ad ripā eiusdē fluminis Trauenę noua cœpit moliri fundamēta, nouę urbis, lōgo cōmodiori loco, inter lacū Wokenisse, & eundē fluuiū: ut utroque ab latere esset irrigua ciuitas: Cui⁹ loci oportunitatē, iam ab antiquo memoria Cimbri cōspicati, quidam ex eius gētis ducib⁹, ibi iecit nouę urbis fundamēta: Sed neque Cimber, neque Wandalus multū sua molitione profecerunt, dilabētibus breui & euanescētibus, initijs cœptę urbis, per bella tonātia, aut alias auersiones. Serua-
Adolph⁹ de Scawēborg tum est hoc decus Adolpho, eius nominis. II. de Scowenborg, & Holsatia, comiti. qui extructā ibi urbem, renouatis ueteribus fundamētis, ad ea perduxit incremēta, ut inuidiā faceret authori, nouū opus in oculis ducis Saxonię, qui tum esset per omnē regionē, & Saxonū, & Wandalorū potentissimus. Cui⁹ rei suo in loco, & tēpore, meritā introducem⁹ mentionē: Nūc aūt ad tēpora, quę in manibus sunt reuertētes, exequamur Critonis Wādalorū principis facinora. Luctabat ille assidue aduersus ducē Saxonię Magnū, & multis laborib⁹ se defendit, ne rediret ad iuga Christianismi & tributorū: Facileque fuisset religionem reparare, si in animū inducere
Causa q̄re Wādali fugiebāt Christianismū. potuissent principes, tēperare impositis oneribus. Sed dum illi inhiāt tributis, Wandali uno pariter odio, & religionē, & seruitutē refugiebāt. Ita factum est, ut omni euo Critonis in duricia sua Wandali, Obotriti, Wagrijque, permanerent. Adiuuit illā hominū pertinaciā temporis malicia, quod

Ro. Imperatores, Henricus. IIII. & V. infensi Saxonibus, illos persequerentur: & implicati ecclesiasticis turbationibus, quod a summis pontificib' execratione & maledicto laborarent: Unde factum est, ut duplici illa de causa minus intenderet, propagandę inter Wandalos religioni. Poloni tamen Christiani principes, Bolislaus, & qui sequebantur eum, satagerunt coterminos Wandalos, in ditione Pomeranię, ad iuga Christi cogere. Unde factum est: ut ad orientem pri', quam in nostro occiduo, ad Christum Wandali puenirent. XIX.

Hērīc' Wādālōs in Dania exul. — Hēnrīc' IIII. & V. infensi Saxonib'.

Rito iam in suo principatu cosenuit: Hēric' aūt Godscalci filius, diu in Dania delituit: expectās, si forte Saxonię dux cotribulib' suis edomādis, coualesceret: Sed cum nihil inde cerneret, pcedere, ad amicos paterni generis, quos habebat in prouincia, & literas, & nuncios crebri' missitabat: Ubi eam rem satis preparasse uidebatur, egressus Dania, reuersus est in terram patrum suorum: nec fidebat armis oppugnare hostem, dolo & insidiis aggressus est: non enim usque adeo caruit amicis, quin superessent, qui illum inuitarent in patriam: & si occasio bene gerendę rei fuisset, aut certe periculum ei capitis imminere uidissent, pro illo suscepissent arma. Crito tamen sibi ab illo metuens, introitum omnem illi intercludere ptentabat. Henricus aūt collectis de Dania, atque amicorum in Wandalia ope nauibus, Aldēburgum a mari oppugnans, coepit: & omnem maritimam Wandalorum prouinciam uastans, infinitam inde predam abduxit. Cumque hoc secundo, & tertio iterasset, factus est timor magn' ab illo omnibus uicinis Wandalorum populis, insulas, & littus maris habitantibus, adeo, ut ipse Crito iam senex, iam armis dissuetus, & laboribus impar, preter spem, Hēricum ad pacis ęquas coditiones uidebatur admittere: & concessit regresso, uillas ei oportunas ad habitandum. Nec tamen syncera erat senis intētio: uirum enim fortem, & bellis insuetum, quem ui nequibat, fraude conabatur opprimere. Unde etiam per interualla tēporum, accuratis, de more gentis, couiuiis, animum ei' explorabat: pertētās oportunum insidiis locum. At illi ad cauendum, nec cōsilium, nec doli deerāt: nam dña Sclauina Critonis coiux, affectior erat Hērico, quam Critoni par esset: pinde sepius hominem præmonuit, denuncians collocatas sibi insidias: denique maritum iam uetulum exosa, Henrico, si fieri posset, nubere cōstituit, si Crito esset de medio factus, nam Hēricus coniuge uacabat. Unde factum est, ut instinctu eiusdē fœminæ, Hēricus Critoni uicem redditur' humanitatis, inuitauit illum ad couiuium: quem multa potione temulentum, cum tricliniū, in quo sunt couiuati, uir statura procerus, iam incuruatus, egrederetur, Danus quidam securi percussum, strauit: & eodem ictu caput auulsit. Mallem alia oportunitate perdidisset: non deos hospitales uiolasset. Sed incidit ille in foueam quam fecit: qui enim crebrius domi suę Hērico tetēdisset insidias, quid mirum, si pa tiatur, quod primus intētauerat. Et accoepit Henricus, ut pacta erat, Sclauinam coiugem: & obtinuit principatum paternum in terra: occupauitque munitiones, quas ante habuit Crito: & reddidit hostib' suis ultionem. XX.

Aldēburgū oppugnatur

Sclauina uxor Critonis detegit Hērico dolū

Crito interficitur.

Sclauina fit Hērico coniunx.

Ceessit aūt Henricus ducem Saxonię Magnum, fretus cognatione, quę illis esset de maternis lineis: Natus est enim Magnus, filia regis Danię atque Norwagię Magni, qui patrem habuit Olauum, in

sanctos relatũ: Et magnificatus est Henricus apud ducẽ: fecitq; illi iuramẽtum fidelitatis ac subiectionis: q̃d solebant Wandaliæ principes ab olim principibus Saxonię. Sed & Nordalbingorꝝ populos, quos Crito uehementer attriuerat, iste conuocauit in unũ: & iniȷt cum eis pactũ & fœdus solidissimũ, nulla bellorꝝ tẽpestate conuellẽdũ: Et lætati sunt Holsati atq; Stormari, ceteriq; Saxones, Wãdalis cõtigui, eo q̃ corruisset hostis eorꝝ acerrimus, atq; infœstissimus: qui cladibus, & captiuitatib' terrã uexasset diutine: iũctiq; sunt Hẽrico iusto principi ex animo, cũ illo, & pro illo parati extrema subire, priusq̃ diuellerent. Audiẽtes ergo uniuersi Wãdalorum populi, ad oriẽtẽ & austrũ, q̃ surrexisset inter eos princeps, qui diceret subeũdas Christi leges, patrẽ habẽs, qui in eam causam periȷsset, indignati sunt: cõuencrũtq; omnes una uolũtate, & eadẽ sententia, ut pugnarent aduersus eum: alium sibi principẽ statuentes, de genere Critonis: qui erat nomini Christiano, & Saxonũ generi, semper infœstissimus. Nũciatũq; est Henrico, quia egressus est oriẽtaliũ Wãdalorꝝ exercit' ad prelĩũ, ut illũ denuo pellerẽt: misit nũcios suos ad ducem Magnũ, & fortissimos Bardorꝝ, Holsatorꝝ, Sturmariorꝝ, atq; Thietmarsorũ, qui omnes occurrerũt prompti animo: & progressi sunt in terrã Polaborꝝ, in campũ, qui dicitur Smilow, ubi exercit' hostilis erat diffusus super latitudinẽ terrę. Videns ergo Magnus, quia exercit' Wandalorꝝ grãdis est, & armis instructus, dubitauit cõgredi: ꝓtractũq; est pugnę tẽpus a mane usq; in uesperam: eo q̃ internũcij tẽtarẽt prelĩũ cõditionib' dirimere: dux q̃q; expectaret manũ ualidã militũ, quos iamiãq; supuẽturos sperabat. Factũ est autẽ circa solis occasum, & ecce speculator ducis, nunciat militiã armis instructam eminus accedere: quo nũcio dux fact' alacrior: exhilarati Saxonum animi, sublatoq; clamore, aggressi sunt hostes: & inito prælio, interrupta est acies Wãdalorꝝ: disiectiq;, fuga salutẽ quæsierũt: & facta est uictoria illa Saxonũ celebris, & memoria digna longæua, eo q̃ affuerit Dñs credentib' in se, & cõcluserit multitudinẽ hostiũ in manu lõge minoris exercitus. Referũt qui interfuere prelio, quia solis splẽdor iam occũbẽtis, Wãdalorꝝ oculos in cõgressu adeo obtenderet, ut omnino cęcutierint, fortissimo Deo hostibus suis in minimo prębente magnũ offendiculũ. Seruierũtq; ex illo die omnes illę oriẽtaliũ Wandalorꝝ nationes Hẽrico sub tributo. Factus est deinde in omni sua gẽte clarissim' Hẽric': pręcepitq; populo Wandalorꝝ, ut coleret quisq; agrũ suũ: extirpauitq; latrũculos, & uiros desertores a terra: cæterũ de religione uerbũ nullũ. Sciebat obstinatissimos eorũ animos, & inextricabile odiũ in religionẽ, q̃d grauis tributorꝝ exactio, semper Christianismo socia, exaggerabat. Nordalbingi aũt qui latuerũt hacten' in pręsidȷs, exibãt in terrã excolendã, diffusi per uillas & antiquas possessiones: & reędificatę sunt dom', & ecclesiæ, in ꝓuincia Christiana, bellorꝝ tẽpestatibus subuersę per eam prouinciã. Porro in uniuersa Wandalia, necdũ erat ecclesia, nec sacerdos, nisi in ueteri Lubica: eo q̃ Henricus cum familia ibi crebrius moraretur.

Fœdus cum Nordalbigis

Wãdali contra Henricũ eorꝝ pricipẽ

Gẽtes quæ auxilio fuerũt Hẽrico.

Magn' dux init prelĩũ in Wãdalos

Wãdali ex hoc die serui erũt uicti.

Reędificãtur ecclesiæ.

XXI.

C Vm aũt dux Saxonię Magnus, per ea tẽpora reb' excessisset hu

manis,nulla relictā,ple mascula, sed duab⁹ tm̄ filiab⁹: quarū altera nupsit Ottoni de Balēstede,& Anehold,ac Berneborg, comiti: qui etiā magnā marchionat⁹ de Brādēburgo possedisset partē, Altera Bauariæ duci Welpo, quē Latine uocāt Catulū. Heric⁹ ei⁹ nominis. IIII. ad quē feudali iure ducat⁹ est reuolut⁹, dedit Saxoniæ ducatū Ludero comiti, uiro fortissimo qui etiā postea puenit ad Impiū. Ad illū uero deuenit ducat⁹, ꝙ iam magnā pnnciæ partē ex dote,& aliquantā paterno iure,teneret: q̄d in Saxonia pleni⁹ explicuim⁹. Accidit aūt in dieb⁹ illis,ut latrūculi Wādalorꝫ uenirēt ad prędā in Stormariā, abegerūtq; iam captā de iumētis & hominibus, nō lōge ab Hāburgo. Dissimulasse uicinos Wādalos absente Henrico crediderim, ut ex interiore Wādalia, quā ueteri nomine etiā nunc Prignissam uocāt, prędā ageret: quomō in hūc usq; diē, res eisdē locis est ppetuata, pmanebitq; post ista secula: qa hoc cœlū nō aliud gen⁹, q̄ cōsueuit,,pcreabit. Ad uocē aūt clamoris, surrexit comes eius ditionis Godfridus, cū aliquātis suorꝫ,& psequut⁹ est latrones: sētiēs aūt quia multi sunt, substitit aliquātisper, ut colligeret manū militū paulatim sequētiū,& accedētiū agmini: obuiū aūt habuit uirū rusticū, cui⁹ uxor & filij capti abducebant: Is dolore suo cōcit⁹, comiti ait: Quid trepidas, q̄s expectas ignaue ductor? cor tibi pauidū, nō uirile: certe, si te calamitas, quæ me, premeret, uxorē & filios in captiuitatē trahi cernētē, nō ita cūctatio remoraret: Propera, festina, si quid tibi est animi, libera captiuos, si qua in re famę tuę per reliquū uis esse cōsultū. His inflāmat⁹ stimulis uir fidelis, cōcito insequit prędatores. At illi post se reliquerūt insidias, cum fugerēt, quas cum præterisset, insequutur⁹ fugiētes, surrexerūt: & interceptū uirū in medio circūfusæ multitudinis, oppresserūt: nec enim plures uiginti erāt in armis uiri: & abierūt Wādali cū pręda in uiā suā: Prouinciales aūt per interuallū insequētes, reperūt cadauer oppressi comitis, capite desecto: q̄d postea multo precio redēptū, in patrijs recōditū est sepulchris. Comitatū aūt uacantē, dedit Luderus dux Saxoniæ, nobili uiro Adolpho de Scowēberg comiti: fuitq; syncera pax,& intelligentia mutua inter Adolphū memoratum,& Henricū Wandalorꝫ principem.

Luderus comes postea Imperator.

Latrunculi Wādalorꝫ i Stormaria.

In Prignissa ppetuata latrocinia.

Gotfrid⁹ comes insequi tur latrones

Gotfrid⁹ comes opprimitur.

CA. XXII.

Er quæ tēpora, cum sederet Hēricus memorat⁹ in ueteri Lubica

p quiet⁹, improuisus uenit a mari exercit⁹ Rugianorū: subuectiq; per Trauenā, obsederūt urbē: Rugiani aūt, populus crudelis, & superb⁹, qui principatū sibi toti⁹ gētis arrogabat, propter phanū toti gēti celeberrimū,& propter locorꝫ difficultatē adeūdorꝫ: habitāt enim in corde maris. Augebat eos recēs Hērici memoria: & ꝙ Christian⁹ ipse, Saxonibus Christianis esset cōiūct⁹. Hæc belli erāt incitamēta: Gētes, quas armis subigūt, phano suo faciunt cēsuales: Maior flaminis q̄ regis apud eos est ueneratio: qua sors ostēderit, mittūt exercitū: uictores, aurū & argētū, in ærariū dei sui cōferūt: cetera inter se milites partiunt. Venerāt igit Lubicā, per eam trāseūtes, Wagriā in suā potestatē reducturi. Hēric⁹ aūt intrepidus, pręfecit ciuibus & populo uirū fortissimū, ad defensionis incitamentū, ut propugnarēt,& obsidionē paucis diebus tolerarent: Ille auxilia

Ve⁹ Lubica p Rugianos obsidetur.

Rugiani subiectos phano faciūt censuales.

cõtracturus, nocte media, solis duob⁹ comitibus, egredit: cõstituto termino quatridui, & designato loco, in quo se uidēdū prēberet: q̄ si forte spes auxilior: nulla esset ex Holsatia, neq̧ se ad locū & diē ostentaret: tum sibi quisq̧ cõsuleret. Egressus in Holsatiā, & cõterminos populos, contraxit plurima, equitū, peditūq̧ auxilia: & ad prēfinitū tēpus & locū sese ostentans, exhilarauit suos, qui ante mœrore tabescebant. Audierant enim uano rumore, Hēricū ab hostibus interceptū: Recreati, fortiter sustinuerūt oppugnationē. Hēric⁹ aūt magna dissimulatione, q̄ potuit occultissime, exercitū suū circūduxit, ne ab hostib⁹ persentiret: & a mari premissis equitibus, admouebat agmē, hoc q̄d acciderat animo uolūes, ratusq̧ futurū. Rugiani cernētes a uia maris procedere equites, suos arbitrati, quos expectauerāt, gratulabūdi prodierūt de castris obuiā, ut exciperēt uenīetes cū lętitia. Henric⁹ quadrato agmine lent⁹ incedebat, ut pedites secū traheret: Vbi omnia constitere ex sententia, turbidus irruit in hostes: & primis cõculcatis, ubi ad arma peruenerant, inito conflictu, grauissimā cędem stragemq̧ peregit in Rugianos: alij fugientes in nauiū receptacula, demersi sunt, paucissimi fuga elapsi, nauigijs cladem nunciauere. Seruat mons nomine suo uictoriæ memoriā, Raneberg etiā nunc dictus: Nam Rugiani etiā tum dicti sunt Rani: Ibi enim congesta cæsorū cadauera tumulabantur. Magnificat⁹ est Deus in manu Christianor: in die illa: Statuerūtq̧, ut dies Calendarū Augusti celebretur annua cõmemoratione eius uictoriç. Ex quo die Rugiani facti sunt Hērico tributarij: quomodo Wagrij, Polabi, Obotriti, Kissini, Circipani, Luticij, Pomerani, & uniuersæ Wandalorum, usq̧ in Poloniā nationes, quæ sunt inter Albim, & mare Balticum, & longissimo tractu ascendūt ad terrā usq̧ Polonor: Super omnes hos imperauit Henric⁹ uocatus rex in omni Wandalorū, & Nordalbingorum prouincia: q̄uis ille per modestiam honorē sibi regium non arrogaret. Sed quid facies blandimentis subiector: prēsertim in barbarie. Hec de Helmoldi sunt testimonijs: ad fidē etiā uerba posita: ut fidelius ueritas uideatur.

Cōtrahūtur auxilia.

Hēric⁹ irruit in hostes.

Rugiani & Rani idē.

Ditio ampla Henrici.

CA. XXIII.

Nec tñ omnimodis quietū erat Hērici in Wādalos suos imperiū Nam Brisani, atq̧ Stoderani, qui Hauelbergū & Brandēburgū habitāt, rebellionē ostenderūt. Visum est Hērico prēuenire moturos in se. Ergo cõtractis Nordalbingor: auxilijs, suisq̧ perarmatis, cõcito mouit in rebelles, & obsedit opidū Hauelbergū, creuitq̧ obsidio assidue, accedentib⁹ nouis supplemētis, ex omni ditione eius, prēsertim Obotritor: qui patrio illi iugo erāt obnoxij. Dum Hēric⁹ obsidionē urgeret, fili⁹ ei⁹ Mistiwoi, iuuenis impiger, cū audisset & ille laicos suę gētis populos, qui & Ligones appellant, tumultuātes parare rebellionem, assumptis ducentis ex Holsatis armigeris, & trecentis Wādalor: agminibus expeditiorib⁹ auxilio, cõcit⁹ mouit in eos: & per inuias paludes, & loca nemorosa improuisus irruēs, magnā ęgit prędā iumētor: quā cū educeret, cõglobati indigenæ, omni qua poterāt multitudine se obiecerunt egressuris ad locor: angustias, ibi prælīu inuenit. Sed erat uictoria Mistiwoi & suorū:

Brisani & Stoderani rebellarunt.

Abacta prēda & fili⁹ Hērici uicit.

Nam cęsis plurimis, aliquot etiam cœpere captiuos: inter quos eius gẽtis principẽ, & cõtinuato itinere ad Henricũ patrem, uictor filius cum ingẽti prẹda regreditur. Grauat̃ inde oppugnatio, auctis uiribus. Sed Brisani, sibi diffidentes, cum Henrici semper uires augerẽtur, illorꝝ semper decrescerent, facto interloquio, deditionẽ fẹcerũt: & datis obsidibus, Hẽrico se in reliquũ imperata facturos, spoponderũt. Quo etiã tẽpore, alius ex filijs Henrici Waldemarus, emulatione fraternę uictorię incitus, cum forte tributis exigendis immineret grauior q̃ illi ferrẽt, Rugianus populus, infrenis, & iugi impatiẽs, ut qui alijs imperare cõsueuisset, exactorẽ oppresserat. Pater iustę ultionis iram colligẽs, magnũ ex omni Wandalia armorꝝ & exercitus fẹcit apparatũ in Rugianos. Accessere mille sexcẽti ex Holsatis, Sturmarijsq̧, Henrico semper uoluntarij. Hẽricus suo agmine precessit, ut primus pericula pertẽtaret. Saxones memorati, trãsmisso amne Trauena, per Polabos, Obotritos, Kissinos, lõgo itinere: pacato tñ ubiq̧ sub Henrici Imperio terra, ad opidũ Wolgast, Henricũ operientẽ inuenere. Ille delectatus agmine instructo auxiliorꝝ compellandos putauit: hac aut simili usus oratione. CA. XXIIII.

Brisani dedunt se.

Waldemarus opprimitur

Expeditio in Rugianos.

Wolgastum opidum.

MAgna mihi semper uiri commilitones fiducia de uobis creuit in hunc usq̧ diẽ: cum uos ne lõginqua militia pro me suscepta fatigarit. Quid uobis, quid generi uestro debeã, non ignoro. Idq̧ libens, dum spiro, uotis omnibus & uiribus exequar, uicẽ reddere gratitudinis, tantę in me meosq̧ alacritati. Sed quãdo uos armorꝝ prẹsides, paratos habeo in pericula socios: cur non etiã cõsiliorꝝ participes facio, uiros integritate & fide prẹstantes? Hac, quæ præterijt, nocte Rani me nuncijs sunt adorti, pœnitẽtiã peractę necis prętẽdẽtes: culpã in paucos sceleratos refundũt: Itaq̧ mortẽ filij, ducẽtarꝝ marcarꝝ precio ęquandã afferunt: In reliquũ imperata facturi. Quid igitur fortissimi uiri facio? quę animis uestris sentẽtia sedet, quęso paucis edicite: oblatas cõditiones suscipimus an minime? Tum breui interim facto colloquio, Saxones prẹfectũ suũ iubẽt edicere: Rem non obscurã, inclyte princeps, refers in cõsiliũ, nostrę nõ indigã discussionis. Arbitramur aũt, non tam te dubitare quid facias, q̃ explorare, quo in te simus animo. Nemini nostrũ uideri potest dubiũ, charissimã tibi sobolẽ nullo precio licitandã: tacemus, ut ad exilẽ ęris summã ab occisoribus sinas estimari sanguinẽ, nullo ęre exęquãdũ. Hanc enim facinorosorꝝ estimationẽ, irrisionis magis formã, q̃ uere pœnitudinis satisfactionẽ, prẹferre arbitramur. De nobis autem quid sentias, sic habeto: Ad preliũ pro te, tuorũq̧ iusta ultione subeundũ, uenimus: non ad hostiũ ludibria tolerãda. Si nos cõsulis, aut sequeris precedẽtes, iustã in cõtumeliosos hostes uindictã suademus, non uerbo modo, sed facto iniuriã tuam ulturi. Pontẽ tibi strauit uindex iniurię suę atq̧ tuę Deus. Erat enim brumale tempus, glacie undiq̧ constricto, mari proximo: utere & armis nostris, & deditissimis tibi semper manibus. Ille ubi gratias habuit fideli cõsilio, fortiq̧ promisso, & iustæ commonitioni, agmina sua prior ipse promouit, ducens in hostes. CA. XXV.

Oratio principis ad milites.

Rani penitũ ere de nece.

Princeps cõsulit milites

Saxonũ responsio.

Pons per glaciem.

t Ranſmiſſis ergo ſyluis atq; arũdinetis in conſpectu habuerunt hoſtilẽ terram, & mare ſubiectũ oculis. Tum Wãdalorum agmina quos ad arma Henricus deuocauit, in littore tetenderũt. Volitabãt ſigna militaria, per ſingulorum cohortes tribunorum, & præfectorum. Egreſſi duces (Sic enim Henricũ regio dignabãtur honore) regem ſuũ ſalutauere, gentili more, in terram inclinãtes: peregrinũq; exercitum Saxonũ, demiſſis capitibus, honorauere. Tum actum in cõcilio, de rerum ordine gerendarum, & quorum primũ agmen, hoſtilẽ terrã inuaderet. Saxones indẽ uerbo ſibi deſumpto: Non patimur, inquiũt, optime princeps, gentis noſtræ gloriam in nobis antiquari: Noſtrum ſemper fuit primos in agmine pugnare: primã aciẽ inuadere hoſtiũ, redire nouiſſimos. pace uorum operã deſumimus, itineris tibi ad hoſtes inſtruẽdi: nec cedimus cuiq;, in tolerando labore, aut periculis ſubeũdis. Placuit ſupra modũ Henrico Saxonũ alacritas: eiuſq; eliciẽdæ uocis gratia, rẽ ponebat in mediũ, ſciẽs cõſuetudinẽ fortiũ uirorum: Acceſſit, q neq; gẽti ſuæ tãtã habuit, quãtã Saxonibus fidem, q cõmuni religione Chriſtianiſmi cum illis teneretur: in ſuis autem cõgẽtilibus, perfidiã duplicem eſt reueritus, q gens natura fluxa, odium execrabile Chriſtianiſmi pateretur. Igitur leuatis ſignis, Saxones preeunt ſequũtur agmina Wandalorum: ſuo quiſq; ordine, per glaciem in terrã perueniũt hoſtilem: Ibi proximis incendia uillis intẽtarũt: aperueruntq;, qui uenirent. Miſſo autẽ exploratore Henricus, intellexit non abeſſe longe hoſtes Rugianos, ad preliũ paratos. Henricus ſtructis ordinibus, ſuos alloquit: Cernitis, inquit, uiri quid agat, in cõſpectu ſunt hoſtes pugnaturi: nos numero & uirtute preſtamus: cauſaq; hinc iuſtior pugnat: uicimus, ſi modo uiri ſumus. Nam ſi quẽ, q̃d abſit, ignauia cõprehendit, ut in fuga ſperarit, inanis fiducia illũ uexat: In terra hoſtili, aut uincere, aut mori, ex duobus alterũ neceſſe eſt. Nam ubi ignauiã detexeris, in fugam reſpiciẽs, proximus fugiẽtem gladio cõfodiat: Quin potius fiducia pleni, in hoſtẽ irruite: cernetis dicto citius terga fugientũ. Hęc loquutus, uidit ſupplicẽ procedere flaminẽ, poſceretq; principis alloquium: Ille non detrectat. ubi uenit in cõſpectũ, prefatus ueniã, populũ crimine purgat: In ſatiſfactionẽ offert quadringẽtas argenti marcas. Vbi uidet Henricũ rugare frontem, aurem auertere, octingẽtas pollicetur. Sed neq; ſic flecti uidet iratũ: murmurq; perſonat agminis, progreſſum urgentis. Procidit ad pedes, miſericordiã implorãs: Ecce, inquit, terra in cõſpectu tuo eſt: utere rebus omnibus, modo ſanguini parcas: Intercipitur inde preliũ tractatibus, & omnium iam animis ad pacẽ inclinatis, noluerũt Saxones refragari. Quatuor ergo millibus, ac quadringẽtis marcis, pacẽ mercati, bellũ ablegarũt: Acceptis obſidibus, Henricus reduxit exercitum.

Dux ſalutat rex. — *Saxones in prelio primi* — *Dux timet perfidiã in ſuis.* — *Oratio Henrici.* — *Flamẽ ſupplex.* — *Petit miam.*

XXVI.

r Ebus iam pace ſedatis, miſit Henricus in terrã nunciũ, qui numeratum afferret æs ſummæ antedictæ. Illa uero tẽpeſtate, nulla erat in terra moneta, ſed rebus res cõmutãtes, uetuſtiſſimo more mercabãtur. Hoc ſciens Henricus, ut a barbaris aurum omne tolleret, quo ad nullã pietatẽ uterentur, ſtaterã miſit doloſam: ad cuius pondus æquandũ,

Statera doloſa.

omne aurũ, quod erat in ærario idoli sui, qđ utiq; non paucũ erat, quodq; in uxorũ, ac filiarũ ornatibus inueniebatur; totũ cõtulere, nec ad dimidiũ promissæ summæ poterant pertingere, fraudãte eos statera dolosa. Igitur quod allatũ fuit, accœpere nuncij, Hẽrico referẽtes: cum reuera plus q̃ ex promissum erat, teneret: ad iudiciũ stateræ, dimidiũ quod deesse uidebat, exposcebat. Erant in Ranis, qui dolũ deprehendissent, & iam se explesse promissa cõtenderent, etiam mẽsurã prætergressi debitã. Henricus contra accœptatæ semel stateræ esse ad extremũ satisfaciẽdũ. Hac cõtrouersia durante obsides tenuit: proxima bruma iterãs in eos uelut fidefragos, expeditionẽ. Luderũ tum Saxoniæ ducem inuitauit, certis cõditionibus ad arma, & ad belli in Rugianos societatem. Ille aderat parato agmine: Terrã, iũctis agminib⁹ ingressi populanť. Sed tum gelu mare cõcretũ, ad laxationem glaciei inclinabat. Itaq; ne repedandi uia sustolleretur, festinantius regressi in sua se recœperunt. Rani ex illo die quieti permãsere: Libet intueri, q̃ magnam, tum cerneret Henricus in gẽtẽ suam, latissimã ditionẽ. Quam enim modo tres, aut etiam plures, imperio terram tenent duces & principes, eam tum solus Henricus gubernabat. Tantus apud Saxoniæ ducem: ut illum pertraheret in belli societatem: Cui etiam postea ad Imperium sublimato, amicũ suum Kanutũ Sleswici ducẽ, conciliabat: quod infra suo tempore a nobis cõmemorabitur.

Aurũ in ærario idoli.

Dol⁹ stateræ detegitur.

Rugia populatur.

Kanut⁹ amicus Imp.

XXVII.

Amdudũ Henrico Wãdalorũ principi, nata est in Daniæ regem iusta querimonia. Is erat Nicolaus, unus ex Zuenonis multis filijs, qui inuicem regno sibi successerãt: quod in Dania sum⁹ plenius exequuti. Henrico aũt, materno sanguine prouenientẽ, in regno Daniæ, hæreditatis portionẽ, uiolẽtus rex, ut cætera omnia, occupabat. Cumq; iure nullo sæpe petitã assequeretur, armis expetẽdam putauit. Iutiamq; ob eam rem crebrius incursabat, cum fœderatos haberet Nordalbingos: adeoq; infœstã fecit regionẽ: ut iam nemo pene præfecturã (Sic Dani uocãt sub rege ducatũ) Sleswici desyderaret: cũctis refugiẽtibus, crebras, & uiolẽtas Henrici incursiones. At Kanutus Erici regis filius, uir ad omnia integerrim⁹, hãc sibi prouinciã a rege deposcit, & impetrat: Crebrior illi cum Henrico cõflictatio: leuia semper prælia agebãtur. Aliqñ etiam ad iustos exercit⁹, ꝓducẽdos res peruenit. Perurgebat Kanutũ Henric⁹, & opimã de regione prædã, crebrius auferebat: Vlcisci Kanut⁹, uicẽq; illi reddere adortus, Henricũ fugabat in Lubicã ueterẽ: quo in loco mãsio illi fuit cum præsidio. Perurgebat sequẽs cum exercitu Kanut⁹ Henricũ, ut ne in præsidijs solitis, sua sideret tueri. Aliqñ tam de propinquo cõcurrerũt, ut iurgijs, & cõuitijs, inuicẽ milites cõflictarẽt. Hac rerum uicissitudine, diu perdurãte, Kanutus, ut erat uir ubiq; integerrim⁹, & fidẽs, atq; cordatissimus, cogitabat Henricũ ipsum inermẽ, inermis, pertentare, si forte malorum finem, uel sic, inueniret. Et qm̃ fidelis uir nullas struebat insidias, nullas ab hoste itidem, ut sciebat, bono uiro, metuebat. Tendebat Henric⁹ in armis oportuno loco: & nihil expectabat q̃ cum hoste de proximo cõfligere. Adequitabat Kanut⁹, solis uiginti comitat⁹, & præmisso nũcio, suã

Rex uiolẽt⁹.

Lubica uet⁹

Kanut⁹ quærit pacẽ cum consobrino.

Hērico præſentiã denūciabat, cum ad amicum colloquiū aduenifſet. Experrectus Hēricus, ubi adeſſe audit Kanutum, ad arma reſpicit, iam pene captū ſe reputãs. Nūci⁹ q̃ſancte iurat, adeſſe pacificū Kanutū, ſine armis. Ille ubi ſit, rogat, in forib⁹ aſtare reſpondet, & cum dicto Kanutus ingreditur, Mox ruūt in amplexus mutuos. Erãt enim cōſobrini. Nam mater Hērici ſoror erat Erici regis, quē patrē Kanut⁹ habebat. Miſcetur lachrymę, & poſt mutuas uerborꝫ querimonias, cum alter in alterū reijceret culpam malorꝫ, nullo interim mediatore, cauſam belli dirimūt: Pauca quidē uterq̧, in ſuę partis purgationē: Sobrie de alternis queſti. In eam ſententiam cōueniunt: ut Kanut⁹ Hērico argentū depēdens ac numerãs, eius ut in Dania, ab rege ſuę partis accipiat hereditariã portionem. Memorabili inde exemplo, familiaritatē ineunt, quę in germanis fratrib⁹ ſyncerior eſſe non poſſet durabatq̧ ad amborꝫ mortem.

Inimici cōſobrini recōciliantur.

Memorabile exemplū.

CA. XXVIII.

Henricus iam ſeneſcēs, & filiorꝫ ſuorꝫ inertiã proſpiciens, Kanuto ditionē ſuã omnē, ſi quid illi humanit⁹ cōtingeret, cōmendauit: immo rogat, obſecrat, ut ſe premortuo, quod ab annis uerisimile fuit, eius ſibi Kanutus deſumat in gētem ſuã gubernacula: ab Imperatore Romano (is tum erat Luder⁹ dux Saxonię) ſe rei totius cōfirmationē facile impetraturū. Recuſat Kanutus, pretēdens: non eſſe decorū, exheredes facere legitimos ſucceſſores, ſibi etiam ſanguine non alienos: neq̧ honori ſibi futurū, ſi propinquos ſuos, paterna detruderet ſucceſſione: neq̧ illos quieturos: neq̧ proceres facile paſſuros, imperiū externi hominis. Ille recuſantem grauius perurget obſecrationib⁹, ne patiatur liberos ſuos indefenſos. Kanutus ſe, q̃nquidem tãtopere Hēric⁹ precibus perurgeat, facturum ſpondet, quod ex ęquo bonoq̧ ſit. Interim Hēricus apud Lothariū (Ita Luderū iam imperãtem crebriores uocitabãt, q̧ ab antiquo Imperatorium id nomē haberetur) ut Wandalia, quæ iamdudum ſub Ottonibus in ditionē cōceſſit Imperij, Kanuto permittatur adminiſtranda procuret. Nec minus ipſe Kanutus, ſolēni dono, pro fortuna quę ei fuit opulentiſſima inſigniter munerat Imperatorē: equū illi mittens auro undiq̧ circūfulgentem: neſcio ſi & auro calceatū, ſed auro non ſufferratū ſcio. Imperator interpoſita authoritate, poſtulationē Henrici non grauat⁹ admittit. Henricus non diu poſt, in fata cōcedit, ad annū a Chriſto milleſimumcenteſimumuiceſimū ſecundum. Kanutus adminiſtraionē ſubit Wãdalię pro nepotibus ſuis Henrici filijs. Per eadem fere tempora, cnm Henricus Imperio teneret omnem prouinciam citra Panim, Warciſlaus princeps erat in orientali Wãdalia: qui inſtante ſanctiſſimo uiro Ottone Bãbergēſi epiſcopo, ſponte ſibi pdicationis officium in Wandalos, aſciſcēte, fidem Chriſti cum procerib⁹ & urbib⁹ accepit: perurgente hinc a mari Nicolao Danorū rege, inde a terra Boliſlao Poloniæ duce: perdurauitq̧ ſuſceptū ſemel euãgelium Chriſti in ea prouincia: cum in Henrici ditione diu poſt, uarijs caſibus fluctuaret, uſq̧ ad tēpora Henrici Leonis Saxonię ducis: quod ſuo loco cōmemorabitur. Ab hoc ergo loco ducemus initiū cōmemorandi principatus in Pomerania & omni circū regione, quã, ut in alijs

Luder⁹ dux Saxonię Imperator.

Luderus & Lothari⁹ idē

Mun⁹ datur Imperatori.

Warciſlaus Wandalorū princeps.

Boliſlaus Polonię dux.

Christianismus nobis aperuit.

CA. XXVIIII.

Rex Danorum premit Wādaliam.

Vm illa gerũtur in occidua Wādalia, Nicola⁹ Danię rex ab oriente eādem bello premit prouinciā, Warcislaus princeps preerat superiori Wādalię, diuturnas cum Danis atq; Polonis foues simultates. Mouit in eum Nicolaus Danorꝫ rex, & a terra Bolislaus Polonus: cui ad regem Danorꝫ iam fœdus erat & affinitas. Nam filiā suā Polonus, Magno Nicolai regis filio, despōderat uxorem, Vsuam Wādalię urbem, obsidione premebant amborꝫ exercitus. Et cum graui⁹ oppugnaretur, in ditionē regis cōcessit. Ibi Bolislaus Polon⁹, tradita regi filia, spōsa Magni, reducit exercitū in Poloniā. Mox Iulinū a Danis obsidet, & expugnat: magno nimirū, ab utroq; populo, sanguinis impendio. Warcislaus aũt, earꝫ partiũ princeps, cũ reb⁹ quoq; suis, ab Danorꝫ rege diffideret, pacem inire percupiēs, misso caduceatore, petit interposita publica fide colloquiũ: iussusq; introire nauim regiā, nihil dubitat, ubi inerat, causam suam agens. Suggeritur regi a militib⁹: ut sublatis uelis, captũ principem, uelut pacis obsidem abducāt. Eam rem Kanut⁹ Slesuici dux, cum adesset, ualde in cōcione improbabat: nam sempiternā regio nomini maculam inureret, ꝙ fidem publicā Daniæ rex uiolasse diceretur: cæterũ uniuersę nationi non mediocre futurũ dedecus in omni gente, ꝙ hominē, qui fidem regiā sequut⁹, ad fœdera uenisset, pro captiuo abduxissent. Omnis concio in sententiam ibat Kanuti. Decernitur, ut cum honore Warcislaus in patriam remittatur. Eius rei occasione exarsit emulatio, in Magno aduersus Kanutum, dissimulāte prudēter Kanuto, qui pro ueritate & iustitia, offensionē non recusabat. Nuptię interim Magni, magno instruũtur apud Ripam opidũ apparatu. Ibi cōuentus procerũ omniũ. Non deerat Kanutus, prim⁹ inter primos, qui fratruelis esset sponsi. Splendidus ostro fulgebat, in ueste Saxonica, ut qui in ea gente plurimũ uersaretur. in eum cauillatus Magnus: Ostro inquit fulgidum latus ferro penetrari non potest. Ille nihil motus placide respondit. Aeque peruiũ est, si ouillis pellib⁹ cōtegatur: nihil uoluit asperius reijcere. Creuit tacita inter pares sanguine & uirtute dispares, emulatio. Nam Kanuto semper primas dedere partes, in omni opere uirtutis: quod æquis auribus Magnus nunꝗ accœpit. Interim in prefecturā reuersus Kanutus, proximā Wādalorꝫ prouinciam sibi cōmendatam reuisit. Ibiq; rebus pro tempore ordinatis, adijt Cęsarē Lothariũ, tum Bardewico agentem, pro rebus, quæ tum interuenerāt in prouinciā procurādis, & apud principem ordinādis.

Vsua urbs capitur.

Iulinum expugnatur.

Princeps regi colloquitur

Statuitur fides hortatu Kanuto.

Nuptię celebrantur.

Verbũ liuore plenũ.

.XXX.

Othari⁹ aũt Imperator, perpēsis Kanuti natalib⁹, & maiori quę illis pulchre responderat uirtute, cōciliādũ sibi beneficio cōstituit, uirũ nobilem, & potētem. Coronā ei regiam decreuit, & imposuit, regem appellās Obotritorũ: Ea enim prouincia in eius erat procuratione: Nec una causa impulit Cæsarem, ut eo dignaretur honore uirũ. Natalibus, ut diximus, magnis uiri permot⁹ est Imperator, ꝙ regis esset Erici fili⁹: magna uirtus accessit: deinde non cōtemnenda magnitudo ditionis, ꝙ a Sleswickeensi ducatu per Wagriā atq; Magnopolim, magnę

Imperator facit kanutũ regem.

prouinciæ dominaretur. Super omnia uero, hæc erat amplificãdi honoris causa: ut illustraret Romanũ imperiũ: quod tum uideretur illustrius, si regibus imperaret. Nam Otto. II. illi adiecit coronã Poloniæ: Hēric⁹ IIII. Bohœmiæ: q̃q̃ in eis regnis sæpe renouatus honor regius, crebrius intercidit. Kanut⁹ igitur Obotritorꝝ rex apud omnes habebat: Quæ res initium præstabat, ut est promptũ coniectura, nostri sęculi Danorꝝ regibus: ut se Danorꝝ, Wãdalorumq́ꝫ reges efferãt in titulo. Nam moriẽs Kanut⁹, regiũ titulũ trãsmisit ad posteros. Sed & multis deinde bellis, magna pars Wandaliæ littoralis, paruit regibus Danorꝝ: ut inde quoq́ꝫ titulũ mutuati credantur. Ea uero res coaucti in Kanuto honoris, in Dania, non uno ab omnibus animo accepta est. Qui bene uoluerunt Kanuto, gratulati sunt principi magnifico, de honoris accessione. Cæterũ, qui Magno eius emulo blandirẽtur, quorꝝ erat maior numerus, propter præsentẽ Nicolai regis maiestatẽ, rem sinisttosum detorsere: asserentes regiũ honorẽ de manu Cęsaris acceptũ, ad hoc respicere: ut proximus illi gradus sit iam regi ad inuadẽdum Daniæ regnũ, ope Saxonũ, quibus se totũ permitteret Kanutus: Simul & libertatẽ regni ab olim seruatã, uinculis stringat subiectionis ad Romanũ Imperiũ: qua in re cauendum Magno, ne patria illũ successione depellat. Ingrauescebat mira indignatio in caput Kanuti. ille ubi intellexit, ut erat terrore omni posito, uir interritus & intrepidus, præsentem se facit mussitãtibus, & in oculis omnium obambulãs, expectabat, si quis ea de re sermoniẽ incœptaret. Cohibuit præsentia multorꝝ pridẽ oblatrãtiũ ora: Sed rex euocatũ, inter proceres cum illo agebat: Quid sibi uellet rumor uolitãs, super nomine de regno a manu Cęsaris accepte. Aderat Magnus regis filius, ut cuncta perspiceret & audiret, Kanutus rogat⁹ a rege rationẽ facti reddit, in hunc modũ: Ego inquit, rex tua uolũtate in Sleswickcẽsi præfectura, quã a te nemo cupiebat diu, per insignẽ laborem uersat⁹: aliq̃n Hērico Wãdalorꝝ principi, propinquo nostro, recõciliabar Vbi mutua freti familiaritate, & sanguinis coniunctione, multa cõmuniter ęgimus: ille iam ab annis ingrauescẽs, me q̃sancte rogat, tutelã filiorũ ei⁹ suscipiã. Non recusaui. Nam omnẽ in me prouinciæ principatũ transferre uolẽs, a me repellitur: Pro filijs aũt eius administrationẽ subij libẽs. Dum in prouinciã uenio Saxonũ, ibi crebrius diutine diuersat⁹, gẽtis in eo familiaritatẽ, & ad Cæsarẽ ab illis ptrahor. Ille nescio quid, in me perspiciẽs, non rogãti, etiã recusãnti, coronã imponit, ad regnũ Obotritorũ: credo imperij sui studẽs honori: ut etiã regẽ, cui imperet, habeat. Ita me regem suũ Wãdali uocãt. Ceterũ in tuis prouincijs rex, non aliũ me gero, ac debeo, Sleswici præfectũ. Habes omnẽ de rumore ueritatẽ. Rex ubi cõgnouit, æquũ sumpsit animũ in Kanutũ: interpositaq́ꝫ opera, filio Kanutũ & illi filium, quibus poterat modis, recõciliabat.

Illustre regi b⁹ imperare

Wãdalia littoralis paret regno Dan.

Kanut⁹ uir interritus.

Kanuti responsum ad regem.

Rex pacatur responso.

XXXI.

KAnutus iam rex erat Obotritorꝝ, noua Wãdaliam illustrãs dignitate. Igit̃ Kanuto Obotritorꝝ rege, strenue omnia circũspectãte, obeũteq́ꝫ prouinciã, filij Hērici, paulatim adulescẽtis, ad regimẽ terræ sub rege excreuerũt; ut q̃m ille, & in Sleswici ,puincia, & Da-

niç regno, multis erat rebus implicit⁹, interim illi reb⁹ preessent in suo territorio. Sed tum improuidi per ętatē iuuenes, absente, Kanuto domestica bella cōflātes, nouos Nordalbingis parturiebāt labores. Nam Zuenteplogo, solus ambiēs administrationē, Kanuto fratri, multas irrogauit iniurias, Ad extremū, sumptis Holsatis, eum in arce Plunēsi obsedit. At Kanut⁹ obsessus, prohibēs, ne obsidētes iaculis sui incesserēt, ascēdēs in propugnacula, alloquitur his uerbis exercitum fratris: Quid causę est inquit optimi uiri Holsati, ut amicū oppugnetis, irę fratris seruiētes. Eundem patrem pręferimus, Hēricum uobis semper dedititissimū: eodem sanguine creti, ęquo de prouincia iure cōtendim⁹: arbitros ego uos hodie constituo, ad causam meā: uidete quo iure oppugnetis, cuius ad omnē rem tenetis iustiΣciam in manibus: apud fratrē uobis cōtendēdum, ut ad ęquas mecum cōditiones descēdat: mei iuris tradidi uobis potestatē. Vbi audiuere Holsati, inter se fremūt: ęquū postulat, dicentes, iste adulescens: quid agimus? cur non potius eius germanū cōuenimus. Igitur obsidione soluta, partes interponūt, ad fratres recōciliandos. Qua re ex sentētia peracta, Kanutus fratrū iunior, non diu reb⁹ superfuit. Nam cōtentione inita, in opido Lutkenborg opprimitur: incertū, an fratris cōsilio, aut cōniuentia: quod facile sibi persuasere, qui rem intuebāt. Soli perinde Zuēteplogo, sub rege cedit paternus principatus. Ille Adolphū Holsatię comitē, iam inde sub patre notissimū, in societatē belli uocauit, cum Holsatis & Stormarijs: expeditioneꝗ fecit militarem, in terrā Obotritorꝝ: obseditꝗ urbē, quę dicitur Werlo. cōtumaciam ostēderant principi suo ꝙ maiori potestati fiderent, cui subessent, regi suo Kanuto. Ille aūt ea fuit modestia, ut, nisi inuocatus, non adesset parenti Hērico, protestatus ꝙ filios eius exhęredes non faceret. Permisit ergo gubernacula Zuēteplogo: Ille uero ea tum urbe in potestatē redacta, promouit exercitū in Kissinę urbē: Qua similiter ad obedientiā reducta: accœptis undecūꝗ obsidib⁹, reuersus est in Lubicā. Holsati quoꝗ in suas sedes repedarunt. CA. XXXII.

Frater fratri iniuriatur.

Oratio kanuti iniuriati.

Holsati oratione mouēt

kanut⁹ opprimitur.

Werlo obsidetur.

Vrbs kissinorum.

Hoc erat illud tēpus, q̄ Vicelin⁹ religiosissim⁹ in Christo sacerdos mira institit opera, ad reuocandā Christi fidē in prouinciā, unde diu nimis exulauerat. Aduocatis fratrib⁹ fauore hui⁹ pręsidis in prouincia gēti pędicabat. Sed qm̄ impacata erat bellis tonātib⁹ ea regio, parū initio, pfecerūt, iterū atꝗ iterū incœptabāt repulsi, & per annos triginta, magno labore & instātia mirabili, in hoc populo Vicelin⁹ euāgelisabat: uerus Wādalorꝝ apostolus. Cui⁹ rei ordinē, quia in Metropoli nostra explicauim⁹, inde requirat, qui nosse uolet. Zuēteplog⁹ aūt princeps Hērici fili⁹, nō diu post est interfect⁹ dolo Dasonis prępotētis in Holsatia uiri. Reliquit ille filiū, cui Porcello Zuiniecke nomē erat: sed & hic interfect⁹ est apud Erteneborg, urbē Saxonię trāsalbianā: defecitꝗ stirps Hērici in principatu Wādalorū, mortuis filijs atꝗ nepotib⁹. Pędixerat hoc Henric⁹ dum uiueret. Solēt enim diuinare morituri. Ille tn̄, nescio quibus oraculis edoct⁹, prenūciauit stirpē suā de proximo perituā. Iam pleno iure principatus in Kanutū demigrabat regē; uirū, ut dixim⁹, integritate &

Vicelin⁹ sacerdos optimus.

Wādalorū apostolus.

Porcello princeps interficit

uirtutibus insignẽ, Danis formidabilẽ: cęterũ, Lothario cęsari in pręcipuis habitũ: cui iam, ut diximꝰ, coronã regni donauit. Cum interim una sub Danorꝶ rege Slefwici prefecturam, hoc est ducatũ, administraret: in qua procuratione, tãtus iusticię & ueritatis cultor erat, ut pro his rebus neminem uereretur, nulli ignosceret. Deprehẽsi sunt in merica suæ ditionis, latrocinãtes, & insidiãtes transeũtibus: quibus iam ultimo supplicio cõdemnatis, cum pœnã sumere carnifices iussisset, ex media damnatorũ grege quidã proclamat: esse se de principis Kanuti cognatiõe: iure sanguinis immunitatẽ & uitã deposcẽs. Cognato, inquit, nostro, ut honoratior sit, sublimiorẽ parate crucẽ. Sic ille muneratus est, ꝙ cognatum se diceret principis. Occupauit aũt omniũ prior Kanutus montẽ Alberg, quẽ nũc dicũt Zegeberg: imposuitqꝫ mansiũculas, intẽdẽs aliqñ cõmunire castellũ: qđ postea Imperator impleuit Lotharius: sociauitqꝫ sibi Kanutus omnẽ uirũ fortẽ in Holsatia: fecitqꝫ incursiones in terras cõtumaciũ Wandalorꝶ: occidens & prosternẽs omnes aduersarios.

Verbũ iusto principe dignum.

CA. XXXIII.

Ribislaus erat frater fratruelis Henrici principis, qui post filios Hẽrici ad principatum anhelabat. Sed & Niclotus maior terræ aduersus Kanutũ erexit cornua: dedignatus alienigenã dñari in terra. Sed Kanutus duxit exercitũ in utrosqꝫ: diuisis copijs utriqꝫ cõflictatus, ambos capit in prælio: secũqꝫ ducit in Slefwicũ: manicis etiam ferreis astringens, quoadusqꝫ uadibus & pecunia redempti, pacẽ discerẽt & facere imperata. Sępiꝰ etiã in terra Wagriorꝶ diuersatus, Falderẽsi usus est hospitio, apud Vicelinũ, nunc uocant nouũ monasteriũ a cœnobio, quod idẽ sanctus ibi extruxit: nunc translatũ in Bordesholm. Erat igitur Kanutus perfamiliaris beato Vicelino, uiro per omnia sanctissimo: facileqꝫ cõuenit uirtuti cum uirtute: pollicitus fratribus meliora omnia, si Dñs res eius in Wandalia direxisset. Veniẽs quoqꝫ in veterẽ Lubicã, dedicari iussit ecclesiam, quã a fundamẽtis extruxerat Henricus: astante uenerabili sacerdote Ludolpho, & cęteris, qui de Faldera eidẽ loco erant mãcipati. Quo tempore uitã finiuit Adolphus primus comes Holsatię, ac de Scowẽborg: reliquitqꝫ filios duos: quorꝶ senior Hartungus, uir militaris, habiturus erat comitatũ: at iunior filius Adolphus literarꝶ studio deditꝰ erat per omnia. Contigit aũt per ea tempora Imperatorẽ Lothariũ grãdi expeditione ducere in Bohœmiã: ubi prima in acie pugnãs cecidit Hartũgus cum multis nobilibꝰ. Adolphꝰ pinde accœpit comitatũ tam Holsatię, q̃ Scowẽborg uir prudens, in diuinis & humanis rebus exercitatissimus: pręter facundiam enim Latinę & uernaculę lingue, Wãdalicę nihilominus linguæ non ignarus erat: quę res ditioni eius amplificandę, non mediocriter profecit: quod deinde dicemus.

Kanutꝰ capit duos principes.

Beatus Vicelinus.

Adolphꝰ comes moritur

Lothariꝰ Imperator in Bohœmiã.

Linguarum scientia ꝓfuit

CA. XXXIIII.

Kanutus Obotritorꝶ rex, in prouinciã Slefwici descẽdit: accœperat enim Nicolaũ regẽ exaduerso occurrere illi ad colloquium: Gratulabũdus ergo iussit Kanutus omnia regio cultu apparari: splendescereqꝫ, ut patruũ regem cõdigno exciperet honore. Erat in regia Slefwici locus instructus, cui pręcipua cura institit Kanutus, ut honorem

Reges ad colloquium.

regium in patruo, quantū fieri posset, extolleret. Circūfusa corona procerum, militū, ac populi uniuersi, regius cōsessus erat editiore loco insignis. Sedit ergo rex senior in throno suo coronatus. Ex aduerso sese collocauerat Kanutus, itidē coronat⁹. Id uitio datur uiro alias integerrimo, q in regno suo, superiorē regē non suspectaret. Ille uero ut erat Saxonū generi dedititissimus, forte ut erat olim, coloniā ibi Saxonum esse duxit, ut liceret quasi in limite Romani Imperij sedere coronatū. Vtcūq fuerit rex patruus, cum uideret nepotē suū in fastu regio sibi non assurgere, nec offerri ex more gentis osculū: dissimulata iniuria, surgens, cœpit trāsire ad Kanutū, oblaturus ei salutationē per osculū. Cui ille mox occursans ex medio, sese per omnia patruo, & dignitate, & loco uisus est coæquare. q̄d factū Kanuto lœtale cōciuit odiū. Nam Magnus, Nicolai filius, huic assidēs spectaculo cum matre, incredibile est memoratu, quāta exarserit indignatione: dicente ad eum matre: Nōne uides quia fratruelis tu⁹ iam sumpto sceptro regnat: arbitrari cōuenit eum hostem, qui uiuēte adhuc patre tuo, patruo suo, nomen sibi regiū usurpare non timuit. q si longius dissimulaueris, scito te, & uita, & regno pariter exuendum. His stimulis ardens alioqui animus iuuenis, actus est in furorem: & ex hoc die molitur insidias fratueli. Sentiens Nicolaus rex, cōuocat uniuersos regni proceres: dedit operam, ut iterum dissidētes reconciliaret. Dissensionibus ergo ad pacem inclinatis, iurata sunt utrinq fœdera: sed pactiones istę fuere firmæ apud Kanutum, in Magno uero facile obliterantē. Statim enim ut ficta sodalitate animum eius inuestigat: & omni suspicionis malo uacuū consyderat, rogat Kanutum Magnus, ut occurrat sibi ad interiora regni, ad singulare de rebus magnis colloquiū. Vxor Kanuti dissuadet abitum: territa somnio, quod uiderat. Vir fortis contemnit muliebrē uisionē: procedit, euocatus nuncio. Armatos Magnus fouet in insidijs. Kanutus nihil hostile, reconciliato fratruele, metuebat. Qui illum euocabat, præmonitū cupiebat: sed obstitit iusiurandū. Carmen in ipso itinere (ut fit) transiens, concinebat: quod perfidiam similis exitus execraretur. Kanutus non attendit. Arma, quæ tecta gerebat, ostendit: ut uel sic admoneretur. ad quale colloquium inter armatos uocaretur. Ne sic aduertit, uir fidelis. Venitur ad locū insidijs paratum. Magnus armatus uenientem excipit inermē. Consalutant, consident. Interim prodeunt armati. Quid sibi uelint? rogat. Ille respondit: habere se rem cum nōnullis agricultoribus, quā expedire uelit in contumaces. Non esse tempus, Kanutus refert (erat enim Epiphanię uenerāda festiuitas) per arma quid expediēdi. Vadem se interponit Kanutus, facturos uiros, quod sit æquū: immo se pro illis, nisi fęcerint, pecuniā numeraturū, ne Sabbathū ille uiolet pollicetur. Magnus iam depuduit: & exurgens: Hoc, inquit, loco, inter nos, de successione regni, transigemus. Viuit, inquit ille, & uiuat diu fœliciter, pater tuus, & regnet: ubi ille cōcesserit in fata, tum proceres discutient de successore. Magnus mox ferrū strinxit: Iam, inquit, decernere tempus: & cum dicto caput ferit, gladium etiā suū distringere parātis. Ibi uir optimus, & dux fortissimus, cadit: talibus

Rex in throno.

Occurrit rex regi.

Ardet stimulis regis fili⁹

Cōtemnit uisio.

Loc⁹ insidijs paratus

Kanutus per isidias necat

in reliquum miraculis insignis, ut & ille post patruum, æque Kanutũ, Daniæ regem, inter sanctos deputatus numeraretur. Hæc & si in Dania sint dicta, quia tamen Kanutũ regem Obotritorũ hic scribimus, exitum eius ostendere paucis, non erit alienum.

CA. XXXV.

Rugiani pyratę oppugnantur.

Rugiani deinde maritimus Wandalię populus, ab Erico Kanuti memorati fratre, in regno succedente Danię, oppugnatur. Causa belli, infœstatio erat pyratica: quã sine fine Rugiani intẽtabant. Nouissima fuit ea inter Wandalos prouincia, quę ad fidẽ Christi semper contumax, post omnes peruenit. Nam in meridiẽ uersos Wandalos, Otto. I. perdomuit: & aliquoties relapsos, ipsi marchiones reuocarunt. Orientales Bolislaus Polonię dux, ad Christi iuga coegit. Cum occiduis, uir sanctissimus Vicelinus, iamdiu luctabatᷣ. Ibi enim gladius non sęuijt, sed sancta diu prędicatio. Vnde factũ est, ut & tardius proficeret, & tenacius retinereẽ accepta religio. Adiuuit tñ zelosum uirũ, Imperatoris Lotharij instantia: qui locum speculatus idoneũ in Wagria, in monte Alberg, quẽ ante eũ Kanutus quoqꝫ delegit, ad collocandũ præsidiũ: ibi firmauit arcem, appellauitqꝫ montẽ uictorię: unde etiã edomita est illa pars Wandalię. Cęterũ orientales, ad mare uersi, qui corrupto nomine, ex Wandalis Winuli dicebantur, cõtumaciores erant ad Christi iugum subeundũ: Hos bello adoriẽ rex Danię Ericus, Kanuti frater, regis Obotritorũ: uindex quoqꝫ mortis eius in Magnũ parricidã, quẽ prælio magno oppressit. Belli causa in Winulos eadẽ, quę in superioribus annis, ꝙ pyraticæ nullũ facerent finem: arbitrati, barbaro sensu, honestũ id esse militię genꝰ. Rex iste Danię primꝰ nauibus impositos equos uexit ad bellũ: quaternos singulis nauigijs imponẽs: millecentũ nauibus in Wandalos duxit. Rugia, ut diximus, caput gentis, erat aliquot tum urbibus, quę modo nullę sunt, insignis: pręcipua fuit Arcon: tantis firmata uallis, & munitionibus, ut pene inexpugnabilis haberetur: aduersus tñ eam firmatur obsidio, quæ parti est cõmissa exercitus: neqꝫ enim totis erat opus copijs: reliquę uastandę Rugianorꝫ terrę dissipantur. Obsidentes interim, aliqñ a tergo oppugnati, in eos qui irruerãt: cõuersi, facile repulerũt: cũqꝫ Arconensibus nec congrediẽdi in pręliũ fiducia, nec spes ulla soluẽdæ de foris obsidionis superesset, deditionẽ fecere: pacti, ut retento simulachro in sancti Viti honorẽ, Christiana sacra sumerent. Voluit rex, ut uniuersi in riuo, qui erat in conspectu, baptisarentur. Illi uolentes procurrunt ad amnẽ: magis extinguendę sitis, q̃ suscipiendę religionis gratia: speciẽ quidẽ prętulerunt Christianę pietatis: sed corda inania remãsere, fide & deuotione uacua: quippe in sua reducto hostili exercitu, Zuantewith, quẽ deũ habuere, ut prius simulachrum, coluere. Ita grauis illa, ac sumptuosa regis Danorum in Wandalos expeditio, pene in uacuum cessit. Interea Vicelinus sacerdos, annitente Alberone archiepiscopo Bremensi, in nouo monasterio fratres collegit, uerboqꝫ prędicationis institit in ueteri Lubica: quo in loco Hẽricus olim princeps, ecclesiam fundauit: irruentes tamen Rugiani, locum uastant: sacerdotes uix elabuntur, redeuntes in Falderam. Posteri aũt Henrici, q̃diu

Quis quos Wãdalos ad fidẽ cõstrinxerit.

Mõs Alberg

Winuli ultimi ad fidẽ.

Classis. MC. nauiũ.

Arconenses fęcere deditionem.

Corda inania Winuli habuere.

Albero archiepũs Bremensis.

Kanutum habuere regem, facile sunt defensi: illo autem absumpto, abruptæ sunt undiq; rerum habenæ.

CA. XXXVI.

IMperator interea Lotharius, comperta cęde optimi uiri, fortissimi ducis, iustissimi regis Kanuti, uehementer indoluit: nec inultam passus rem abire, occultis nuncijs ęgit cum Erico rege memorato, Kanuti fratre, ut ille a tergo, Imperator a fronte, regem lacesseret Nicolaum, Magni parricidę, patrem, ad sumendam uindictam de sanguine occisi. Lotharius cõscripto exercitu, mouit per Holsatiam in Slesuicũ, ad uallũ usq; notissimũ Denewerck, quod Ottonis primi tempore Tira regina, Haraldi mater, iussit firmari. Contẽderat e regione Magnus, cum immenso Danorum exercitu, defensurus terram suam a uastitate: sed territus est uirtute Teutonici militis, & apud Cæsarẽ immenso auro in satisfactionem, & hominio, quod nunc uocant homagiũ (ne quid Imperio morte Kanuti decessisse uideretur) præstito, indemnitatem & impunitatẽ coẽmit. Vidẽs Ericus Kanuti frater, quia refriguit Cæsaris indignatio, cœpit armari, in ultionẽ fraterni sãguinis: sed crebrioribus prælijs fugatus est Ericus: unde etiã cognomẽ illi indiderũt, ut pes leporinus diceretur: propter promptam crebrãq; eius fugam ab hoste. Exturbatus aũt Dania Ericus, confugerat Slesuicum: ubi populus Kanuto amicissimus, ob eius memoriã, defendit Ericũ. Sequutus Nicolaus rex cum Magno filio, cinxerũt ciuitatẽ obsidione: erat aũt brumale tẽpus: inde lacus glacie concretus, duram præstitit ciuitati oppugnationẽ. Adolphus comes, eius nominis .II. e ciuitate constituta pecunia, ad obsidionẽ soluendam inuitatur. Magnus e diuerso, maiori retinet promisso, ne oppugnet obsidentes. Ita incertus quid faceret Adolphus, rem conięcit in suorũ consilium: Omnes liberandæ ciuitati, ob crebra commercia, & memoriam Kanuti, erant propensiores. Proficiscitur comes cum expeditis, soluere, si posset, obsidionem: sed ab obuio Magno repellitur. Ciuitatem tamẽ, soluta obsidione, Dani capere non poterant. Aestate proxima uictus Magnus, occubuit. Nicolaus in eadem ciuitate Slesuico, quam pridem obsederat, oppressus a ciuibus, finem ibi uiuẽdi fęcit. Ita Ericus regno successit. Is cum in Dania succederet regi, fratris quoq; iura ad se deuoluta arbitratus, primus, ut arbitror, se in titulo præferebat regem Wandalorum. Vnde sumpsisse posteros reges titulum coniectura est, ut se etiam Wandalorum reges inscriberent. Sed, quod ante dixi, & suo tempore commemorabitur, etiam posterioribus sæculis magnam Wandaliæ partem, Danorum reges suo Imperio cõiunxerũt: eam uidelicet, quæ littora maris tangit: Sed nec ipsorũ Danorũ in Wandalos Imperiũ, stabile mansit.

Lotharius in Danos.

Hominiũ & homagium idem.

Pes leporinus ob fugã dictus.

Magnus parricida occubuit.

Danorũ reges titulũ habẽt Wãdaliæ

CA. XXXVII.

PRimi ergo post Kanutũ Obotritorũ regẽ, principes in occidua Wandalia fuere, Pribislaus in Wagria, Henrici fratruelis, filius Buthue, atq; in terra Polaborũ, quę est diocesis Raceburgensis. Niclotus autẽ, quẽ nostri dixere Nicolaũ, Obotritis preerat: pari uterq; in Christianos odio. Inualuitq; illis diebus multiplex superstitio per Wãdaliam: Nam pręter lucos, & penates, quibus opida, & agri, redundabãt,

Odiũ duorũ in Christianos.

Numina gẽtiliũ Wand.

primi & præcipui in falsa religione diui, erant Prone, deus Aldẽburgẽsiũ, Siwe dea Polaborꝝ, Radigast deus terrę Obotritorꝝ: His dicati erant flamines, & sacrificiorꝝ libamẽta, multiplexq́ cult⁹ superstitiosus. Porro solẽnitates dijs dicãdis, sacerdos ad sortis nutũ denunciat: cõueniũtq́ uiri, & fœminę, cum paruulis, mactãtq́ dijs suis hostias de bobus & ouibus, plerũq́ etiã de hominibus Christianis, quorꝝ sanguine deos suos oblectari iactitãt. Post cęsam hostiã, sacerdos de cruore libat, ut sit efficacior, parationq́ oraculis captãdis: nam dęmones sanguine facili⁹ inuitari, uulgata est opinio. Nec mirũ Christiano sanguine, in delicijs illos haberi: q̃ hoc genus hominũ tanq̃ hostile, magis execrentur: Studẽt enim subuersionibus, falsę religiones. Consummatis iuxta morẽ sacrificijs, populus ad epulas, & plausus, conuertitur. Erat aũt Wandalorꝝ ea tempestate miserabilis error: Nam in conuiuijs & compotationibus suis, paterã circũferunt, in quam conferunt, non consecrationis, sed execrationis uerba, sub nominibus deorꝝ, boni scilicet, atq́ mali: omnẽ prosperã fortunã a bono deo, aduersam a malo dirigi, profitentes: Vnde etiam malũ deum lingua sua Zcerneboch, hoc est, nigrũ deum, appellant. Inter multifaria aũt Wandalorum numina, prępollet Zuantewith, deus terrę Rugianorũ: utpote efficacior in responsis: cuius respectu, cęteros quasi semideos estimauere. Huic uelut peculiũ honoris, annuatim hominẽ Christicolã, quem sors acceptauerit, litare cõsueuerũt: quinetiã de omnib⁹ Wãdalorꝝ ꝓuincijs, statuas sacrificiorꝝ impẽsas eo trãsmiserũt. Mira aũt diligẽtia erga phani reuerẽtiã sunt affecti: nam neq́ iuramẽtis facile indulgẽt, neq́ ambitũ phani, neq́ ostia temerari, quauis immũdicia patiunt. Fuit pręterea generi crudelitas ingenita, saturari nescia, impatiẽs ocij, uexãs regionũ ꝓxima terra mariq́: Quanta mortis genera Christicolis intulerat, dictu est difficile: cum his quidẽ uiscera eduxerint, palo circũligantes: hos cruci affixerint: irridentes signũ Christianę redemptionis: sceleratissimos enim cruci subigendos autumant: eos aũt, quos custodię mancipant, pecunia redimẽdos, tantis torturis, & uinculorꝝ nodis excruciant, ut ignoranti uix sit opinabile: ita pœnis gaudent miserorum.

Christiani ĩ sacrificiũ.

Post sacrificia ad epulas

Zcerneboch niger deus.

Litatur ãnue Christicola.

Varia mortis genera in Christianos

CA. XXXVIII.

Imperator ergo hoc sciẽs Lothari⁹ animoq́ nimis detestat⁹ meditabat, quid aduersus hęc fieri posset. Interim adit⁹, & cõmonit⁹ ab optimo, ut dixim⁹, sacerdote Vicelino, de monte Alberg, quẽ etiã Kanut⁹ rex cœpit cõmunire: ipse imposito prẽsidio roborauit: appellauitq́ mõtẽ uictorię. Hęc sunt illa tẽpora, qb⁹ Impator ducatũ suũ Saxonię, ꝓmisit Hẽrico Catulo, duci Bauarię, genero suo: ipse secũdã in Italiam parãs ꝓfectionẽ. Interea Vicelin⁹ sacerdos, conciliato utcunq́ Pribislao, Wagriorꝝ principe, legatiõis sibi creditę sollers curator: idoneas euãgelio ꝑsonas, ad op⁹ sacri ministerij cõsciuit. Ex qb⁹ uenerabiles sacerdotes Ludolphũ, Hermãnũ, Brunonẽ, in Lubica constituit: Luthmũdũ cũ cęteris Zegeberge commorari præcepit: iactũq́ est misericordia Dei, & uirture Lotharij cęsaris, nouellę plãtationis stabile fundamẽtũ. Sed accedẽtibus ad Dei seruitutẽ, tẽtationes non defuerũt: Nam cęsar ab expeditione Ita-

Mons Alberg munit

Henric⁹ Catulus.

Iacitur stabile fundamẽ tũ religionis

lica,iam rediens,in ipso itinere subtrahitur morte: corpus eius reuectũ, in Luttor monasterio tumulať. Inde in omni regno facta est cõmotio. Wãdalos quoq; fecit insolẽtiores: cum de ducatu cõtenderet Saxonię, Albertus Brandẽburgensis marchio,& Henricus dux Bauarię,ambo filia Magni nouissimi,de genere Hermãni ducis geniti: ambo nepotes,per matrẽ eiusdẽ Magni. Sed cum Conradus in regno succederet Romanorũ, partesq; foueret Alberti,exturbato Henrico,nam pretẽderãt regni principes insolitũ uideri,unũ duobus preesse ducatibus. Cum ergo ęque censerenť materno genere propinqui,in hoc prelat⁹ est Albertus,ꝙ ducatũ non haberet. Inde cõsurgũt per Saxoniã bella. Albertus arcẽ Luneburgi,ciuitates Bardewicum atq; Bremã occupauit. Nordalbingia quoq; illi parere est coacta. Vnde Adolphus comes,fidẽ nolẽs temerare,quã debebat Lothario,& Imperatrici,& eorꝫ genero Henrico Catulo,duci Bauarię,cessit Holsatia cui⁹ administrationẽ mox dedit Albert⁹ Henrico de Badewide: arcẽ quoq; Zegeberg idem occupauit: ꝙ Hermãnus, cui illã Imperator Lotharius cõmendasset,iam in fata cõcesserit.

Cõtentio de ducatu.

Insolitũ duobus preesse ducatibus.

XXXVIIII.

Ribislaus Wagriorꝫ princeps,Lubicę cõsistẽs, cum uideret tem p porũ oportunitatẽ, ꝙ Imperator Conradus longe abesset, & de Saxonia principes,magno prelio impliciti,colluctarenť: memor, ꝙ Lotharius Zegeberg suæ ditioni subtraxisset: non iam Christianitatis odio, nam domi prædicatores euangelij cõfouebat, sed ciuilis sui iuris causa,ut recuperaret: armatis quotquot potuit,duxit in Zegeberg: suburbium euastauit,& uicina loca: monasteriũ incẽdit. Folker⁹ frater simplex oppressus: cęteri fugierũt in Falderam: finitima Saxonũ tentata presidia. Qui uero Lubicę fuerãt sacerdotes,in presidio Pribislai,securi uidebanť: sed tñ preter calamitatẽ,quã sepe tulerũt,uincula,uerbera,neces captiuorum,quotidie cernebant. Nec multo post,quidã ex maioribus Wãdaliæ, Race,de semine Critonis,classica manu aduectus est: arbitratus hostẽ suum Pribislaũ,se Lubicę reperturũ: duę enim nobiliũ cognationes Critonis atq; Hẽrici,de principatu cõtendebãt Wagrię: Cum ergo Pribislaus abesset,Race suorꝫ manu, nouã Lubicæ arcẽ demoliť, cum adiacentibus presidijs. Sacerdotes inter arũdineta seruati, Falderẽse præsidiũ noctibus ambulãtes,multo labore apprehẽderũt. Venerabilis ergo sacerdos Vicelinus,cęteriq; diuini uerbi predicatores,graui merore sunt confecti: eo ꝙ nouella plantatio in ipsis initijs emarcuerit: cõtinuerũtq; se in Falderẽsi ecclesia,orationibus & ieiunijs intẽti assidue. Quãta uero uitæ austeritate, quãta ciborꝫ abstinẽtia,omniq; sanctitatis cõuersatione, Falderense illud cœnobiũ tum claruerit,non satis potest explicari: dedit illis Dñs gratiã sanitatũ,iuxta q̃d in euãgelio pollicit⁹est: Infirmos curate,dęmões fugate. Obsessorũ, qui longe aduecti sunt, plena erat domus: ita,ut fratres quiescere non possent: clamantes,sanctorũ presentia patrũ ignes suos accendi. Nemo autem sine cõflictatione discessit. Sed cum esset ubiq; tribulatio, in Nordalbingia,in reliqua Saxonia,in Dania,Vicelinus sacerdos hortabatur populum,spem omnẽ cõferre in Deum,agere letanias in ieiunio,&

Pribislaus princeps.

Duæ cognationes Wandalorum.

Monachi faciũt miracula.

attritione cordis: eo q̄ dies essent mali. CA. XL.

Enricus interea qui comitatū Holsatiæ administrabat, uir ad arma strenu⁹, cōgregato latēter de Holsatis, Stormariisq;, exercitu brumali die intrauit Wādaliā, aggressus, q̄s primos reperit, percussit plaga magna, terrā Plunēsem, Lutkēborg, Aldēburgēsem, oēmq; Wagrior̄ regionem, ad mare usq; Balticū. Proxima æstate Holsati se mutuo adhortātes, arcem Plune uallarūt, oppugnarūt, cœperūtq;: pulchre se per illū annū uindicātes: prosperati prælijs & excursionibus. In Saxonia interim rebus cōuersis, Hēricus dux Bauariæ cœpit cōualescere, & captis per arma præsidijs & arcib⁹, Albertū marchionē ducatu eiecit. Quo tēpore Adolphus cum eo rediēs, trāsijt in Holsatiā suā. Vidēs ergo Henric⁹ de Badewide, q̄ cessisset Albertus Hērico, nec sibi cōsistēdū putauit: demolitis, quę prior Adolphus firmauit in Zegeberg & alijs locis oportunis: arcēq; in Hāburgo, quā mater Adolphi murato illic opere cōdiderat, cū retinere nō posset, nō est passus ad emulū puenire: demolitis ergo omnib⁹, abijt. Hēric⁹ aūt Catulus, non diu superserat: sed moriēs paruulū reliquit Hēricū filiū, qui postea cognominat⁹ est Leo: Cui⁹ mater Gertrudis, rem inter Adolphū & Henricū de Badewide, accœpta ab Hērico pecunia, ita ordinauit: ut q̄m Hēric⁹ labore suo grauissimo, Wagriā pro magna parte subęgisset, eam teneret: Adolph⁹ Holsatia cū Stormaria cōtent⁹ maneret. Magna erat Adolpho ea rer̄ detractio: Nam q̄d Holsator̄ uirib⁹ edomitum erat, Holsatię ut accederet, uidebat̄ ęquissimū. Gertrudis uero mater pueri, nupta Hērico primo Austrię duci, Cōradi Impatoris germano, elōgata est: ut neq; Hērico prodesse, neq; Adolpho posset obesse. Perągit ergo Adolphus apud tutores pueri, ut Wagria accederet Holsatię: Hēric⁹ aūt Polabor̄ terrā ęque ab illo euastatā, obtineret. Pribisla⁹ iam cesserat, uel morte subtract⁹, uel in aliā trāslat⁹ regionē. Hęc prima Wagrię in potestatē Saxonū trāsitio: quę permāsit exinde semper. Sed terra habitatoribus erat uacua: uel cęsis, uel alio trāslatis hominib⁹, qui coluere: Nam tributor̄ exactio grauissima, quā solebāt imponere uictis Wandalis, Saxones, adeo terruit gētē, ut Christianismi inde odiū cōciperēt: & Saxonib⁹ subesse, morte graui⁹ ducerēt. Vacuatis agris cōsulēdū putauit Adolph⁹, nūcijs in Flādriā, Hollādiā, Traiectēsem terrā, ac Westphaliā missis, iussit proclamari: Qui ag ris indigeret, properarēt cū familijs, accœpturi q̄d satis esset. Holsatis dedit arbitriū eligēdi: quia sanguine satis emercati uidebant̄ hanc terrā. Ven erāt ex memoratis, puincijs, agror̄ futuri cultores: Et primi quidē Holsati, occidua Zegeberg accœperāt, circa Trauenam, cāpestria Zuentinefeld, & quicquid a riuo Zualen, usq; Agrimesen & lacum Plunēsem extēdit. Darginēsem pagū Westphali: Vtinēsem Hollandij: Susle Phrisij incoluerūt. Plunēsis ager adhuc permāsit desertus. Aldenborg uero, & Lutkenborg, & cæteras maritimas terras permisit, qui supererant, Wandalis, incolendas.

Exercitus in Wādaliam.

Plune arx capitur.

Marchio eijcitur ducatu

Arx in Hāburgo.

Diuidit hæreditas.

Wagria accedit Holsatiæ.

Citantur coloni ex longinquis.

Q uos quęq; gēs habuerit pagos.

FINIT LIBER III.

INCIPIT LIBER IIII.

W Agria, quia accessit Holsatię, nouis nūc cultorib⁹ implēta, nouęq; ciuitatis Lubicæ fundamēta nūc iaciētes, nouo recte principio ordiemur. Igit anno. XL. salutis Christianę, post cētū atq; mille, Adolphus comes Holsatiæ, iam Wagrię dñs, usq; ad lacū Wakenisse, tenebat ditionem: ternens q̄ optime Cimbrorū olim dux, & deinde Crito Wādalus, inter lacū & flumē in colle, urbis menia inchoassent, sed tēpestatibus bellorū implicīti, ab opere destitissent, tertius ipse futuræ ciuitatis fundamēta cœpit iacere: Lubicāq; de Zuartow, cum nomine trāstulit in superiora: Ciuitatē, quę propicio Deo in diebus nostris ita effloruit, ut inuidiā sit pretergressa omniū in circuitu principū, & urbiū. Locū ante dixere Bucu, quē Adolphus ruderibus eiectis, in formā opidi uallo cinxit. Nam maiores ei⁹ partes, iam flumine & lacu premuniebātur: appellauitq; Lubeck: trāslato nomine de opido, q̄d in eadē fluminis ripa, int⁹ ad mare Hēricus q̄ndā Wagrię princeps, firmauit, & inhabitauit. Prosperatus ergo opere Adolphus, misit oratores ad Niclotū Obotritorū principem, cōponere cum eo fœdera, & amiciciā sociare: omnes maiores in prouincia donis sibi cōciliās: adeo, ut omnes ei obsequi, & terrā ei⁹ cōpacare, decertarēt. Cœperūt ergo inhabitari deserta Wagrię, puincię, & multiplicabāt numer⁹ accolarū eius. Vicelin⁹ q̄q; sacerdos, inuitāte, & adiuuāte comite, predia reccepit, quę Lothari⁹ Imperator ad cōstructionē monasterij, & in subsidiū seruorū Dei, iam olim sibi corā arce Zegeberg contradidit. Visum aūt fuit patrib⁹, ex re esse, propter incōmoda fori, & tumultus castrēses monasteriū in uillā Hagerstorp trāsferre: misitq; Vicelin⁹ eo uenerabilē sacerdotē Folkardum, cum industrijs uiris, qui oratorio, & claustralibus officinis erigendis, operam darent. Ecclesia uero prior, in cūram parrochię transferretur. CA. II.

Lubicę fundamenta.

Lubica laudi floret.

Oratores ad principem.

Villa Hagerstorp.

C Vm aūt per ea tempora res Christianorū in Asia labefactari cœpissent, uenit ex Burgūdia uir insigni sanctitate Bernardus in cōuētū Impij Frāckfordiēsem, ad prędicādā crucē, in expeditionē sā suberrimā. Hui⁹ uiri fama tāta fuit, signorū opinione celebris, ut e toto orbe, ad eū cōflueret populorū frequētia, cupiētiū uidere, quę per eū fiebant miracula. Cum ergo uir sanct⁹ in ecclesia positus curādis egrotis, in nomine Dñi, propēsius instaret, astāte rege Ro. Cōrado, & summis principib⁹ incertū erat, inter tantas populorū cateruas, quid quis pateret, & cui forte subueniret: aderat comes Holsatię Adolphus, certi⁹ nosse cupiēs, ex operatione diuina uirtute uiri. Inter hęc offert ei puer cęcus, & claudus, cuius debilitatis nulla potuit esse dubitatio. Cœpit igit sagacissimus scrutator Adolphus intētare sollerter, si forte posset in hoc puero, sanctitatis ei⁹ experimētū sumere: cui⁹ credulitatis diuinit⁹ edoct⁹ uir Dei, remediū prouidens, puerū preter morē sibi iussit applicari: cęteros tm̄ uerbo cōsignauit, hūc uero exhibitū, manib⁹ excœpit; oculisq; morosa cōtrectatiōe, uisum

Bernardus Burgundus uir sanctus.

Puer cęc⁹ & claud⁹ curat

restituit: deinde genua cōtracta corrigēs, iussit eū currere ad gradus: manifesta dantē indicia tam uisus, q̄ gressus recuperat. Cœpit sanct⁹ ille, nescio quib⁹ oraculis edoct⁹, adhortari principes, cęterasq; fideliū plębes, ut proficiscant̄ defendere Hierosolymā, ad cōprimēdas, & Christianis legibus subigēdas barbaras oriētis nationes, dicēs appropinquare tempora, quo plenitudo gētiū debeat introire: ut & sic omnis Israel salu⁹ fiat. Protinus ad uerba exhortātis, incredibile est dictu, quanta populorū caterua se ad eādē deuouerit, pfectionē: In quib⁹ primi erāt, Cōradus Ro. Imperator, Frideric⁹ Sueuię dux, qui postea regnauit, Welp dux Bauarię, cum principib⁹ & episcopis: militia plurima nobiliū & plębeorū sine certo numero, Ludouic⁹ deinde Gallorū rex, & omnis flos iuuētutis in idipsum aspirauit. Non est recognitū uicinis tēporib⁹, nec auditū a dieb⁹ sęculi, tātū cōuenisse exercitū uolūtariorū grādē nimis: fueruntq; signo crucis insigniti, & uestib⁹, & armatura. Visum aūt fuit authorib⁹ expeditionis, partē exercit⁹ unā mitti per oriētē, alterā in Hispaniā, tertiā uero ad Wādalos nostrarū partiū. Primus ergo, qui & maxim⁹, abijt itinere terrestri cum rege Romanorū Cōrado, & rege Frācię Ludouico, & pręcipuis utriusq; regni potestatib⁹. Ferūt Germaniā tūc purgatā latrocinijs: nam omne id gen⁹ hominū, sacrā cum rege inijt profectionē. Trāsierūt regnū Vngariæ, usq; ad fines Gręcię: premiserūtq; oratores ad Imperatorē Cōstātinopolitanū: ut transitū permitteret incolumē, & cōmeatū sineret cōparari. Ille territus magnitudine exercit⁹ uerbo quidē annuit postulationi, si uenirent pacati. Cui respōsum est: Non modo ad seruādā, sed amplificādā Christianā pacem exisse tātos reges. Multa sunt uisa portēta cladē nūciare: pręcipuū, q sanguine pluisse, cerneret in uestib⁹. Cōtinuo se extremis preparauere, indicijs moniti cœlestib⁹. Quid uero ęgerint, q̄sq; sint experti casus, ad hūc locū non pertinet. Imperator oriētis, cum adhibitis notarijs, numerū relegeret trāseuntiū, fert̄ dixisse: Quare eduxisti populū hunc multū Dn̄e de sedib⁹ suis: uere brachio uirtutis tuę indigēt, ut iterū uideāt terrā sue natiuitatis. Secūdus exercit⁹, naualis, Colonię, & in alijs Reni ciuitatib⁹ cōflatus, & ex flumine Visurgi cœpit nauigare latissima oceani spacia, q̄usq; ueniret Britāniā: quo per aliqt dies resarcita classe, nō modica etiā Anglorū, Britānoiūq; adiecta manu, torserūt uela in Hispaniā: appulerūtq; ad Portugalēsem nobilissimā Galicię urbē: adoraturi ad reliqas. S. Iacobi. Rex aūt Galicię exhilarat⁹ super aduētu peregrinorū, rogauit, ut, si ad honorē Dei exissent pugnaturi, fierēt sibi presidio aduersus Vlyxbonā, cui⁹ occupatores Saraceni, fines Christianorū uexarēt. Nec grauate cesserūt uoto peregrini, duxerūtq; in urbē mēoratā, cū magna nauiū multitudine. Rex a terra urgebat hostes, & a mari exercit⁹ ille peregrin⁹. Multū tn̄ tēporis effluxit in hac obsidiōe. Ad extremū capta ciuitate, propulsisq; barbaris, rex idem orabat peregrinos, ut permitterent illi uacuam ciuitatem. Diuisa inter se socialiter præda, factaq; est exinde Christianorū colonia, usq; in præsentem diem. Hoc solum prospere cessit, de uniuerso labore, quod patrarat expeditio.

Expeditio ī hierosolymā

Gradis exercitus.

Germania latrocinijs purgata.

Visa porteta

Classis in Infideles.

Vlyxbona a Saracenis recuperatur.

CA. III.

D Obotritos autē & Luticios, nostrarū partiū Wandalos, terti⁹ a crucesignatorū exercitus diuertebat, ulturi suorum, & imprimis Christi dn̄i iniuriā: cuius religionē proiectā cōculcauerunt. Huius uero expeditionis principes erant, Adalbero iam Bremensis archiepiscop⁹: Intercidit enim iam titulus Hamburgēsis, abolito legationis honore: Aderāt uniuersę Saxonię principes: Henricus dux Saxonię adulescēs: Conradus dux de Saringia: Albertus Marchio de Soltwedel: Cōradus de Within. Audiēs ergo Niclot⁹ Obotritorū princeps, quia in proximo esset cōuētur⁹ exercitus, ad subuersionē gentis suę, misit in uniuersam nationē, ut prępararēt se in bellum. Firmauit arcem Dobin: misitq; nuncios ad Adolphū Holsatię comitem, cōmonens eum pacti fœderis: Simul etiā pręberi postulans facultatē colloquendi & consilio participandi. Cumq; comes assereret, hoc druum sibi, propter offensam principū omniū, uideri esse causam generalē cunctorū in circuitu principū: in qua satis prestaret fœderato si quiesceret: Nam ubi commoueret se, ilico actum esset de illo: Cui Niclotus remādauit: Ego tibi pro muro hactenus fui, ut quietus ageres, in terra, non tua Wagriorū, ego quęrelas audio quotidianas quorum tenes ditionē ne tibi ingruāt solus restiti: tu uicem reddes bonā: Cōtemptū pro labore. Quid ergo censes, nisi me quoq; repagulo subducto, in te sinam desęuire cupiētes? Ad quę Adolphus. Vides pro tua prudentia quid agas: Exiles tibi uires prodesse non possunt: mihi exitio est, uel semel cōmoueri. Proinde, nō te pœniteat in me officiosum fuisse: perseuera in eo, quod hactenus fecisti: erit aliqn̄, ut cernas Adolphū, non immemorē in se officij. Niclotus, ut potuit, cęteris circūspexit in prouincia. Adolphus uero pręcepit suis, ut peruigilem iumētorū, & rerū omniū, agerēt custodiā, ne quid capiant deterimēti. Sentiēs ergo Niclotus, irreuocabilem esse iuratę expeditionis profectionē: clam parat naualem exercitū: Transmissoq;, totam classem applicat ad hostium Trauenę, percussurus omnem Wagrię prouinciā, priusq̄ Saxonum exercitus infunderetur finibus suis: Transmisitq; nuncium uesperi Zegeberg, eo q̄ promiserat Adolpho comiti admonere eum. Sed uacuus ibat ille nuncius: nam cómes defuit, nec tempus erat cōgregādi exercitū. Erat tum exitus Iunij mēsis, cum a mari per Trauenā Wandali ascenderet. Ciues Lubicanę urbis, audito rumore colligēdi se spacium non habuere: inter uina enim & epulas sepulti tenebātur, occupabanturq;, priusq̄ persentirēt. Publicū tum habuere mercatū (nundinas uocant) Ingēs confluxerat populi multitudo: sęuiebant Wandali, & supra trecentos oppressere uiros. Cohortes equitū duę, longe, lateq; circūagebantur: prędantes, & incendia miscentes. Quicquid nouę gentis aduenerat, spoliabatur, trucidabatur: Holsatis parsum est: Id fraude hostium factum, an occulta Holsatorū machinatione sit gestum, māsit in incerto. Erāt qui suspicarent, Holsatos indigenas, non equis oculis aspicere populum aduenā, & perinde clam sensisse cum Wādalis: quod impunitas eorū fecit suspicari. Ad pagū Slusse Phrisiorū, memorabilis tum est pugna peracta, hortāte, & imprimis uiriliter pugnāte, sacerdote: cum uiri

Crucesignati in Wanda.

Principes in exercitu.

Arx Dobin firmatur.

Excusatio comitis.

Parat classē i Wādalos.

Wādali per Trauenā.

Wādali sęuiunt.

Holsatis parcitur.

uix centum propugnarēt aduersus aliquot millia Wādalorꝝ. Fossato cō
Villa muni ta fossato.
munierāt ab incursione uillam suam, in morē uiculi, & cum Wandali op
pugnantes capere non possent munitionē, incolumē abeūtibus uitam pol
licent, si dedant. Inclinauere nōnulli ex Phrisijs, uitā paciscētes, tum Ger
Exhortatio animosi sacerdotis.
lau⁹ sacerdos: Quid est, inquit, uiri Phrisij: quę uos ignauia corripit? uiri
estis, arma tenetis, uallum nos diuidit ab hostibus: securos nos arma no
stra tuentur: illa si projcimus, uita in dubio est: fidē sequimini perfidorū?
nulla illis gēs uilior odiosiorq; est Phrisijs: pecudū more trucidabimini, si
arma dederitis: proinde in hostes illa uertite. Et hoc dicens, porta egredi
tur, uno comitatus, & egregie, uirtutis specimen edens exemplo, inuitauit
Oculum pugnās amisit.
cōtribules: oculū pugnās amisit: uulnus excœpit in fęmore, nec segni⁹ pu
gnabat: peruicitq; pertinax uirtus: ut Wādali affecti tędio, simul pudore
suffusi, discederēt. Tantū ualuit uiri unius inuictum pectus. Innotuit res
Adolpho. Ille collegit exercitū, ut occurreret. Wandali certiores ea de re
facti, pedem retrahūt: Ad naues cum pręda redeūt locupletati: celeriterq;
sublatis uelis, abierunt. CA IIII.

Fama uolat per uniuersam Saxoniā, quia Wandali facta erupti
Expeditio crucesignatorum.
one, bellū priores intulerunt; & festinauit expeditio crucesigna
torꝝ, ut ad pręlia pia pro dño pararētur. Processit exercit⁹, in du
as turmas diuisus: hostes neutri obuiā prodierūt: non ausi conferre manū,
neq; aciem uenieñtibus opponere. Tolerādę se obsidioni parauerunt: Do
bin atq; Demin diuisa Saxonū agmina, petierunt, obsederuntq;. A mari
Dani in auxilium.
egressi Dani, Dobini auxerāt oppugnationē: Qui intus fuere Wandali,
cum cernerēt Danos negligentius agere in castris, eruptione facta, pluri
mos oppresserūt: nec poterāt a socijs defendi, intercedēte lacu. Oppugnā
tur exinde graui⁹, ut ad internecionē, si fieri possit, deleanī. Cernētes Saxo
num nōnulli, rem eo spectare, ut terra in desolationē ueniat, inter se loqui
ti primores, qui Henrico duci, & Alberto marchioni parebāt: Quid agi
mus inquiūt: In principū nostrorꝝ tributaria terra, quā oppugnamus, ua
stitati nullus est modus: In nosipsos & principes nostros laboramus: quin
potius, pactionibus & cōditionibus, rem pręstat dirimere. Hoc capto cō
silio, cœpit, de die in diem, Saxonū uirtus, in oppugnatione languescere:
Queritur tributū, nō fides.
tributa enim magis, q̄ Christi honorē, & populi salutē, queritabāt: Si qñ
cōgressi Wandali fugabātur, nulla facta, aut permissa, hostiū insectatio.
Iam cęteris etiam in propatulo fuit Saxones principibus parētes, non ar
denter instare uictorię. Quo cōperto, pactio interponit, ut Wādali Chri
stianā subeant ac recipiāt religionē, captiuos laxēt, quos ex Danis semper
habuere multos. Illi omnia cōstanti uerbo promittūt. In hanc legem re
ducūtur exercit⁹: Tenuis reuera fructus magnę expeditionis. Nam Wā
Wādali falso baptisati.
dali falso, & ad speciem, baptisari uidebātur: cordibus aūt perseuerauit so
lita pfidia. Ex captiuis Danis senes & inutiles laxauere, robustos seruitio
suo obstrictos tenuerūt. Talis habet fructus & exit⁹ auaricia: Eadē enim,
quę dudum abijcere fidem coęgit Wandalos: nunc specietenus recipere,
& corde refutare, permisit: deterioribus factis post bellū, q̄ fuerint ante:

nisi ꝙ principes ad antiqua tributa, iam exinde certiores effecti, redierũt.
Foelices si non tam sua, q̃ quę Christi sunt procurassent. Adolphus quoq; Adolphꝰ comes.
comes, pacatis utcũq; tum rebus in Wãdalia, reparabat cum Nicloto ue-
terem intelligẽtiã, & cum cęteris oriẽtalibus, ne quid ab illis formidaret.
Ad extremũ tamẽ, se non permisit illis, quo minus omnia circumspiceret.
Populũ autẽ suum super acceptis incõmodis, & damnis, quomodo po-
tuit, est cõsolatus: ut forti animo essent, nec cederent fortunę. Res nouas
semper initio experiri difficultatẽ: futura omnia per tẽporꝫ successus me-
liora: Captiuos, quibus poterat cõditionibus, redemit, uiros ac mulieres. Redemit cã
Inter hęc autẽ Vicelinꝰ Christi sacerdos, nihil omisit precibus apud deũ: ptiuos.
assiduis curis apud homines, ut recte, ꝓcederẽt omnia: pauperes aluit mul
tos, quos proxima uastitas fęcit plurimos. Ad portas enim noui monaste
rij, iacebãt q̃tidie expectãtes exaturari de micis. Fratres quãtum poterãt
elemosynis instiere. Admirabilis in ea re Tiadmarus, qui illa largitate Tiadmarus
erogabat, ut proxime ad inopiã cęteris uergere uideretur coenobiũ. Pro- largus erga
uisores ob eam rem, clausa illi omnia habuere. Quid faceret uir misericor pauperes.
diarꝫ? Eiulatũ pauperũ non sustinuit: circuibat horrea, loca pridẽ uacuata
& penora cũcta, si quid forte superesset, in cõsolationẽ miserorꝫ. Reperit q̃d
mortalis nemo posuerat: erogabat largissime, cũctis stupẽtibꝰ, unde essent
quę ille inter pauperes distribueret. Renouata sunt uetera Helię ꝓdigia.
Ille cũctis prębebat alimoniã: monasterio interim nihil decedebat. V.

Ix ea tempestas cõquieuit, & ecce nouus turbo surrexit ab aqui-
u lone: unde iuxta Hieremiã pandit omne malũ super habitatores
terrę, nam in regno Danię Zueno atq; Kanutꝰ, ambo regũ filij, Cõtendũt
de regno colluctabãtur. Alter Erici nouissimi: alter Magni, qui sanctum de regno Da
perdidit Kanutũ filij. Vterq; sibi conciliare Adolphũ comitem Holsatię, norum.
missis nuncijs, propetabat, cum muneribus. Inclinabat Adolphus in Ka-
nutũ, ꝙ maiori ad illũ pridẽ familiaritate utebãt: Magno Holsatię suę in-
cõmodo. Prudẽtissimũ fuerat, in neutralitate demorati, & ęquis aspexis-
se oculis amborũ luctamen, quod de corona regni proceres Dani habu-
ere. Hęc erat prima comitum, de Danorꝫ rebus implicatio: multos in teli
quũ creauit, posteris eorꝫ, & uniuersis habitatoribus, labores. Zueno re- Zueno rex.
gni gubernacula, maior natu, tenebat: Waldemarꝰ diui Kanuti filiꝰ, pri-
mũ, diuq; Zuenonis partes sequebãt: Inde iunctus Kanuto cum perfidiã
suę partis deprehẽdisset. Sed prima, ut diximꝰ, colluctatio, fuit inter Zue
nonẽ & Kanutũ. Ethelerꝰ quidã erat homo Thietmarsia natus, in qua illa Kanutꝰ com
tẽpestate, militaris aliquot ordinis homines manerẽt. Hic apud Zueno- petitor.
nẽ primas partes agebat. Ille ubi intellexit comitẽ inclinare partibꝰ Kanu
ti, profectus in Holsatiã, militares donis Zuenoni conciliabat plurimos:
alijs equos, alijs ęra largiens: ut Zuenoni q̃plurimos deuinciret. Exem-
plũ eius multi sequuti, sequẽtibus seculis, regem q̃ comitẽ sequi maluerũt:
ꝙ maioribus rex donis, & amplioribus beneficijs, suos locupletaret. Pri
mus hic ex Saxonũ natione, pro Danis, suos cõtribules Thietmarsos coe- Thietmarsi
pit attrahere, & alios oppugnare. Ethelerus, factis excursionibus in Wa- pro Danis.

grīam, Aldēburgū uſq; ad ſuburbia Zegeberg, omnia peruaſtabat. Comes Henrico Leoni duci, per ętatē adoleſcēti cuncta aperuit: ſuorū perfidiā, ac defectionē, Etheleri inſtantiā. Dux emiſſo decreto, edictoq; propoſito, mādauit: ut qui fidem ſequerent̄ Danorū, Holſatia cederēt, ante pręfinitū diem, hoſtiū loco habēdos, ſi poſt deprehenderent̄. Qui iam manifeſtis reb⁹ ſe oſtēderāt, ceſſere: multi latuere, qui etiā propterea mutauere ſententiā. Zueno rex Sleſwicū cōmuniēs, ibi ſedebat, moturus in Adolphū de proximo. Vbi ille reſciuit, occulto nuncio ęgit apud Kanutum: ut Zuenonē, ſua quiſq; de parte, in ea urbe obſiderēt habituri finē rerum, ſi proſperarent̄. Admouit copias ſuas a mari & terra Kanutus. Adolphus cū quatuor millibus de ſua parte occurrit. Vbi uidet rex ſe incluſum, nec eſſe ſibi copias ad eruptionē faciendā, Etheler⁹ apud Zuenonē uir primari⁹, interpoſita publica fide, Kanutū adijt, docet q̃ in loco, res futurę ſint: ſi ad tempus regi cedat. Magna pollicetur, in pręſens multa ꝓmittit: Demū effecit ut Kanut⁹, quibuſcūq; cōditionibus, exercitū ſuum reduceret. Hoc illo factū eſt, ꝓpoſito, ut Adolphū ſolū, cui male uolebāt, iam auxilijs deſtitutū, facilius opprimerēt. Paratur eruptio: Erat ex Adolphi familia, quidā in urbe Sleſwico, explorandarū rerum gratia: qui ubi, quid ageretur, intellexit, concito contendit, ad dominū ſuum, docens ꝙ pararetur in illum eruptio.

Publicatur edictum. — *kanut⁹ admouet copias.* — *Paratur eruptio.*

CA. VI.

Omes alloquutus ſuos, ut parati eſſent, rem diſſimulāter habet: uerba faciens in hunc modū, ne timorē ſignificaret: Laborāt, inquit, iumenta noſtra, ut cernitis cōmilitones a pabulo: parum nobis retrocedendū in pręſens: ut illis recreatis ad pręliū parati ſtemus: & ilico mouit caſtra: Qui de propinquo ſtantes, comitē audiere, quis ille diſſimularet, timorem eius, & graue periculum perſenſerūt. Itaq; fugā maior pars inijt, & pręterlapſi ſunt Eidorā, priuſq̃ comes ſequeretur aduentans: Tanta facta eſt populo cōcuſſio: uix quadringēti equites cum comite conſtitere. Curauit enim poſtremus reuerſus ab hoſtibus, ne quis ſuorū maneret in periculo: quos his uerbis alloquitur: Hic eſt, inquiens, limes ditionū: Hic nobis cōſiſtendū, ut uideamus, quis nos fugans inſequat̄. Si uiri eſtis, ſtate mecū: efficiamus hodie, ut manū paruulā, in precio ponat Zueno Danus: Cor pauidū mihi aliq̄n obijcere nōnulli, cum aut cūctationē, legitimis de cauſis interponerē, aut aperta ꝑicula, & ſanguinis ſine fructu effuſionē euitarē: hodiernus dies oſtendet, ſi perſeueratis, quis uir ſit Adolphus. Omnes qui affuere comitis uocem approbauere: Moriendū cunctis priuſq̃ limite pelli paterent̄. Miſit comes, qui apud hoſtes quid ageret̄, ſcrutarētur. Intercœpti ſunt a Danis primi, & in uinculis habiti. Miratus ille, alios ſubmittit, qui concito redeūtes, renūciāt adeſſe hoſtem, graui agmine equitū peditūq;. Iuſſit comes ſubduci nauiculas, ne facile tranſirēt pręfluentē. Sed Dani alio uado, ad uillam Scullebu Eidorā tranſierūt. Quo cōperto, illuc mouit Adolphus, priuſq̃ omne agmē trāſponeretur, pugnaturus in primos: Hoſtes iam reperit in ordine ſtantes: Incurrūt Holſati Danis, infœſtis haſtis: Plurimi ex utraq; parte, iumētis

Ordo comitis Adolphi — *Fugit maior pars.* — *Intercipiūt exploratores* — *Fit pugna.*

deturbantur: nõnulli pereũt, opprimunturq;: Inter alios comes equo deturbatur: assunt fidi milites, reponẽtes in iumentũ comitem. VII.

Comes equo deturbatur.

Tabant interim aliqdiu dubia signa inter ambos exercitus, numero impares uictoriæ: cum Danis uires cresceret, pluribus trãsportatis: Holsatis uero decrescerent. Tum inito concilio, Holsati equorũ hostiliũ poplites præscidere, percutiẽtes. Quo uiso, Dani iam con coepere timorẽ: cum equo cadente, eques fieret in periculo. Cecidit inter alios, fortiter pugnãs, Ethelerus. Rex ab altera fluminis ripa pugnã cõspiciens, cum suos paulatim cedere, non paucos etiã cadere cerneret, & imprimis Ethelerũ acciperet cecidisse, fugam iniit. Holsati uictores, qui cædi superfuerãt, Danos, duxere captiuos: multa etiã præda locupletati. A redẽptis aũt captiuis, magnũ æs comes extorquebat: unde cõtractũ æs alienũ ante plurimũ, eluebat. Hæc prima cum Danis Holsatorũ cõflictatio: preter eas, quæ uetustissima memoria crebriores, sub Saxonũ nomine præcesserunt. Hęc opima uictoria, quæ illos in reliquũ animauit: ut, imparibus licet uiribus, auderent coronæ sese digladiantes, opponere. Hæc in reliquũ tempus, uisa est auspiciũ præbere sortis amborũ, post futuræ. Cõstituit aũt Adolphus comes in finibus ditionis suæ, paratã suorũ manũ, ad Eydorã, atq; Trauenã: qui limitanei milites, arcerẽt finib⁹ hostẽ, & ad omnẽ motum starẽt expediti: si quid uel a Danis, uel a Wãdalis nouarẽt. Plurimũ uero laboris insumpsit comes, in edomãdis, frenãdisq; suis Holsatis. Gens erat pridem effrenis, ait Helmoldus, cuius hęc sunt fere omnia; quæ nunc percurrimus) & quæ iugũ non passa, suo semper sensu ferebatur. Comes aũt pro singulari prudentia, modeste agẽs, frenos illis iniecit: ut facile alia facies terræ, alij mores hominũ cernerentũ: qui enim pridẽ sueti erant seuũ caput abdere laruis, ad excursiones, non dico latrocinia, & deprædantes, tendere decipulas, furari, quę rapere non poterãt, nunc iam mutatis moribus, reuocasse gradus ad omnia meliora. Comes autẽ Zuenoni regi per intermissos cõciliatur: ne semper sui ageret in timore. Kanuto ualefaciens qui prior deseruit illũ ad obsidionẽ Slesuuici, non ante, q̃d oportuit, militari iure præmonitũ. Quid enim aliud q̃ ad prædã exposuit. VIII.

Præsciduntur equorũ poplites.

Holsati uictores.

Comes cõstituit in finib⁹ manũ paratam.

Comes cõciliatur regi.

Andalis per ea tempora, dux Hẽricus Leo, frena, quæ abiecerãt, paulatim reposuit: ad colligẽda & amplificãda tributa. Sacerdotes aũt satagebant reparãdę religioni. Duxit aũt coniugẽ primã Hẽricus Clemẽtiã, filiã ducis Saringiæ (alij uocãt Lantgrauiũ Turingiæ) inualescens quotidie in gentẽ Wandalorũ: quoties enim se cõmouere, admouit illis martiã manũ: facile illi semper cessere armis, superati: rari⁹ enim poterant in acie sustinere Saxonum manũ. Interim de religione cura duci exilis. Hartwicus aũt Hãburgensis archiepiscopus (sic enim illũ inscribit, etiam ista tempestate Helmoldus) uidens quia pax erat in Wandalia, cõstituit restaurare sedes episcopales in prouincia, quas barbaric⁹ furor euerterat, in Aldenburgo, Racisburgo, Magnopoli: e quibus Aldenburgensem Magnus Otto prior instituerat: subiecerat ei Polabos, Obotritos, a terminis Holsatorũ, usq; ad fluuium Panim, & ciuitatem Demin: posuitq;

Wãdalis reponũt frena.

Wãdali cesse re Saxonum armis.

Qui populi sub Aldẽburgẽsi ecclesia.

Noīa epōm Aldēburgēū — Ille in Aldenburgo primū pontificem Marconē. Successit illi Eguardus: cui Wago, quartus Ezico, quintus Folkardus, sextus Reginbertus, septimus Benno, octauus Meynerus, nonus Abelinus, decimus Ezo: cuius temporibus præfuit Hamburgensi ecclesiæ magnus Adelbertus, uir insignis, magniq; nominis apud Summū pontificem, & Imperatorē: qui, ut diximus, de peregrinis episcopis, quos multos fouit in mensa sua, Iohannem Scotum præfecit in Magnopoli, pro Christo martyrē factū: Aristonem in Racisburgo: atq; in hunc modum Aldēburgēsem in tres diuisit. Postq̄ ergo permittēte Deo recruduerūt Wādali, exturbantes a se omne Christianū nomen, uacabant hæ sedes annis octuagintaquatuor, usq; ad tempora Hartwici archiepiscopi; qui propter generis nobilitatem, duplici principatu clarus, magno studio enisus est, pro recuperandis in obedientiā episcopis, suffraganeis, per Daniam, Sueciam, Norwagiam: quos Hamburgensi ecclesię, legationis iure subiacuisse, diu ad plenū ostendimus, in nostra Metropoli. Retraxere autē colla iugo, posteaq̄ singulis in prouincijs habere cœperunt metropolitanos: sed cum obsequijs, & uarijs largitionibus apud papam, & Cæsarem, nil profecisset Hartwicus, ne omnino careret suffraganeis: aggressus est iam pridem abolitos episcopatus in Wandalia restaurare.

Magnᵘˢ Adalbertᵘˢ archiepiscopus.

Vacāt sedes ēpales annis LXXXIIII.

Sedes ēpales instaurātur.

CA. VIIII.

Vicelinᵘˢ consecratur ēps. — a Ccitū ergo uenerabilē sacerdotē Vicelinū, Aldenburgēsem consecrat episcopū, cum iam esset ętate prouectus, & māsisset in Holsatia annis triginta. Porro in Magnopoli, ordinauit dām Emerherdū: & cōsecrati sunt ambo in Rozenuelde, nostri uocāt Hartzeuelde, missiq; in terrā ægestatis, & famis. Facta sunt autē hæc duce atq; comite inconsultis: unde etiā familiaritas inter dn̄m Vicelinū, & comitē turbata uidebat: nā ante eum patris loco Adolphus uenerabat: tulitq; comes decimas omnes anni illius, quę in iure uidebātur noui pontificis. Episcopus aūt ducem adijt, cum eo uelut capite, rem trāsacturus: qui illum uenerabiliter excœpit: sed tn̄ primū expostulauit his uerbis: Poteram, inquit, pater episcope, hoc nomē in persona uestra non agnoscere, dissimulareq;, q̄ nō dederā in terra ditionis meę, quā patres, & prędecessores mei, in sanguinę & gladio possederūt: Sed qm̄ sanctitas uestra mihi comperta, semperq; probata fuit, atq; patribus meis fida semper & obsequens est reperta, prę teritionis meę iniuriā in persona uestra dissimulo: si tn̄ in reliquū fęceritis quod ęquitatis iure deposco, ut ex me inuestiturā episcopalē agnoscatis, hoc enim pacto, res uestrę non aliter procedent. Visum est episcopo uerbum istud durū: eo q̄ esset pręter ius & consuetudinē, de manu laica recognoscere pontificatū. Quidā ergo fideliū ducis, Hēricus de Wida uir potens, & militaris, ac amicus episcopi, in aurē dicit episcopo: Facite quod utiliter rebus uestris conducit, complacentes principi domino nostro, ut ædificentur ecclesiæ in Wandalia, & dirigatur cultus domus Dei in manibus uestris: alioqui frustrabitur labor uester: eo q̄ nec Cæsar, nec archiepiscopus, possit causam uestram promouere, nostro duce obnitente. Videtis uniuersam hanc terram esse in manu eius; & unde principatus nisi a

Comes tollit decimas.

Dux dissimulat prę teritionem.

Henricus de Wida fauet ēpo.

Deo? Quid est autē tam grande, quod deposcitur ex uobis, quod aut de legibus illicitum, aut ex moribus est uerecundum? Quantulum est accipere uirgam de manu ducis, quod ipsum grandem habet honorem inter gentes, ad quas ingredimini conuertendas. CA. X.

Accipere uirgā de manu ducis.

Empus hoc erat infaustum, quo Imperator Fridericus. I. iam inchoauerat cum Romana ecclesia similē, de inuestiēdis episcopis, controuersiam. Tolerabile fuit, ab Imperio feuda temporalium rerū recognoscere: quod hodie quoq; geritur. Sed uoluere principes etiā de personis assumendis disponere, quod ipsum est iuris ecclesiastici. Durauit ea controuersia, abusq; memoria tertij, quarti, & quinti Henricorū: & peruenit ex hoc Friderico. I. ad. II. & deinde ad Ottonem. IIII. Post Fridericum autē. II. ea fuit Imperij perturbatio per multos annos, ut facile pontifices ius suū defenderent: & obtinerēt. Nunc ergo Vicelinus episcopus, cum a duce urgeretur, postulauit sibi permitti inducias, ut deliberaret super hoc uerbo: dimissusq;, pacifice uenit Bardewicū: ubi mortali tactus egritudine, per dies aliquot est moratus: nam incidit paralysim: in qua ad extremū usq; uitę laborauit. Egritudine autē paulisper respirans, perductus est in uehiculo Falderā: multūq; tēpus eum imbecillitas subtraxit ecclesiastico labori: ętatis enim mole grauior morbus accessit. Vbi aūt uires ei tantę sunt redditæ, Bremā proficiscitur, consulturus archiepiscopū & clerū, super eo, quod dux deposceret: qui omnes una uoce refragati sunt, dicentes: Nihil dubitamus prudētię uestrę, optime pōtifex, esse perspectissimū, quid in ea re expediat: Sed quia dignatur sanctitas uestra participare consilio nostro, non abscondimus quod sentimus. Compertū est, unum hoc esse Imperatoriæ celsitudini reseruatum: quod magno illi mercati sunt impendio, ut ab episcopis dñi uocitentur: decimas, possessiones, & prędia, in eam rem plurima, sunt ecclesijs elargiti. Vbi aūt dux, uel marchio, ubi in regno principatus quātuslibet magnus, qui pontificibus manus nō offerat, recusatus oportune, importune se ingerat, certatim currunt, ut hominia sumāt ecclesiarū, & participes fiant beneficiorum ab ecclesia. Vos ergo hunc honorē pessundari patiemini, & infringetis iura, magnis authoribus edita. Dabitis ne duci huic manus uestras, ut hoc exemplo, incipiant esse principū serui, qui fuerāt illis semper habiti maiores: nō decet ętatem uestrā, honestatis decore maturā, ut per uos incipiant abusiones in domo Domini: Lōge sit a uobis uerbum istud. Quod si furor principis effrenatius in uos ęgerit, nonne satius est ferre bonorum q̄ honoris iacturam? Auferant, si uelint, decimas: occludant uobis, si uidebitur, introitum parrochiæ uestræ: tolerabilis est ista molestia: Habetis certe Falderensem domum, in qua tuta interim statione possitis consistere: & prestolari cum silentio, salutare Dei. CA. XI.

Cōtrouersia de inuestitura

Vicelin⁹ incidit paralysim.

Cleri Bremē sis cōsilium.

Hominia ecclesiarum.

Sati⁹ ferre bonorum q̄ honoris iacturam.

Is & similibus uerbis, auerterunt uirum, ne duci cederet. Parturiuit sane persuasio hęc, nouellę plantationi multiplex impedimētum: quoties enim pōtifex ducem adijt, interpellaturus de negotijs ecclesiæ, & cōuertendorū, ille se paratum respondit ad omnia, quę po-

Impedimētū plātatiōis ecclesiarum.

poſciſſet utilitas,ſi primū ſibi debitus honor non poſthaberet: alioqui fru ſtra contra fluminis niti impetum. Pontifex autē humilis animo,facile inclinaſſet animū,ut duci honoris cupido,pro eccleſię lucro,morē geſſiſſet: ſi archiepiſcopus cum ſuo clero non obſtitiſſet: nam & ipſi ſeruientes honori,rebus ſuis detractum iri putauerunt:nec tantopere fructū in populo, q̃ numerū ſuffraganearū ſedium, quæritabant: quod in hoc uel maxime

Archieps in iuriatur epo

apparuit,quia in poſſeſſionibus Falderenſis eccleſię archiepiſcopus,Vicelino iam epiſcopo,multas iniurias irrogauit:demens,& cōuellens aliqua, nec tutū ſinens in ſtatione, quā ipſe pridem deputauerat. Videns ergo uirum antea magni nominis,defenſorē libertatis,& ſuimet ualde compotē: poſt accoeptū epiſcopale nomē, quaſi innodatū uinculis qbuſdā,& ſupplicem omniū:Homo enim pacis ſuę,in quo ſperauit, auertit eū a uia cōſilij, & pacis,ne illis adhęreret,a quib⁹ poterat eccleſiæ incremētū ꝓuenire. Ita loquitur bonus Helmoldus. Fęcit ergo quod neceſſitas indixit: uiſitauit eccleſias parrochiæ ſuæ,miniſtrans plębibus monita ſalutis,præbēs ei pro miniſterio,uicis ſuę ſpiritualia, cum tñ ipſe meteret ab his temporalia: Siquidem comes decimarū iura tollebat. Dedicatū aūt eſt eo tempore oratorium Cuſalinę,in Hagerſtorp: Sed & eccleſia in Bornehouede tunc eſt conſecrata. Venit inde Vicelinus in nouā Lubicā,cōmanentes illic,cōfortare:& dedicauit ibi altare Dño. Inde progrediēs, uiſitauit Aldēburgū: ubi ſedes quondā fuerat epiſcopalis:& recoeptus eſt a barbaris habitatoribus terrę illius:quorū adhuc idolū Prone erat in honore. Mirū,ſi non a Grecis hoc nomen eſt traductum,qui prone uocant prouidentiā,qua gubernatur mundus. Porro,nomē flaminis,qui preerat ſuperſtitioni illi,erat Myke: Sed & princeps ei⁹ ditionis,de ſemine Critonis,erat Ruchel:idololatra,atq; pyrata uiolentiſſimus. Coepit ergo pōtifex annunciare populo uerbum ueritatis,qui Chriſtus eſt,exhortans,ut relictis idolis,feſtinarent ad lauachrū regenerationis. Pauci aūt initio applicuere ſe fidei,eo ꝙ languor eſſet fortiſſimus,& necdū inclinata eſſent corda principū ad edomanda pectora rebelliū. Dedit aūt epiſcopus pecuniā cęſoribus lignorū, ad impenſas ſanctuarij:& coeptū eſt opus fabricę,ad uallū urbis antiquę, quo omnis terra,diebus dñicis cōuenire cōſueuerat,ad mercatū.

Vicelin⁹ eps homo pacis

Comes tulit iura decimarum.

Idolū prone

Myke flamē

XII.

Hēricus Leo in Bauariā.

Per ea tempora,parauit Henricus dux Leo,expeditionē in Bauariam,in Henricū uitricum ſuū,fratrē Cōradi regis:qui cum Auſtriam teneret,Bauariam quoq; ſibi ſubdere tētauit. Paratū aūt proficiſci,adijt pōtifex Vicelin⁹ in Luneburgū,rogās,ut ſemper cōſueuerat,ut opus Dei,in ſuſtinēdo pōtificatu,ꝓueheret: ꝑinde futurā eius profectionem foeliciorē. Cui dux,quod ille quoq; ſolebat, referebat: Facturum omnia quæ poſcerentur: ſi ſui quoq; honoris ulla ratio haberetur. Ad hæc pōtifex. Pro honore,inquit,eius,qui pro nobis exinaniuit,paratiſſimū ſe eſſe,etiā minimo ex clietulis ſe ſubijcere,nō modo tāto principi, cui Deus ampliorē inter mūdi poteſtates magnificentiā cōtuliſſet: & his dictis,fęcit q̃d neceſſitas impabat: ſuſcoepitq; epiſcopatū per uirgā de manu ducis. Animęquior inde fact⁹ dux, ait: quia uidim⁹ ſynceritatē ueſtrā

Epatus de manu ducis

in id inclinari, quod rectum est, oportet uicissim, nos sanctitati uestrę dignā pręstare reuerentiā, & petitioni uestrę in reliquum esse promptiores. Sed quia nunc in procinctu sumus magni itineris, & ordinatio causę uestre, prolixius tempus requirit: damus interim uobis uillā Buzu, quā petistis, cum sua pertinētia, Dulzamza: ut ędificetis uobis domū in medio terrę uestrę & pręstolari possitis reditū nostrum: tunc, propicio deo, ordinādis rebus propensius intēdem⁹. Rogauitq; pręsentē Adolphū comitē, ut huic donationi pręberet assensum. Cui ille: Exquo dn̄s meus flex⁹ est ad pietatē, non possum, nec debeo in rigore permanere, sed uotis pijs inclinari. Ergo q̄d dn̄s meus permittit ecclesię, ego illi subscribo: adijciens, dimidium decimę, etiā ante ordinationē, iuribus ecclesię permitto. Profectus autē dux, comiti uicinā Wādaliā cōmendauit. In domo aūt ducis omnia gubernabat Adolphus, cum dn̄a Clemētia ducis coniuge, in arce Luneburgi cōmanente: qui respectus eum corā Wādalis & Danis uehemēter attollebat: ut Danorū reges, de corona cōtendētes, magis, magisq; semper respicerēt in Adolphū. Kanut⁹ enim tum profugus, apud Hartwicū archiepiscopū cōmanebat: collectoq; interim exercitu cōducto, mouit in Iutiā, in qua maior illi pars procerū & populi fauebāt. Zueno aūt, exercitu cōparato, nauigauit Wibergū: Ibi expositis copijs, mouit in Kanutū. Collatis uiribus, diu stabat anceps fortuna. Sed tum Saxones, uiribus, & numero minores, cessere: Kanutusq; cū eis, se pripit in fugā: iterūq; profugit in Saxoniam: Inde paulū respirās, ad Phrisios se cōtulit, qui littora tenēt aquilonis: & ibi auct⁹ uirib⁹, Zuenonē expectabat. Inde q̄q; ꝑturbat⁹, redijt in Saxoniā: Holsatiāq; pertrāsiens, humanissime ab Adolpho excipiebat plurimis humanitatis officijs honorat⁹. Zueno interim in Dania regnabat: sed implicit⁹ domesticis, & intestinis laborib⁹ Wādalorū excursiones pyraticas nō repressit. Vno tn̄ pręlio, cōprehēsos in Zelādia ita perdomuit, ut laceris uirib⁹, uix ad sua, qui cędi supfuerāt, redirēt. XIII.

Donatio fit ecclesię.

Alia donatio.

Arx Luneburgi.

Saxones cędūt i pręlio.

Wādali pyratae.

Vm ergo abesset Hēricus dux, bellis implicit⁹ in Bauaria, Niclotus princeps Obotritorū curiā petēs ducis, questus est Kissinos & Circipanos min⁹ parere dicto, ꝑpter absentiā ducis: opus uideri, ut ostēso illis exercitu, terreant: ne in mai⁹ crescat cōiuratio, conualescatq; rebellio. Tum qui pręfuere cōcilio, Adolphū comitē precibus onerāt, exercitū cōscribat, & Nicloti uirib⁹ auct⁹, moueat in rebelles. Ille par matis aliquot millib⁹: cum etiā Niclot⁹, non cōtemnēdā manū educeret, duxerāt in oriētales, & obuia queq; cōcutiētes, tantū intulere terrorē rebellibus: ut ultro se paratos pręstarēt ad omnia: tributa & onera nulla recusarēt. Phanum tamen in eo itinere contriuerunt: Tantaq; fuit prosperitas in illa expeditione, ut nihil intentarēt, quod non ex sententia perficerēt. Tanta disciplina militaris in exercitu: ut uno ex populo, uterq; cōflatus uideretur exercitus: Wandalis per omnia cōtendentibus, se studio, & ordine, Saxonibus coaequare. Ex qua die tanta incessit Adolpho atq; Nicloto familiaritas: ut sępe in Lubicā, sępe in Trauemunde conuenientes, peramice agerent, de rebus cōmunibus, de finibus & reliquis rebus,

Exercit⁹ in oriētales Wādalos.

Cōtrahitur familiaritas.

quę solēt conterminis prętare dissidēdi materiā: memorabili, exēplo unū sentiētes. Quę consensio, incredibile dictu est, quātum prętiterit nouellę plātationi incrementū: Forum quoq; Lubicēse crescebat in singulos dies, & augebātur naues institorū eius. Dñs Vicelinus episcopus incolere cœpit insulā, quę dicit̄ Buzu, & habitauit sub fago, quousq; extrueret casas in quibus cōsisteret: cœpitq; illic ecclesiā ędificare, in Dñi nomine, & com memoratione principis apostolorū diui Petri. Porro utensilia domus, & quę sufficerēt curādis aratris, prouidit episcop⁹ de Cuzalina, & Faldera: Initia enim episcopatus, ut pene rerū omniū, tenuissima fuere: eo q̄ comes, alias uir optimus, soli episcopo fuerit mediocriter bonus. Quo tēpore Hēricus dux, Leo, non est prosperatus in Bauaria, q̄ multi ei obsisterēt principes: presertim Conradus rex frater Henrici, quē Leo oppugnabat. Cernēs Albertus marchio, quia difficultatibus implicaretur dux Leo, ueterē de Saxonia questionē renouauit: tempus esse ratus, nunc agere, quādo ille alibi districtus, adesse non posset: ęgit occulte cum Cęsare, ut ueniens, Brūswicum occuparet. Cęsar, occlusis omnibus itineribus, Henrico Leoni ne descendat: parat se ad descēsum in Brūswicū. Hēricus Leo, ista prospiciens, aut super his cōmonitus ab amicis: simulat se proximū natalē dominicū acturū in Sueuia: omnes undecūq; amicos inuitās: & hac omniū expectatione crebrescente, ipse cum tribus, clam iter inuadit: & magnis cōtēdens itinerib⁹, quinto die Brūswicū ingredit̄, letātib⁹ suis sine modo. Cęsar cum ex Goslaria mouisset, accœpit certissimū nunciū, q̄ Hēric⁹ descēdisset. Itaq; dissimulās, pfectionis causam redijt in Goslariā. XIIII.

[Margin: Forū Lubicę crescit.]
[Margin: Hēric⁹ Leo in Bauaria.]
[Margin: Hēric⁹ nouit simulare.]

Vamdiu uero superat Cōradus Cęsar, qui Henrico restiterat in recuperāda Bauaria, non profecit: sed ubi ille finem uiuēdi fecit: quod erat a Christo dño. MCLI. Fridericus Sueuus natus Cōradi fratre Friderico, in regnū subuect⁹ atq; suffect⁹ est, secūdiora omnia fuere Leoni. Is principū cōtrouersiā finire studens, conuentū indixit Imperij, in Mertzburgo Saxonię: eoq; Danorū reges, de regno cōtendētes, euocabat. Aderat Kanutus sępe Dania pulsus: quē Henricus Leo perduxit ad Fridericū. Zueno aūt archiepiscopi Hāburgensis ductu, peruenit in eundē locum: Et auditis utrinq; causis a Cęsare: res in hunc modū componitur. Zueno a Cęsare coronatur: Kanutus illi homagiū pręstās, patrimonio & parte ditionis, cōtentus iubebatur esse. Hoc erat quod diu Cęsares conati sunt, reges sub Imperiū mittere. Aderat Vicelinus cōuentui: & cuncta quę gerebātur uidit, audiuitq;. Henricus autē dux, & Albertus marchio cōciliari non poterāt, q̄ amborū animi intumuissent, & noui regis authoritas, needū bene cōualuit. Suasit tum archiepiscop⁹ Vicelino, ut de manu regis inuestiturā episcopatus sui acciperet: non tam regis honori, q̄ ducis studens detrimēto. Reuersus inde Vicelinus, propter dissensionē archiepiscopi & ducis, pficere nō potuit. Agebat aūt de ecclesię suę iuribus, & predijs, olim deo dicatis. Reperit ubi redijt Tiadmarū eleemosynariū, de quo supra, emigrasse, uirū incōparabilem: qui relicto decanatu Bremēsi, post Vicelinū abibat: ut illi cohęreret, multis in Holsatia cla-

[Margin: Cōrad⁹ rex obijt. Mcli.]
[Margin: Cęsar cōcordat cōtēdentes de Danię regno.]
[Margin: Inuestitura epat⁹ a rege.]

rescens uirtutibus, per annos decẽ: quę res incõsolabili dolore animũ percussit põtificis: ut & ipse q̃q; paralysi dissolutus, diu iaceret elinguis: Dñi flagellũ male interpretãtibus, qui affuere: quasi a Deo uideret̃ derelictus: cum magis illi in tẽtatione ille prouectus statueret̃: quo morbo duob⁹ annis & dimidio, ante exitũ laborabat. Cum in Buzona nouissimũ offerret sacrificiũ, appellãs populũ, cõsolabatur: promittẽs breui futurũ, ut ecclesię status conualesceret. Qua in re deprehensum, futura prænosse Vicelinũ, gratia prophetię.

Flagellum uiri sancti.

CA. XV.

H Oc aũt erat illud tẽpus, quo Hẽricus dux, Leo, sentiẽs incremẽta nouę urbis Lubicæ, importare maxima Bardewico detrimenta: cum mercatores Lubicã peterẽt, maritimã urbem, priore relicto emporio. Interpellabat ea de re comitẽ: Duo sunt, inquit, quę magno rerꝝ mearꝝ detrimẽto, tibi uident̃ accedere: bene feceris, si ad ęquitatẽ respiciẽs moderari rem pro dignitate patiaris: Lubicã, dico, nouã urbẽ, & salinam tuã in Todeslo, quę mihi non medioci ę afferũt rerꝝ mearꝝ iacturã: cum in tuã urbẽ mercatores pene omnes cõmigrẽt, ueteri deserto emporio, & salina mei iuris, sub Luneburgi arce nuper reperta, tuo sale, nimiũ uilescit, inuecto: ęquũ fuerit, mediã nobis urbis tuę ditionẽ permittere, & itidẽ salinę dimidiũ: ut in reliquũ tẽpus, nulla sit nobis, posterisq; nostris, controuersię materia. Cum comes non annueret, sed oraret, ut fortunę suę, quam illi miserator Deus permitteret, non inuideret. Dux mercatorib⁹ suis aditum Lubicę interclusit, interdixitq;. Insuper uenas salinę Todeslo, ita immissis aliũde aquis, interturbauit: ut exilis inde fruct⁹ esset. Quo etiã tempore, in ecclesia Raceburgẽsi, ordinat⁹ est episcopus Euermodus, prępositus de Magdeburgo trãslat⁹: deditq; ei comes Polaborꝝ Hẽricus, habitandã insulã apud ecclesiã: assignauitq; trecẽtos mansos ecclesię, in perpetuũ seruituros: Insuper decimas integre permisit ecclesiæ. Pro dimidia uero accœpit ab episcopo beneficiũ, factus ei feudatarius: ut haberet ecclesia suũ defensorẽ: q̃d rerꝝ nouitas uidebat̃ deposcere. Aderat huic tam soleni donationi, Adolphus comes Holsatię: quẽ intuit⁹ Ludolphus in Cusalina prępositus, dixit: Cernis optime comes, nobilis uiri largã in ecclesiã benedictionẽ: pręcessit exẽplo nobilis nobilẽ, cõmõstrãs, quid tu quoq; debeas ecclesię Aldẽburgensi: in quã rem te, ut cõfidim⁹, propẽsum, inclinat natiua pietas: ut Dño, cui⁹ est terra, & plenitudo eius, uel parũ aliquid de magno refundas: hortat̃ literarꝝ, quę te ornat, insignis eruditio. Nec cunctatus Adolphus, trecẽtos quoq; mãsos permisit duci: ut per manũ ei⁹ assignent̃ in dotẽ ecclesię Aldẽburgẽsi. Facta sunt hęc uiuente adhuc Viceli no, licet in extremis agẽte. Aberat dux in Italicã expeditionẽ, cũ Romanorũ rege profect⁹: cum episcop⁹ ille anno Christi. MCLIIII. pridie Idus Decemb. ad Christũ emigraret, Wãdalorꝝ uer⁹ apostolus. Tumulat⁹ est in Falderẽsi ecclesia, pręsente Raceburgẽsi episcopo, & diuinũ officiũ pagente. Multa aũt sunt, quę ei⁹ uiri sanctitatẽ pręcipuã cõtestãtur: uisiones fratribus, & sacris uirginib⁹ ostẽsę in trãsitu eius, indubitatã cunctis fecere beati uiri gloriã. Etenim quis dubitet regnare cum Christo, decedentẽ

Lubica Bardewico detrimẽtũ affert.

Salina in Todeslo.

Lubicę adit⁹ prohibetur.

Donatio ecclesię facta.

Alia donatio ecclesię facta

Moritur Wandalorꝝ ap[l]us

mundo, quem tanto zelo, tam eximia difficultate, & diuturna barbarorũ conflictatione, meminisset laborasse pro ipso: ut uerus Wandalorũ apostolus, & fundator Christianismi, in occidua eius gẽtis regione, iure optimo prędicet. Nos uero Wandalię res prosequamur. XVI.

Vanq̃ non alienũ sit a Wandalię rebus, si narrationi rerum eius q intexam⁹ uitã, mores, & exitum beati uiri, & præcipuã gloriã sui prędicatoris: cui⁹ meritis, & instãtię, debet hic angulus, q̧ Christian⁹ est. Libet aũt pręmittere testimoniũ Helmoldi, de Tiadmaro, incõparabili uiro: qui adiutor fortis & dulcis erat Vicelino, cõsolator in omni aduersitate, & labore: & q̃m prior abierat, prius a nobis cõmemorandus est uerbis authoris memorati. Erat Tiadmarus in omni cõuersatione suauissimus, omni semper honore prosequẽdus: neminẽ suo tempore uisus est habuisse cõparem. Vt enim de uita ei⁹ quiddã, uel breuiter summatimq̧ perstringã: Ante cõceptũ matri sanctę reuelatus, ab ipsis cunabulis mãcipatus est altaris ministerio: cõmẽdatusq̧ bono magistro discipulus optimus, perseuerauit in disciplina, usq̧ ad uiriles annos: Discipulus Vicelini in Brema, socius in Francia: sustinuit iugũ magistri cum patiẽtia. Post reditũ aũt ex Francia, cum abiret Vicelinus in Wandaliã, ueluti sublato pædagogo, relictus est sibimet. Qualis igitur apud Bremã in regẽdis scholis qualis fuerit in decanatu, dixerint Bremẽses: Hoc nobis cõmemorasse sit satis: quia post digressum eius ad Holsatos, lumen subductum sensit sibi Bremensis ecclesia: idq̧ uoce sua Brema cõtestatur. Trãslatus ergo in Falderam, ob melioris uitę desyderiũ, magnũ attulit gaudiũ, de sua presentia dño Vicelino. Sed & omnibus, quos angulus iste horroris & uastæ solitudinis cõtinebat, noua quędã facies est exorta, de tanti hospitis aduẽtu. Post aliquot annos, dilatante Deo fines ecclesiæ, missus Cusalinã, quæ & Hagerstorp, incolis nouę habitationis, magna per eum accessit cõsolatio. Captiuis enim, & despoliatis, tanta pietate cõdoluit, ut largitatis eius magnitudo. uires domus illius longe exuperaret: Inter orandũ aũt, & legendum, aures eius semper uigilabãt, ad ostiũ suspensæ, si peregrin⁹, si egenus quispiam adesset. Eius aũt incredibilis miserationis, singulare supra ostendimus documentũ. Reuerebatur eum comes Adolphus, q̃uis redargueret culpas eius, nec parceret delinquenti. Duritiã enim cordis, quam præferebat, Vicelino pontifici, uenerabilis iste sacerdos, adhibitis uerborum emplastris, suauiter emolliuit. Et licet omne medicamentũ, altior auariciæ morbus euicerit, audito tñ eo multa faciebat, sciens eum uirum iustum & sanctum. Expletis ergo in hac terra annis decem, infirmitate corripitur, absente Vicelino, & apud Martipolim posito. Cum ergo fratres lecto egrotantis assidentes, spem recuperandæ sanitatis illi prętenderẽt, ille cum magna recusatione aiebat: nolite fratres mei charissimi, pręsentis uitæ dilationem inaniter mihi repromittere: nolite spiritum meũ de peregrinationis fatigio, ad patriam tendẽtem, eiusmodi uerbis affligere: Ecce iam fuut anni decem, ex quo uitã meã sub huius professionis titulo, protrahi rogaui & exauditus sum: nunc tandẽ requies laborꝫ oranda est: & confido de

Helmold⁹ de Tiadmaro

Matri reuelatus.

Fuit decan⁹ Bremẽñ.

Pietatis immensæ.

Comes eum reuerabatur.

Auersatur optãt e a sibi uitam.

solita pietate Dei, quia nec hac petitione frustrabor. Augebãtur ergo tor siones, uitaliũ scilicet defectione, corporis uigor interioris hominis emarcuit. Completũ est in eo, illud Salomonis: Fortis est ut mors dilectio, flumina & uẽti, nõ poterãt extinguere eam. In moriẽte ergo uiuebat charitas: quę in exhausto corpore integrabat affectũ præbentẽ fratrib⁹ solatiũ de merore. Consiliũ in rebus ambiguis: morũ ędificationẽ imprimentem cordib⁹ amicorꝝ, nouissima quedã ualedictionis uestigia nunq̃ abolẽda. Sed nec immemor dilectissimi patris sui Vicelini, orabat intime uias ei⁹ a Deo dirigi: per hunc sibi uiam salutis, & spem regni, patefactã multoties cõgratulãs. Venerũt ergo ad egrotũ, fraterna solicitudine, prior Falderensis ecclesię, Eppo, & Bruno sacerdos: & post uisitationis obsequiũ, exhibuerũt ei sacrę unctionis ministeriũ: Quo uenerabiliter percepto participatione nihilominus uiuifici corporis Dñi cõmunitus, perseuerabat in gratiarꝝ actione. Nocte igitur qua uigilia Pentecostes obuenerat, peruigil in oratione precib⁹ inuitauit angelos: Suffragia sanctorꝝ interpellauit omnium: Iamq́ꝫ recedẽte anima mouebatur adhuc in oratione, lingua in laudis cõfessionẽ. Hęc interim ad uerbum de eo uiro nostri sunt Helmoldi testimonia, quæ eo posui consilio: ut uideat posteritas, quibus tum uiris terra floruerit.

Viuit ī morientecharitas.

Mors optanda.

CA. XVII.

Huius ergo uenerabilis sacerdotis transitũ, longe ante prædicere solebat Lutbertus frater qui militiã huius sęculi seruitute dei cõmutãs, cum famulo dei Tiadmaro, pauperũ, qui erãt in hospitali, curã gessit. Hic tempore quodã uisitãs Falderã, uultũ prętendit solito tristiorẽ, atq́ꝫ lachrymis suffusum. Interrogatus causam mœstitiæ, respõdit: Merito se tristari, qui patris amãtissimi breui esset solatio destituẽdus: Fatetur nihilominus, de his, non somniantẽ, sed uigilantẽ, diuinitus esse commonitũ. Nec longe post predicentis uerbum, uelox sacerdotis obitus est subsequut⁹: Fratresq́ꝫ, quos intim⁹ uiri affectus, flere coegit, reuertẽtes ad cor, hauserũt spem & resumpserũt spiritũ consolationis, memores oraculi. Vbi ergo renũciatum est, in Faldera de obitu eius, statim miserant nũcios ad transferendũ corpus: eo ꝙ ipse decedẽs, hoc attentius orauisset: quod tamẽ uenerabilibus fratribus, Theoderico, Ludolpho, Lutberto, & ceteris, qui illic degebant, nullatenus persuaderi poterat: ut sinerent dicẽtibus cunctis: Omnes se malle mori, q̃ tanto pignore priuari, ꝙ Wagriẽsi ecclesię, nouiter cœptę, futurũ esset, honori & solatio. Cõfluẽtib⁹ ergo de Zegeberge, & de uicinis opidis fidelibus populis, corpus sanctũ terrę cõmẽdatum est, cum multa pauperũ lamẽtatione, ꝙ optimo patre destitutos se quererẽtur. Magnificetur ergo Dominus in sanctis suis, qui uirum hunc pręfecit, se dignũ sacerdotẽ, consummatum, uocatione fœlici. Vicelino tñ redeũti de cœtu principũ, q̃q̃ multa fuerint aduersa: nihil tñ graui⁹ tulit, q̃ sancti uiri decessum: quo adhuc superstite, tolerabili⁹ uidebatur, omne quod urgebat: Afficiebatur ergo fastidio uitę per singulos dies, quæsiuit consolantẽ se, & non inuenit. Transactis aũt posteaq̃ a curia redijt paucis dieb⁹, uenit Buzonã quo domũ & ecclesiã cœpit instruere, & plebib⁹ ibi

Predicitur mors.

Recusatur corpus defuncti.

Buzonę struitur ecclesia.

aggregatis, prębuit uerbũ salutis. Iam enim circumiacẽtes agri incolebã-tur, cum opidis, a Christicolis: sed cum grãdi pauore, propter insidias latronũ. Arx enim Plunẽsis necdũ restituta erat. Cõsummãs ergo põtifex sacra mysteria, & offerẽs Deo nouissimũ sacrificiũ, pronus adorauit in terram, corã altari Dñi: orãs fortissimũ Deũ, ut cult⁹ ipsius propagaret̃, tam in eo loco, q̃ in uniuersa latitudine Wãdaliæ. Multoties autẽ hominibus aduenis inter exhortatoria uerba pręsagiebat, cultũ domus Dei sublimẽ breui futurũ: & ne deficerẽt animis portantes, duram patientiam, in spem temporum meliorum.

Pauor latronum.

CA. XVIII.

Maledicẽs ergo uenerabili sacerdoti Brunoni, & cęteris, quos eidem loco præfæcerat, & cõfortans manus eorꝫ in Dño, reuersus est Falderã: ubi intra septẽ dies, correptus uirga Dñi, adeo paralysi destitutus est, ut manus eius & pes, totũ deniq; latus dexterũ, exaruerint: quodq; omnibus miserabilius, priuatus est officio linguę. Cõturbati sunt hoc spectaculo cuncti, qui uiderãt, uirũ incõparabilis facundię doctorẽ pręcipuũ, exuberantẽ uerbo sacrę exhortationis & ueritatis prędicatorẽ egregium, subito lingua, manibusq;, destitui, & per omnia fieri inutilẽ. Q̃ dissonę ergo fuerint multorꝫ sentẽtię, q̃ temeraria multorꝫ nominetenus religiosorꝫ iudicia, piget reminisci, nedũ uerbis, psequi. Dicebant, quia Deus dereliquit eum, nec intẽdebãt scripturę dicẽti: Beatus qui corripit̃ a dño. Dolebãt aũt irremediabili afflictione omnes, qui erãt in Faldera & Cusalina: Maxime tamẽ hi, qui in has terras dudũ cum eo puenerãt, & cõsenuerãt cũ eo, sub põdere diei & ęstus. Adhibebat̃ aũt ęgroto medicorꝫ opera inefficax: prouidẽte diuinitate meliora de eo, & uiciniora saluti. Dissolui enim, & esse cum Christo multo melius. Duob⁹ igitur annis & dimidio uersat⁹ est in strato ęgritudinis suę, nec sedere, nec iacere, cõtentus. Curabatur aũt impẽsius fratrũ diligẽtia, prębentiũ ei necessaria corporis, & ad ecclesiã eum deferentiũ. Nunq̃ enim missarꝫ solennijs, uel cõmunioni sacrę uoluit abesse, nisi forte ualetudo grauior detineret. Tantis aũt Deũ gemitibus, & interno cordis clamore cõpellabat: ut aspiciẽtes uix a fletu temperauerint. Gubernabat interea domũ prior eusdẽ loci, uenerabilis Eppo, uir magni in Christo meriti. Porro Cusalinã, & ecclesias, quę in Wagria erant, regebat dñs Ludolphus, qui olim in Lubica, multos propter euangeliũ Christi, pertulit labores. Huic prępositurã Cusalinę, dum adhuc uigeret, cõmendauit episcopus. Cum autẽ dux in Italia cũ Romanorꝫ rege lõgius abesset, Vicelinus diẽ clausit extremũ. Obijt aũt pridie idus decẽbris, anno quarto & quinquagesimo post mille centũq;. Sedit in episcopatu annis quinq;, hebdomadibus nouẽ: Corp⁹ tumulatũ est in Falderẽsi ecclesia, q̃d necdũ cathedralis esset instructa.

Eps paralysi tactus.

Obloquutiones.

Duob⁹ annis in lecto.

Temp⁹ obitus Vicelini.

XVIIII.

Mortuo igitur, immo ad meliora translato, Vicelino: agebat̃ impensius memoria boni patris, tam in Faldera, q̃ Cusalina: fuitq; prẽfixũ curatorib⁹, quid singulis daretur diebus in elcemosynã pro remedio animę salutari. In Cusalina autẽ erat sacerdos quidã Folcardus nomine, minister mensę, qui primus ad Falderam, cum dño Vicelino

aduenerat, industrius in rebus forensibus. Hic ergo eleemosynas, pro boni patris anima cõstitutas, dare aliqñ neglexit: parcus in rebus, supra q̃ necesse esset, quod forte non necessariũ duceret, pro beato dare ad suffragia quicq̃. Apparuit uenerabilis pontifex mulieri cuidã cõsistẽti in pago Zegeberge, circũcinctus cultu sacerdotali, dixitq; ad eam: Vade & dic Volcardo sacerdoti quia impie agit in me, subtrahẽs ea, quę pro remedio animę meę, fratrũ mihi deuotio supputauit: Cui mulier: quis inquit, dñe uitã uobis & linguã restituit? Nonne fama latius percrebuit, uos multis dieb[9] & aliquot annis, linguę officio destitutũ: postremo etiã morte defunctũ? Quã ille blãdo uultu cõsolans, prę gaudio flẽtem: ita est, ait, ut loqueris: sed hęc melius instaurata nunc ecce recoepi: Nũcia ergo memorato sacerdoti: ut celerius suppleat quod retraxit: Quinetiã hoc adiungas, ut nouẽ post me expleat officia. Et his dictis disparuit. Vbi ergo hęc nũciata sunt sacerdoti, abrĳt Falderã, cõsulere super hoc uerbo. Interrogatus aũt, culpã cõfitetur, iuxta sermonẽ uiri Dei: promisitq; emẽdationẽ. Porro de nouẽ officĳs, post eum, a sacerdote cõplẽdis, diuersa cõmentãtibus, ueritas permãsit incognita: sed rei euentus, uerbũ quod latebat, aperuit. Idem enim presbyter, nouẽ post episcopũ hebdomadibus uixit solis: declaratũq; est septimanas officĳs pręsignatas. Vir clarissim[9] Eppo prępósit[9], põtifici pro uitę reuerẽtia ualde familiaris, incõsolabiliter lugebat, sancti patris obitũ: Quod cum multis dieb[9] ageret, sępe dict[9] pontifex, uirgini cuidã castę & simplici in somnis astitit dicens: Dic fratri nostro Epponi, ut cesset a fletu: qa & fletib[9] eius cõdoleo: Ecce enim lachrymas ipsi[9] in uestib[9] meis porto: Dixit, & ostẽdit ei uestẽ niuei cãdoris totã lachrymis infusam. XX.

Apparitio epi mortui.

Nouẽ officia totidẽ hebdomadę

Lachrymę maculae.

Vid dicã de illo cũctis notissimo, cui[9] supprimo nomẽ. Ita enim q placuit, eo q̃ adhuc superstes sit in Faldera, cupitq; latere. Hic post mortẽ põtificis, nõdum expletis triginta dieb[9], audiuit eũ in uisione dicentẽ: Repositã sibi requiẽ cum famosissimo illo Bernardo Claruallẽsi: cui cum diceret, utinã uos essetis in requie: Ille respõdit: Sum dei gratia & uos quidẽ credidistis me mortuũ: ego autẽ uiuo, & semper postea uixi. Grata profecto, nec onerosa fuerit lectori uni[9] adhuc facti narratio: quã in laudẽ Dei, & cõmẽdationẽ põtificis gestã, multorũ, pbãt testimonia. Erat in Falderensi parrochia, in uilla, quę dicit̃ Horgene, matrona quędã Adelburgis noĩe, põtifici propter uitę simplicitatẽ admodũ familiaris: Hanc postmodũ luminib[9] orbatã, uenerabilis pater consolari frequẽti[9] solebat: adhortãs, & cõmonefaciẽs, uirgã paternę correptionis patiẽter sustinere, nec deficere in tribulationibus. nam oculos eius in cœlũ esse deportatos. Post transitũ ergo pontificis, uix annus est emẽsus: uidit mulier cœca in uisione nocturna, assistentẽ sibi Vicelinũ, & de statu salutis eius solicite, percũctantẽ. Cui illa: Quę inquit, mihi salus quę in tenebris sum, & lumẽ non aspicio: ubi quęso dñe cõsolationes tuę, quib[9] oculos meos dicebas in cœlũ pręmissos: ego aũt, ptrahor in hac miseria & cœcitas inueterata pdurat? Noli, ait ille, diffidere de gratia dei nostri: Statimq; pretẽdẽs dexterã signũ uenerabile crucis oculis ei[9] impressit, adhibens benedicti-

Superstes in Faldera.

Oculi in cœlũ deportati

Cœca illuminata.

one & abiit. Mane ergo facto, euigilās mulier, sensit ex operatione diuina, cum noctis tenebris trāsisse noctis suę cœcitatē. Tum exiliens, e strato mulier prona cecidit in terram, exclamās, in gratiarū actionē, & dedignata cōsuetū ducē, proprios direxit gressus ad ecclesiā. Pulchrū de illuminatione sua prębēs spectaculū, omnib⁹ notis, & amicis: fecitq̨ postea de manu propria uelū, ad operiendū sepulchrū beati pōtificis, in testimoniū, & monumentū suę illuminationis. Multa quidē & alia fecit deus per uirum hunc mirabilia, digna relatu, quę nō sunt scripta. Igit, Faldera pontificis magno lętet honore, uirtutes animo contegat ossa solo.

Versus in laudē Epi.

XXI.

Post trāsitū Vicelini episcopi, fratres de Faldera recesserūt a subiectione Aldenburgēsis ecclesię: quippe, cui nunq̄ suberāt, & elegerūt sibi prępositū Epponē, uirū memorabilē. Porro episcopalis electio & assumptio duci est reseruata, scietib⁹ cūctis, quātū fuerit laboris Vicelino, ad recōciliationē: pręsertim, cū necdum esset constitutū eius ecclesię solenne capitulum. Geroldus interea quidā, e Sueuia natus sacerdos, Brunswico, agebat scholis pręfectus, uir cui in literis rar⁹ se audebat comparare: ducis absentis cōiugi per famā notus, opinione castę ac sacerdotalis continētię: cui etiā deuotio inerat, se aliqñ in cœnobiū Redageshusen, cui germanus eius abbas preerat, conferēdi. Herebat autē in curia dicti ducis, magis corpore, q̄ animo. Vbi ergo fama uulgauit Vicelinum episcopū emigrasse: fœmina princeps, Geroldū alloquitur. Si tibi inquit, propositū est Deo seruiēdi, ut ferūt, in austeritate uitę assume tibi laborē utilē, & lucrosum: proficiscere in Wandaliā, & sta in opere, in quo diu fuit Vicelinus episcopus: Hoc enim faciēs, & tibi & multis proderis, ad frugē uitę melioris. Sciēs aūt uir Deo deditus, quid esset, laborē non recusauit. Accersiuit ergo per literas dña, Ludolphū de Cusalina prępositū: Cōmēdatūq̨ sacerdotē, trāsmisit cum eo in Wagriēsem terrā, ut eligeret episcopus. Accessit cleri populiq̨ facile cōsensus: precessit enim uirū fama boni testimonij. Aberat tum forte archiepiscopus, qui consecraret electum: Ille enim duci ab initio aduersat⁹, ob causam, quā in Saxonia dixim⁹, de Stadēsi comitatu: tum uero crescebat uehemēter, indignatio in alterutrū: eo q̄d dux occupat⁹ esset expeditione Italica, & cōmunitę sunt aduersus eū arces episcopi: Stadē, Fordē, Horeborg, Friburg. Nam & orietalis Saxonię principes, & qdā de Bauaria, cōspirationis, ut ferebat, gratia cōdixere colloquiū: Euocatusq̨ archiepiscopus, occurrit eis in saltu Bohœmico: q̄ postea reditū maturāte, male sibi timēs a ducalib⁹, nō audebat itinere suo redire in parrochiā: māsitq̨ toto pene anno in orientali Saxonia. Surgens ergo elect⁹ Geroldus, abijt post eum in Saxoniā, quęsitūq̨ reperit apud Martipolim, Aldenburgēsem episcopatū in alterā trāsferre personā parātem. Audito aūt Geroldi aduētu, perturbatus animo cœpit irritare factā de illo electionē, immaturā ecclesiā, & psonis adhuc uacuā, sine sua authoritate, permissioneq̨, nec eligere, neq̨ decernere quicq̄ posse: At ex aduerso respōsum est: Ratū esse opus electionis, quā pęcisset postulatio principis: cōcordia cleri: aptitudo personę. Tunc archiepiscopus: nō est inquit

Electio epi ad ducem.

Fama notus promouetur ad epatum

Archieps ad uersat duci

Arces epi muniuntur.

Ecclesia per sonis uacua.

huius temporis, uel loci, taliũ explanatio: Expediet hanc causam, cum rediero, Bremẽse capitulum. Videns ergo electus archiepiscopũ sibi aduersantẽ, remisit Ludolphũ prępositũ ad eos, qui secũ uenerãt in Wagriam: Ipse uero abijt in Sueuiã, designatur⁹ duci per nũciũ de statu suo: Cui dux celerius remãdauit, ut properaret in Lõgobardiã, ꝓcessur⁹ cum ipso Romã. Quo properãte, incursatus est a latronibus, & amisso uiatico, percussus etiã est gladio in frontẽ: Nec his remoratus, uir ęstuãtis animi, profectus est itinere cœpto, ꝑueniensq́ꝫ Terdonam, ubi erãt castra regis, benigne suscipit̃ a duce, & amicis eius. Ea capta ciuitate, rursus, ꝓgrediunt̃ Romã: Ibi multis ante peractis, quę in Saxonia dixim⁹, ea fuit opera ducis, in obsequiũ summi põtificis: ut q̃uis propter literas archiepiscopi, quę pręuenerant, in urbem auersatũ summũ pontificem inueniret: tñ propter singularem tum ducis operã, placentem pontifici, consecratus est Romę Geroldus de summi pontificis mandato. CA. XXII. Elect⁹ i epm Gerold⁹ spoliatur in uia

Piscopus aũt iam cõsecrat⁹, accœpta a duce licẽtia, se contulit in E Sueuiã: ubi uenerabiliter ab amicis suscœpt⁹ & per dies aliq̃t retẽtus diuertit in Saxoniã: Inde trãsmisso Albi, uenit in Wagriã: ingressurus uineã Dñi: & in ea laborẽ arripiẽs, cui se deuouit. Deniq́ꝫ ingressus episcopatũ, non inuenit stipẽdia, quib⁹ uel ad mẽsem sustẽtari poterat: Siquidẽ Falderẽsis domus, post mortẽ beatę memorię Vicelini episcopi, cõmodo simul & quieti cõsulens (sic enim interpretat̃ Helmoldus) ad Hãburgẽsem ecclesiã sese trãstulerat. At Ludolph⁹ pręposit⁹, cum fratribus in Cusalina, satis sibi esse putabãt, ut episcopũ ingredientẽ, & egredientẽ, hospitio exciperẽt: Sola dom⁹ Buzow, stipẽdijs episcopalib⁹ deseruiebat: uacua admodũ & inculta. Visitãs ergo episcop⁹, & alloquẽs filios ecclesię suę reuersus est inde ad Albiã, loquutur⁹ archiepiscopo apud Stadiũ: Quẽ cum archiepiscop⁹ per fastũ elationis diutius ꝓtraheret, essetq́ꝫ difficilis admissio, dixit Geroldus ad abbatem Reddagehusen, germanũ suũ, & eos qui secũ uenerãt. Quid hic stam⁹ fratres? eam⁹ uidere faciẽ hominis, & nihil morat⁹ ingressus est ad eũ: accœpitq́ꝫ osculũ sine uerbo salutationis. Ad quẽ Geroldus: Mihi, ait, cur reticet maior meus? Expectãdũ mihi scio, ut prior loqueret̃, potestas maior, sed quia ꝑtinaciter silet̃, ueniã mereor, silẽtiũ rũpens: Quid peccaui ut salutationẽ demeruerim: demus, si placet, arbitros, qui iudicẽt inter nos: Veni, ut scitis, Martipolim postulare benedictionẽ, & renuistis: Necessitate ergo inductus, abij Romam, impetraturus ab apostolica sede, quod hic recusabatur dari: Iustior mihi apud æquos iudices succẽsendi est ratio, ꝙ mihi onerosa ista proficiscẽdi imposita est molestia: Ad quẽ archiepiscop⁹: Quę, inquit, tam ineuitabilis causa uos Romã ire cõpulit, ad subeundũ uię laborẽ, & impẽsas: An quia extra prouinciã posit⁹, uestrã postulationẽ, ad faciẽ ecclesię nostrę distuli? Distulistis ait episcop⁹, tãq̃ infirmaturi causam meã: hoc enim ut uerũ fatear, uerbis deprehẽdi nõ obscuris: Sed gloria Deo, qui ꝑfecit nos in ministerio suo, laboriosa siq̃dẽ, sed grata assequutione. Tunc archiepiscop⁹: Apostolica inquit sedes, potestate sua, cui certe obniti non possumi, usa est

Gerold⁹ Romę cõsecrat̃.

Dom⁹ Buzow epo stipẽdium.

Archieps de fastu cãrtonis taxatur.

Veniã meret̃ silẽtiũ rũpẽs.

Nõ obniten dũ ap̃licę sedi.

in consecratione uestra, quę ad nos omni iure spectabat: Sed huic iniuriæ rursus prouidit remediũ, designãdo nobis per literas, nihil in hoc facto autoritati nostrę de uestra subięctione subtractũ. Ad hæc respõdit Geroldus: Scio quidẽ, nec diffiteor, hoc ita esse, ut dicitis, & idcirco huc ueni, ut exhibeam me in his, quę digna sunt uobis: ut sopiant̃ discordiæ, & instaurent̃ ea, quę pacis sunt: Iustũ q̃cꝫ arbitror, ut nobis, quæ subięctionis sunt exhibẽtibus, prouideatis sustẽtationis adminiculũ: Militãtibus enim stipẽdia quis neget? Et his dictis, in mutuã gratiã redierũt, promittentes alterutrũ, in necessitatibꝰ opẽ uicariã. Inde digrediẽs Geroldus episcopus, abijt Bremã, occursurꝰ duci: Eã enim ciuitatẽ, uelut suã, dux ipse tenebat, ex causis, quas in Saxonia cõmemorauimus. Dux ea tempestate, infensus Phrisonibꝰ, qui dicunt̃ Rustri (Sũt aũt, qui ad Iadam fluuiũ accolũt) uenit Bremã Calend. Nouemb. & iussit teneri Phrisios eius generis, quotquot ad forũ uenerãt, & substãtias eorꝝ diripi. Interrogatꝰ aũt a duce pręsul Geroldus, quomodo illũ excœperit archiepiscopus, rem omnẽ uertit pro sua prudẽtia in faciẽ meliorẽ: & studuit lenire ducis animũ ad illũ. Inueteratę enim causę dissidij, quę diu suberãt, eo tẽpore, inuenerãt locũ digrassandi: eo ꝙ archiepiscopus omisisset Italicã expeditionẽ, uiolator perinde habitꝰ præstiti Imperio iuramẽti, & perinde reꝰ lęsæ maiestatis: Cuiꝰ rei uindicẽ, ab Imperatore, se ferebat dux Hẽricus. Qua de re Bremã ueniẽs, occupauit omnes curtes episcopales, & quęcũcꝫ reperit episcopi, addidit fisci iuribus. Idem factũ est Vdalrico Halberstadẽsi episcopo. Redeuntem ergo ducẽ Brunswicũ, adijt Geroldus, & ęgit cum eo festũ Dñici natalis: Quo expleto, redijt in Wagriam, assumpto germano suo, abbate de Reddagehusen. Abijt Aldenburgum, acturus diem solennẽ Epiphaniæ, in loco cathedrali.

Militãtibus nõ neganda stipendia.

Rustri Phrisones detinẽtur.

Eps ducis aim lenire studet.

Dux i archiepm tãq̃ læsę maiestatis reum.

CA. XXIII.

Ueniẽs ergo Geroldus episcopus in ecclesiã suã brumali tempore, inuenit urbẽ desertã penitus, non habentẽ mœnia, derelictã habitatoribus: Sanctuariũ paruulũ, quod beatę memoriæ Vicelinus erexit. Illic in asperrimo frigore, inter montes niuium, peractum est sacrũ officium. Auditores nulli de Wandalis, præter Pribislaum, & paucos alios. Expletis sacris mysterijs, rogauit Pribislaus diuertere põtificem cum suo comitatu in domũ eius, quæ erat in uico distantiore. Veniẽtem suscœpit alacritate plurima, fęcitcꝫ conuiuiũ lautum: mensam appositam uiginti fercula cumularunt. Inde experimento compertum est, quod ante fama uulgante inter omnes percrebruit, quia nulla gens urbanior Wandalis in hospitalitate: In colligendis enim hospitibus, omnes, quasi ex una sententia alacres sunt, ut nec hospitium postulare permittunt, ultro offerentes. Quicquid in agricultura, piscationibus, seu uenatione conquirunt, totum in largitatis opus conferunt: eo fortiorem quęcꝫ, quo profusiorem, iactitantes. Cuius ostentationis iactantia, multos ex his ad furta, & latrocinia contrudit: quę uticꝫ uitiorum genera apud eos quidem uenialia sunt: excusantur enim hospitalitatis palliatione. Wandalorum enim legibus accedens, quod noctu furatus fueris, crastina hospitibus disparties. Si quis ue

Geroldꝰ adit ecclesiã suã.

XX. fercula in cõuiuio.

Wãdali alacres erga hospites.

Venialia furari & latrocinari.

ro,quod rarissimũ est, peregrinum hospitio dimouisse deprehēsus fuerit, huius domũ,& facultates,diripere, uel incendio licet cõsumere, atq; in id omniũ pariter uota conspirãt: Illum ingloriũ, illum uilem & ab omnibus procinus exibilandum, dicentes,qui hospiti panem negare non timuisset. Manentes autē apud regulũ nocte illa,cum die ac nocte subsequenti,trãsi erunt ad orientem,ascendentes in ulteriorem Wandaliam,hospitati apud potētem quēdam in gente, cui nomen Tassemar, is enim illos accersierat. Accidit autē,ut in transitu nemus offenderēt,quod unicũ est in terra illa: tota enim in planiciem sternitur: Illic inter uetustissimas quercus,uiderũt sacras,ut uocant,arbores,quę dicatę fuerant deo terræ illius Prone, quas ambiebat atrium,& seps accuratior,lignis extructa, cõtinēs duas portas: Præter penates enim,& opida, quibus singula,ut putabant, numina inerant,locus ille genti sanctimoniũ fuit,& uniuersæ terræ: cui flamen, & feriæ,& sacrificiorũ uarij ritus, dedicati fuerant: Illuc omni die Lunæ cum regulo,populus,& flamen,conuenire solebant,propter iudicia. Ingressus atrij omnibus interdictus, præter sacerdotem, & sacrificij causa uenietes, uel quos mortis urgebat periculum (erat enim cõstitutũ miseris asylum) Tantam enim sacris suis Wandali exhibuere reuerentiã,ut ambitum phani,nec hostium sanguine pollui sinaut: iurationes difficillime admittant. Nam iurare apud illos estquasi peierare: ob uindicē deorũ iram. Est autē genti multiplex idolorum cultus:non enim omnes in eandem superstitionis consuetudinem consentiunt: hi enim simulachris, imaginarias formas pretendunt,templis inclusas: quale erat Plunense idolum, cui nomen Podaga. Alij syluas,uel lucos inhabitant: qualis erat Prone deus,quem coluere Aldenburgēses:quibus nullæ sunt expressę effigies. Multos etiam duobus, uel tribus, aut eo amplius capitibus, exculpunt. Inter multiformia uero deorum numina, quibus arua, syluas,tristitias,atq; uoluptates, attribuũt,non diffitentur unum deum in coelis,cęteris imperitantē: illũq; præpotentem,coelestia tantum curare:Hos uero distributis officijs obsequentes,de eius sanguine processisse: & unumquẽq; præstantiorem, quo proximiorem illi deorum deo.

Inglori⁹ qui panē negat hospiti.

Arbores deo Prone sacrę.

Dies Lunæ genti sacra.

Iurare & peierare paria apud Wand.

Nõ diffitẽt unũ deũ Wandali in coelis

CA. XXIIII.

Eniēte aũt episcopo cum comitatu suo ad nemus illud, & locum u prophanationis,adhortat⁹ est cęteros episcop⁹,ut fidēter accederēt ad subuertēdũ lucũ: Ipse equo desiliēs, cõtriuit cõto insignes portaꝝ frõtes: Et ingressi atriũ,omnia septa ei⁹ cõgesserũt, circũ sacras illas arbores,& de strue lignoꝝ,inięcto igne,pyrã excitarunt ingentē:non tamē sine metu,ne forte tumultu,& incursione gētis obruerent. Illi aũt diuinit⁹ ꝓtecti,abierũt. Peruenerãt ad hospitiũ destinatũ,ubi Tessemar excœpit eos grãdi apparatu:nec tñ dulcia,aut iucũda illis fuerũt Wãdaloꝝ pocula: q cernerēt cõpedes,& uaria tormētoꝝ genera,quæ intētabantur Christicolis,e Dania aduectis. Aspexerũt illic gementes sacerdotes Dñi, captiuitatis diutina calamitate maceratos: qb⁹ eps nec ui,nec prece,subuenire poterat. Proxima die Dñica,conuenit popul⁹ uniuersæ terræ ad forũ Lubicēse: & ueniēs epũs,uerbũ ꝓposuit exhortatiõis ad plebē,ut relictis

Eps lucum destruxit.

Sacerdotes in cõpedib⁹

idolis, colerent unũ Deũ qui in cœlis eſt: & percœpta baptiſmatis gratia, renunciarẽt operibus malignis, prędis, & nceib⁹ Chriſtianorũ. Cũq; pero raſſet ad plębem, innuẽtibus cęteris, ait Pribiſlaus: Verba tua uenerabilis põtifex, uerba Dei ſunt, & ſaluti noſtrę fatemur cõgrua: Sed qualiter ingrediemur hãc uiã, tãtis malis irretiti? ut enim intelligere poſſis afflictionem noſtrã, accipe patiẽter uerba mea: Populus quẽ aſpicis, populus tuus eſt: & iuſtũ eſt nos tibi pandere neceſſitatẽ noſtrã: Tuę uicis erit compati nobis, & ſi qua potes, nos adiutare: principes noſtri tãta ſęueritate graſſari in nos cõſtituũt, ut propter uectigalia, & ſeruitutẽ duriſſimã, melius ſit mori, q̃ uiuere. Ecce hoc anno nos habitatores breuiſſimi anguli, mille marcas duci perſoluimus. Porro comiti toties centenas, & necdum emimus, ut reſpirem⁹, ſed toties emũgimur, & premimur, uſq; ad exinanitionem: quomodo ergo uacabimus huic religioni nouę, ut ędificemus eccleſias, & percipiamus baptiſmũ, quibus quotidiana innouantur onera, ut nihil cogitemus q̃ de fuga? ſi tñ eſſet quo cõfugerem⁹: trãſeũtib⁹ enim Trauenã, ecce ſimilis calamitas occurrit: ueniẽtibus ad Panim fluuiũ, nihilomin⁹ adeſt. Quid ergo reſtat, niſi ut omiſſis terris, feramur in mare, & habitemus cum gurgitibus? Aut quę culpa noſtra, ſi pulſi terra, mare turbemus? & deprædem⁹ Danos, & reliquas gẽtes, mercãdi gratia nauigãtes? Nonne principũ erit ea noxa, qui nos exturbãt? Ad hæc ep̃us: Q; principes noſtri hactenus abuſi ſunt gẽte Wãdalorũ, non eſt mirabile: nõ enim ſe multũ delinquere arbitrantur in idololatras, aut qui uiuũt ſine uero deo: quin poti⁹ cõcurrite ad noſtrę Chriſtianitatis ritũ, & ſubijcite uos omnium creatori Deo, ſub quo curuantur, qui portãt orbẽ, & erit onus ueſtrum magna ex parte leuatũ. Nonne Saxones, & cęterę gẽtes, quæ Chriſtiano cenſentur nomine, degũt cum trãquillitate, cõtenti legitimis ſuis: Vos uero ſicut ab omniũ diſcrepatis cultura, ac religione, ſic omniũ odio laboratis, & patetis direptioni. Et ait Pribiſlaus: Si dño duci, & tibi, placet, ut nobis cum comite, ſit eadẽ culturę ratio: dentur nobis iura Saxonũ in prędijs, & redditibus, & uolẽtes ſubibimus Chriſtiana ſacra, ædificabimus eccleſias, & decimas perſoluem⁹. Epiſcop⁹ operã pollicit⁹ abibat. XXV.

Pribiſlaus rñdet ep̃o. — *Tributũ annuũ mille marcæ.* — *Prętẽdit pyraticã licẽtiã.* — *Chriſtiani degũt trãquille* — *Wãdali petũt iura Saxonum.*

Dixit Henricus dux, prouincialem in Erteneborg conuentũ, ad quem inter alios properabat Geroldus epiſcopus. Aderant euocati Wandalorum quoq; primarij. Admonente epiſcopo, dux uerba fęcit ad regulos illos, ſuper Chriſtianiſmo ſuſcipiendo. Ad quẽ Niclotus regulus Obotritorum ait: Sit Deus, quem nos quoq; in cœlis regnare credimus, Deus tuus, eſto Deus noſter, & ſufficit nobis: Excole tu illũ q̃ uoles religioſiſſime, nos autẽ te uenerabimur. Et arridens, corripuit eum dux de uerbo ſtultitię pleno. De reb⁹ uero eccleſiæ, & epiſcopat⁹, nihil amplius eo tempore actum eſt: eo q; dux nuper Italia rediens, totus in queſtu erat ſumptib⁹ exhauſtus: camera enim uacuefacta, cõmonuit corradere, ut impleret. Redeuntẽ duce in Brunſwicũ ſuũ inſequitur Geroldus epiſcopus, & mãſit apud eum dieb⁹ multis: dixitq; duci: Ecce iam annũ in curia tua conſumpſi totũ, nihil præter onus afferẽs, in Wagriam rediens,

Cõuent⁹ indicitur. — *Verbũ reguli ſtultitię plenum.* — *Dux ſumptib⁹ exhauſtus*

non inuenio quid manducē: cur ergo onus nominis huius, & officij mihi impositū est? melius mihi erat in gradu pristino permāsisse, q̄ in episcopa tu mēdicare. His incitus dux, exciuit comitē Holsatię Adolphū: & habu it cum eo rationē de trecētis mansis, qui oblati fuerāt in dotē episcopi. Co mes aūt pręsente duce, assignauit episcopo in possessionem Vthin, & Ga mel, cum appēdicijs eorū. Insuper prędio, quod dicit̄ Buzow, adięcit du as uillas, Gudesuelt, & Wobeze. In Aldēburgo quoq; dedit ei prędium cōmodū satis, & adiacēs foro: Et ait comes: Eat dn̄s episcop⁹ in Wagriā, & adhibitis uiris industrijs, estimari faciat prędia: quod defuerit de trecē tis mansis, ego supplebo: si quid superfuerit, sit uicissim meū. Veniēs ergo episcopus, uidit possessiones: & habita inquisitione cum colonis, deprehē dit prędia uix centū implere māsos: q̄obrē comes uolens redarguere agri mēsores, adhibuit mensurā suā, funiculo breui, & hominibus incōpetto. pręterea paludes, & nemora, funiculo cōprehēdit: & fecit de mensura sua maximū agrorū numerū. Perlata uero causa ad ducē, adiudicauit ille epi scopo dari mensurā ad morē terrę: nec mēsurādas paludes, ac syluas robu stiores. Multū ergo laboris adhibitū est, in requirēdis agris: nec per ducē nec per episcopū poterāt in designato a comite spacio deprehēdi. Hęc aūt importunitate sua cōquisiuit Geroldus episcop⁹, quotidie insistēs aurib⁹ principū: ut ad bonū modū episcopalis prouisio expediret. Et ædificauit opidū, & arcē Vthin, cōstituēs ibi forū. quia aūt cōgregatio cleri nō erat ulla in Aldenburgensi ecclesia, pręter eam, quę erat in Cusalina, hoc est, in Hagerstorp: annuēte duce, reduxit illā in Zegeberg, ad locū primę fun dationis, quatin⁹ in solēnitatibus, cum pontificē oporteret adesse populo, haberet in clero sacri officij ministerium. q̄d licet Ludolpho pręposito, & fratribus uideret̄ incōmodū, propter tumultus fori, cesserūt t̄n cōsilio ma iorū: nam refragari loc⁹ non erat. Et erexit eo loco domū episcopus: Inde progressus, adit archiepiscopū, cui etiā multa depēdit obsequia, sperās sibi reddi Falderēse monasteriū: q̄d antecessor ei⁹ & fundasse, & possedisse di noscit̄. Sed archiepiscopus in partē ecclesię suæ pronior, callidis spōsionib⁹ deduxit uirū, p̄mittēs per inducias, & tēpora redimēs. Mādauit aūt Ep poni, uenerabili pręposito, ne penit⁹ retraheret manū a subsidio nouellę ec clesię hui⁹, sed subueniret episcopo, tam in episcopatu, q̄ in cęteris adiumē tis: q̄obrē Geroldus accersiuit de Falderēsi cœnobio, uenerabilē Bruno nem sacerdotē, is enim defuncto Vicelino, Wādalia decesserat, & remisit eum Aldēburgū, ut curaret salutem populi illius: ad quod nimirū opus, ille diuino incitabatur instinctu, ut non grauaretur labore, sed inuitare tur fructu.

Vthinū in dotē ecclesię.

Cōtrouersia de mensura prędiorum.

Dux diffinit in fauorē epī

Gerold⁹ ep̄s diligens.

Ep̄s erigit domum.

Subuenitur epo & nouel læ ecclesiæ.

CA. XXVI.

Vidit nāq; nocturna uisione chrismale in manib⁹ suis, de sub cuius operculo, succreuerat oliua plena uiroris, quę cōfortata, ualidam peruenit in arborē. quod nimirū pro sentētia ei⁹ ita prouenit: Sta tim enim ut redit Aldēburgū, aggressus est opus Dei, cum magno feruo re: & uocauit gentē Wādalorū ad regenerationis gratiā: succidens lucos, & destruens ritus sacrilegos. Et quia arx & ecclesia, ubi olim fuerāt eccle

Visio.

Succiduntur luci.

Saxonũ colonia. siā cathedralis, deserta erat, obtinuit apud comitē, ut fieret illic Saxonū colonia, & esset solatiū sacerdoti de populo, cuius nosset linguā & cōsuetudinem: Et factū est hoc nouellę ecclesię non mediocre adiumētū: Siquidem Ecclesia ędificatur. ędificata est ecclesia honestissima in Aldenburgo, libris, & signis, & cęteris utēsilibus, copiose adornata: & restaurat⁹ est cultus domus Dei, in medio nationis prauę & peruersę, anno quasi nonagesimo, post excidiū prioris ecclesię: & dedicata est a pontifice Geroldo, in honorē sancti Iohannis Baptistę, astāte, & omnē deuotionē adhibēte, nobili uiro Adolpho comite, & dña Mathilde eius cōiuge: Et precepit comes populo Wādalorū, ut trāsferrēt mortuos suos tumulādos, in atriū ecclesię: & ut cōuenirēt in so Bruno sacerdos. lēnitatibus ad ecclesiā, audire uerbū Dei: quib⁹ etiā sacerdos Dei Bruno, iuxta creditā sibi dispēsationē, sufficiēter illis pręferebat salutis monita: habens conscriptos sermones lingua Wandalorū, quos populo pronūciaret oportune: & prohibiti sunt Wādali decætero iurare in arborib⁹, fontib⁹, & lapidibus, sed offerebāt criminibus pulsatos sacerdoti, ferro, uel uomeribus examinādos. Danū aūt quedā per ea tēpora cōprehēsum, ob, nescio Supplicium crucis tollit. quas, causas, Wādali cōfixerūt cruci: quod cnm Bruno sacerdos renunciasset comiti, ille traxit noxios in causam, & ęre mulctauit: tulitq; genus illud supplicij de terra. Vidēs ergo Geroldus episcopus, quia in Aldenburgo positū esset fundamentū bonū, suggessit comiti, ut in pago, qui dicitur Dulcin⁹ sacerdos. Susle, suscitaret ecclesia: & miserūt illuc de Falderēsi domo Dulcinū sacerdotē, cuius spiritus sitiebat labores & pericula, in prædicatione euangelij: missusq; uenit in speluncā latronū, ad eos qui habitauere Wādalos, ad flu Crempine fluuius. uiū Crempine. Erat aūt illic pyratarū familiare latibulū: & habitauit inter eos sacerdos, seruiēs Dño in fame, siti, & nuditate. Oportunū deinde uisum est, ut & in Lutkenborg edificaretur ecclesia: & in Ratekow: & abierunt illuc una episcopus Geroldus, & comes Adolphus, & designauerūt ecclesijs extruēdis oportuna loca. Creuit ergo opus Dei in Wagriensi ec clesia: & iuuerunt inuicē se comes & episcopus ope uicaria. Arcem quoq; Arx Plone instauratur. Plone per hęc tēpora comes instaurauit: muniuit opidū, cōstituens forū. Et abierūt secreto timētes Wādali, qui tenuerūt uicina loca: ueneruntq; Saxones, & habitauerūt illic: defeceruntq; indigenę paulatim de terra. Sed & in terra Polaborum multiplicatæ sunt ecclesiæ, instantia domini Euer Euermodus ęps. modi episcopi, & Henrici comitis de Racesborg: uerūtamē assuetos prędis Wandalos, non ita cohibere initio poterant, quo minus in mari pyraticam, & per terram occulta latrocinia exercerēt: Daniā autem assuetā habebant palestrā antiquæ dimicationis.

CA. XXVII.

W Andalis enim & Danis, perpetua fuit de mutua prẹda colluctatio: nisi q̄ iam Dani, post susceptū Christi iugū, māsuetiores facti, propulsandis de mari & terra sua Wādalis, laborabāt: opor In Dania ciuile bellū. tunū enim tēpus nacti, quo Dania ciuili int⁹ bello flagraret, duob⁹ de regno cōtēdētib⁹, Zuenone & Kanuto, cōtinuo excurrebāt in eos Wādali In Zelādia tum uastitatē cōmisere, pręmissis speculatorib⁹, cū regē Zuenonē abesse intelligerēt: urbi Roschildię admouēt exercitū. nō diffidētes

imparatā occupare. Rex aūt, cum iam sero uespere eam urbē magnis itineribus cōtendēs, clam Wādalis intrasset, premisso etiā ex suis speculatore, quos potuit perarmauit: hostibus occurfur⁹. Qui preibat, statim obuios habuit ex Winulis equites expeditos, qui cum pernicitate equorū facile poterāt graui preire onustū armatura. Declinauit Dan⁹ uim hostiū, satis iam prematuris se ab illis, ut poterat, elōgabat: equidē robustū uiri iumētum, facile dissipauit stipulas, quę impedimēto erāt pernicib⁹ Wandalorꝫ equis, ad cursum, non ad statariā pugnā expeditis. Interrogatus ille inter percurrēdū, si rex adesset. Adesse respōdit: ueritate facili⁹ illis illuderere putans: ꝙ uera nō dicere hostem, illi putarēt. Indubitatū illi erat, nec credituros, quod diceret: Certūꝗ illi mox sunt interpretati, quod eorꝫ speculatores renūciabāt, regē nō adesse: itaꝗ progrediunt agmine quadrato. Nec lōgū tēpus in medio: regij equites urbe egrediunt: Rex ipse sequut⁹ cum aliqt peditū cohortib⁹, ac alis equitū. Primi ex Danis equites distinent hostē, donec regius exercit⁹ instruat. Iam stabāt in ordine acies: Iam pugna conserit: Promptū fuit regijs, ex summa quiete procurrentib⁹, hostiū agmina prima perturbare. Fortiter tñ Wandali resistūt: sed qm̄ Danorū uires paulatim crescere sentiūt, ob regem, quē non putabāt p̄sentē, suasꝙ decrescere, cōsulto pugnātes, retrocedūt. Erat preliū fuge non dissimile: ut sępe cōuersi, hostem aut sustinerēt, aut repellerent: utrinꝙ tñ magna cæde peracta, Wandali ad naues redeunt: multis, quod necesse fuit dum trepidāt in littore amissis: ceteri in naues recœpti, regrediunt. Tanta uero tunc ui Wādali Danis, & per sequētia tēpora institerūt, ut uastata Iutia, ad Eydorā usꝙ, uici, habitatoribus uacui cernerent, agri desolati. Fionia, Falstria, Zelādia, non meliori tum sorte agebant. Lalādia etiā p̄cio, uexationis redimēdę gratia, persoluto, quietē suā impēdio emebat. Cernens rex Zueno, quia domestico dissidio cuncta perturbante, Wandalorum flammas extinguere non poterat, magno ære interueniēte, Henricum Saxonię ducē, cognomēto Leonem, subarrabat, ut suis ille uiribus Wandalis inuectus, domi illos detineret, ne Daniæ regnū, durante intestina dissensione, labefactarent. Millequingentas argenti libras, publica collatione rex corrogauit, ut Henrico duci, cuius tum fuere uires præcipuæ, stipendium militiæ in Wandalos persoluat. Ille accœpta pecunia, aliquot equitum cohortes illis immisit. Sed maiores tum erant Wandalorum, quos corrupte Winulos dixere, uires, q̄ ut paucis cohortibus territarentur: Itaꝗ nihilominus rem in Daniam peregerunt: nec amplius tum a rege actum putabatur, q̄ ut damno dedecus adiecerit, patriam suam non armis, sed argento tutari confisus: quæ etiam res, multorum ex suis, ab eo animos fertur abalienasse.

Equites expediti.

Initur preliū.

Wādali retrocedunt.

Vici habitatorib⁹ uacui

MD. libræ p stipēdio militiæ.

CA. XXVIII.

Aruo deinde post tēpore, ui Wādalica apud Fioniā clades incidit memorāda: ut, si secūdā illi similē insula accœpisset, cultu diu uacua remaneret: resꝙ ei⁹ nō afflictę modo, sed perditę fuissent. Zueno enim rex tum pulsus exulabat: cui⁹ rei ordinē in Dania sumus exequuti. Q̄diu enim illi res fuerat cum solo Kanuto, ut cūꝗ armis, & semel

Clad es memoranda.

quod diximus, Cæsaris Friderici interpositione se in regno cõtinuit. Vbi uero Waldemarũ regiũ iuuenẽ a se abalienauit, Kanutusq; hostis illũ sibi deuinciret: data illi sorore in cõiugiũ. Iam cũctis ambor cedere cogebatur armis. Ergo fractis uiribus semel, ac interim infœliciter prælio gesto: & cum se multi ab eo ob Wandalor retraherẽt incursus, impositis in naues rebus, cum cõiuge & liberis, se trãstulit in Wãdaliã: & applicuit in Aldẽburgũ. Qua re cõperta, comes Adolphus, in cuius uenerat ditionẽ, non potuit non cõmoueri: Regẽ quõdã potentissimũ, cui frenũ in maxillis populor, omniũ borealiũ nationũ, repente deiẽctũ exulare. Cupiẽti ergo regi trãsire per terrã Adolphi, multã comes exhibuit humanitatẽ: diuertitq; ille in Saxoniã, ad socerũ suũ Conradũ de Within, marchionẽ: & mansit illic annis fere duobus. Quo tempore Henricus dux, Leo, ad conuentũ regni, quẽ Imperator in Ratispona indixerat, festinauit: recœpturus ducatũ Bauariæ, q Imperatori in Italia fortissime astitit: & recœpit illum patruo Imperatoris Henrico destituto: quẽ Austria cõtentũ esse iussit. Et creatũ est Hẽrico iterũ nomẽ nouũ, ut dux Bauariæ, & Saxoniæ, sciberet. Peractis ibi rebus ad uotum, ducẽ a curia redeuntẽ, adierũt principes Saxoniæ, interpellantes, ut regi Zuenoni expulso, ad restitutionẽ adesse dignarẽt. Promisit rex duci pecuniã immẽsam. Collectis ergo dux copijs undecunq;, per brumã reduxit regẽ in Daniam: & apertæ sunt ei ciuitates Slesuicũ, & Ripa: nec tñ ultra profẽcit illa expeditio: Instabãt enim quadragesimæ religiosi dies: & nullis potuit peruinci precibus Henricus, ut remaneret: Sed postulanti, ut Wandalor Henrico parentiũ, uiribus uteretur: dux promptus annuit: in præsenti aũt retrouertit ducem: q uiderat nullas in regno suppetias uenire Zuenoni, quis gloriatus pridẽ esset apud illũ, ad primã de Saxonia armorũ ostentationẽ, totius, aut maioris partis regni ad se fieri cõcursum: quod longe secus acciderat.

Kanutus cum suis in Wandaliam.

Cõuentus in Ratispona.

Dux reducit regẽ in Daniam.

Dux retro uertitur.

XXVIIII.

Eductus autẽ paulopost Zueno uiribus Wãdalor in Fioniam, tanta gratulatione omniũ ad se cõcurrentiũ excœptus est, ut dici uix possit, fœlicior ne rediens, q̃ infortunatior fuerit abscedens. Quã suscœptionẽ, & reliquos deinde successus, quia in Dania satis explicuimus, nihil hoc loco, nisi quod ad Wãdalos pertinebit, nobis recẽsendũ. quor hæc præcipua laus est: q regẽ, quẽ florentẽ oppugnare cõsueuerũt, nunc armis in regnũ restituãt. Facto ergo ad redeũtẽ regẽ maximo suor concursu, Kanutus & Waldemarus, eius perduelliones, & ipsi diuisis locis copias instruũt, ut occurrãt ueniẽti: & iterũ eijciãt, priusq̃ conualescat. At ille consederat in Lalandia, securus locorum firmitate. Interuenit autẽ Helias Ripensis præsul, priusq̃ arma concurrant: & compositione intentata triũ uoluntate, regnum tripartito scinditur: & unicuiq; sua pars, qua contentus, abiret, deputatur. Waldemaro Iutia, ut a Saxonibus discluderetur Zueno. Kanuto Scania: media uero regni, dantur Zuenoni: ut intercœptum in medio, facilius continerent. Adhibita sunt singulorum sacramenta, ut pax firmarẽt. Qua, ut credebãt firmata, cum Waldemarus, atq; Kanutus iam positis armis, omnia tuta, & fide stabilita, arbitrarenẽ.

Zueno excipitur.

Perduelliones Zuenonis.

Helias eps Ripensis.

Zueno cõuiualiter excipit regni conſortes in Roſchildia: Illi nihil ueriti aſſunt: Struit dolos, inuitator Zueno: & hoſpitalibus diis poſthabitis, in ipſo cõuiuio, ferrũ intẽtauit: miſcuitq; poculis cruorẽ: Cęſus eſt ibi Kanutus. Waldemar⁹ grauiter ſauci⁹, uix elabit̃, & peruenit in Iutiã ſuã: Ibi collecto exercitu, uenientẽ cum agminib⁹ Zuenonẽ excipit, & opprimit. Rex inde pacificus in omni regno fit Waldemarus competitoribus abſumptis: quã rem nunc breuiter rememoratam, in Dania plenius, qui uolet, perquirat explicitam.

In cõuiuio miſcet̃ poculis cruor.

CA. XXX.

PEr quod tempus ciuitas Lubicẽſis cõflagrauit incendio: cum ei loco ſplendor eſſet maior adhibendus: Purgauit ignis, auferens primordia, tumultuarie, non magnis apparatibus inſtructa. Mercatores tum afflicti damno ingẽti, ducem circũſiſtũt, dicẽtes: Hacten⁹ princeps illuſtris in patiẽtia diſſimulauimus detrimenta negotiationis noſtrę, poſteaq̃ nobis interdictus eſt a te liber mercatus ad omnes. Quomin⁹ locum mutarem⁹, diſtinuit affectio penatiũ, atq; domorũ: nunc q̃m incẽdium cõſumpſit omnia noſtra, etiã ea parte liberi, locũ ſponte deſerim⁹. Da ergo, ſi tibi uidetur, alio in loco, liberũ nobis emporiũ: quo ex integro ędificãtes, tuo fauore mercemur, ad incrementũ nouę urbis: ut perinde cẽſus increſcat tuo dominatui. Viſi ſunt probabilia dicere. Iterũ uerbum ille facit comiti ſuper inſula Lubicę: ut eam iam domibus & habitatorib⁹ uacuam, pmittat duci: Neq; tum ceſſit comes dño ſuo. Igitur ad lacũ Wakeniſſam, dux noua mœnia molit̃: Vocat Lubicæ mercatores, ut ibi inſtruant ędificia: Venere plurimi urbẽ nouã appellat Leoninã ſuo de nomine: ſed q̃m a mari difficilis erat in lacũ adit⁹, trãſportari multo incõmodo de Trauena flumine, per terrã, merces uidebãtur. Ea difficultate territi, multi cœpto deſtiterũt: Sed neq; Lubicã renouarũt, non permiſſi a duce, libere merces a mari uenientes, interdicto principis, diſtrahere. Videns comes, quia neq; ipſe prouentũ loci ſui poterat magnũ expectare, q nemo fideret inſtaurationem exuſtę urbis adire: & q̃m ducis in ſe indignatio, grauiores exit⁹ minitabat̃: permiſit duci nouã Lubicã. Ille locũ multis inſigniuit immunitatib⁹: Mox ad reſtaurãdã urbẽ ciues cõcurrũt. noui deniq; ueteribus acceſſere. Incredibile eſt memoratu, quãtũ breui, pfecerit urbs nouella, poſtq̃ in ducalẽ puenit poteſtatẽ. Ille diſparſis nũciis per omnia regna aquilonis, fecit pręconari, per Ruſſiã, & citeriora regna, immunitates mercatorũ, ad nouũ ſuę ditionis emporiũ diuertentiũ: Conſtituit iura: moneta excudit̃: uectigalia, non onerofa, imponũtur. Ex eo die magnũ ciuitati, & repentinum prouenit, ſine exemplo incrementum. Erat aũt poſt datam mundo ſalutem annus. MCLVIII.

Lubica incẽdio cõflagrauit.

Ciues Lubicę petũt nouũ emporiũ

Noua Lubica Leonina.

Noua Lubica pmittitur

Pręconantur imunitates.

CA. XXXI.

IN reliquã deinde Wandaliã reſpiciamus: cuius hactenus adeo res fluxę erant, ut apprehẽſam aliquoties Chriſti religionẽ, ad tẽpora ſeruauerint: Sed per occaſionẽ grauatorũ in eos tributorũ, aliquot uicibus reiecerũt. Prius enim a terra uicinorũ principũ, cenſibus ſunt adacti ſoluẽdis, q̃ ad Chriſti iuga coacti. Ab occidua quidem parte, iam tenuiter cœperũt Chriſti fidem ſectari. Maior tñ pars ſe recœpit, ad

Wãdali pri⁹ tributarij ij Chriſtiani.

interiorẽ Wandaliã, orientẽ uersus, ut nascentẽ declinaret religionem. Et iam dux Leo Henric⁹, Obotritis, & interioribus Wãdalis, cẽsum denuo imposuit. Albert⁹ quoq; marchio, sibi cõterminis, ad onera incubuit: De Christianismo aũt, quid apud marchionẽ a gerẽt, perspectũ non habem⁹. Obotriti autẽ, & uicini Winuli, tributa quidẽ pensitarũt: sed religionem Christi necdũ hac ętate subierũt. Qui uero ad mare habitabãt, intacti ab his principibus perstiterunt, abusi per ea tempora, Danię ciuilibus bellis. Nam dum illi inter se de regno colluctãtur, & mutuas attriuere uires, interim Wandali totis incubuere conatibus, Danię insulis euastandis: Idq; impigre perfęcerũt, qui uocãtur Winuli, Rugiani, & eorum contermini. Waldemarus aũt, cum ad se regnũ peruenisset, solum, duobus cõpetitoribus, per mutuas cędes cõtritis: Nam Zueno perdidit Kauutũ: Waldemarus Zuenonẽ: prima fuit regi cura, in Wandalos uindicãdi: q̃ illi per occasionẽ ciuiliũ bellorũ, adeo sęuierint in Daniam. Cuius rei gratia, cum regni cõuentum Waldemarus haberet, proceres nullo modo ad denunciandũ tum Wandalis bellum inclinabãt: q̃n attenuatis per intestina bella uiribus, simul euastatis insulis per crebras Wandalorũ incursiones, nullus poterat cogi exercitus, tantę hostiũ insolẽtię opponẽdus. Nam si collatis uiribus, semel nunc Wãdali superarẽt, facile illis fuerit totã regni latitudinẽ uastãdo peruadere. Itaq; dandũ tempus, consilio morã interponendã, ad augẽdas uires, & tum maturatis undiq; rebus, si uideaẽ belligerandũ: Ita ingrediãtur, ut ex regni decore & cõmodo futurũ sit. Rex & si inuitus a susceptione belli discederet, paret tñ initio: q̃d necesse fuit cõcilio ,pcerũ, ne res tenues, & nouitate infirmas, attenuare uideret. XXXII.

Obotriti & Winuli tributarij.

Winuli & Rugiani uastant Daniã

Dania p̃ intestina bella attenuata.

Rex paret cõcilio.

Vo tempore Wandali, parata classe, Arusiã inuadunt, & spoliatam omni parte denudãt: Falstrensibus insulã suam, quibus poterãt uiribus, aduersus infinitã hostiũ multitudinẽ pręmuniẽtib⁹. Erãt interea, qui regijs aurib⁹ Falstrẽses deferrẽt, perfidiã illos in regẽ alere: secreta miscere cum hostib⁹ Wãdalis colloquia: occultã esse inuicẽ illis intelligentiã: nihil tam secretũ in Dania fieri, q̃d non illi pręmisso nuncio, hostib⁹ Wandalis insinuẽt. Ita innocentiũ uirorũ fides, apud regẽ labefactaẽ. Nã, q̃d illi tutãdi sui gratia fęcere, nõ habẽtes in q̃uis defensore pręsidiũ, & q̃ necessitatis gratia interdũ se hostib⁹, qb⁹ erãt armis impares, familiari⁹ exhibuere, uersum est illis in pfidiã. Credulus rex delatorũ sermonib⁹, Zelandiã parmauit: satis illi uiriũ esse in Falstriã rat⁹. At illi non segnes, militiã in Falstrẽses, etiã gaudẽtes, amplectunẽ: q̃ perpetuo dissidio Zelãdẽses, Falstrẽsibus essent infensi. Iam stabat in anchoris classis: Expedita erant arma: classicũ solum demoranẽ: cum rex subita febri corripiẽ, uires amisit, dimissoq; exercitu, expeditionẽ in Falstriã intermisit. Quis aũt dubitare poterit, hoc diuino nutu contigisse: ut populo innoxio, & regi nihilominus decœpto, delatorũ uerbis, tum parcerẽtur. XXXIII.

Falstrẽ regi deferuntur.

Zelãdia per armatur.

Rex corripitur febri.

Er que tempora, instabat Romanorũ Imperatori Friderico, altera in Italiam expeditio: ad quã euocatus Henricus Leo, dux Saxonię & Bauarię, se pręparabat: deesse enim Imperatori non po-

terat, iam grādi beneficio cōstrictus eidē: q̄ illius nuper opera, recœpisset Bauariā. Hēricus aūt, priusq̄ Saxoniā exiret, colloquiū habuit ad Eydoram, cum rege Danorū Waldemaro: Ille enim erat limes ab antiq̄ utriusq̄ ditionis. Rex postulat, ut dux dedita opera, Wādalos cohibeat, a pyraticis excursionibus, quas frequentes in Daniam fecerāt: in quā rem rex duci pollicetur, mille argēti libras: Dux uicissim orat, ut suos in regno cōtineat, ne illorū insultatione perueniat ad arma. Ita re cōstituta discedunt. Dux inde, euocatis Wandalorū principibus, & inter primarios Nicloto Obotritorū regulo: serio indicit, ut per absentiā sui, omni se cōmotione, uel in Dania cohibeāt: si quid prҫter solitū accidat: facturum ut pœniteat tumultuātes: Illi spondēt meliora, nec tamē simplici cōtentus est dux sponsione: Iusiurandū extorquet: quod est Wandalis onerosissimū: Et ut fidē rebus astruat, iubet pyraticas naues in portū Lubicҫ cōuenire: Illi ueteres & inualidas eo misere, melioribus in abdita reclusis, fidē, quā constituere, exhibentes. Comes quoq̄ Adolphus, cum duce profecturus, interpositis Wagriēsis terrҫ seniorib⁹, Marcrado atq̄ Hornone, cōuenit Niclotū, & exegit ab illo cum beniuolentia, in fidē terrҫ suҫ exhibeat illibatam: quod ille pollicitus, etiā facto cōpleuit, atq̄ prҫstitit ex fide. In hunc modū reb⁹ ordinatis, profectus est dux in Longobardiā, cum mille (ut aiunt) loricis: habēs in suo comitatu Adolphū comitem, & multos nobiles ex Bauaria, atq̄ Saxonia. Et cum lōgius duraret ea expeditio, dux accœpta ab Imperatore licētia, repedauit. relictis ibi forte militib⁹ ut ipse cum paucis retrocederet. Nam ex ea retrogressione, nullā apud Imperatorē offensam, inuenitur, ut postea, contraxisse.

Limes Danorum.

Iusiurādū onerosissimū Wādalis

Dux in Longobardiam.

CA. XXXIIII.

Interea comes Adolphus, cum Reinoldo electo Coloniēsi, functus est publica legatione in Angliā, ad ei⁹ gētis regē: ab Imperatore, an Henrico duce, incertū: nisi q̄ pro dignitate electi Coloniēsis, promptius de Imperatore, q̄ duce processisse legationē est intelligere. Ibi tum de nuptijs Henrici ducis inter alia est cōstitutū. Nam cogitauit ille repudiū facere, dn̄ҫ Clemētiҫ, propter cognationē, quҫ, ut ferebat, deprehēsa est in gradu prohibito: cum summi pontifices, non tam faciles tum, ut nūc, ad dispensationē (quod in Saxonia diximus de dn̄a Mathildi) inuenirētur. Et contristati sunt, tam clerus, q̄ populus Holsatiҫ, de diuturna absentia dn̄i Adolphi, boni patroni. Wādali enim dē Aldēburgo & Magnopoli laxatis frenis, per absentiā principū, uiolarūt constitutā in Danos pacē: fuitq̄ Holsatia in tremore, a facie regis Danorū. At Geroldus episcopus, tum per se, tum per nūcios studuit lenire regis irā: inducijs tēpus redimens, ad reditū usq̄ principū. Redeūte ergo duce, atq̄ comite, prҫfinitū est colloquiū prouinciale, tam Saxonibus, q̄ Wandalis, in loco, quē uocāt Berēfort. Rex quoq̄ Danorū uenit in Ertenborg, & cōuq̄ctus est Wandalos constitutā uiolasse pacem: Qui sibi male conscij fuere ex Wandalis, in conspectū non prodeūt. Edicto aūt proposito, proscripsit omnes super ea re infamatos, & prҫcepit suis omnibus, ut se ad expeditionē uere proximo faciendā apparēt. Niclot⁹ aūt Obotritorū regulus perpē

Legati in Angliam.

Dux de repudio cogitat.

Wādali uiolant pacē.

Colloquiū prouinciale.

dēs ducis in se exasperatū animū,pararicp in se arma: statuit preoccupare bellū: Lubicā enim intercipere cogitauit insidijs: missis in eā rem ambob⁹ filijs,cum expeditis militibus,qui speciē pacis prçferētes,necdū hostilibus nūciatis, urbē nouam improuisi occupare facile ducebāt. Habitabat tum Lubicç sacerdos quidā, Athelo nomine: huius domus uicina erat ponti, qui tum iter sternebat per lacū Wokenissam in austrū. Is cum riuum duxisset longiuscule,effodi iussit terrā,& in aggerē cōijci, fossatumcp ponti pretēdit tēporaneç,nihil horū quç acciderāt prospiciēs,aut formidās. Sed ea tum res saluti fuit nouç molitioni. At Wādalorū illa insidiatrix manus cum recto itinere esset eo casu interclusa,quçrēs hinc atcp inde aditū,dete cta est. Proclamauere quidā ex familia sacerdotis,hostes adesse. Accurrit sacerdos,& ponte pēdulo per catenā demisso, iam stātibus in altera pōtis parte Wandalis,uix aditū prçclusit irruētibus: Dux ubi cōperit prçsidiū in ea urbe militū,ad similes casus prçuidēdos collocauit. Ita tum casus,& unius sacerdotis uigilātia,magnā cladē prçuenit intētatam. XXXV.

I ubica in periculo interceptionis.

Pons pēdul⁹

Niclotus,hanc alterā habuit excipiendi belli causam,ab duce. Validissimā igitur parauit dux expeditionē in eam gentē. Niclotus autē Obotritorū regulus,iam bello denūciato,& hostilib⁹ omnibus,cum capitis periculo: omnes,quibus tutandis diffidebat succēdit arces: Ilow: Mekelnborg: Zwerin: Dobin. Solum firmauit prçsidiū Werle ad Wernouiā fluuium,iuxta terrā Kissinorū. Ibi armis & cōmeatibus, abunde comportatis,statuit obsidionē tolerare. Egressi autē milites Wandali per singulos dies,itinerū gnari, ducis explorabant exercitum & per insidias excurrentes, nonnullos intercœpere de Saxonibus. Castra fixit dux ad cōfinia Magnopolis: cum filij Nicloti, Werslaus, ac Pribislaus, acccepta manu expeditissimorū militū, ad lacessendū hostilem exercitum egrediuntur frumentatū: egressos Saxones, inuadunt, sternunt, capiunt, fugant. Dux ubi comperit,insidijs opposuit insidias,& collata manū Saxones,fugam ineūtibus Wandalis,multos ex eis capiūt: quos dux omnes mox iussit necari suspendio. Elapsi Nicloti filij,omissis equis,per paludes & inuia redierunt ad patrem. Ille indignatus: Putabam inquit me genuisse & enutrisse uiros: sed opinione falsus sum: omnibus fœminis uideo fugaciores: Ipse egrediar, ut experiar, si uiro cum uiris conueniat: Assumpsit ex omnibus copijs expeditiores,& ducit in hostem: Non tamen palam ausus in aciem congredi: stetit in insidijs, ut pabulatores excipiat. De castris autē ducis egressi sunt iuuenes,solito plures, ad pabulandum: & prospicientes quod acciderat, ex militibus se plures armati miscuerūt: ut insidiantes fallerent insidijs. Niclotus princeps infestata hasta procurrit in medios, & excœptus ab armatis, quorum loricas tectas non prçuidit, in ipso ictu sensit arma: & priusq̄ se referret, crebris ictibus petitus, equo deturbatus perijt,nemine suorū auxilium ferente: cp incautius procurrisset in eos,quos putauit inermes. Ita perijt uir nobilis,& fortis,dum fortius q̄ cautius pugnat. Caput eius defectum, & ab omnibus recognitum,defertur in castra ducis. CA. XXXVI.

Expeditio in Wādalos.

Castra ad Magnopoli.

Capti necantur suspēdio

Niclot⁹ princeps perit.

Iliȷ cõperta patris morte, arcem Werlo succẽdunt: affectus suos cum preciosa suppellectili, nauib⁹ imponũt, ipsi cũ promptissimis in nemora se cõdunt. Dux omni terra euastata, firmat fortalicia, & imponit suorꝝ presidia. Guncelinũ quendã ex prima nobilitate, Zwerino imponit: qui exinde ad lõgã usq; posteritatẽ, comes cœpit esse Zwerinensis. Inde uero Nicloti filiȷ, per interpositos amicos, redibant in gratiam ducis: qui eis permisit arcem Werlo, cum subiecta terra. Cæterum omnẽ Obotritorꝝ, quam pater fugiens reliquit, terram, dux suis dimisit fidelibus. Nam in arce Kissin, Ludolphum quendã ex aduocatis Brũswici præfecit. Apud Malchow Ludolphũ de Peina iussit preesse. Zwerinũ autẽ & Ilow Guncelinus regebat. Magnopolim permisit cuidam nobili uiro, Henrico de Scatem: qui de Flandria aduocauit magnã multorꝝ multitudinẽ, exhaustis per bella indigenis, aut fuga se proripientibus in interiorem Wandaliã, Episcopũ aũt in Magnopoli constituit esse Bernonem, defuncto Euerhardo. In dotem autẽ ecclesiæ attribuit trecentos mansos, quomodo & Racisburgẽsi, & Aldenburgẽsi, contulit ecclesiȷs: Ipse directus dñs comitũ ab eo feudatorꝝ. Missa autẽ ad Imperatorẽ legatione, ab illo impetrauit ius constituendorꝝ põtificũ, per terras, quas gladio sibi suo subiecisset: & dedit promptus Imperator, quod non habuit: de quo & ante, & post, magne fuerant controuersie, inter regnũ & sacerdotiũ: Vtcũq; fuerit, Fridericus Imperator, tum adhuc duci Henrico affectus, postulata permisit: ut dux suo arbitratu, de nouis disponeret episcopatibus. Ita Geroldũ Aldẽburgensi, Euermodũ Racisburgẽsi, Bernonẽ Magnopolensi, prefecit ecclesiȷs: ut ab illius manu recognoscerẽt pontificiũ, & ei subiicerentur per homagiȷ prestationẽ: quod contra decuit: sicut etiã longe post prouenit. Episcopi non ignorãtes quid agerẽt, seruierũt tñ necessitati: maxime propter illũ, qui seipsum exinaniuit, formam serui accipiẽs. Et dedit etiã dux priuilegia de possessionib⁹, & de redditibus, & de iusticiȷs, hoc est, iurisdictione: Et precepit dux Wãdalis qui remãserãt in terra Wagriorum, Polaborꝝ, & Obotritorũ, atq; Kissinorũ, ut soluerẽt redditus episcopales, qui soluuntur apud Polonos, atq; Pomeranos, hoc est, de aratro tres modios siliginis, & duodecim numos monete publice. Porro aratrũ Wãdalicũ perficit duob⁹ bobus, & totidẽ equis: & aucte sunt decimationes in terris Wãdalorꝝ, co q; cõfluerẽt de cæteris terris homines Teutonici, ad incolẽdã terrã spaciosam, fertilẽ frugib⁹, cõmodã pascuis, abũdãtẽ pisce, & carne, & omnibus rebus ad uitã necessariȷs. XXXVII.

Vo tẽpore orientalẽ hinc Wãdaliã ad austrũ Pomeranorũ, & Kissinorũ, tenebat Albert⁹ marchio Brandẽburgẽsis, cuicognomẽ erat Vrso: Hic propicio Deo prosperat⁹ est uehemẽter in funiculo sortis sue: Omnẽ enim terrã Brisannorꝝ, & Stoderanorũ, multarũq; gentiũ habitãtiũ ad Albim, & Hauelã fluuiũ, misit sub iugũ, & subfrenabat rebelles eorꝝ. Deficiẽtibus aũt Wandalis, per cædẽ, aut emigrationẽ, misit ad Traiectum, & uicina Reno loca: insuper qui habitant ad oceanũ, eius fluctibus fatigatos Hollandros, Zelãdros, Flandros, & adduxit ter-

Arx Werlo succenditur.

Initiũ comitat⁹ Zwerinensis

Magnopolis Henrico de Scatem.

CCC. mansi i dotẽ ecclesie Magnopolen

Imp. dedit quo caruit.

Tres epi.

Seruierunt necessitati.

Aratrũ quid quodlibet sol uent epis.

Vocatur Teutonici in locũ Wãdalorꝝ

ris euastatis, necessarios cultores: Et confortatus est uehmēter, ad introitum aduenarum, episcopatus Brandēburgensis, & Hauelbergensis: eo ꝙ multiplicaretur ecclesię, & decimarū excresceret non parua possessio. Sed & australe latus Albis, in ipso tempore cœperunt incolere Hollādrij aduenę, ab urbe Soltwedel omnē terram palustrē, atq; campestrē, terrā quæ dicitur Bersemerland, & Marsemerland, ciuitates, & opida multa, usq; ad saltum Bohœmicum, possidebant Hollandrij. Crediderim Ottonū tempore, iam tūc has terras a Saxonibus, pulsis Wādalis insessas: nam & Henricus rex, Ottonis Magni pater, expugnatā urbem Brandēburgum fecit Saxonum coloniā, instituto ibi marchione, cuius posteri titulū ab illo tenēt eximiū: Sed exorta rebellione sub principe, quod diximus, Mistiwoi, quem cani cōparauit marchio, usq; adeo a Wandalis exterminata est gens Saxonum, cum fide Christi, ut omni ditione, quā tenebat latissimā, exut⁹, idem marchio ad prębendā uixerit in Magdeburgo: Sed tulit incuria sequentiū tempoꝝ, ut cum Imperatores alijs rebus laborarent, Wandali uicissim pulsis Saxonibus, natale solū recuperauerint. Testanť aggeres con iecti ad excursionē Albis: quo in opere non Wādali, sed Saxones, sudasse creduntur. Nunc uicissim reualescēte Saxonū uirtute, per industriā principum, Henrici ducis, & Alberti marchionis, cęsis, pulsis, & exterminatis, pro magna parte Wandalis, aduenę populi de littoribus oceani, terras occuparunt: & coaluerūt in mores, & iura Saxonū, usq; in pręsentem diem: Et multiplicatę sunt ecclesię, repleta terra cultorib⁹: creuerūt tributa principibus, & ecclesię decimis. Per quæ tempora cum annus ageret Christianæ salutis. LXIII. post mille atq; centū, uidens Geroldus Aldenburgensis episcopus, quia Lubica noua ciuitas, inciperet esset populosa, & in opibus, & ciuilitate, plurimū excresceret, Aldenburgū uero in medio nationis prauę constituta, non tam uigeret, ꝙ degeret, suggerebat duci de sedis suę trāslatione, & facile impetrauit: Hoc etenim cum & duci ex sua dignitate uideretur, constituerūt diem, quo Lubicā conuenirēt, ordinaturi de rebus. Et designauit dux locum, in quo ædificaretur oratoriū, in titulum matricularis ecclesię, & areas claustrales erigerent: Et statuerunt illic pręstbendas duodecim, clericoꝝ canonice uiuētiū: porro tertiadecima est pręspositi. Et dedit episcopus in stipēdia fratrū, decimas quasdam, & tantum de redditibus, quos illi soluit Wandalia, quantū prębendis sufficeret perficiendis, & resignauit Adolphus comes uillas oportunas prope Lubicā, quas statim dux obtulit in usus fratrū, & de theoloneo cuiq; fratrū marcas duas Lubicensis monetę. Insuper alia, quę priuilegijs ecclesiæ sunt inscripta. Præpositum autem assumpsere dominum Athelonem, cuius supra cum laude fecimus memoriam, ꝙ urbem seruauerit ab incursu latēti, filiorum Nicloti.

Hollādrij ad meridiem.

Brādēburgū colonia Saxonum.

Wādali recuperāt natale solum.

Multiplicatę ecclesiæ in Wandalia.

Trāslatio sedis i Lubicā

XII. prębendæ Lubicæ.

Athelo pręspositus.

CA. XXXVIII.

Hoc erat illud tempus, quo grande luctamen esset inter regnū & sacerdotiū, Alexādrū papam. III. & Fridericū Imperatorē. I. qui iuris sui plurimū interesse est ratus pontificē Romanū creare, & approbare, cum in electione eiusdē Alexandri diuisio fieret, & pars maior

Fridericꝰ. I. creat pont.

atq; sanior Rolandum crearet Alexandrum. Ab diuersa parte Octauianus quidam Victoris nomine erigitur: cui, q̃ se Imperio subderet, Fridericus cœpit assistere. In quã rem euocato omniũ principũ utriusq; ordinis concilio, in Vesontiũ, urbs est metropolis in Burgundia Imperiali, hodie Bizuntiũ uocant. Quo uelut prouinciarũ omniũ medio, reges Franciæ, Hispaniç, atq; Angliç, ad placita concurrerent, occurrerẽtq; orientalibus.

Cõciliũ in Vesontio.

Euocatur & Waldemarus rex Daniæ, & uenit: & duo regna (ut ferunt Saxones) suscipiens de manu Imperatoris. Dani aũt non fatentur, sed regem suũ quibuscũq; cõditionibus: inde abijsse: pollicitũ, postq̃ cum suo concilio res discussa esset, remandaturũ per literas ea, quæ poscerent. Meminerat Fridericus, rem se inter Zuenonẽ, & Kanutũ, super corona contẽdentes, composuisse: Volebat ius Romani Imperij in illam nationẽ propagasse, sed non esse illi successum ad uota, Dani loquũtur.

Dani & Saxones diuersa sentiunt.

Rex quidẽ Frãciç Ludouicus uenit in eum locum etiã ante Imperatorẽ: & aliquot horis expectans, repedauit: cum quid ageretur, suboleret.

Rex Frãciç ad cõciliũ.

Hartwicus Hamburgensis archiepiscopus aderat, Hẽricus dux, Comes Adolphus, Geroldus episcopus. Hartwicus quidẽ renouauit quçstionẽ suam, super iure legationis, in omnia regna aquilonis. Sed constitui nihil poterat: propter ecclesiç perturbationẽ, quç tum grauior imminebat.

Archieps renouat quçstionẽ legatiõis

Interim uero in Wandalia res erant quietç: omnia curante Guncelino, uiro forti, & prudenti, per absentiã ducis. Henricus comes Racisburgensis, ecclesiasticas res curç habuit: prouiditq;, ut decimç de integro soluerẽtur, ecclesiç instaurarenẽ, & Dei cultus ubiq; augeretur: profecitq; uehemẽter status ecclesiæ, sub illi⁹ deuotione singulari. Maius uero ad filij eius Bernhardi tempora suscœpit incrementũ. Holsati uero, & qui cum eis occupauere Wagriã, & si hospitaliter ad omnes se gererẽt transeũtes, ecclesiasq; fouerent ritu Christiano, decimas tñ ex more soluere recusarunt: nam paruulas de aratro mẽsuras intulerunt: asserentes hoc illis ab initio & esse permissum, & promissum, priusq̃ nouã terram introirẽt, ad cultum magno labore redigendam, & nunc quotidianos bellorum tumultus hocipsum deposcere: ut, quoniam undiq; angerentur difficultatibus, releuentur ab onere grauissimarum decimarũ.

Holsati recusant soluere decimas.

CA. XXXIX.

Geroldus Aldenburgensis, & nunc Lubicensis episcopus, adhibito Adolphi comitis consilio, literis q̃accurate concœptis, scripsit ad Holsatos in Bornehouede, ubi caput esse uidebatur populi: Prçtendit diuinũ in decimis prçcœptũ: ostẽdit non esse magnũ, pro spiritualibus seminantẽ, metere temporalia: monet, hortatur, obsecrat, ut in salutem animarũ, & ecclesiç decus, huic oneri subijciant humeros, leuissime supportando: ubi pia uoluntas accesserit, exempla ecclesiarum omniũ & prçsertim proximarũ, quç non minori, etiam maiori, difficultate laborent, prçtendit.

Gerold⁹ primo Aldẽburgẽ post Lubicẽ eps.

Sed parũ literç profuerunt: tumultuantibus, & sublato clamore dicẽtibus: Seruili conditioni, nunq̃ se colla submissuros: per quã omne Christicolarũ genus, pontificũ pressura laboret. Præterea & hoc adiecerunt, non multũ a ueritate aberrãtes, q̃ omnes pene decimç, in luxus cesse

Decimç in secularium luxus.

rint hominū ſecularium: nam Henricus Polaborū comes, dimidiū decimæ accœpit ab eccleſia in beneficiū, noſtri uocant feudum. Idem Adolphus comes, ſi res proſperabitur, facturus uidebatur. Epiſcopus populi duriciā retulit ad ducē. Ille ſub obtentu gratię, Holſatis, & omnibus in terra Wagriorū cōſidentibus, pręcepit: ut ad exemplū Polaborū, & Obotritorū, legitima perſoluant eccleſię: cūq; in camino tribulationis ſedentes pareant, cur non etiam in tranquillitate agētes, obtemperēt. Illi obſtinatis animis, nunq̄ parituros, reſpoderūt: malle ſe incenſis ędibus emigrare, q̄ ſe ac filios, in perpetuā mittant ſeruitutē. Grauius etiā aliquid cogitabant: Epiſcopo, & omnibus qui urgerēt occiſis, tranſfugere in Daniā: fecissentq; q̄d minabantur, niſi protinus obſtitiſſet, noua nuper interpoſita regis ac ducis pactio: quę inter alia hoc continebat: q; neuter alterius terrę profugos receptet. Anguſtati ergo Holſati, talem cum pontifice, in ducis pręſentia fecere cōuentionē: ut de manſo ſex modios ſiliginis, & octo ſoluerēt hauenę: eius mēſurę, quā uulgo dixere Hymten. Et ne futuris temporibus nouis, a pontificibus ſequuturis, onerent angarijs, & perangarijs. Hanc aūt conuentionē, ſcripto editam, poſtularunt literis & ſigillis, ducis, & epiſcopi, roborari: Sed cum notarij marcā auri depoſcerent, Holſatiq; dare recuſarent, res manſit ut erat: nullis literarū documentis, firmata: interueniēſq; mors properata pōtificis, rem liquit non ad plenum reſolutam: pręſertim q; bellorū noui motus, ab Obotritis nunciarentur.

Fit pręceptū de ſoluēdis iurib⁹ eccleſię

Pactio de nō recipiendis emigrātib⁹.

Noui mot⁹ belli.

FINIT LIBER IIII.

INCIPIT LIBER .V.

Ribiſlaus, & Werſlaus, germani fratres, Nicloti Obotritorum principis, filij, non contenti terra Kiſſinorū (ea eſt ultra Wernouiam, ad Panim uſq; fluuium) ad recuperandam Obotritorum prouinciam, aſpirabāt. Quorum molitiones Guncelinus Zwerini præfectus compertas habēs, ſine dilatione duci nunciauit. Ille mox undiq; contractis uiribus, priuſq̄ hoſtes inualeſcerent: duxit in eos: pręmittens Guncelinum, cum expedita manu, qui arcem Werlo, in quam ſe hoſtes recœperant, obſidionem ibi toleraturi, circumuallaret. Erat in eo præſidio Werſlaus. Frater autem cum expeditis equitibus nemora tenuit: excurſurus, ubi cōmodum uidebatur. Placuit duci, q; hoſtes obſidionem paterētur: certiſſimo, q; exinde caperent. Obſedit arcem: Et egreſſi iuuenes, miſſilibus certauere, graui ſatis labore atq; periculo. quibus dux ait: Quid eſt, q; prodigi ſanguinis, excurritis, uulnera ſine fructu excipiētes? quin potius ſedete in tabernaculis quieti: fames pugnabit, nobis ad omnia quieſcētib⁹: nā importari nihil poterat: & erat incluſa ingēs nobiliū, & plebis multitudo: Iuſſit ligna cōportari, ad faciēdas machi

Filij Nicloti ſtudēt nouitatibus.

Arx Werlo obſidetur.

Fames pugnabat.

nas,quales in expugnatione uidisset Mediolani:Erat Arieti primę nomē: Ea cōuellendis muris seruiebat: Altera erecta in sublime,turris in morem iacula desuper emisit in hostē. Qua territi,ne caput proferre sunt ausi Wādali. Werslaus enim uulnus accœpit ex missili. Pribislaus autem excursiones fęcit de insidijs,prælia leuia multa cōficiens: Visus est aliquādo cum turma Pribislaus. Mittit Adolphus comes cum promptissimis ad requirendū eum:sed ductor Wandalus,quęsito,q̄ quęrētibus affectior, duxit in errorē inuestigātes,per inuia, & paludes, tota die sine fructu defatigatos. Dux autē pręcepit,ne quoq̄ milites digrederentur a castris,ꝙ hostes armati cōspicerentur. Holsati autē,ut sunt ceruicosi,ducis pręceptū negligētes,exierūt:In quos ex cōmodo ducens Pribislaus,tam dimicauit ardēter,ac proinde:ut centū ex eis uiros prosterneret,reliquis in castra refugientibus. Qua de re dux acrius ira stimulatus,feruētius urget obsidionē: iamq̧ munimēta portarꝫ uacillare cœperūt, minātia ruinā. Nam suffossione laborabāt obsidētes. Tum Werslaꝰ spe posita meliore,euocauit, interposita fide,comitē Adolphū,ab eo consilia deposcens rerū pene perditarꝫ. Cui comes: Sera prope tua est consultatio, uelut morituri de proximo,tum primū de medicina cogitantis. Recte tibi consuluisses si in suum tempus petisses cōsilia. Quis te coęgit obsidionis tolerare discrimē? Magne fuit imprudentię ponere pedem in neruo,ubi nullū erat diuerticulū, nulla spes euadendi. Quis tibi nunc aliud potest prębere consiliū, nisi q̄d res ipsa,& extremū suadet periculum: uictori te,tuaq̧ dedere:pręter hoc non est alia tibi nunc uia salutis. Cui Werslaus: Pro tua quęso integritate interpone te duci,atq̧ mihi,ut deditio si necessaria est,sit etiam ex fide:ut uitę & mēbrorꝫ incolumitas mihi certa spes sit. Fęcit comes quod petebatur,& facile apud ducem impetrauit,ut deditis uita incolumis permitteretur: ita tamē,si & Pribislaus ab armis discedat. Ergo comitis accœpta fide egrediūtur de munitione Werslaus,& nobiles quiq̧,iam dediti: qui ad genua ducis prouoluti,ueniam deprecātur: Dux accœptos reclusit in custodiā: Pręcepit autē,ut Dani captiui,quos illi multos incluserāt, laxarentur. Et exijt multitudo magna captorꝫ,duci liberatori suo, uitā & uictoriā imprecātes. Porro, arcem & uulgus ignobile, dux iussit asseruari, pręficiens Lubemarū,Nicloti germanū fratrem: ut preesset terrę & faceret imperata: Werslaū secum duxit Brunswicū, & astrinxit eum manicis ferreis: cęteros uero per custodias iussit dissipari. Pribislaus, interpositis idoneis apud ducem nuncijs,animū eius pertentauit, si possit germanum educere uinculis,& de legibus pacis agi iussit: Dux multiplicem obtēdit petenti perfidiā: nisi prębęret obsides, nihil se credere paciscenti. Ad quę Pribislaus: Quid est opus domino poscere ex seruis,quos in potestate tenet obsides? presertim cum teneat germanū, multorū mihi charissimorꝫ, charissimū. Sit ille cū cōcaptiuis ex capto obses: Q; si temerauerimꝰ promissam fidem ,abutat illis dn̄s noster pro arbitrio: Accœpit dux conditionē,inde terra pacē sensit: Dux autē arces pridē accœptas firmauit: Malchow,Ilow,Zwerin,Dobin,Magnopolim. CA. II.

Machinarū genera.

Ductor fallax.

Dux irascit

Cōsultatio deditionis.

Dux cōsentit i deditionem.

Captiui ueniā petunꝰ.

Werslaꝰ ducitur Brūswicum.

Dux cōditiones accœptat.

Archieps dedicat ecclesiā Lubicen.

Ix peracta fuit hoc tempore, noue Lubicensis ecclesiæ dedicatio, per archiepiscopū Hartwicū, presente duce ac comite Adolpho, singulis pro cuiusq; opibus magnifice oblationē facientibus: qua uix impleta, Geroldus episcopus cœpit uiribus corporis repente destitui: sentiens sibi adesse diē nouissimū: nec tñ destitit operi diuino manū dare. In psalmodijs uir erat incomparabilis, qui nullā sine fructu, uel orationis, uel prij operis sinebat horā preterire. Adierūt cōsolādi gratia egrotantem Odo Lubicensis decanus, Ludolphus Zegebergen. præpositus, cæteriq; magis ab illo cōsolationē reportātes, q̄ illi pferētes. Cūq; illi faceret spem uitæ longioris: meliora, inquit, dicite: quod aliqñ futurū est, cur non hodie? Lecturus psalmū, apprehēdit codicē: & forte reperit psalmū istū: Lætatus sum in his, quę dicta sunt mihi: in domū Dñi ibimus. Tum suspirabūdus, oculis in cœlū sublatis, defectū spirit⁹ pati uidebat: & oleo inde sacro delibutus, spiritū efflauit: tumulatus in ecclesia nouella, quā ipse extruxit. Vacauit aūt sedes, ad præsentiā usq; ducis: ex cui⁹ solius uoto, res tum omnes pendebāt. Rebus ille in Bauaria cōpositis, Luneburgū arcē petiuit in Saxonia: ibiq; clerū Lubicēsem iussit cōuenire: cui dederat pōtificē Conradū, Geroldi germanū fratrē, abbatē in Reddagesħusen. Quę res, licet archiepiscopo, & omni Lubicensi capitulo, non placeret, pręualuit tñ ducis uoluntas: cui nemo potuit refragari. Recœpit ille consecrationē de manu Hartwici archiepiscopi, in opido Stadensi. Pollebat autē literatura, facundia, affabilitate: multis preterea donis, quibus dignā personā superuestiri decorū est: Sed pulchrā uirtutū superficiē deformabat, ut est apud Helmoldū, insanabilis quædā morum impetigo, mobilitas animi, facilitas uerbor, quę nuuq̄ in eo persistebat: diffidēs ipse secū, nihil ex cōsilio faciebat, incertus in promissis, extraneos diligens, suos fastidiēs: clero, quem in tenella reperit ecclesia, magna primū seueritate est abusus, incipiēs a primis usq; ad nouissimos, qui rus habitabāt: bona sacerdotū omniū sua esse dicebat: non quasi fratres, sed ut seruos reputās omnes. Si quē fratrē forte pulsare cœpisset, non legitima uacatione, non tēporis uel loci habita ratione, neq; capituli sentētia usus est: sed ad placitū, quos grauare uoluisset, aut suspēdit officio, aut eliminauit ab ecclesia. Cōmonit⁹ a duce, nihil remissi⁹ agebat: sed alienauit se a duce: & cōfœderat⁹ est archiepiscopo, quatin⁹ cōiūctis uiribus facili⁹ reuinceret omnē resistentē. Cum primū ad iura pōtificij cōsecrat⁹ esset, maneretq; in Horeborg cum archiepiscopo, orta est tempestas maxima uētor, procella fulgurū, coruscatio, & fragor tonitrui, quę passim multas ædes uel incēdit, uel subruit. Insuper tāta maris inundatio est suborta, quāta nō est audita a diebus antiquis, quę inuoluit omnē terrā maritimā Phrisię, & Hadeleriæ, & omnē terram limosam atq; palustrē Albis & Visurgi, nūc Weserā uocāt. Subuersa tum perierūt hominū multa millia, & iumēta sine numero. Quāti diuites, quāti potētes uespere sedebāt, & delicijs affluebant, omni timore malorū sublato: Sed ueniēs repentina calamitas, inuoluit res in medijs fluctib⁹: Erat autē. XIIII. Calend. Marcij, de mense Februario.

Gerold⁹ eps obijt.

Conrad⁹ surrogatur.

Conradi uirtutes.

Vitia eiusdē

Alienauit se a Duce.

Tempestas maxima.

Aquarū inundatio.

CA. III.

Cum ea calamitas maritimis incidit, eadem die Magnopolis urbs prima Obotritorum, non minori laborat afflictione, per hanc occasionem. Werslaus princeps Pribislai frater, dum in uinculis ageret Brunswici, fratri per fidissimos mādat, atque remādat: En ego uinculis astringor, & nulla tibi mei cura remansit: fastidiū carceris, & uinculorum, horas me faciunt omnes dinumerare: tu inter hęc libertate frueris, uoluptate ac delicijs defluens, obliuisceris germani, ego tibi cōmutata uice alium exhibere fratrē: Si nostra te cōmouere possunt exempla, reminiscere, quia parens noster, dum in carcere Luneburgi ageret, cum arma corriperemus, mox ille dimissus ad libertatē redijt: Expergiscere, & uirū te memineris, patris iniuria, fratris calamitas, & omnis generis oppressio, te cōmoueat in ultionē. His atque similibus stimulis, actus Pribislaus, copijs clam coactis, duxit in Magnopolim, urbem primā Obotritorum. Aberat tum forte loci pręfectus Hēricus de Scaten: Wādali cinxere clausam: Obsidione firmata, alloquitur Pribislaus obsessos: Quāta mihi ac generi meo irrogata sit iniuria, uiri, non ignoratis: Cęsus parēs, captus frater, adempta hęreditas, quam tenetis uiolēti: uires uestras atque meas cernitis, longe uobis auxiliū, in manu mea cōclusos teneo: do tantū optionē: e duobus unū accipite: aut munitione decedite, cū uestibus, & armis, & rebus, quas ferre poteritis innoxij: fidem prębeo, deditos nihil mali passuros, qui egrediūtur: Sin perstiteritis, per quicquid est sanctū iuro, omnes sine discrimine morituros. Ad ea qui inerāt Teutonici, non uerba, sed tela referebāt: Ille aūt obsidionē perurgens, grauius multis in locis oppugnabat: loci magnitudo, facilem fecit oppugnātibus uictorię uiā: Dum hic pugnatur alibi trāscenso uallo munitio capitur. Wandali, capta urbe, quicquid Teutonici nominis fit obuiū, obtruncatur sine discrimine sexus, & ętatis. Celeritate usus Pribislaus, mox duxit in Ilow: Ipse cum expeditioribus pręcedēs. Gūcelinus Zwerini pręfectus morum sentiens, ipse cum aliquot armatis accurrit, hostemque praeueniens, opidum ingreditur: Suos & quos ibi Germanos reperit, adhortatus: ut egressi Pribislaū excipiant, priusquam accedant copię, quas sciebat secuturas: facile esse, fessum de cęde, quā fecerat, opprimere: Alia mens erat cęterorum. Senserūt enim mox a tergo opidū a Wandalis, qui intus erant, obseratū iri, si egrediantur: Sciebāt gentis morē, quod congentilibus suis, summo studio fauerēt. Tum Guncelinus cōuersus in omnes, clara uoce dicebat, ut a Wandalis audiretur: Audite cōmilitones: si ullam fraudem persenseritis eorum, qui nobiscū agunt Wādalorum: in eos conuersi, primū in illos uindicetis, succensis etiam domibus, ut primi pereāt, qui intus fraudem struūt: Hac uoce deterriti Wandali, qui intus fuere, nihil se cōmouebant: Qui foris erāt cum Pribislao, nihil magnū tentauere, scientes inesse Guncelinū & cum eos uiros fortissimos. Ea res immutauit eorum consiliū, ut primo mane discedant. Guncelinus autem, ueluti torris erutus ab igne, relicta Ilow, & collocata illic fida suorum custodia reuersus Zuerinum, recreauit suos: audierant ante pridem in oppugnatione cęsum.

Magnopolis afflicta.

Werslaus cōmouet fratrē ad bellum.

Pribislaus in Magnopoli.

Pribislaus ad obsessos.

Teutonici re ferūt tela.

Magnopolis capitur.

Wandali con gentilibus fauent.

Deterrentur Wandali.

Berno eps.

Erno uenerabilis episcop⁹ Magnopolēsis, cū audiret quā stragē b perpessi essent sui, quinto die peruenerat eo, cum paucis clericis, de Zwerino, tumulare cęsos: & sacris indutus, erexit ārā in medio cęsorū: obtulit pro eis hostiam salutarem, cum luctu & tremore: Quo iam sacrificiū peragente, surrexerūt Wādali de insidijs, ut percuterēt pontificē, & qui cum eo erāt. Sed celeriter, quasi missus a deo, superuenit quidam Richardus de Soltwedel, cum expedita manu: Hic audito, quia Gūcelinus obsessus esset Ilow, egressus est in auxiliū eius, & iter faciēs oportune superuenit in Magnopolim, cum pōtifex, & sui, iam in media morte tenerent: Cui⁹ aduētu territi Wandali fugierūt, & saluat⁹ episcopus pergit opus pietatis quod cęperat: & tumulauit ex interfectis ad septuaginta corpora, & reuersus est Zwerinū. Post non multum tempus, Pribislau⁹ cū ualidissimo exercitu, mouit in Malachow, deinde Cussin, & alloquitur loci præfectos his uerbis: Scio uiros uos esse fortissimos, fidelissimosq͡ principi uestro, q͡ in hostica terra, tam lōge uobis gmiserit custodiā pręsidiorū: Si dimicare placet, aut obsidionis experiri incōmoda, in utrunq͡ parat⁹ uenio: descēdite si quid est animi: alioqui ego ad uos ascendam: Tam e uicino positos sola dirimēt arma. Q₂ si pugnā subieritis: eam uobis denūcio fortē, de sanguine, non de gloria inter nos decertari: Si dedēda putabitis pręsidia: ea uos fide deducēdos curabo, ut ad ripā Albis, cum reb⁹ perueniatis incolumes: Nulla uos terreat diffidētia, uiris fortibus, per arma, non per fraudē congredior. Circūspexere obsessi uires suas perexiles, hostiū immēsas: auxilia lōge, & diuturna in medio tempora, pręter fidem & mortē, nihil se dn̄o suo posse pręstare: uitam tn̄ suam esse aliquāto duci rebātur chariorē, & utiliorē. Itaq͡ quod necesse putabatur, tueri non potētib⁹ pręsidia, uitā & arma pacti, tradiderūt: Ita res primū in manib⁹ Pribislai, prosperari magis atq͡ magis, uidebant. Terruit uiros exēplū eorū, qui sine fructu in Magnopoli perierunt.

Wādali territi fugiunt.

Oratio in obsessos.

Fit deditio.

CA. V.

Enricus dux, ubi audiuit res in Wandalia labefactari, arces, quas h in eum diē seruabat, cōmuniuit: & maioribus rem uiribus acturus: ipse grandē conflauit exercitū. Waldemar⁹ aūt rex Danię, ueterē ulturus in Wādalos assiduos hostes iniuriā, a mari ualidā classem inuexit. Sed & Albertus marchio uires suas cōiunxit: Ita tribus triū exercitibus principū, res geritur. Henricus ubi peruenit Malachow, arcē iam Wandali tenebāt: ibi in cōspectu hostiū, mādauit Werslaū principē, Pribislai fratrē, suspēdio necari in oculis fratris: q͡ germanū, ut cōpertu habebat, stimulasset ad rebellionē, q͡q͡ in pactis nouissimis esset cōprehēsum, si pręstitā fidem Wandali uiolarēt, Henricus dux pro arbitrio abuteretur obsidibus. Dux exinde caput belli, petiturus ad interiora ductare cōstituit exercitū, & euocatis quatuor procerū fortissimis, iussit cum expedito equitū numero preire, sequuturū grauem exercitum. Hi fuere Adolphus Holsatię, Reinaldus Thietmarsię, Christianus de Aldēburgo, & Gūcelinus de Zwerino comites, qui equitatum eduxere ante molem sequuturi agminis cum exercitu: Locus illis pręsignatur ab duce, ut opidū Demyn

Tres triū principum exercitus.

Necatur suspēdio Werslaus.

Quatuor proceres fortissimi.

procursu cingāt,castrametātes. In eam urbem cum Pribislao cōuenerāt, Casimar⁹,& Buggislaus,Pomeraniæ principes. Memorati ergo Saxonū comites,locū castris capiūt: Visum est Wandalorꝫ primoribus pertētare animos eorū de legib⁹pacis: & quod est uerisimilius,speculari uires,& castrorꝫ ordines. Missis nuncijs,gr̄a expromittūt:ut accepta pecunia illi reuertantur,pace reddita:constituūtq̨ se daturos tria marcarū millia: Sciebāt de gr̄e primā esse bellādi causam. Adolphus cum cęteris,nullas adhibuit aures: Postera die reuertunt̄: Iam duo tm̄ millia p̄ferētes: Visa est res,ut erat,ludibrio plena: Remissi sunt non sine cōtumelia oratores,q̨ irridere,non pacisci uenirēt. Interea qui ex Wagria sequuti sunt Adolphū Wandali,suis congentilibus affecti,omnē rerū gerendarꝫ ordinē,secreto nunciarunt hostibus. Perpensum est hocipsum ab Holsatis,quorꝫ maior Marcradus ait comiti: Operępreciū est,hostiū rebus aliquāto diligētius intendere: Sunt ex hoc nostro ordine,qui secreta illis nostra,secreti⁹ aperiūt: Illi se parant ad arma: In his castris,nulla uigilia,nulla custodia,nullę excubię: Contempt⁹ hostiū proxim⁹ est ad ruinā gradus. Comes ista leuioribus accepit aurib⁹,q̨ emortua putaret̄ uir̄t⁹ hostiū. Morā fecit exitus ducis,serius sequut⁹: & defecerūt p̄missis equitib⁹ uictualia, quę in paucos acceperę dies. Egressi aūt ex cohortibus expediti equites, ut de magno,grauiq̨ ducis exercitu expedirēt cōmeatū: p̄missis cohortibus quatuor comitū, Vix castra suorꝫ exiuerāt, & ecce primo mane magnus equitum peditūq̨ de cliuo exercitus,quadrato agmine uisus est descēdere. Primū rati sunt esse exercitū ducis sui: nō prospicientes,q̨ hostes a tergo intercipiendis illis in medio,imminerent.

De gr̄e prima belli causa.

Admonitio de periculo.

Cōtemptus hostiū grad⁹ ad ruinam.

Hostes imminent.

CA. VI.

Wandalorꝫ hoc erat agmen urbe emissum. Malebāt enim fortunam belli experiri cum paucis, q̄ totam exercitus molē excipere: Sciebāt quanta illis manu dux immineret. Ministri Saxonū concito pedem retorserūt, & magno clamore adesse hostes nunciabāt: Dormierūt securi pro magna parte milites,itinere fatigati: p̄sertim q̨ hostilē contemptū induissent: non arbitrati,fidere hostes,ut se campo credāt. Primi Adolphus, atq̨ Reinaldus,hostibus se opponunt uenietibus cum ea, quā poterāt,tumultuosa manu cōtrahere: Fortiter resistūt incursantibus, & primā quidem aciem Wandalorꝫ fortiter sustinuerūt: deinde etiā repulerunt: A secunda excepti: iam inter eam atq̨ primā intercepti, dum fortiter pugnāt,ad unū omnes, ibi cōclusi,perierūt,Holsati,Thietmarsi,cum comitibus suis,Adolpho atq̨ Reinaldo. Fęcit hostiū multitudo,ut Guncelinus atq̨ Christianus,laborātibus suis,adesse non possent. Cōglobati tamen trecenti cum eis equites,locum editū cœpere: Inde Wādali diripiendis Saxonū castris intenti fuere: Qui sarcinis custodiēdis relicti fuerāt, auxiliū implorauere Gūcelini,& cōmilitonū eius: Aduolātes ergo direptoribus castrorꝫ,magnā in eis stragem peregerūt: Deinde qui ex prima fuere pugna dissipati,cum cernerēt suos miscere gladiū, infusi una Wandalis,maximā in eos stragem peregerūt: ut pauci plures,& cederēt, & fugarent. Hēricus dux,ubi cōperit suorꝫ sortem, iter celerauit: Vbi accepit

Nūciantur hostes adesse.

Adolpus & Reinald⁹ comites cadūt.

Magnā in Wādalos strages

mortuũ cecidiſſe Adolphum, lachrymas dedit amico, amplex⁹ uirtutem uiri. Cęterũ ſtrages hoſtium, qui ad duo millia quingẽtos cecidiſſe ferebant, ex parte recreauit dolentẽ. Adolphi corpus iubet diligenter curari, condiriq;, ut ſepulchro patrio reddatur in Minda: necdum enim habebat Holſatia, uel monaſteria, uel inſignes eccleſias, pręter unam Hãburgẽſem, in qua multi poſterorũ temporũ Holſatię comites ſunt tumulati. De hui⁹ autẽ patre, ubi ſit recõditus, in Minda, an in Hamburgo, incõpertum eſt. Quis uero fuerit iſte Reinaldus Thietmarſię comes, ſatis quęritur: pręſertim, cum Hartwic⁹ Bremẽſis archiepiſcopus, eius generis nouiſſim⁹, permutationẽ fecerit cum eccleſia Bremẽſi, accipiens ab illa Stadẽſem, & reddens eccleſię Thietmarſię comitatũ. Sed mihi ſolet uideri, ducem non approbaſſe eius generis pmutationẽ: neq; Hartwico permiſiſſe Stadenſem, neq; eccleſię Thiermarſię comitatũ. Sed tamẽ illius dominatũ, cuidam ex ſuis nobilibus indidiſſe, qui nũc cum Adolpho ceciderit. Wãdali ſtragẽ tantã ab exercit⁹ parte perpeſſi, non conſtiterũt in cõſpectu magni, quod ſuperuenerat agminis: ſed ſucceſo Demin opido, cum arce, ut tum erat munitiſſima, retro abierũt. Partẽ ibi collocauit copiarũ Hẽric⁹ dux, ad tutamẽ uulneratorũ, cum mãdato ut demolirent, quę reſtiterãt, ęquarẽtq; ſolo ualla omnia: Ipſe progreſſus cum exercitu, ad interiorẽ Pomeraniã, peruenit Stolpe: quo in loco Caſimarus & Buggiſlaus, iam dudum Chriſtiani principes fundarũt abbatiã, in memoriã cęſi patris Werceſlai, qui primus in ea gente ſuſcepit Chriſtianiſmũ a uenerabili Ottone Bãbergenſi quõdam pontifice: quod in Saxonia diximus.

Corp⁹ Adolphi Mindę ſepelitur.

Hartwic⁹ archiepſ ultimus comitũ Thietmarſię

Demin opidũ ſuccedit.

Caſimar⁹ & Buggiſlaus Chriſtiani.

VII.

Riuſq; debellaretur, uenit Henrico duci uũcius, qui diceret, orientalis Imperatoris nuncios, eſſe Brũſwici, demorãtes reditũ eius. Qua re cõperta, permiſit proximis exercitũ: ut ęquabili iure rem terminarẽt: Ipſe properabat audire legatos. Q, niſi cõcito euocat⁹ abiſſet, ea lege ſubdidiſſet ſibi Pomeranorũ terram, quomodo Obotritorũ. Sed, qm̃ Chriſtiana fuit prouincia in mediterraneis, leuius bellũ eſt paſſus adminiſtrari: Obotriti aũt, exhauſti terrã reliquerũt inanem, atq; deſertam: reliquię ad Pomeranos, & Danos cõfugerunt. Sed & illi ſine miſerationis reſpectu, uendiderũt profugos, Polonis, Sorabis, & Bohoemis. Adolphi interim corpus, aromatib⁹ ſeruatũ, infertur patrio ſepulchro in Minda. Vidua eius Mathildis, cum paruulo ſuo, item Adolpho, terrã, ut poterat, Nordalbingorũ adminiſtrauit. Senſit tñ terra tanti pręſidis obitum: Conſilio enim, & armis cœpit deficere. Vnus ille erat fortiſſimis annumerandus: qui cõſilio, prudentia, fortitudine, terrã redęgit in ordinẽ: quo etiam exterminatis Wandalicę perfidię ſuperſtitionib⁹, Chriſto tota militaret. Superſtites uero Guncelinus Zwerini, & Bernhardus, Henrici, iam pręmortui, Raceburgenſis comitis filius, tantę uirtutis emuli, & ipſi in funiculo ſuę fortis fortiter ęgerunt: ut tota eſſet Chriſtiana prouincia & ſuſcitaretur cultus domus Dei, in gente diu incredula: q̃q; breues antiquę gentis ſupereſſent reliquię, cęteris, ut diximus, aut cęſis, aut ad interiora dilabentibus; quę & ipſa res male ceſſit deſertoribus. Pribiſlaus autẽ tantę

Legati Imp. Grecorũ Brũſwici.

Obotriti migrarunt.

Laus Adolphi.

Pauci Wãdali domi remanſere.

rebellionis author, paternę hęreditatis factus extorris, cõsistebat apud duces Pomeranorũ, Casimarũ, & Buggislaũ: cœperũtq; instaurare subuersam urbẽ Demyn: unde frequẽter exiẽs Pribislaus, per insidias percutiebat fines Zwerini, atq; Racesburgi: & tulit prędã ex hominib⁹ atq; iumẽtis: Cui⁹ exitũ obseruãtes, Gũcelin⁹ atq; Bernhardus, pugnabãt & ipsi de insidijs: & cõmissis leuib⁹ sępe pręlijs, semp inclinauit uictoria Saxonib⁹: donec amissis promptioribus, omnes uires Pribislai, sunt penitus attritę. Displicuit ea res principibus Pomeranis, qui ubi cõpererũt prǣmonitum fecere, ut latrocinio abstineret, qñ iusto prǣlio decernere minime posset. Quãdiu apud illos moraretur hospitaliter esset habẽdus, ob ius cognationis, & cõmunis nationis: Si tamẽ hostes illis nouos semper cõciret, quo libet abiret: non se perditis rebus posse in suam perniciem immiscere. Ita cohibitus paulisper quieuit. Contritę sunt aũt ex illo die res Wandalorũ, quos Obotritos, Kissinos, & Circipanos dixere. Dux autẽ crebris colloquijs apud Eydorã, aut Lubicã, regẽ Danorũ Waldemarũ conueniebat: quod plene in Dania dixim⁹. Supererat autẽ Rugia illa maritima regio Wãdalorũ: quã rex a mari solus est aggressus: cum dux interim alijs reb⁹ implicaretur. Et tñ, quia edomita sunt mediterranea Wandalię, defecerũt ex magna parte pyraticę Wãdalorũ excursiones, quietius agebant insulę regni, quę semper huius gentis incursionibus erãt infestæ, & uacuefactæ, damna sua prodebant.

Demyn instauratur.

Displicet latrocinia principibus.

Res Wãdalorũ cõtritæ.

Pyratica cessat.

CA. VIII.

Interim uero Henricus dux Leo, magnis incrementis, gloriã patrũ suorũ, opib⁹, & ditione, supergressus est. Nam preter hęreditatẽ magnorũ progenitorũ, Lotharij Cęsaris, & cõiugis ei⁹ Rixę multorũq; ducũ Bauarię, atq; Saxonię, accesserunt ei nihilomin⁹ multorum principũ ditiones: Hermãni de Wintzenborg, opulentissimi: Sifridi de Hõborg: Ottonis de Dasle. Quid de amplissima ditione Hartwici archiepiscopi, qui de antiqua descẽdit Vdonũ prosapia: Nobile illud castrũ Stathen (nos Stadiũ uocamus) arce demolita, cum omni attinẽtia, cũ comitatu utriusq; Ripę, & comitatu Thietmarsię, uiuẽte adhuc episcopo obtinuit: Quędã hęreditario, alia beneficiali iure: Extenditq; manũ suam in Phrisiã, & admouit illis exercitũ: & dederũt ei pro sua redẽptione, quod fuerãt postulati. Hęc ad uerbũ, propter antiquitatis fidem trãstuli ex Helmoldo horũ tẽporũ diligẽtissimo scriptore: qui etiã ante Hẽrici exitũ, narrationẽ suã terminauit. Vnde in reliquũ ad alios nobis respiciendũ est auctores. Sed quia gloria parit inuidiã, nec est perpetuũ aliquid in reb⁹ humanis: Tantã uiri gloriã, non ęquis aspexere oculis, cęteri Saxonię principes. Ille enim immẽsis diuitijs locuples, clarus uictorijs, & propter geminũ Saxonię, atq; Bauarię, ducatũ, sublimis omnib⁹ Saxonię, & principibus, & militibus, intolerabilis est uisus. Sed manus principũ formido Cęsaris cõtinuit. Postq̃ aũt Cęsar quartã profectionẽ parauit in Italiam, & oportunitatẽ temp⁹ adduxit, statim inueterata cõspiratio, ꝓcessit in publicũ: & ubi non erat, facta est coniuratio omniũ contra unum. Ista uero ꝓsequi pertinet ad Saxoniã. Cęterũ per ea tẽpora, comitatũ Holsatię, Stur-

Hẽric⁹ Leo gloriã patrũ supgreditur.

Quę Hẽrico accreuerint.

Gloria parit inuidiam.

Cęsar in Italiã quarto.

mariæ,atq; Wagriæ, administrabat relicta Adolphi comitis,cum tenello filio: Propter cōsurgẽtes aūt belloꝝ motus,posuit dux puero tutorẽ, qui armis preesset,Henricū comitẽ de Orlemūde,natū Turingia. Cōmunicato autẽ principū suoꝝ cōsilio,idem Hẽricus dux Pribislau principẽ Wandaloꝝ,quẽ multis,ut dixim⁹,prælijs,puincia expulerat,admisit in gratiā: & reddidit ei omnẽ hæreditatẽ patris sui: Terrā scilicet Obotritoꝝ,preter Zwerinū,& attinẽtia eius: Et fecit Pribislaus duci & amicis eius,securitatem fidelitatis,nulla deinceps belloꝝ tempestate,cōuellendā: stare semper ad mandatū eius.& obseruare oculos amicoꝝ eius, absq; omni offensione: & reddita est trāquillitas Obotritis.Pribislaus aūt cum recœpisset paternā ditionẽ,preter ea,quæ diximus,a duce permissa,proceribus eius Nicolao fratris filio,permisit terrā Kissinoꝝ & cœptum est ex illo die,cōmuniri opidum Rostockium, q̄ in eam diem rusticis casellis arx erat circūfusa,tum cingi cœpit uallo, & in formā opidi consurgere. Erat tum post mille centū pene.LXX.annus: cum iam zelo catholicæ fidei prouect⁹ Pribislaus,insigne Cisterciẽsis ordinis monasteriū in Dobran ,exædificauit, prædijs ditauit,ad fratrū sustentationẽ: cooperante & plurimū stimulante uenerabili Bernone Magnopolẽsi episcopo,qui ordinis & domus suæ, de Amelūgesl borne fratres aduocauit,& introduxit, sub abbate Conrado, primū ibi præsidẽte. Nicolaus autẽ, cum suspectā duceret fidẽ magnatum qui arcẽ tenuere Rostockēij illo in colle, quo nunc diui Petri manet basilica: e diuerso & ipse fortalitiū erexit,in altero colle,qui uetus seruās nomẽ, etiā nūc Borchwal,hoc est,arcis uallū,nuncupat: ut malignātes facile cōprimeret,& sub iugo cohiberet. Pribislaus aūt usq; adeo cōciliat⁹ est Hẽrico duci,ut inter alios proceres comitẽ illum suū faceret in terrā sanctā: quā profectionẽ in Saxonia diximus.

Pribislaus recipitur in gratiam.

Obotritis datur trāquillitas.

Rostockiū cōmunitur.

Monasteriū Dobrā erigitur.

Borchwal arcis uallū.

CA. VIIII.

Quo tempore,cum Henricus dux undiq; occurreret inimicis, archiepiscopus Hartwicus, omissa Brema, quā dux occupauit, ex causis in Saxonia explicitis,Hāburgo consedit,pene solitarius & quietus: structuris claustralib⁹,& cæteris ecclesiæ suæ cōmodis intẽtus. Archiepiscopus aūt Coloniensis, cæteriq; principes mādarūt ei per scripta,ut reuocaret ad cor omnes pressuras,quibus attriuisset eum dux: tandẽ uenisse tempus,quo posset auxilio principū, recuperare statum honoris sui: patere sibi urbẽ Stadiū, & ereptum comitatū,si man⁹ ei principū accesserint: Hartwicus aūt archiepiscopus,multis experimẽtis edoctus, fortunatum semper in prælijs esse ducem,ambiguā quoq; inesse principibus fidẽ, & se huiusmodi spōsionib⁹ semper esse delusum, fluctuare cœpit animo: prouocabat eum recuperādi honoris cupido: sed deterrebat eum sæpe cōperta mobilitas principū: hærebat interim superficies amiciciaꝝ, & pax sonabat in uerbis. Verūtamẽ arces suas,Horenburg,& Friburg,cōmunire cœpit archiepiscopus,& cōgessit illuc apparatū armoꝝ & escarū,qui sufficeret in mẽses & annos. Hærebat illi indiuisus comes,Cōradus episcop⁹ Lubicensis,penes quẽ summa fuit cōsilioꝝ eius illo tempore. Perlatū est aūt duci, q̄ Conradus stimularet in se Hartwicū archiepiscopū: Cuius rei

Dux occupat Bremā.

Archieps cōmunit arces

gratia euocauit dux Conradū,in Erteneborg,ut expostularet cum eo. Ille aūt declinās Leonis iram, concessit in Phrisiā: simulās archiepiscopi legationē. Cum inde reuerteretur,misso iterū nūcio,dux euocat eum in colloquiū,uirū, quē ab olim dilexisset. Ille accepto Hartwici archiepiscopi conductu,nihilominus inductus suasu Bernonis Magnopolēsis episcopi, Stadiū adijt, quo ducē reperit loco: qui obijcit illi ingratitudinē de prisca prouectione: q per eum,& abbas, & episcopus fuisset: nūc illi excitaret hostes,reddēs mala pro bonis: cum potius,& episcopi, & amici, fuerit rogare,quę ad pacē sunt,& diffidētes recōciliare. Ille nullā se huius rei in se culpam recognoscere respondit: Scire quid principi debeat,& cuiq; sub cœlo potestati. Inde dux ab illo expetiuit hominij debitū. Ad qđ uerbū uir magnanimus resilijt,dicēs: Modicā esse stipē ecclesię suæ,nunq̄ se eius gratia,libertatē suam,cuiusq̄ imperio subditurū. Cui dux: omnino oportere unū e duobus fieri: aut loco cedere,aut proposito: q Imperiali donatione permissum illi esset ius hominij,in his Wandalię terris,quas suo gladio subęgisset. Cūq; fixus in sententia maneret episcop⁹,præcœpit dux occludi ei introitū ecclesię suę,& omnes reddit⁹ tolli episcopales. X.

Obijcitur ingratitudo epo.

Dignū epo responsum.

Occluditur epo introit⁹

P Ost abitū ducis,archiepiscop⁹ Cōradū alloquit: Vides, inquit, frater, quid agat: dux nos gladio suo circūsedet: non satis arbitror tuę securitati consultū,si cōstiteris hoc loco: sed proficiscere ad Wichmannū Magdeburgēsem archiepiscopū,tibi,mihiq; futurū beneuolū suscœptorē: nam ego te cōsequar euestigio. qđ & factum est subinde: Nam profęctus Cōradus,fere duobus annis apud illū consedit. Inde abiens,uadit in Franciā,ad Cisterciēse cōciliū, reconciliari Alexandro papę: Nam Hēricus dux Imperatorē sequut⁹,cum suis adhærebat antipapę Victori: recœptus in gratiam,per manus episcopi Papiēsis: qui ad hoc erat Alexādri papę cōmissari⁹. Adijcit ille,ut q̄primū ex cōmodo posset, se Conradus pręsentaret Alexandro,aut nunciū mitteret ad hoc specialē. Quibus peractis,reuersus est Magdeburgū: & inuenit ibi Hartwicū archiepiscopū(nam & ille loco cessit)& manserūt ibi diebus multis. Verūtamē milites archiepiscopi,qui tenebāt arces Horeborg,& Friburg,faciebant frequentes excursus,& incēdia, & prædas,ex possessionibus ducis: q̄obrem dux transmissa militia,occupauit Friburgū,& demolit⁹est a fundamētis: fecitq; tolli ex illo die,omnes episcopales redditus: nec ullas fecit reliquias: Soli qui erant in Horeborg, cōtinuerūt se ad reditū usq; archiepiscopi: eo q locus esset munitus per paludosas uoragines. Feruebat aūt seditionū sęua tēpestas per omnē Saxoniā: cōtendētibus uniuersis principibus aduersus ducē: & factæ sunt leuibus prælijs captiones militū, hinc atq; inde plurimæ,& dimembrationes,& euersiones urbiū,atq; domorū, atq; incēdia ciuitatū: Et addita est Goslaria principib⁹ in ducē: & pręcœpit dux custodiri uias,ne quis frumēta inueheret Goslariā: deficiētibusq; alimētis,facta est in ea fames ualida. CA. XI.

Pōt. fugisse a facie ducis

Dux adhęret antipapæ.

Dux occupat Friburgum.

Seditio in Saxonia.

Fames Goslariæ.

P Er ea tēpora Fridericus Imperator in Italia circūtulit uictorē exercitū: Genuēsem urbē oppugnauit,& expugnauit: urbē Romā

Genua oppugnatur.

Fugatur Alexander papa

cesis primū occurrētib⁹ Romanis, uictor intrauit: fugato Alexandro, Calixtū suū introduxit. Sed per morā attenuaẗ exercit⁹: multi enim peste interierūt: & ceperūt Lōgobardi cōsurgere, & rebellionē ostēdere. Imperator abiēs in Germaniā, conuentū fecit Imperij in Bamberga: & euocatis principib⁹ Saxoniæ, primores corripuit, q per intestinā discordiā res Italiæ tumultuātes, sint roboratæ: Recōciliatis ibi inuicē & Henrico duce, & principib⁹, effecit, ut Hartwic⁹ archiepiscop⁹ rediret in terrā ditionis suæ: sed breui post reb⁹ excessit humanis: & renouatū est impiū ducis in terrā quæ pridē fuit ecclesiæ, præsertim Stadēsem comitatū. Cōradus quoq Lubicēsis redire pmittiẗ, facto pri⁹ hominio duci, qđ ante recusabat. Cūq pax & trāquillitas, cōpositis principū simultatib⁹, rediret, rex Daniæ Waldemar⁹ in Rugiā parabat expeditionē: fœderat⁹ Christianis principibus Pomeraniæ, qb⁹ cordi erat, Christianā religionē ad eos, suos cōtribules, ppagari. Accessit Pribislaⁿ Obotritorū princeps, qui ducis præcepto tulit suppetias Danorū regi in Rugianos. Tedebat optimū regē, q gēs Christo & uicinis pfida, quæ regno suo semp hostilis fuisset, in sua seuitia pduraret. Susceperant aliqn Wādali ei⁹ regionis uerbū Dei a religiosis uiris, Corbeia egressis: & cōmendatū habuere patronū Corbeiæ, S. martyrē Vitū. Illi ad sordes non diu post relapsi, Dei honorē obliti, martyris nomē conseruarūt: ut Zwātewyt pro deo colerent, pessima superstitione, quæ tantū inualuit, ut diu ex omni Wādalia illi phano pēderet tributa: & hoc tēplū inter omnia colerēt religiosissimū: Cuius honori flamē inseruiēs, etiā regi in gēte præponebaẗ: Inde respōsa quæsierūt: Ibi euētus sortiū explorarūt: quas in omni gēte Germanica plurimū ualuisse olim, tradit Corneli⁹ Tacitus: flamen sortib⁹, flamini rex parebat. Solebāt etiā Christianū hominem inter libamina quādoq inferre deo suo: cui⁹ cruore deos oblectari ita ctitabāt. Cōuenerat in annos singulos eam in insulā, Rugiæ maxima hominū multitudo, ad allecū, quæ tum ibi erat, piscaturā. Adit⁹ nemini interdict⁹, modo deo suo Zwātewyt tributa pēderet: Nuper enim sacerdos, ait annalis, de Bardewico, rogatus a mercatorib⁹ Christianis, Christiana ibi sacra pegit: Sentiēs sacerdos gētis peregrina ibi sacra peracta, regē, & populū inflāmauit: irata clamās sua numina, de piaculari crimine sacrorū alienorū: itaq tumultu facto, sacerdotē deposcūt exhiberi ad pœnā: Vbi nō daẗ, pecunia enim crimē diluere Christiani repromittūt, centū marcis expromissis: nō pficiūt: In crastinū uim parāt Wādali. Mercatores noctu collectis sarcinis, & reb⁹, naues intrāt, & abeūt. Odiū Christiani nominis in omni qdē Wādalorū feruebat gēte, sed in hac præcipuū erat. Hospitalitas in illis, ut in ueterib⁹ Germanis omnib⁹, & præsertim aqlonarib⁹, plurimū uiguit: cura parentū præcipua: quē debilē fecit infirmitas, aut ætas decrepita defectū, hæredis curæ delegaẗ, plena foued⁹ humanitate: hæc enim duo, cura senū, & hospitalitatis, primū in gente uirtutū locū obtinēt. Rugianorū terra ferax frugum, piscium, animaliū: Vrbs eius prima Arcona: cuius sunt hodie nulla uestigia.

Cōuent⁹ in Bamberga.

Hartwicus archieps obijt.

Expeditio in Rugiam.

Zwātewyt pro deo.

Homo Christian⁹ libaẗ.

Odiū Christiani nominis in gente Wādalorū.

Duæ uirtutes in Wād.

CA. XII.

Ed ei⁹ expeditionis in Rugiā, regis Danorū ordinē, diligēti⁹ ex-

plicare, magnitudo rei depoſcit: teſtimonio Danici Scriptoris Saxonis, quẽ in Dania potiſſimũ, ſemper prętulimus authorẽ. Annᵘˢ erat poſt Chriſtũ natũ. MCLXVIII. cũ rex Danię Waldemarᵘˢ ualidã expeditionẽ parat in Wandalos Rugianos: claſſem parmat copioſiſſimã, & plenᵘˢ fiducia ducit in hoſtẽ: Vbi hoſticã tãgit, exponit copias, & excurſionibᵘˢ aliq̃t equum factis, ad obſidẽdã urbẽ Arconã, gẽtis caput, uires intẽdit: Ibi phanũ gẽti ſacratiſſimũ, uerę religioni execratiſſimũ: Ibi omniũ malorũ in gente principiũ. Vrbs erat in arduo ſita promõtorio: ab oriente, & meridie cincta mari, tãto præcipitio mœnibᵘˢ in alta ſurgẽtibᵘˢ, ut arcus iactus ab imo uix ęquauerit: ab occidua parte ingẽs atq; altũ uallũ cõmuniuit urbẽ: ab aquilone fons ſcaturiuit: atq; cõmunitᵘˢ aditus ut prohiberi poſſe opidanis non uideret. Ericus tñ ſuperioribᵘˢ annis aliqñ intercipiẽs, ad deditionem eos cõpulit. Intᵘˢ in urbe grata planicies phanũ habebat, religione uana ſimulachri celebratiſſimũ: exterior ędis ambitᵘˢ accurato celamine renitebat, rudi, atq; impolito nimis artificio picturę, uarias rerũ formas cõplectẽs: unicũ in id oſtiũ patebat intraturis, ipſum uero phanũ duplex ſeptorum ordo claudebat: ex quibᵘˢ parietibus cõtextᵘˢ exterior, puniceo culmine tegebat: interior uero, quatuor ſubnixus poſtibᵘˢ parietũ loco, pẽſilibᵘˢ aulcis nitebat: nec quicq̃ cum exteriore, pręter tectum, & pauca laquearia cõmunicabat. Ingẽs in ęde ſimulachrũ, humani corporis formã grãditate ſupergreſſum, quatuor frõtibᵘˢ ſtabat ſubnixũ, duabᵘˢ ante, & totidẽ retro patentibus, in dexterũ tñ & lęuũ detortis: dextera cornu meri plenũ, ſiniſtra arcũ tenebat, lateri reflexa: corraſę barbę, crinis attõſi figurabant: ut artificis induſtriã, gẽtis habitũ cerneres expreſſiſſe: haud ꝓcul fręnũ cum ſella, & ocreis, gladioq; figebant: non ſolũ grandi, ſed argẽto foris cõſpicuo. Semel q̃tãnis, poſt lectas fruges, mactatis ante oſtiũ uictimis, ſolẽne gẽtis epulũ erat: ædẽ ſacerdos uerſabat, ſpiritu oris cõpreſſo: quẽ q̃ties renouare opus erat, ad oſtiũ decurrit, ne humano halitu, numinis præſentia offenderet: primo mane excubãte ad fores populo, ſacerdos ingreſſus, ꝑmiſſa ſolus barba, cornu, q̃d priore anno impleuerat, cõtemplat: & ſiq̃dẽ eadẽ plenitudinis mẽſura reſpõderit, uberẽ, ꝓnũciat futurã meſſem: ſi qua parte minutã, diligẽtiᵘˢ iubet aſſeruari fruges, cariſtia imminẽte: tum uetᵘˢ merũ delibãs, ad pedes ſimulachri ꝓfundit: repletũq; haurit: atq; in eãdẽ formã mero plenũ, dexterę numinis reſtituit: placẽtã q̃q; ea magnitudine adhibito mulſo effingũt in formã rotundã, ut poſt eã homo latere poſſit. Sacerdos eo decurrẽs, ſe abſcõdit: orãs, ut futuro minᵘˢ q̃ nũc anno cõſpiciãt eũ: Inde nũcupatis uotis, donaria pro ſe quiſq; infert: Trecẽtos aiũt milites cũ iumẽtis, dei ſtipẽdio militare: qui prędã omnẽ referũt in ſacerdotis cuſtodiam. Ille aulęa, & reliqua phani ornamẽta, in auro, & purpura inde cõparat. Equũ pręterea cãdore niueũ alũt: ſoliᵘˢ ſacerdotis miniſterio attrectãdũ: q̃ppe eo Zwãtewitũ (hoc em̃ ſimulachro nomẽ, ut diximᵘˢ, indide re) ſolere hoſtes ſuos inſeq putãt: pſidiã fouet, q; eũ mane ſudãtẽ cõſpiciunt: q̃ſi magnũ noctu cõfecerit iter. Hũc illis equũ auſpicari faciũt bellũ q̃d imminet: nã ſi dextero pede locũ ſignatũ tetigerit fauſtũ, ſi ſiniſtro, infauſtũ ominant.

Rex Danorũ in Wãdalos.

Arcona obſidetur.

Arconę ſitᵘˢ.

Phanũ celebre.

Ingẽs ſimulachrum.

Semel quotãnis gentis epulæ.

Vaticinatur ſacerdos.

CCC. milites idoli ſtipẽdio.

Auſpiciũ.

CA. XIII.

Hanc tantã gẽtis superstitionẽ rex subuertere conatus, in qua totius gentis perfidiã frãgere posse putabat: magnã trabiũ uim iubet aduehi: ut perfectis machinis, ea urbe potiret. Sed statim suum ipsius damnãs propositũ, uidit cassam operã machinarũ: incidit qȝ regi præsagiẽtis animi certa spes, urbẽ sancti Viti propinquãte solẽnitate capiendã: ꝙ non pateret sanctus martyr, tantã de suo nomine superstitionẽ diutius uigere: Idqȝ se non somnijs, nõ augurijs, sed certa animi præsumptione tenere. Intermittit ergo machinarũ instructio: & obsidio grauius firmat. Interim pueri egressi, munitionib⁹ insultãt opidanis, q̃s in sinu gesserẽ lapillis. Opidani cõtemptis paruulorũ lusib⁹, sedẽt ociosi: sed adulescentiores immixti pueris, tela iaciebãt. Hos dum uindicãt obsessi, pugna puerili principio, grauis orit. Interea qdã propi⁹ assistẽs urbis portę, quę sublimis, & unica fuit, solis signis prominẽtib⁹, nullis etiã armis inde detonãtibus, ꝙ tutã sublimitate, & signorũ, quę sacra dicebãt, præsentiã, putarent. Aggerebãt aũt portę cespites cõgestos: ne aut flãmis ureret, aut machinis impelleret: Hic ergo iuuenis, perpẽso, ꝙ aggesti intus cespites desidentes, intercapedinẽ fecere, hominis capacẽ: Orat a circũstãtib⁹ lãcearũ usu sublevari in eum aggerẽ: Nec mora sustollit: iam in uoraginẽ se recõdẽs, ne ab hostibus lederet: iubet afferri sibi fomẽta incẽdij: stramina quęcunqȝ deprehensa, in manipulos redacta, surrigunt: Ferrũ se habere respõdit, silicẽ se facilẽ inuẽturũ. Igit accẽso igne, a socijs excipit in terrã. Corripit ignis facile turris tabulata: auctusqȝ uehemẽter, cito terribilis uisu hostibus esse pyra cœpit. Cõcurrit toti⁹ urbis uirib⁹ ad restinguẽdũ incẽdiũ. Dani oppugnãtes incẽdia iuuãt: prohibentqȝ restinguere. Defecerat iam obsessis aqua: lacte restinguere tẽtãt: Sed eo uelut fomẽto, ignis horrẽdũ exarsit. Interim sęuiẽte incendio, rex iubet cunctã urbẽ in corona oppugnari: nullãqȝ obsessis dari requiẽ. Illi intus ambigui, incẽdio an hosti occurrũt: maior pars igni colluctat. Rex edita castrorũ parte, laborẽ cõspicatur oppugnãtiũ, defendentiũqȝ. Ibi Casimarus, Bugslausqȝ Pomeranię principes, iam ex fœdere ad militiã socij, in oculis uidẽtis regis, fortem, egregiãqȝ nauant operã. Nulla interim quies, nulla intermissio telorũ. Defatigati tandem ciues, mittũt qui sonora e muris uoce, colloquiũ deposcat. Silẽtiũ dicturo factũ: quid petat: edere iubet. Orat intermitti oppugnationẽ, q̃ad de deditione faciẽda, populus sermonẽ cõferat. Q̃diu, inquiũt Dani, nõ cessãt ab incẽdio restinguẽdo, pugnã non intermittẽdã: Si cupiãt requiẽ ab oppugnatione, cessent a restinguẽdis flãmis. Necessitas urgebat cõditionẽ accipere. Interea deliberabũdus rex cum procerib⁹, deditionẽ oblatam non abnuere cõstituit. Id cum in exercitu publicaret, unus omniũ clamor exorit: Frustra illis uictoriã adimi: Iam pene captã urbẽ, militũ direptioni esse ꝑmittẽdã: q̃n nulla iustiora militię pręmia: in qb⁹ multũ sudoris, plus etiã sanguinis, sit impẽsum. Eam ob tumultuationẽ, rex aliquãtulum castris digressus cũ primoribus, cõsultat quid facto sit opus. Ibi tum dictę multorũ sententię: capi quidem urbẽ posse, sed non ea, qua rebantur, facilitate, dirupta mœnia intus pluteis refecta, robustiorem esse deintus

Anim⁹ regi præsagit.

Pueri lapillos adulescentes tela iaciunt.

Turris tabulata cõburit.

Lacte ignis extinguitur

Defatigãtur ciues.

Necessitas impellit ad conditionẽ.

Rex cũ primorib⁹ consultat.

munitionē, q̄ foris uideatur: rebus cōducere currentis uictorię, ut urbe in deditionē accepta, ad reliquas obsidēdas progrediatur, potius q̄ ad unā sedeant, diuturno, quod certū est, sed an optato etiā exitu satis sit incertū. Alius etiā adijcit, docendū populū, non sequendū. Igitur admissis ab urbe oratoribus, cum regis pedibus prostrati iacerent: has leges deditionis accipiūt: ut simulachrū foras producant exurendū: captiuos Christianos sine ullo redemptionis impēdio laxent: religionē Christi ex Danico ritu accipiant: stipendia sacrorū, immo sacrilegiorū, sacerdotibus Christi impēdāt: quoties euocanē Danicę expeditioni comites accedāt: ex singulis boū iugis, annua quadraginta numismatū pendāt: totidēq; obsides regi emittāt. Absoloni episcopo suscipiēdorū obsidū cura cōmittit: Ille maiorū liberos partim etiā pro liberis, in crastinū parētes admisit.

Cōditiones pacis.

Dāi obsides

XIIII.

Nocte quę intercessit, clamor ad mœnia de muris est fact⁹, poscentis Gotscalcū quendā, quo interprete idem pōtifex utebat. Vbi aderat rogat de muris Absolonē, uni sibi permitti, ut Karētinis ciuibus suis nuncius eat: citius urbis oriūdus in hac solo legationis munere demoratū esse Arconēsium, fortunis suis exponat: ut simile periculum pręcurrāt uolūtaria deditione: se iam corpore debilem: ostēdit lacertū grauiter uulneratū, exili, si repugnare uelit, opera se ciuibus suis futurū, postri die se rediturū ad castra, Grāsam se nomine dici. Pōtifex in taliter affecto homine parū esse dispendij ratus perfugiendo, permittit abeat: sed tridui spaciū, ne hostibus munitionis opem afferat prescindit: crastinū indulgēs operi exequēdo: Q nisi eo in littore crastino uespere cōspiciatur, nullo se in reliquū usurū pactionis remedio. Abit ille pollicitus: Orta luce proceres primi, Esbernus, & Zuno ingressi urbē simulachrum euertere a rege iubentur. Circūstabat expectātis exitū populi dēsa corona, arbitrati uiolationē sui numinis, nō impune Danis cessuram. Famuli ferro exscindere aggressi, monentur prudēter circūspicere ne festinādo quid capiāt detrimēti casu molis. q̄d incolas dei sui uiribus si accidat, asscripturos, detineat in perfidia. Ingenti strepitu cōuulsa statua percussit terrā. Tum opidani educere iussi, detrectant numinis a se culti triste peragere ministerium: Aduenas, & qui in opido locarāt operas, adigūt educere molem. Interim alios religio terruit: alios risus excoepit: prudētiores rubor corripuit, tāta se ueneratione coluisse deū, qui ne sibi posset adesse. Cōcurrit omnis spectatū exercit⁹: proceres nō ante adiere, q̄ plebs expleta uidēdo discederet. Principū scribę, sacerdotū uice in urbe, docendę plebis, & deinde baptisandæ, peregerūt officia: phanū concrematur: & ex lignis, quę rex faciendis machinis aduexerat, instruitur basilica. Thesaurus numini pridē consecrat⁹, ad prefinitā horā, iubet afferri. Interim Absolon episcopus docet primores de Granse Karētini pollicitatione, triginta nauib⁹ noctu pręcessit, regē in mane sequuturū: Anteq̄ cōstituto littori pōtifex accederet, iam demorātes ibi repperit Karētinos: Quis classi pręsit clamās quidā exquirit: Vbi audit Absolonē: se esse Gransam affirmat: Adesse ex constituto principes totius gentis, fide publica interposita, accipiuntur in nauim. Ibi

Grāsa inter pres.

Simulachrū iubetur euerti.

Statua cōcussit terram.

Phanum crematur.

Grāsa adducit principes

ex formula, cum Arconẽsibus cõstituta, deditio paratur: quę proxima luce ueniẽti Danorũ regi, & offertur, & accipit. Aderat Tecislaus rex gẽtis Iarimarus, frater, cum cęteris terrę proceribus. Pontifex, rege annuẽte, iubetur deditionem cum obsidib⁹ accipere. Ille assumpto Zuenone Arusiensi pontifice, ac solo Iarimaro, uix triginta ex domesticis comitantibus, Karẽtiam proficiscit: Esberno fratri innuens, ut cęteros, quoad reuertat, cõuiuio excipiat, reuera futuros obsides. Angusto itinere per medias paludes inceditur: quo si parũ declinaueris, in horrẽdũ cœnũ dilaberis. Ad finẽ callis per planiciẽ ad urbis uallum ducit: Illic effusa urbis multitudo, armata per turmas stabat, ad numerũ sex milliũ. Zueno territ⁹, quid effusa multitudo, & illa armata deposceret rogat. Nihil dubitãdum refert Absolõ: pacis nõ belli esse apparatus, alioqui in urbe prompti⁹ exceptos obtererẽt. Tam præsentis fidentisq; animi uir metum in pectus admittere nõ potuit: Vbi propius uẽnere Dani, genib⁹ nixi opidani, ueniẽtes cõsalutauere: acceptis in urbẽ hospitib⁹ ad omnia prompti annuerũt. XV.

Tecislaus rex.

Effunditur urbis multitudo.

TRia erant intus phana, locus habitatoribus frequentior bello q̃ pace, q loci munitio tutelã preferebat: Sed tanta ędiũ compressio, ut per angusta sint publica itineranti spacia. Satis persuasum erat expectãtibus faciẽ urbis, nõ diu tolerari obsidionẽ potuisse, pro multitudine quę cõcurrerat, & angustijs locorũ, tetrũ odorẽ exalãtibus. Prima cura subuertẽdi phana. Maximũ simulachrũ, Rugiemũ dixere, monstrum horrendũ, informe, ingens, sub uno capitis apice, facies septem: totidem gladij inherebãt lateri: cęterũ irundines sub ora nidificantes, pectus stercore turpabãt. Martis simulachrũ uoluere, septẽ diebus pręsidẽtis. Porenitũ alterũ dixere, quatuor frontibus in capite, sed quinta defixa in pectore. Hęc portẽta conuellere aggressi famuli, imprimis cauerũt, ne quid subirent discriminis, maiore perfidię in populo, q̃ suorũ corporũ periculo. Facile enim superstitiosi homines, sui numinis irę casum tribuerẽt. Vrbe media iussi cõcremare, rogabant ut educi sineret, ne flãma proximas ędes corripiat, per angusta uiarũ. Admirati primum incolę numinũ suorũ inertiã: inde irridẽtibus, ipsi quoq; ridẽtes, suam superstitionẽ dãnauere. Horrenda tantũ ferebantur dęmonũ prestigia, q adulteri, mulierculis alienis, quasi canes cohęrẽdo, dirimi diu non poterãt: Ridiculo sępe spectaculo, in publicũ producti cernebantur. Sed tum purgato simulachris loco, sacras ędes erigi iussere regij cõmissarij: Digressusq; urbe, tria locis oportunis Absolon, cœmiteria cõsecrauit: Scribas iussit docendo, baptisandoq;, sacerdotũ uices implere. Inde ad regem regredit: apud q̃ẽ, iam constituto die, thesaur⁹ sacrorũ producitur: ut inde rei diuinę in reliquũ cõsulat. Casimarus, & Buggislaus Pomeranię principes, cum spe cecidissent potiũdę in suam ditionẽ Rugię, accepta licẽtia ex fœderatis, hostes fiunt. Rex in sua regressus, legitimos sacerdotes immisit prouincię cum oportunis commeatibus: ne populũ rudem initio grauare uiderentur, reuocatis, qui eam diem impleuerunt scribis. Cęterũ ut pacatũ a pyratis mare esset, iussit rex quartã quãq; nauim excubare, in quam rem, lecta iuuentute, quę necdum

Tria phana.

Rugiemũ simulachrũ.

Martis Porenitũ.

A dulteri ut canes cohęrebant.

Ex fœderatis fiunt hostes.

cõiugijs illigata, instãtius rem urgeret principes, illi operi præposuit Absolonē, atq; filium Christopherum: quoad liceret tota regni potentia hostes repellere. Quid non mutat qui lõgeua uetustas? Rugia tum totius nationis caput, memoratis floruit urbibus, quarũ sunt hodie nulla uestigia. Sed hęc interim. CA. XVI. In Rugia urbiũ uestigia nulla.

Rfuere ex illo die rebus gerẽdis in Rugia Dani: Nam regis dictioni in sęcularibus, & põtificib⁹ eius regni in sacris subesse, uictorię iure, tum est a rege constitutũ. Fundatũ est ergo opus nouellę plãtationis in terra Rugianorum. Accœpit aũt rex filios nobiliũ obsides & abduxit secum in regnũ. Hęc autem eo peracta sunt tempore: quo Saxones ciuilibus in se bellis dissidebãt. Henricus aũt dux, cum redisset in Saxoniã missis oratoribus ad regem Danorum: numerũ obsidũ dimidium, & accœptę prędę deposcebat: Ita enim ex fœdere cõuenit, inter regē & ducē. Rex ducis arma non accessisse prętēdit: fœdera loqui de his, quę cõmunibus uiribus utriusq; partis fuissent administrata: Dux pro se missum obtēdit Pribislaũ: Sed cum inanes, ad indignãtē, rediere nũcij ducē. Interim ille, euocatis Wandalię principibus, exponit: Qñ inquit in littore Germanici maris cõsistant, quid ita inclinēt Danis: ut malint illorum parere imperijs, q̃ pari cum Saxonib⁹ iure agere: Esse sibi quoq; graue Danorũ regem: qui ęquis fœderũ, non pareat conditionibus: Opus esse in regem arma cõuertere: Quid de illis speret sciscitatē: ubi ad bella cum Danis fuerit peruentũ: regi, an sibi, adhęrere uelint edicãt. Proceres nihil cũctati, in regē operas suas pollicētur, obliti promissorum. Amoti sunt uectes, & ostia, quibus iampridē conclusum erat mare: & erũpebat uadens, & inundans, & intentãs excidiũ multis Danorum insulis, & regionib⁹ maritimis. Instauratę sunt prędarum naues, & occupauerũt in regno Danorum terras opulentas: & expleti sunt Wãdali Danorũ opib⁹, quas sitiebãt. In Magnopoli septingētę Danorum animę uno die sunt uenales expositę, si emptor inueniretē. Diu siluit rex Danorum, dissimulãs suorum iniurias: Libet ponere ad uerbum testimonia annalis nostri, ut collata Danicę narrationi uideatur, q̃ quisq; scribat affectuose in gloriã gentis suę. Magnifica enim de regibus suis Dani prę̃ferũt, quę nos, & hic, & in Dania nostra, non prętériuimus. Audiatē interim uetus Saxonũ testis, de Danorum regibus. XVII.

In Rugia nouella plantatio fidei.

Conẽditur sup spolijs diuisione.

Proceres Wãdalię pmittũt opē duci in regem.

DCC. Dani uenales uno die.

Eges, inquit, Danorum, segnes, & discincti, & inter conuiuas, & epulas semper poti: uix aliqñ sentiũt, percussuras plagarum. Tandē uelut somno excitus rex Danię, cõgregauit exercitũ, & percussit partē modicã Circipanę regionis. Filius quoq; regis ex concubina Christopherus cum mille, ut aiunt, loricis uenit Aldenburgũ, quę Danice dicitē Brandēhuse, & percussit maritima illius: Ecclesiã uero, cui deseruiebat Bruno, non leserũt: nec attigerunt penitus bona sacerdotis. Recedētibus uero Danis, Wandali e uestigio sequuti, damna sua ultioni declupa compensarũt, Dania ex parte maxima, in insulas dispartita est, quas ambit mare circũfluũ: nec facile caueri possunt insidiæ pyratarũ: eo q; sunt illic promõtoria, insidijs Wãdalorum promptissima: unde clam egrediētes, percu-

Taxãtur Danorum reges.

Dani parcũt ecclesię & ei⁹ bonis.

tiunt de insidijs incautos. Valent enim q̃ maxime Wandali clandestinis incursib⁹: Vnde per proximã tunc ęstatẽ, latrocinalis ea cõsuetudo, adeo apud Wãdalos inualuit: ut omissis penitus agriculturę cõmodis, ad naua les excursus expeditas semper extẽderint manus: unicã spem, & opũ suarꝫ summã, in nauibus habẽtes. Sed nec in cõstruẽdis ędificijs operosi sunt: quin potius casas de mirtis cõtexunt necessitati tantum cõsulentes aduersus tempestates, & pluuias. Quoties autẽ bellicus tumultus insonuerit, omnẽ annonã paleis excussam, aurũ quoq;, & argentũ, & preciosa queq;, fossis abdunt: uxores & paruulos munitionibus, aut saltem syluis contutãtur: nec quisq̃ hostili patet direptioni, preter tuguria, quorũ amissionẽ inter facilima ducũt: Danorꝫ impugnationes pro nihilo habẽt: immo uoluptuosum ducũt manum cum illis cõserere: Solus eis dux est formidini, qui protriuit robur Wandalorꝫ, super omnes duces & reges, qui fuerant ante eum: plus etiam, q̃ ille Magnus Otto: & misit frenũ in maxillas eorꝫ, & quo uolebat duxit eos. Hęc sunt Helmoldi ad uerbum de Danis, atq; Wandalis, testimonia.

Wãdali agricultura omissa prędabãt.

wãdali fossis rem oẽm abdunt.

Wãdali Danis cũ uoluptate cõfligunt.

CA. XVIII.

Hic uero non dissonat in ea parte Danorũ de suo rege testificatio. Rex, ait, ille Waldemarus, cum aliquãtas antea expeditiones magno molimine, sed exili fructu, perẽgisset: meliori cõsilio rem gesturus, in hostes assiduos Wãdalos, arma parat: paucis adhibitis ei⁹ cõsilij participib⁹. Quippe priuato cõsilio, sed publicis armis, rem cęluit agẽdam: ne quis occultam molitionẽ perferat ad hostes: Classem ex omnib⁹ regni partib⁹ iubet cõuenire paratã, ubi edixerit. Interim tyrones exerceri, arma iubet expediri: & ubi iam cõuenisse uidet ducẽtarꝫ sexaginta nauium classem, nauigationẽ instituit, rẽmigio tamẽ magis q̃ uelis usurus: ut latẽtior hosti fieret aduẽtus. Pręmissi nõnulli, qui expeditis ad cursum nauib⁹, res hostiũ specularent. Vbi lõge præcurrerãt, uidẽt regiã a tergo nauim, uela sustulisse contra propositũ, paulatimq; relabi in portũ Monæ insulę subalbidę: Mirati qui preierãt sine rege, sine sequuto agmine nauigationẽ suam inutilẽ dijudicãt: retro uersi, quid rerꝫ sit, sciscitant: Audiũt regẽ sub instantẽ noctem, nauigationis pertęsum, in posterã lucẽ rem distulisse: Pontifices cum proceribus, rei indignitate permoti, ad regiã prętoriãq; nauim, ex cõdicto conueniũt: Mutuis in se defixis luminib⁹, silentes, regem circumsistũt. Rex motus rei nouitate, q iniussi aderãt, quid rei sit percũctat: Ibi fidentior inter episcopos, regis mutationẽ uerbis liberioribus detestatur, gerẽdæ rei occasionẽ amissam: posse tempestatẽ de proximo interuenire. Rex irã colligit, sed tẽperat: modesti⁹ secũ agendũ insinuat: & pene res ad iurgia peruenit. Postera nocte, tẽpestas incubuit quatriduo perdurãs. Tum rex, monitoris secum uerba pertractans, ęquiorem sumpsit animũ, in eos qui perturbauere: obseruari, nec negligendã edicit, proximã nauigandi oportunitatẽ: nec iterũ sine fructu, ut sępe, dilapsurã: Qua prę̃stita, cursus mare tentauit: Quandiu aũt sub pręteritu terrę trãseunt, tranquilla satis est uisa nauigatio. At ubi relicto a tergo littore, mare inuadũt apertum, ibi uero experta uis tempestatis, multarꝫ latera nauiũ

Waldemar⁹ rex in Wandalos.

Classis cclx. nauium.

Rex ĩ portũ relabitur.

Põtifices & proceres ad regem.

Tempestas ualida.

quassata laxant: rex non sine periculo pretoriā deserens, in aliā cum signis se trāsfert. Maior pars, ea difficultate, cōcussa: pādit uela ac retro cursum legit, magno remigij labore, maiore omniū pīculo, sub hosticā terrā perueniūt: Sexaginta uix naues ex omni classe remāserunt: Pecora per cāpos littorꝶ innocua incōpertā eorū adnauigationē prodebant. Rex in terram egressus cōciliū aduocat: quo ordine res gerātur intendit. Erāt, qui perpensa insigni paucitate, retro legendū iter, astruerent: quādo & cōmeatus deessent, & insignis pugnatorꝶ paucitas, ipsis sibi exitio, hosti ludibrio futura uideretur, prosperā, secūdo ad reditum uento, nauigationē in oculis haberi. Alij uastāda littora, prędam agendā cōmemorabāt: Regi neutra placuit sentētia: crimē glorię suę semper affuturū, ut cederet hostibus: quod nulla unq̄ memoria, prodidisset, Danorꝶ regē, terga Wandalis ostēdisse. Itaq̧ explicato agmine, equites, pediteſq̧ armari iubet: custodes etiā naui um cohortes deputat, sub pręfecto: uicinas Rugiæ insulas, tam insperato inuadit: ut incolę, productis de fenestra capitib⁹, loci dn̄os aduētare rati; Casimarus ne, an Buggislaus sit, rogēt, qui uenerit: Sed missa in aduersos tela, declarāt hostem. Itaq̧ prędā agentes opimā, Dani ad naues reducūt: Interea hostes adesse regem sentiētes, classem perarmant, egressurū intercœpturi: Viderāt enim uires. Classi Danicę pręfectus tutādę, cohortē in paucas naues impositā, hostibus opponit, leuiq̧ prēlio fatigatos, abire cōgit: Iterū iterūq̧ incurrētes fugat, longiusq̧ insequeret: nisi, quod acciderat, animo uoluisset, regē littori cum pręda propinquare. Miratͬ rex classem suā sine custode inanitā: sed uidet e profundo, cum paucis adnauigare pręfectū. Itaq̧ onustę naues pręda, parant abitū. Sed adsunt maiori nauium suarꝶ numero hostes: nec diu cūctati, adoriunt Danos. Ibi rem relatu pudēdā, Danic⁹ scriptor, cū rubore cōmemorat. Nam magna pars nauium Danicarꝶ, ad cōspectū tantę multitudinis uela pandūt ad fugā, deserto in periculis rege suo, nec respiciūt: Ibi neq̧ increpatio regis, neq̧ insultatio hostium, homines leporino corde potuit auertere a fuga. Rex solis septem nauib⁹, inter tam multa hostiū nauigia relictus, quod necesse fuit, suos uiriliter hortatur, inclamat, laudat: cuius maiestatis reuerentia, insignem Danici militis paucitatē, inter multas hostiū naues, fecit clarescere: Vna enim & præliū agunt, & fugam parant: Aspirantibus uentis, fortis, sed parua multitudinis hostilis respectu man⁹, periculum uiribus exemit: Ingenti præda, sed maiori fortitudinis gloria, hostiles impetus euadunt, regem incolumem reducunt: Libuit ea duorum diuersę gentis testimonia conferre: nunc redeamus in ordinem.

Rex in terrā e naui.

Rex contra concilium sentit.

Inuadit insulas Wādalorꝶ.

Naues præda onustæ.

Rex deserꝭ p suos in periculo.

Dani una prēliantur & fugiunt.

CA. XVIIII.

CVm ergo quod dicere cœpimus incitati Wādali a duce grassarētur in Daniā, rex perspecta calamitate gentis suę, misit oratores ad Henricū ducem Leonē, postulans locum familiaris inuicem colloquij ad Eydorā. Non recusans ille uenit: & occurrit ei rex, & habitis hincinde, pro cuiusq̧ dignitate colloquijs, in eum exitū res peruenit: ut ex fœdere prisco, rex, & obsidū & prędę dimidium, ex Rugianis, duci permittat: & ex tributo gentis: & ad singula quę dux iudicauit exigēda,

Colloquunͭ rex & Dux.

rex illi cessit: & renouata sunt inter illos fœdera: & iussi sunt Wãdali duci parẽtes cõquiescere. Hi enim grauissimi fuere, qui Danis eo tẽpore immi nebãt. Nam Rugiani cõquieuere, fessi bello Danico. Missi sunt aũt utrinsque principis nuncij, ut cognoscãt, & cõstituãt æquo iure tributa duob⁹. Sed & affinitatẽ mutuã, uisum est inire principibus. Nam Henricus filiã suam, relictã Conradi, nobilissimi principis, qui patrẽ habebat Conradũ Imperatorẽ: cum ille sub Imperatore Friderico, in nouissima expeditione Italica defecisset, uxorẽ dabat Kanuto, filio regis: quod factũ exhilarauit uniuersos, factã pace, per mare, per terras: & mutatum est gelidum frigus aquilonis, in leues flat⁹ austri: & cessauit marina uexatio: & detumuerũt procellę tempestatũ: & pacata est uia trãseuntibus a Dania in Wandaliã: & ambulauerunt mulieres & paruuli per eam, eo ꝙ summota sunt offendicula, & defecerũt prędones a uia. Pribisla⁹ quoqꝫ Obotritoꝶ princeps deposita diuturna rebellionis pertinacia, sciens, quia non expedit calcitrare aduersus stimulũ, sedit quietus & cõtentus funiculo permissę ditionis, & ędificauit urbes Magnopolim, Ilow, & Rostockiũ, & collocauit in terminis eorũ populos Wãdaloꝶ. Et quia Wãdaloꝶ latrũculi inquietabãt habitatores Zwerini, & in terminis eius, Guncelinus pręfectus, uir fortis & duci fidissimus, mãdauit suis: ut quoscũqꝫ inuenissent Wãdaloꝶ, incedentes cum armis, quibus non esset euidens ratio, captos statim necarent suspendio: & cohibiti sunt utcũqꝫ a furtis, & latrocinijs. Erãt per idẽ tempus, & alij per terrã Obotritoꝶ nobiles, principũ genere editi, de quibus suo loco supra attigimus, & infra ubi opus euenerit, non prǽteribimus: ut successionem principum ostendamus.

Pricipes ine unt affinitatem.

Pacata uia a Dania ĩ Wãdaliam.

Guncelin⁹ duci fidissim⁹.

CA. XX.

Vlta faciebãt Waldemarus rex, & Hẽric⁹ dux a terra, priusꝗ mitm terent Wandalos sub leges Christi: Sępe anno uno rex geminas in littora Wãdalię fęcit expeditiones, uere, & autũno, nec requiẽ dabat. Omniũ pertinaciores erant Rugiani: sępe uicti, sępe rebellãtes: donec superatis urbib⁹, plenã (ꝗd dixim⁹) fecerãt deditionẽ, traditis de pace obsidibus. Sed non est iniucundũ, cernere memorati regis in littora Wãdalię assiduũ laborẽ, & infatigabilem animũ: Priusꝗ frena illis imponeret, post eam, quam proxime diximus, uernã regis, sed infructuosam expeditionẽ: inde tamẽ auctiori spe, per eiusdem anni autumũ, classem reparat, & secũdos nactus uentos, in urbem Arcona, & cõfinia eius, milites exponit: Populabundus per cõtinentẽ ingreditur: Inexpectatus hostiũ aduentus, imparatã reperit apud hostes militiã: Oritur cõdensa nebula, ut in lõginquũ cerni non possit: Verum ubi hostibus, regis aduẽtus innotuit, arma corripiũt, exercitũ contrahũt, Danis occurrũt: non ante cõspicientes, quo sunt loco castrametati Dani, ꝗ ante eos in nebula cõstitissent. Strepitu primũ festinãtiũ ad arma prodití: inde paulum circa meridiẽ serenato aere, sub oculis aduersi exercit⁹, certiores effęcti: Nõ erat alia uia, nisi per hostes, his, aut illis. Nam retrocedere: id uero pudẽdũ uisum: Itaqꝫ arma, dispositis pro tempore aciebus, intentãtur: Fortis dimicatio cõsurgit: Dani Wandalos, illi Danos repellere adnitũtur: multi inuicem cadũt: uaria

Geminę expeditiões anno uno.

Expeditio in urbẽ Arcona

Fortis dimicatio.

ac dubia diu uolat uictoria. Tandem Danorũ parti inclinat: Cedũt Wandali, uicino uado multi immerguntur. Nauabãt utrinq; fortes uiri operam, sed tum res Danis cessit. Itaq; preda onustus rex, quia bruma immi nebat, reuersus est in regnum. CA. XXI.

Danl uincũt

Anno proximo, cum rex in Rugianos expeditionẽ renouaret, instaurata classe Wãdali, ex suis proceribus uirũ delegere, ingenio & eloquio prestantem: qui pacẽ ex rege peteret, quib⁹ posset cõditionibus. Enauigat in Daniã: Vnũ ex põtificibus, quem regi magis no uerat intimũ adit: mediatorẽ illũ cõponendę pacis fieri deposcit. Ille Wãdalorũ oratorẽ eo pducit, ubi rex classem iubebat expediri, terrendũ apparatu. Ibi uir gnar⁹, murmura Iutarũ in regẽ accipit, alimẽta sibi deesse que rentiũ: q̃uis illis rex subsidia cõmeatuum, ex alijs Danię insulis polliceret. Animat tum Wãdalus ex eo murmure: ut ęquas pacis cõditiones, quas ante non audebat, exposceret: cum initio leges pacis, cum plurimo suę gẽtis deterimẽto, non recusasset. Interrogat⁹ si rex fœderib⁹ annueret quib⁹ modis de parte Wãdalorũ firmarent: respõdit: lapidẽ se in mare iacturũ: q̃d Wãdalis ictu fœderis loco esset, arbitrãtibus fœderis uiolatorẽ ita periturũ. Sed põtifex is, quem pacis sequestrũ ille delegisset, obsides dãdos asseruit: Sic enim Danis a Wãdalis, priorib⁹ semper annis esse cautũ: non modo obsides, sed etiã classis supplemẽta, & pecuniã instaurãdis nauibus dari cõsuesse. Ille refert, temporũ esse rationẽ habẽdã: Si hoc in retroactis sit aliq̃n obseruatũ, nunc esse aliã rerum faciẽ: uastatã a sua gente Daniam proximis annis, nunc satis accipere, si ęquas a Wandalis pacis cõditiones impetrarit. Indignat⁹ episcopus respõdit, quę uidebant rebus & tempori cõgrua: cęterũ ad regem se cũcta perlaturũ pollicet: Regi quidẽ superba uisa Wãdalorũ legatio: & ideo properãdam expeditionẽ. Sed q̃m horrescens uentis mare, nauigationẽ interclusit, maioribus agẽdũ urib⁹ rex censet. Ergo Henricũ Saxonię ducẽ inuitat ad colloquiũ, & ad belli cõmunionẽ: ut iunctis uiribus, ille a mari, iste a cõtinenti terra inferãt arma Wãdalis intercœptis: ut ita facili⁹ indomitę gẽti iugũ imponãt, & tributorũ, & Christianę religionis. Cœperat iam ante Hẽricus ex Wãdalis magnã Obotritorũ, & Kissinorũ ditionẽ: Guncelinũ ut, diximus, Zwerino pręfecit, & Werlow iam arcẽ tenuit: unde facilis illi trãsit⁹ ad Rugianos uidebatur. Nam & Albertus Brãdenburgensis marchio, sue ditionis uicinos Wandalos effecerat. Iam rex cum classe aduect⁹ maritima populat: Dux quoq; a terra promouit exercitũ: Sed quidã ex pabulatorib⁹, a Wãdalis intercipiunt: Struũt uicissim insidias, Saxones hostibus, & intercipiũt ex Wãdalis principẽ gentis, nobilem uirũ patrẽ adulescẽtis: qui nuper odio superstitionis gẽtilis ad Danos cõfugerat: sed cum capi pater non pateret oppressus est. Audita aũt patris nece adulescẽs non aliud respondit: Dolere se, q̧ in paganismo sacrilegus perijsset. CA. XXII.

Wandali pacem petũt.

Wãdalorum nũcius uir gnarus.

Petũtur pacis obsides.

Rex iudicat superbã legationem.

Dani mariti ma Saxo nes mediterra nea populãt

Dignũ adulescẽte rñsũ.

Igitur per mutua expeditionis tempora, rex a duce cõuiua excipitur in castris: Splẽdor & apparatus rege dignus instruit: In famulatu, in epulis, in omni rerum ordine: Sua quisq; deinde parte

hostilia populatur: Wādali se arcibus atq; presidijs continēt: Sua omnia inuijs paludibus condūt. Magno internucionꝝ periculo principes redeūt in colloquiū. Rex suo itinere uastās omnia, ad opidū, tum paruū, Rostockium peruenit, idq; habitatorꝝ metu desertū incēdit: Inde populatis circū omnibus ad mare cōtendit. Nunciatur classis Pomerana, cum Rugiana adnauigare: Rex a duce premonet̄: amnē linquat mare repetens, ne intercludatur ab hostibus: quod rex cōsiliū putauit non cōtemnēdū. Sed tum insidias cogitauit insidijs illudere. Cōpertum habuit militis sui in terram egressum expectare Wandalos: ut ea oportunitate classem exureret, atq; expugnaret. Rex iubet milites cōdi in naues: paucos in littus egressos, uicinas domos incēdere: arbitraturos Wādalos, omne Danorꝝ agmē expositū terras populari. Sed neq; hostibus Wādalis defuit calliditas circūspiciendi: Nam omniū rerum facti certiores se continebant. Vires enim suas utriq; exercitui, terra, mariq; impares, ut erāt, reputabāt. Igitur ad pacem inclinātes eundem quem pridē in Daniam misere oratorē, submittunt, de pace tractaturū. Is ignem in littore accēdit: Id erat signum, colloquiū de pace petentis. Interdicit̄ Danis, ne in cuiusq̄ nauim excipiat̄, ne pacis cupidos arbitret̄ Danos: Sua igitur naui aduehit̄: eundē quē prius pontificē, Absolonē sequestrū requirēs: Ille per cōtumeliā rememorat, insulas Danię uastatas a Wandalis, exprobrans, quod ante ab illo fuerat obiectū in Dania, cum eo legatione fungeret̄. Respondit Wādalus: cuiq; tempori suā esse orationē accomodādam: factā nunc rerū cōmutationē: ut Danis inclinet uictoria. Si neglecta fuerit presens nunc de pace oblata conditio, forte futurū alias, ut reiectę pœniteat exhibitionis. Hac uerborꝝ uicissitudine cum multa inuicē iactata fuissent, Absolō pontifex, sequestrū se facit apud regē: cōuenitq; ut datis in fœdera tum icta obsidibus, rex classem reduceret. Sed hec ad solos Rugianos pactio pertinebat.

Rostokiū incenditur. *Milites cōdū tur in naui.* *Ignis fucen sus colloquij signum.* *Absolon eps agit de pace*

XXIII.

Aeterū orientales Wādali, nequaq̄ hostiles animo posuere quibus edomandis rex fœdera renouat cum Henrico duce Saxonū: ut ille a terra, ipse a mari urgeat hostes. Adnauigat iterum classis regia. Henricus uero dux, nihil segnius a terra producit exercitū. Premiserat tum ille, q̄d diximus, ex equitū alis nobiles quatuor comites. Hi premissi castris metādis, dum incaute rem gerūt, cladē insignē accipiūt, duobus oppressis. Quā rem ad hoc solum renouam⁹: ut Danici scriptoris testimoniū, nostris annalibus conferamus. Accepta clade, Saxones tamen uictores, urbem Demyn subruūt incensam: ut solo equaretur. Cosconam quoq; simili premūt desperatione, desertāq; iubent cōflagratione deleri: Nam habitatores, cum omni suppellectili, se in proximas paludes condidere. A mari aūt, rex Wolgastū opidum aggressurus, ut cetera, uacuum reperit, atq; desertū: Sed ille suorꝝ imposito presidio, fecit cōmuniri. Ceterum populationib⁹ utrinq;, rex a mari, dux a terra, non segniter institere: q̄n neq; pugnę dabatur copia, neq; ab hostibus fœdera peterentur. Progressus tamē rex longius in flumen, exercitū ducis, nauibus ponte facto, transposuit: opida mediterranea totis uiribus expugnaturus. Quod ubi

Expeditio in Wādalos orientales. *Saxōes uictores Demyn subruūt.* *Wolgastum desertum.* *Nauib⁹ fit pons.*

Wandali cōpertū habuere, submissis oratorib⁹, de pace atq; fœderibus agere cœperunt. Nam usq; in illā diē nusq̄ totis copijs in acie, ꝓdierūt: sed leuib⁹ tm̄ prelijs cōflixerūt, ex insidijs. Pacis tum cōditiones hæ fuere: ut Wolgastū opidū oportuno littoris loco situ, trifariā diuideret: & quib⁹ uellet rex presidijs teneret: pyratis Panis fluminis, adit⁹ negaret: & ad ea obseruāda, tam regi, q̄ duci obsides darent. Wandali obsides se duci dare ꝑnegabāt, q̄ ille nuꝑ nobilē uirū Werslaū obsidē, suspēdio necasset. Rex sine belli cōsorte se pacisci recusabat. Perferri tn̄ ad ducē iubebat pacis fœdera, si forte ꝓbaret: Ille regio deferēs honori, assensus est: dūmō in fœdere cōciperet, ducē, quę belli tēpore occupasset, iure belli retēturū: q̄d cum utrinq; placuisset, reductis exercitib⁹ pax reddita est ceteris. XXIIII.

Pacis cōditiones.

Dux defert regi.

Sed diuturna esse non potuit, propter alternū immortale utriusq; gētis odiū: cū Wandali principes Wolgasto presidētes, Rugianos secū ex fœdere in urbe agētes, uexationib⁹ crebris, opidum deserere cōpellerēt: Nec minus Rugiani, nouarū rerū cupidi, in ducē Heri cū respiciētes, Danis rebellare audēt. Quod ubi Danorū rex cōpertū habuit, classem reparat, Rugiā, aut in fide cōtinere, aut ad pristina iuga tētat reducere. Angebat plurimū Christianū regē, non tam ditionis suę in eam gētē propagatio, q̄ idololatrę gētis subuertēda religio: cupientē ad Christi iu ga reducere populū iādiu infidelē. Verna expeditio, solā uastationē effecit ꝓuincię, Rugianis se intra mœnia tenētib⁹: nisi q̄ leuib⁹ prelijs fiebāt excursiones, & agrorū populationes: Renouata in autūnū classica expeditione, cum horrea omnia plena reperirent, ad Arcon opidū, legiones expositę: ipsi ciues, mutuata a uicinis militia, in improuisos se adoriri credētes erūpebāt, iusta Danis acie cōgressuri. Ibi multa fortiū uirorū preclara facinora, utrinq; sunt cōspecta: Sed dū opidani intra sua mœnia sunt repulsi, & rex populatione ꝓuincię facta, incolumē exercitū, classemq; spolijs reduxit onustā. Interea dux Heric⁹, pactis fœderib⁹, iam sibi Wandalorū primores deuinxit, regēq; Danię ad colloquiū euocat oportuno loco: Ibi dux quest⁹, q̄ rex sibi fœderatos Wādalos, nō pri⁹ corā se quęstione intētata sit aggressus bello. Rex aūt nulli⁹ se respectu retinēdū respōdit, q̄ minus hostes suos bello lacesseret. Ita exasperatis utrinq; sermonibus, colloquiū simul, cū fœdere diremerūt. Multę deinde nauales pugnę uaria fuere fortuna inter partes. Sed erat ex Danis uir gnar⁹ linguę Wādalicę, & inter proceres eorū paterna familiaritate notissimus: Hic ex cōsilio nōnullorū de regno ꝓcerū, circūueniēdę gētis audaciā presumit: Monit⁹ tn̄ ab illis, quos cōscios fecit, ne quib⁹ promissis Danię regnū oneraret: armis enim nō dolis Danos bella gerere cōsuesse: Ille ꝓfectus ad Pomeranos principes: mirari se ait, quid prudētes uiri, Saxonū fidē Danicę integritati pretulerint: quorū alij fines eorū iam sibi subiecerint, q̄tidie ditionē suā, cum Wādalorū detrimēto amplificātes: Dani aūt finibus suis contēti, non nisi de prēda cum hostibus cōfligāt: si sapiāt, longe illis Danorū, q̄ Saxonum magis ambiēda fœdera. Mouit oratio principes uiros, Nam Henricus Zwerinū, Raceburgum, Werlam & omnē Obotritorū

Rugiani rebellāt Danis

Piū pij regis ꝓpositum.

Arconēsi in Danos erūpunt.

Fœdus dirimitur.

Vafri hominis cōsiliū.

Mouet principes uafer homo

terram tenuit a Wandalis. Itaq; nulla interposita mora, cum Saxonibus bella Wandali renouãt, arbitrati Danos sibi facile accessuros: Sed hac in parte ludificatos se compererunt. CA. XXV.

Cum dux emissis ad regẽ oratoribus, Lubicensi, & Zwerinensi presulib⁹, filiã suam, quod diximus, regis filio despõdet, arbitratus fœdera sic sancitũ iri: uenitur ad collquiũ apud Eydorã: Bellum cõmuni cõsilio, & auxilio, Wandalis indicit. Rex a mari Wolgastũ oppugnat: Dux Demynũ, iam reparatũ obsidet: Sed qñ obsidionis longam morã prospiciũt, populationi indulgẽt: Wãdali uero uirib⁹ impares, utrunq; hostem ęre placãt, & obsidibus. Hẽricus interim dux, & in Saxonia, & in Bauaria, motus in se coact⁹ excipere, Wãdalorũ inde facta posthabuit: Pomeranię autẽ principes, q; Rugianis popularib⁹ suis non bene uellent, propter cõtemptũ, quem ea gens pro solita sibi superbia principibus ostẽderat: Accessit zelus diuinę religionis, q; memorati principes ex patre Christiani, non ęquis oculis aspicerẽt uanissimã gentis illius superstitionẽ. Iam Danię rex Waldemarus in animũ induxerat, semel genti toties uictę, toties rebellanti, totis regni sui uiribus incumbere: ut sub iuga missos, Christo simul, & sibi parere cogeret: In quam rem iam propensos Pomeranię principes belli socios acciuit: Illi nõ segnes incubuere, q; sperarẽt, regẽ Christi honore, & suis tributis, cõtentũ facile illis, puinciã permissurũ gubernandã. Hac interim fiducia pleni, non minori illi apparatu, a terris bellũ instruũt, & omnẽ apparatũ cõstituũt, q̃ rex a mari. Tum illa facta Arconę urbis expugnatio: Phani, simulacriq;, subuersio, deinde urbis Karẽtinę deditio, & uanorum numinũ exterminatio, & Christianę fidei in gentem propagatio: quã supra. XII. capitulo, ordinẽ sequuti temporũ fecimus, nunc interpositis alterius authoris testimonijs, in idipsum reuersi: Sic pacatis Rugię rebus, omnia Danis compacata uidebanẽ. Sed neq; Pomerani, neq; Circipani, neq; Kissini satis quieuere. XXVI.

Obseruabãt omnes interim oportunitates rerũ gerẽdarũ: Audierãt regẽ Waldemarũ, totius regni celebrato cõuẽtu parẽtẽ suũ Kanutũ, missis ad hoc Romã nũcijs, in sanctorũ numero asscriptũ, pdẽtib⁹ miraculis curare, ut in arã, de tumulo trãsferatẽ filiũq; Kanutũ corona donatũ, secũ regnare cõstituisse: Ita summa exultatione, omnia laudib⁹, & plausibus, per Daniã resonabãt: cum rex duorũ medius, inde patris ęternã gloriã, per gentes uulgari, inde filij auctam cerneret in terris maiestatẽ. Wandali interim excurrebãt ad prędam, quadraginta nauib⁹ egressi ad solitũ quęstum. Norwagij regis oratores, eidem inerãt conuẽtui iam redeuntes a Danię quibusdã proceribus, honoris gratia deducũtur per aliquot milia. Esbernus is erat ex primoribus Danię, qui hospites deducebat. Ille iam rediens, apud Oldam insulã audit, regẽ suum iam arma renouare in Wandaliam: rogatiq; ab illo incolę, si quas pyratarũ naues conspexissent: quadraginta nuper uela in proximum se portum contulisse retulerunt: sed pyratarum an mercatorum fuerint, esse illis incompertum. Statuit ille sub noctẽ, profundo se credere, littora uitare, ut fal-

Bellũ wãdalis indicitur.

Rugiani superbi.

Duces Pomeranię belli socij.

karentinum deditur.

kanut⁹ rex canonisatur.

XL. wãdalorum naues.

Olda insula

leret forte ad prędam excubantes. Proditus autē, exorta luria a Wādalis incurritur: Hi enim in insidijs latuere: In proram progressus Esbernus, iubet armatos suos se circumsistere, tęlis hostem insistare: Diu utrinq̧ pugnatur, Wandalis plurimum sanguinis, ab una naue haurientibus. Semel iterum, ac tertio repulsi, cum uirtutē mirarētur, rogāt, quis nauis sit pręfęctus? frustra inquit Esbernus, de pręfęcto sciscitatio, quando prędę immi nere non poteritis: Captiuorum apud Wandalos quispiam ex Danis, uocem agnouit loquentis: Esbernum ait ille capere non poteritis. Tum illi, partim pudore, partim furore inuecti pertinaciter insistunt, ut capiant: fortiter oppugnati, fortius se defendunt: donec absumpta pene tæla uiderentur. Tum iubet Esbernus unū e suis accepto silice malum inscēdere, inq̧ summitate, excusso igne ostentare flammam. Wandali rati dari signum socijs nauibus absistunt: Sic inter multos pauci in patriam reuertuntur incolumes.

Prælium nauale.

Excutitur ignis i malo

CA. XXVII.

Wandalorū ergo bellum intermitti rex non passus, auct⁹ Rugianorū ex fœdere classe, Zuinum fluuiū ingredit̄, ducturus in Iulinum opidū, ea tempestate in Pomeranis præcipuū, q̧ duces inimico in se animo essent propter Rugiā, q̧ sperabant illis non permissam. Iam regia classis, per latum illum sinū, quem tres amnes, Panis, Zuinum, Diuinaw, collecti, ante exitū in mare cōficiūt: Peruenit ad cōfinia Iulini. Pons illic amni Zuinę superpositus, opidū cōiungit aduersę ripę: hic nocte prima quieuere: Ante lucē Iulini ciues in cymbas suas coiere, hostib⁹ in lacu obuiā ituri: ut iter interciperēt, nec Danis fiducia defuit illos excipere: Diu in flumine certat̄. Interim rex pontē ex parte demolit⁹, transitū classi facere cōstituit. Pugna & ibi cōserit̄: peruicit tñ Danorū instātia, ut classem deducerēt: sepibus multis, quę in flumine piscādi gratia cōstiterāt demolitis. Peruenit̄ ad uicinā Camini urbis insulā Cristoam: quā rex populari prohibuit, ut esset ibi iumētis pabulādi refugium: Ducit̄ in urbē, quā oppugnare rex adortus, primū certamē in ponte cōserit: sed ea uidebat̄ pons imbecillitate, ut magis pugnantibus ab illo periculū esset, q̄ ab hostibus. Quo perpenso, rex iussit receptui cani: & iam excursione facta in uicinas ripas, quicquid prędę contrahi potuit, in naues cōgeritur. Rex iam de reditu cogitans, premisit, qui uadosa propinqui fluminis loca pertentarent: Insida enim erāt ea peregrinis & ignotis uada. Ipse tamen non expectato exploratoris reditu, egrediendi auidus, superuenit scrutāti, seq̧ in syrtes atq̧ periculosa loca conijcit, unde plurimo post labore uix eriperetur Verum quia Iulini opidi uicina erant prædia in ea excursiones facere ante abitum constituit. Absolon unus ex pontificibus noctu loca explorauit uadosa: & quibus exponi copiæ poterant, fixis noctu stipitibus, aut in nodum curuatis iuncis signabat. Orta autē luce, cum expeditis egressus, late populatur. Interim rex agmen, & totius robur exercitus in ordinem redigit, opidi illius oppugnationi instituturus: In quam operam egressos pridem equites iubet reuocari. Sub ipso autem reuocationis momento, Absolon pontifex Magnum Erici nobilis uiri filium cum

Tres amnes

Certatur in flumine.

Cristoa insula apud Caminum.

Præda cōgeritur in naues

Stipitib⁹ fit signum.

parte copiarũ,audit ab hostib⁹ circũuentũ,nisi succurrat̃, statim periturũ: Licet iam uir fortis pōtifex animũ circũfert,quid cui pręponat,regis Imperiũ,aut sociorũ salutē posthabeat. Sed sumpto ex tēpore cōsilio, cōmilitoni primũ fert suppetias,& cohorti consulit,alioqui periturę: Itaq; aduolās,socios eximit periculo: Magnus acceptę per illum salutis non immemor,seruatorē suũ publice uocat,seq;,suũq; caput, semper pro illo uigilaturũ spōdet. Absolon uero,ut iustā in se indignationē regis temperet,magno ante se captiuorũ pecorũq; grege in castra pręmisso, subsequit̃, regios oculos,re bene gesta,sibi cōciliās. Rex tñ leuiter increpitās,ad lat⁹ suũ, ut semper deuocat accubiturum.

Eps periturā cohortē liberat.

Mittitur prę da ad regē.

XXVIII.

Epetita classe,anceps eius periculũ erat educēdę, q paludosis locis herentia nauigia,iam prędis,& hominib⁹,onusta, uix erat cōmouere: alijs effodiēdę harenę insistēdũ,ut per fossata egrederētur est uisum: sed infinit⁹,& frustrat⁹ labor,alijs est uisus: Eo cōfugiēdum duxere,ut subiectis teretib⁹ lignis,tractu uirorũ educerentur: Potuere sex Rugianorũ nō magnę naues,illo ordine exportari. Interim Casimir⁹ dux iam hostē in casses coniectum reputās,quadraginta naues perarmauit,ad amnis ostia cōstituēda. Bugsla⁹ uero a terris imminēs,equitũ, peditumq; copias ductabat,Iulinēses increpitās, q per socordiā, non in aciē aggressi Danis se cōtulissent. Iam Dani hęrebāt in uadis, utrinq; hostes perurgebāt. Misera rerũ cōditio,uictores uictis similiores. Circũfusi Absolonem Iutę cōuitijs incessebant, q eo ductore in eas essent perducti angustias: e qbus,nisi rex saluus educeret̃,perpętuũ dedec⁹ Danico nomini orireť: Se uero uniuersos hostiũ gladijs subiectos,certa in morte remāsuros: Solere reges rebus gerēdis illustres uiros pręficere,& taliũ ductu cuncta gerere: nunc sacrorũ pōtifices,arma tractantes,regē,& omnē nobilitatē,pariterq; omne nomē Danicũ,in perpetuā ignominiā pduxisse. Has cōuitiationes moleste,sed dissimulāter tulit uir prudēs,nil aliud respōdēs,q̄ esse,puidentis uiri ea ploqui,de quibus nihil eum dixisse pœniteat. Superueniēs aũt quidā uir fortis,& qui Absolonis fortia facta sępe expert⁹ sensisset,primo quidem tumultu,quid ageretur accipere non potuit: Vbi uero cōuitia iaci in fortissimũ ductorem animaduertit, Parcite inquit, cōmilitones, uirum,qui patrię decus sępe auxit,semper sustinuit, cōuitijs lacessere: cuius ductu eo peruenit Danicum nomē, quo maiores nostri,ne respicere audebant: cuius auspicijs multę sunt peractę uictorię: Et quid est, q fœminarũ ritu,ad eiulationē descendimus: Viri sumus,gladios tenemus, exercitum habemus incolumē: Si mare inuium est, per medios hostes equites reuehamur in patriam. Talib⁹ aliquādiu monitis insistēs, magis obtrectantiũ ora cohibuit,q̄ animos a trepidatione reuocauit. Interim Casimirus, per cōtumeliā & contemptũ Danorũ, tentoria figit in littore: Ibi aureis argēteisq; poculis bibit in oculis hostium.

Hęrēt naui gia locis paludosis.

XL naues parmantur.

Victores uictis similes.

Cōuitia in epm.

Vir fortis epm excusat

Multę uictorię auspicijs epi.

CA. XXVIIII.

Ex tali deprehensus discrimine, atq; periculo,proceres conuocat percontaturq;,quo sit opus facto. Diu silētiũ fuit. Iubet,ploqui quēq;,quid sentiant. Tum unus prae caeteris: Pueros,inquit,ibi

Rex in periculo consultat.

rex in cōſiliū adhibēdos cenſemus: quorū ductu, ingreſſus in eas difficultates, expliceris. Sentiens ſibi Abſolonis familiaritatē obiectari: non eſſe, inquit, rex boni moris: ut in cōcilio conuicijs ſe uiri boni laceſſant: dicere quenq; par eſſe, quid in cōmuni periculo pro omniū ſalute, ſit ineundum. Tum Abſolonē intuitus: quid uideat ex re eſſe percūctatur. Ille nihil morat⁹: Cūcta tibi, inquit, in expedito eſſe rex, ſi per obtrectatores liceat, edicam: Naues expoſitis iumentis, atq; grauiori armatura, exonerandas: tibi cum equitū manu in littus ſecedendū: Expedita remigijs, ac loricatis, plena nauigia præmittēda: ut ſuſtentata primū hoſtilis claſſis incurſione, ceteris noſtrę claſſis nauibus exitus præparetur. Riſu excœpere dicētem emuli, percūctātes, ſi primus ipſe eſſe uelit, qui naui exeat loricata. Ego inquit, niſi exequēdi præſumerē audaciā, cōſiliū tale inter hos proceres non uulgarem. Fit ratū, q̄d ille cōcœperat. Rex expoſitis in cōtinētē iumētis, cōſceſſo equo, expeditā ſuorū manum in littus perducit. Tunc Caſimir⁹ ante iactabūdus, ſe collectis tētorijs, feſtinato proripit: inq; naues ſe recœpit. Septē armantē apta loricatis nauigia, ſequitur claſſis tota, iam onerib⁹ expedita: pertrāſiens formidata uada. Ad primū conſpectū egreſſorū de lacu nauigiorū, hoſtica claſſis retroceſſit: non expectandā rata manū illorū, q̄s ante irriſerat. Iulinū deinde rex cum equitatu allabit. Bugſlaus paulo ante de trepidatione, deq; timore, Iulinenſes coarguēs, ipſe fuga ſe proripit, pontē nuper effractū per trāſitū traijciēdo, equitatui reparat: ut interim expeditā claſſis elabatur, uētū eſt ad oſtia Zuinę fluminis: ibiq; iumētis iterū in naues recœptis, ad maris principia, anchoras proijciūt, firmātes nauigia. Omniū anteriores fuere Eſbern⁹, atq; Suno poſt Abſolonē.

In cōſilio ab ſint cōuitia.

Cōſiliū Abſolonis epi.

Emuli ridēt cōſilium.

Rex equum cōſcendit.

Claſſis hoſtica retrocedit

zuinā flumē

XXX.

Interim Iulinenſiū quidā eques, in littore obequitās, cum per interpretem Gutiſcalcū nunciaret, ſuis ciuibus in animo eſſe, poſtero die miſſis oratorib⁹, fœdera pacis inire cum rege, & iam abiturus, equū calcaribus urgeret per iactantiā: exiliens iumētum uehemētius q̄ ille caueret, præcipitē dedit equitē, tam graui lapſu, ut ſemianimis in arena uolueretur. Famuli effuſum leuare conātes, Danorū prohibiti ſunt telis. Interim ſcapha inuecti Abſolonis miniſtri, illum in liburnicam dñi inferebāt, nihil ſentientem. Interpoſita mora, cum ex graui lapſu, quaſi profundo ſomno reſipiſceret, in proximos conuerſus, ubi eſſet interrogabat. Diu erat anteq̄ pernoſſet, in hoſtili ſe naui teneri. Interim rumor percrebuit, expectare hoſtes, uenientes ab anteriore terrę ſinu Danos, ut exciperent in mari: magna & expedita claſſe paratos ad prœliū. Iulinēſis ille, omnem eſſe uanum rumorē, qui diſſeminaretur, q̄ſancte aſſeuerabat: Compertū ſibi eſſe, genti ſuę non ſupereſſe animū, manū cum Danis conſerendi: Inq; eam rem multis cōmemoratis, tempori ſeruire & hoſtibus, a quibus capt⁹ teneretur, aſſentari credebatur. Sed tñ rerū exitus declarabat uera loquutum. Sic enim euenerat, ut nemo ſe illis ad prœliū obiectaret in mare prodeūtib⁹, agmine ad pugnā inſtructo. Nā omni claſſe reducta, omnigenū rerū prœda onuſta, incolumē in patriā nauigationē, Dani tum uictores habuerūt. Erat ex eo agmine, qui reparandę ratis ſuę gratia poſt abeuntem

Equus ſeſſorem excutit.

Excuſſus eques reſipiſcit.

Reducitur claſſis in patriam.

classem in hostico remaneret, & rudib⁹ reparatis, post eam sine cuiusq̃ incursione nauigabat. Libet hac in parte interfari: Iulinũ opidũ regi quondã Danorũ Zuenoni, ad tempora Ottonũ Imperatorũ, regnãti, sępe se opposuit: bello sustinẽs toti⁹ regni molẽ: ter etiã regẽ prelio cœpit: Nũc paucis interpositis sęculis, ne in aciẽ prodire audet. Ea rerũ est uicissitudo. Et ipsa Danorũ natio, quę ante illa tempora terrori fuit Gallis, Germanis, & omnib⁹ circũiacẽtib⁹, puincijs, nũc ab una Wãdalia, tot bellis distinet, tot laborib⁹ implicat. Vide rerũ mutationẽ mirabilẽ, sed nõ nouã. XXXI.

Iulinũ sustinuit regni molem.

Pomerani & Saxones bello socij.

Interea Casimar⁹ & Bugslaus Pomeranorũ principes, sciẽtes Danorũ regẽ non quieturũ, Henrici Saxonũ ducis ultro manum petũt, auxilio uenturã, aduersus regis potẽtiã. Ille, ut potestatis suę in eos ditionẽ acciperet, non cunctãter annuit. Rex non ignarus, utriusq̃ etiã iuncti hostis, arma, nihil ueritus, ultro iterũ in Pomeranã classe, pcurrit puinciã: Rugiana uirtute, in auxiliũ & supplementũ, copiarũ & nauiũ desumpta. Per Zuenũ fluuiũ, lacũ illum magnũ, inde per Oderã Stetinũ usq̃, uet⁹, & opulẽtũ, in prouincia opidũ peruenerũt: cui preerat Wersla⁹, principibus terrę memoratis sauguine cõiunctissimus: sed qui imperio ab illis seposito, suę ditioni preerat. Superstitionẽ ille patrię ueterẽ uehementer auersatus, sacram Christi religionẽ, omni uoto expetebat: q̃d in se fuit, religiosos, & bonos uiros, exquisito cultu prosequut⁹: Iam fidei nostrę & ille rudimẽta pcœperat, ab Ottone Bãbergẽsi episcopo: Vrbẽ illam presidio tenebat. Rex urbi oppugnãdę institit: Est aũt opidũ, ab imo decurrẽtis Oderę, in aduersum cliuũ erectũ, uallis ac mœnibus roboratũ: ut eius captio perq̃difficilis uideatur: Sed tñ uirtuti nihil imperuiũ rati Dani, oppugnationẽ intentauere, coronaq̃ cinctũ infestabãt. Vallũ fossionib⁹ impetitur, ut per cuniculos properet expugnatio: penetratũ est sub mœnia: illi a telis, iam immunes, q̃ in lõginquũ, & indirectũ, illa mitterent hostes infestauere: Fessis recentes alij subiere. Quid multa: defatigati ciues prefectũ orauere: ut ad hostes descendẽs deditionẽ impetraret: Cui⁹ mentio apud milites fieri non potuit, inhiãtes urbi capiẽdę, ut eam diriperẽt. uolẽtib⁹ ergo qui int⁹ laborauere, ac pmittẽtib⁹ qui foris oppugnauerũt Werslaus per funẽ muro demittit, ut regẽ petat, deditionẽ oblatur⁹. Quã ille legationẽ libenter audiebat: ut sanguini parceret in reliquũ fundẽdo. Cũ aũt esset auditũ in exercitu, deditionẽ accipi a rege, cũ offerret ab hoste, languidi⁹ institere oppugnationi: nam direptioni, quam sperabãt, per eam occasionẽ loc⁹ non erat. Ita factũ est, ut magnorũ sibi laborũ, minimũ prospiciẽtes fructũ, segnius pugnarent. Rex ubi aduertit, ob eam rem milites tardi⁹, frigidiusq̃, pugnare: murũ obequitat, hortat⁹ milites, ut urbẽ annitent capere. Sed tum illi, cum maxime cõtenderẽt, uidentes urbẽ captu non facilẽ, intermisere murmura. Tum rex admisso præfecto, deditionẽ accœpit: cognitaq̃ uiri uirtute, urbẽ illi sub Danorũ imperio regẽdã pmisit, segregatã ab reliquo Wãdalię principatu. XXXII.

Rex Rugianos traxit in auxilium.

Stetinũ per Danos oppugnatur.

Offertur deditio opidi.

Rex inclinat deditioni ut sanguini parcatur.

Acceptatur deditio.

Imminebat iam tempus allecum, sub Rugia capiendorũ: quę nũc a multis annis ad littora Scanię contingit: & ne alimẽtorũ defę-

ctio publicorum,regioni incideret,intermittēdam rex expeditionē putauit: attribuitque eam sub Rugia gubernandā, Kanuto Pribislai,qui e Wandalia ad regem dudū profugerat, filio. Ille operā recusans, causatus est,non tanti esse,quod in Dania ab rege teneret,tenues Lalandię fines: ut pro his capitis discrimē subiret,pugnatur' assiduo,in cōgētiles suos: Ad pōtifices quorū cōsilio,& nutu,cūcta gererentur, ille deriuabat onerosum ministerium: Rex,non ęquo ferens animo,imperij detrectationē: Pauca, inquit, fateor hactenus accoepisti,quia nec maiora meruisti: & qm̄ Absolonis sibi obiectā familiaritatē iterū reputabat:illū rex percūctatur,si tutādę prouincię operā sibi uelit desumere: Nihil morat' ille respondit: Quicqd per pōtificē possit exerceri,horum se nihil pro publicis cōmodis recusare. Addidere se tanto labori socios,etiā spōtaneos,Esbernus frater,Torbern',ac Petrus Torstani fili': quibus accessit Zueno Arusiēsis pōtifex, cum aliquātis Iutis. Rex omnib' collaudatis,gratias habet Absoloni,quod non grauate subiret,ab alijs recusatā ꝓuinciā, quodque singulari tam sibi deuinxisset ciues suos animo: ut nulla in re pontifice suum putarēt deserendū, in regnū reuertitur. Cum interim Ticislaus Rugię princeps(tum uero sui regē illum dixere)cum germano fratre,magnā Danis cōmeatuū importari iussit copiā. Sed cum Iutę,aliquāto se insolētius ad rapinā pararēt, oblata etiā spōte prędpiētes:eo iussit Absolō Rugianos obsequio abstinere, de solis alecib',recēs captis,quantū diurnis usib' satis esset,iussit inferri. Iam euitato incursionis, ut sperabāt,periculo,Rugiani redire in sua disponebāt, nauigātes,& tn̄ Iutarum uix manus euasere,populi infrenis, & qui sacrorum antistitem,in armis ducem, comtempsere.

Tenues Lalandię fines.

Socij laboris

Ticisla' Rugię princeps

Iutę infrenis populus.

XXXIII.

Impleto ad qd stabāt Dani ministerio, cum euitato Pomeranorū incursu,in regnū redirēt,nauigarētque :Iutę sub littore Fionię, pyratas se longe fortiores,cōspicati, relictis nauibus in prędā,terras fuga petiere. Hostes,direptis nauibus,cōfractisque abiere. Absoloni triste nunciū defertur,socios Iutas nauib' exutos. Adnauigat, uidet laceras reliquias: Scrutatur nota pyratarū recoeptacula, & nemine reperto, parat abire. Cumque expeditissimo ad cursum uteretur nauigio,lōge preuolauit, & iam de uicino littore hominē cōspicatur,panno sublato,signū edere postulati colloquij. Rem magnā esse ratus Absolō demittit anchorā,cimbā conscēdit: ubi propius uenit,agniti hominis fidē dānat,quod accoepta nuper pecunia,hostiles conatus,quos primos ille facere cōsueuerat, non prodidisset: sed ille purgationē afferebat,pyratas tum abijsse, priusquam ille fidem, interposita pollicitatione, dedisset. Tum rogat pontificē, quo proficiscatur: Vbi domū petere audiuit: Iam, inquit,expeditio erat ineunda,cum tu deponere conaris: nam magna paratur classis ab hostibus Wandalis,quem locū petitura,necdum cōperi: sed cōperturū se breui promittit: & ex fide renunciaturū. Quo loco pontificē requirere ueniat sciscitatur: Constituit illi insulę Monę promōtoriū: Diem edicere iubetur,quo illic se uidēdum iterū prębeat: Sextū pollicetur: & hoc dicens abijt,e cōspectu factus, antequam Danorum socię naues propinquarent: ueritus est enim, ne a multis agnitus,

Iutę fugiūt pyratas.

Edictum signū pāno sublato.

Insula Mona

proditusq́, patrię pœnas daret. Aduētātib⁹ socijs, Absolō exponit, compertū sibi esse proximā uenire hostilē Wandalorꝫ classem: nunc optionē illis esse, mari ne uelint, aucta classe; aut expositis equis, terra confligere: aut si neutrum probēt: incolas regionis, a mari, in mediterranea iubeāt cōmigrare, ne hostibus prędę sint. Certe iumenta in terram exponere perꝙ difficile, & incerti uidebatur exitus, si hostes in terram non elicerent: Incolas emigrare miserū. Statuunt ut domū quisq; repetens, aucta classe, commeatibusq; adductis naualem pugnā præstolentur.

Incolas emigrare miserū

XXXIIII.

i Am bruma appetebat, nec minus tamē ad expectatū hostē exire maturabāt. Exortū est aūt tantū subito gelu, ut crustatis in glaciem glebis madētibus, plaustra figerētur immobilia: sed agricolę cōmeat⁹ in naues portaturi, onustis iumentis, plaustra relinquere cogebantur. Pręteriēs Absolon equo uectus, miseratus est laborē agrestium. Illi se solantur, leuius id esse censentes, ꝙ ad prędā exponi incursantibus pyratis. Tum ad Monam, cōstituto die se recœpit: Illic, quem miserat reuersum, se cernit expectare: qui omnia repōrtans hostiū consilia denudabat. Cunq; Wādali longius morati, non apparerēt, classis Danica portū delegit, duabus speculatorijs, quarū altera Zelandēsis, altera Falstrēsis, Cōmuni tamē omniū periculo perarmatos. Qui Falstrēsem gubernabat, uir eius regionis primarius, & qui hostibus ꝙ ciuibus propensior a nonnullis putaretur, demoratur, quoad Danorꝫ omnia cōsilia hostibus secreto demādet. Ita unius hominis perfidia bene gerendę rei, adempta est occasio. Igitur cum intellexissent Wādali, Danicā classem in expedito esse, demorarinq; aduētum suum: sinum, qui uiridis dicitur, solum attigere: editoq; in littore signo, cum sublimē ibi crucifixi Dñi statuā euertissent, abiere: Sed neq; tam cito moliri fugā poterāt, quin Danica classis, iam cōperto eorū gressu, protinus adnauigaret. Primo mane soliti educere Wādali, celeriq; sibi fuga consulere, tum Absolonē non fefellerūt: Quippe superuenit abeuntibus, infestauitq; nouissimos, nec destitisset persequi, nisi exorta tempestas tantū utrinq; creasset laboris, ut alternis obliuiscerenē. Interī quiq; proprijs periculis, egre luctātes Dani in port⁹ redierūt. Wādali tēpestate disiecti, pro magna parte perierūt, testificātibus crebris nauiū fragmētis: quę per littora uisebātur. Iarimarus Rugianus, duabus ex ea classe nauibus captis, alterā dono misit Absoloni. Sacra erat diui Nicolai festiuitas, cum interposita nocte, tantū in portu glaciei cōcreuerat: ut nō nisi magno labore educeretur: una semper pręuia naui, & ea sępe mutata, ꝙ glacies inferri modum, tabulata nauium discinderet.

Absolō eps cōdolet rusticis.

Speculator hostib⁹ propensus.

Sin⁹ uiridis.

Absolon in fœstat Wandalorꝫ nouissimos.

Vna nocte plurimum glaciei.

CA. XXXV.

a Estate proxima, cum iam annus ageretur Christianę salutis, post mille ac centū septuagesimus, colloquiū fuit inter regē Danorū Waldemarū, ducemq; Saxonię Henricū Leonē, de rebus Wandalorꝫ, ad Eydorā fluuiū. Christopher⁹ regis naturalis fili⁹, Slesuici prefectus (nostri ducē uocāt) solis tum suę prefecturę uiribus Brānesios (Sic enim uocāt Dani Wagrios Aldenburgēses) infestos habuit: quę prouincia, iam Holsatis parebat: paucis in ea Wandalis antiquis, pyraticæ quæ

Rex & dux colloquūtur

ſtibus necdũ poſthabitis, in mari permultũ nauigantibus. Abſoloni prouincia datur: ut iunctis cum Chriſtophero copijs, in eam ducat regionẽ. Audiebãt aũt Wandalos iam prędatum exiſſe in Daniã: ſequi properãt, quo illi diuerterãt. Exeũtibus Danis, iungit ſe Eſchillus põtifex regionis maximus, hoc eſt, metropolitan⁹ Lũdię, promiſſa barba, teſtificatus pere grinationẽ longinquã de terra ſancta. Is Abſoloni mãdat per fidum, ire ſe ſocium, quocũq; ille pergat. Conuenit inter illos petere Lalandiã, quo & Rugianę ſeptem naues ſubſidio uenere, forte Rugiani in portũ ſe cõtulere, quo hoſtilis manus latitabat. Aggreſſi hoſtiliter Wandali Rugianos, iam hoſtes, licèt cõgentiles: abigũt in terrã: prędam partiũtur: duabus ex his nauib⁹, quę promptiores uidebanť, abductis. Sed quo min⁹ abducerẽt, ab his, qui Zelãdẽſiũ nauib⁹ cuſtodes inerãt, deterreť: Cum uero Wãdali relinquere cogerentur, captas Rugianorũ naues, perforatas merſere. Danica aũt claſſis, cum euaneſcerẽt ex oculis hoſtes, urbẽ Branneſiãm, recto curſu adnauigauit. Iam incolę munitioni diffiſi, quę ex ueterib⁹ cõuulſionibus, nullę, uel exiles erant, in eccleſiã quam extra uallum habebãt, cõfugiẽtes, precioſiora quęq; ſecum tulere. Cohibuit religio uiros Chriſtianos, quo minus ſe ſacrilegio cõtaminarẽt, q̃q̃ prędа per iniuriã pauperib⁹ detracta, etiam ſacris in ędibus, immunitatẽ non habere mereretur. Pontifices aũt, qui rebus preerãt, boni cõſulebãt. Progreſſi aũt cum exercitu, prouinciã uaſtabant, iam Holſatię comiti parentẽ: Wagriã dixere ueteres quam Dani Branneſiã appellauere. Burna atq; Marcradus Holſatorũ primores, quos Adolphus apud Demynũ oriẽtis opidũ oppreſſus, filio impuberi tutores reliquit, magna Wandalorũ, Saxonumq; manu collecta, obuiam ductabãt Danis ubiq; digraſſãntibus. Illi conſpecto hoſtili exercitu, legiones ſuas in ordinẽ deuocabãt: Holſatiq; campis ęquioribus demorati, excurſionem hoſtium expectabant.

Wãdali prędãtur in Dania.

Wandali in Rugianos cõgentiles.

Chriſtiani a ſacrilegio abſtinent.

Wagria & Branneſia idem.

CA. XXXVI.

Xierat iam pridem manus non cõtemnẽda Danorũ, quę ab Holſatis intercepta, ad internecionẽ fuiſſet deleta, niſi auxiliũ illis ſocię cohortes, in tempore attuliſſent. Riuus erat amborũ agminũ medius, uno meabilis uado, ad quem cunctis hęrẽtibus, primus Abſoloni equũ adegit, trãſmiſitq;. Sequuti equites expediti, ſocijs laborãtibus tulere ſuppetias. Sed is erat exit⁹ pugnę, ut neq; hac, neq; illa parte, magnopere uictores uiderentur: Nam Dani Holſatos cum auxiliarijs copijs ſuſtinuere, ne retro pellerẽtur: Holſati Danos prohibuere, ne, quod cupiebãt, progrederenť. Sed abeũtibus in naues Danis, patriãq; repetentibus, inter auxilia Holſatorũ, tum deliberatũ eſt, de bello Danis inferẽdo. Erãt autẽ qui rem abſente duce gerebãt magnates Saxonum, Guncelinus Zwerini comes, & Bernhardus Raceburgẽſis: Hẽric⁹ aũt Leo dux, in ſuperiorib⁹ agens Bauarię prouincijs, Henricũ de Orlemũde, uicariũ pro ſe, tutorem dedit Adolpho paruulo. Inter ipſos uero, quos diximus, cum de inferendo bello ageretur, cõpertumq; eſſet, Danos equitatu plurimũ ualere, nauale bellum inſtituendũ nõnulli putauerũt: q; in eo promptiſſimis Wandalis uterẽtur: Sed neq; hoc tutum uidebatur, Danis, nautico populo, in

Dani in Holſatos.

Magnates bello pręfecti

Dani ualẽt equitatu, Wãdali bello nauali.

mari cõfligere: quod si uiribus, quas nuper uix sustinuerãt, rex ipse, cum toti⁹ regni sui accederet robore, uix ipsi duci Henrico, si adesset, uideret sustinẽdus. Tum in Slesuicũ ductandus uidebatur exercitus, ut Iutia euastaret, quomodo superiorib⁹ sępe bellis factum esse meminerãt. Non est passus Bernhardus Raceburgẽsis comes, quod regis beneficio, nõn parũ terrę in ea regione possideret. Adiecit aũt non facile esse Slesuici pulsare portas: quã sexaginta armatorum milia, a rege Danorum tutandam, imposita, tenuerunt. Hẽric⁹ quoque, qui tutorio nomine Holsatiã administrabat, nequaquam passus est bellum genti, quę nihil pręter pacem, & temporum tranquillitatẽ, quęreret inferre. Itaque uictus sociorum sentẽtijs Guncelinus, treugas per Sunonẽ cõstituit ad reditũ usque ducis. Sed ne interim Danorum animi torpescerẽt, assiduos hostes Wãdalos Circipanos, bello tum rex petiuit. XXXVII.

Bernhardus Raceburgẽsis comes.

Fiũt treugæ

Lasse inuectus illi gẽti rex, cum copias exponeret, limosam nact⁹ est paludẽ in cõspectu, superne quidem uiridi tectam cespite, cęterum oneris impatientẽ: desedit enim facilime: Sed uictrix domat omnia uirtus. Equos post traxere preeuntes, armis nõnulli detractis, quo onere leuarent, incessere. Sic quoque cœno dimersi, iam iumentũ, iam sessor subsedit, Iam ductorẽ suum equus calce protriuit, nunc iumẽto per iubas, ne mergeretur eques inhesit: Miserũ specta culum, & labor infœlix. Raro plus laboris in pugna extricatũ, quam tum, in trãseunda palude. Rex ipse Danorũ militũ humeris incũbens, non armis, neque uestibus grauis trãsilijt. Iam peruenerat in solidam, stupẽtibus Wandalis, terram: Nam inuium semper ab incolis hoc iter est habitũ. Progressi uident opidum in lacu nauigabili, solo ponte aditũ prębẽte: sed illũ præfectus urbi Othmarus, stagnãte in sublime, operuit unda: ut soli superne pali eminerent. Dani his adminiculis, pontẽ alium superimponere aggressi, uimina multa congesserẽ: cum interim opidani, lignea de turri instantes operi, Danos proturbãt: sed obiectis clipeis, reiectisque tęlis, labore indefessi imminebãt. Absolon interim, cum expeditis militib⁹, prędatũ exibat. Othmar⁹ urbi pręfectus, uidẽs opus crescere aduersus opidũ, scapha traiecit ad regem, supplicationes pacis intentãs: sed illas ita temperabat cõditionib⁹, prout prospera, aut aduersa, suis in pugna uidit prouenire. Rex ubi tergiuersantẽ deprehendit, auersas habuit aures. Miles quoque Danicus, ubi de pace agi cœperit, remissius, segniusque pugnabat: & iam aspirãte in noctẽ uespera, cœpit rex ad preces Othmari aurẽ inclinare: ne cum rubore, aut obsidionẽ solueret, aut oppugnationẽ intermitteret. Reuersus cum prẽda Absolõ, cum de pace apud regem fieri uerbum intellexit, seuocat paulisper interpretẽ: regique iubet seueriorẽ interpretationẽ de uerbis Wandali obtẽdere: ne ad pacem inclinaret. Interim oppugnatoribus ipse accedit, hortatus, ut perseuerent. Erat tantus in militibus capiendi opidi feruor animi, ut armati tranarẽt ad hostes: ponte nouo, pro multitudine pugnantiũ, in eo subsidẽte. Absolon cum paucis destituitur ipsis sub mœnibus: Qui nandi peritiam habuere, se, suosque extraxere de periculo. Iam sub mœnibus pugnabatur: Falce demissa superne, Wandali Danorum scuta, de turri lignea, retinaculis

Palus limosa trãsitur.

Rex militũ humeris paludẽ trãsit.

Absolõ prædatũ ibat.

Miles fit remissior, ubi de pace tractatur.

Pugnatur sub mœnib⁹

cęsis, cadere fęcerũt e ceruicibus. Sed non peruicit pertinax Danorum instãtia, ut opidũ caperetur. Incolę quia scaphę nullę erant, dolijs se immisere cum paruulis, & uxoribus, ut elaberent: sed facile retroacti, Danis uictoribus, fuere ludibrio. Opido direpto atque incenso, ad unũ omnes trucidant mares: Othmaro tanquam pacis legato, uix ipse rex pepercit: magis suę famæ, quam illius cõsules merito qui non syncerã agebat legationẽ. XXXVIII. Mares oẽs trucidãtur.

d Vx interea Saxonię Henricus, a Bauaria reuersus, ad Eydoram regi colloquuturus occurrit: sed iam indignatione iu regẽ cõcœpta, propter innouata per eius absentiã, pontem trãsire, regẽque, ut prius, cõsueuerat honore pręuenire detrectauit. Rex dignatione humanior, quam fastu sublimior illi occurrit. Nam dux euitauit, ne superiorẽ regẽ, uerbo, aut nutu fateretur: Ibi inuicẽ expostulantes, quę acciderãt, rebusque colloquio, utcũque firmatis, pacifice discessere. Absolon interea pręternauigans in Zelãdia, littora calculis frequentia lapides in nauim iussit cõportari: nouo pręsidio, quod in Zelãdia ad portũ mercatorum erexerat, prospiciens. Nam telorum hoc genus tum non uile est habitũ: Iacula uocant diui Stephani: Inde, cum eo loci in balneis ageret, audiuit cuiusdã nauis, uelut pyraticę, ab oriente uenięntis, inter socios fieri mẽtionem: Intermisso, ad quod uenerat, lauãdi studio, uestem inijcit, tubicinẽ canere iubet: ut remiges nauigio, quod promptũ stabat, in anchora aptarent. Duas e uestigio naues perarmat. Ille uelo, in sua: alterius uero magister, remigijs utebat. Pyratę uenientẽ cõspicientes, uelo deiecto in obliquũ, quo Absolonẽ uentus ire non sineret, remigio flexere cursum: Sed ille inuictus, comes illos insequitur, tęlis incessens. Illi mutato cõsilio, quem declinare non poterãt excipiunt: quo latus nauigij sui hosti obiectũ, altius muri specie obtẽderẽt: Sed expugnati, ex his nonnulli, ne caperent, mare insilierũt: alij pręcisis capitibus, capti interiere: quę interim figebãtur in palos, ad nouum Absolonis opidũ, terrorẽ pyratis allatura. Interim uero Wãdali memores uastitatis, quam rex nuper intulit patrię, in Daniã crebris se incursionibus uindicauere. Rex uero Waldemarus, cum cęteris, tum recentis iniurię, futurus uindex, quod Wandali Pomerani nuper nauim intercœpissent, quæ regia munera ab eius socero missa portabat: misit tamen rex primum in eam nauim cum rebus recuperandã ad principes Pomeranię oratorẽ, qui pręter contemptum, & irrisionẽ, nihil reportabat: hostilia omnia, illos sentire in Danos, nihil pacati. Rex autẽ commonito primum duce Saxonię Hẽrico: ut ex fœdere concurrat: ipse totis regni sui uiribus, a mari, & dux a terra incubuere. CA. XXXVIIII. Rex humaniſ or duce. Iacula diui Stephani. Pyratę mari insiliunt. Orator regis irridetur.

r Ex expedita iterũ classe, Zuenum ingressus fluuiũ, ducibus Rugianis, Iulinũ opidum, non satis a pristinis cladibus respirans, captum, direptũque, incendit: ex quo die nunquam redijt ad pristinũ florem: quod iam a Saxonibus nouę ciuitates in eo littore firmarẽtur: pręsertim Lubica in solo Wandalico, magnis incrementis Wandalię ueteres urbes cœpit obscurare. Interim dux Demynũ obsidẽs, riuum, qui urbem fęcit inexpugnabilẽ, castris suis opposirũ, cœpit aliorsum deriuare: sed ea opera Iulinum opidũ incẽditur.

incassum fuit. Quo enim extenuare molit̃ munitionẽ, inde magis firmauit. Igitur frustrato labore dux oppugnationẽ omisit: sed fortuna, quod hostis nõ poterat peregit. Nam suapte incẽdio undecũq; coorto, urbs pene tota cõflagrauit. Henricus uero dux omisso Wandalico bello, ad alia properauit, q; audisset Vdalricũ Halberstadẽsem episcopũ, quẽ ipse propulisset, in suam redisse terrã: hostilia omnia in se cõmoliri. Fauebant episcopo principes Saxoniç, Henrico auersi. Interim pactis apud Wandalos pro temporis cõditione reb⁹, eo se cõuertit. Dissimilis per idẽ tempus regis fortuna. Nam ille urbẽ Cosconã oppugnãs, igne immisso, pene consumpsit. Incolç dilapsi in uicinũ nemus paludibus obsitũ, omne pecus, & omnẽ suppellectilẽ eo deduxere. Captiuũ quendã cum fratre, & cõiuge, ac liberis interceptũ, adegere, minis, pollicitationibusq;: ut ad paludẽ, in qua incolç delitescãt, eos perducat: Promittit operã: fratrẽ illis pmittẽs ducem, nauigio illuc ituris. Rex agmẽ terrestre: agmẽ ducit Absolõ fluuiale: cuius ductor spõtaneo, ut cernebat̃, errore deflectẽs, diu illos ludificauit. Cõperta tergiuersatione, gladio caput eius demetũt: ut uel sic ab errore redeat in uiã. Palus minorib⁹ tñ nauigijs adiri potuit, quorũ Absolõ Zelãdensiũ manu prędã omnẽ abegit, in uniuersum tñ exercitũ partiẽdã: quç res nõnihil illi apud suos peperit inuidię. Egressis paludẽ, quidam ex remigibus, iugulandũ clamabat ductorẽ, qui illis pridẽ illusisset: & per risum collo eius funẽ conijcit. Ille uerũ arbitrat⁹ suppliciũ prçuenire cõstituit. Nam simulatione hauriẽdç aquç, se aquis immersit: incertũ, dolo, an metu. Semel ac iterũ emersit, funẽ manu tenens. Nouissime tñ suffocatus apparuit. Tanta aũt pecorũ uis coacta est: ut pastorũ opera Dani indigerẽt. Nam tãta erat uastitas ab incendio, ut ne hirũdines domicilia reperirẽt: sed in malis nauiũ, antemnisq; nidificarẽt. Inde rex ducis Saxonię colloquio iterũ fruitur⁹, superiora cõscendit prouincię, amnib⁹ diuisus a duce. Caminũ urbẽ petit, uicina depopulat⁹: tantũq; pecoris abegit: ut duobus mẽsib⁹ alimẽta inde prçberet legionib⁹. Vbi intellexit rex abijsse ducem, regressus Wolgastũ est. Prçfect⁹ inerat opido Zulister, qui extrema pontis parte desecta, hostib⁹ aditũ curauit adimere: sed pertinax uirt⁹ nihil linquit intentatũ. Nam manib⁹ sociorũ Dani milites subleuati, adrepsere nõnulli: In ipso põte prçliũ cõserentes: ubi unius Absolonis armigeri, cõspicua pugna fuit: Interceptus ab hostib⁹ uidebat̃, tñ pugnans elabit̃. Gladij sui lõgitudine impedit⁹ a cursu prçceps labitur. Ilico lãceis multis petit̃ sed meliore fortunç, q̃ suo clipeo tegit̃, genib⁹ nixus, crura petit proximorũ, donec assurgens, a superueniẽtibus socijs iuuaret̃, rediretq; ad suos incolumis. Seruata est tum urbs ne caperetur ab hostibus.

Vrbs icẽdio flagrat. *Coscona cõburitur.* *Ductor spõte errat.* *Ductor immergit se aquis.* *Pec⁹ abigit̃.* *Absolon pugnãs elabit̃.*

XL.

Wolgastẽses autẽ urbis suç angustias perosi, mœnia prolatauere, deuolutaq; saxa immisere fluctis, ut nauali obsidione premi non possent: quç res illis subsidio erat, & saluti, in pxima Danorũ expeditione. Nam rex imperuiũ declinãs Panim fluuiũ, ad Zuenũ nauigio cõtendit. Iulinũ opidũ superioribus expeditionib⁹ euastatũ, nunc tamen denuo cœptum habitari, cum illis munitionibus nõdum firmatũ esset, ut

Wolgastum ampliatur.

tolerãdę obsidioni sufficeret: Ciues ad famã nouę ex Dania classis, popu-lariter emigrãtes, Caminũ cõtẽderũt: ibiq; firmatis sedib⁹, obsidionẽ tolerare cõstituerũt: Sed rex ad Osnã urbẽ cõtẽdit, populationi poti⁹ agroꝝ, q̃ urbiũ tardę obsidioni insistẽs. Ostẽdit tñ Osnę urbi apparatũ obsidionis: si forte ea re territi ciues, deditionis facerẽt mentionẽ. Sed ciuib⁹ ea re nihil motis, reduxit exercitũ: aliã sequẽtis anni meditat⁹ expeditionẽ: Iam enim rex ille in eam uenerat cõsuetudinẽ, ut annuã in Wandalos armaret classem: uel ꝙ illi ab excursionib⁹ solitis sibi nõ tẽperarẽt: uel ꝙ suos in regno desidẽtes, ad tumultũ, & ciuilia mala promptos intelligeret, externis maluit bellis implicari. Quãta tẽpoꝝ mutatio? Erat ea natio Danoꝝ terrori aliq̃n uniuersis: Britãniã occupauit, Gallias expilauit, Germaniæ littora est populata, Phrisijs imperabat, Saxones aliq̃n ad iuga coęgit: nũc ab una gẽte Wãdaloꝝ ita fatigaẽ, ut pares pene uires, & aliq̃n supiores ostẽdere Wãdalia uideaẽ. Nec mirũ in Danis debet uideri, tãtã esse mutationem: q̃n in Gręcis, & Romanis eadẽ, si non maiorẽ, cõspicim⁹ reꝝ cõuersionẽ. Rex sedulus Wãdalis imminebat: sed neq; Wãdalorũ puĝil cura dormitabat, patrię iura tueri: assiduũ Danis hostẽ agere: uet⁹ enim, & penè innatũ erat odiũ duaꝝ mari dirẽptaꝝ nationũ: cõmunis utriq; mare palestra: primũ de pręda, inde etiã de gloria certãtiũ. Et, si quid credimus Helmoldo, uoluptati suæ dabãt Wãdali, Danis cõferre manus: Sed tñ ca gẽtis pertinacia Wãdalicę hoc effęcit, ut primũ ad inopiã redactis omnib⁹, deinde uastatis opidis, & exhaustis, cõsumptisq; terrę cultorib⁹, ꝑ crebra bella alienigenis terra impleret: & ad Saxonũ iura nouæ ciuitates instructæ, ueteres desolatę, antiquũ Wãdaloꝝ nomẽ pene aboleuerit: & in contemptũ, ignominiamq; detorserint minores.

Rex Danoꝝ i Osnã urbẽ

Annua Danoꝝ classis i Wandalos.

Rerũ uicissitudo.

Vet⁹ Danoꝝ & Wãdaloꝝ odium.

Ad Saxonũ iura Wãdali

CA. XLI.

CONsentaneũ est huic operi inserere memorabilia utriusq; ordinis in hac Wãdalia nostra: Cum enim uaria fortuna maritimi Wandali, præsertim oriẽtales, Danoꝝ regi conflictarẽt: interim Wagria, pars Wandalię occidua, sub Holsatoꝝ gubernaculo debuit cõquiescere: furtim tñ maria tẽtauit. Terrę aũt pręfuit Hẽricus de Orlemũde comes, tutor Adolphi paruuli, sed cõtinuo per annos pro ętate succrescẽtis. Episcopatũ tũc Lubicẽsem post Geroldũ german⁹ eius Cõradus administrabat: diu extra ducis gratiã cum archiepiscopo Bremẽsi agens: nouissime tñ illi recõciliat⁹, lõgã cum illo peregrinationẽ terrę sanctę inijt: anno LXXII. post cẽtũmille: in qua defęcit, moriẽs: tumulatus in Tyro. Cum aũt dux fœliciter in sua reuersus est, adeũt eum Lubicẽses canonici, pastorem eius nutu deposcẽtes. Sciscitat⁹ eoꝝ inclinationẽ, audiuit quia Hẽricum sancti Egidij in Brunswico deposcerent abbatẽ, eiusdẽ peregrinationis comitẽ: incomparabili literatura uirũ, Brabãtinũ genere: qui insignis eminebat in conspectu Constantinopolitani Imperatoris, & sui pręsentia ducis: cum inter Gręcos, & Latinos, de processione spiritussancti disputaret: atq; obtineret etiã, Gręcoꝝ testimonio doctoꝝ, illũ a patre filioq; ꝓcedere. Diu deliberãs dux, ait: Virũ nobis cõmẽdatissimũ, & consilijs nostris oportunũ deposcitis: cuius absentiã de Brũswico non æque ferimus:

Cõrad⁹ Lubicẽn epus Tyri obijt.

Latin⁹ Grecos disputando uicit.

tamē quia ecclesię uestræ profectū diligimus, si ipse annuat, permittimus. Profecti Brūswicū, in cōspectu fratrū sancti Egidij, astātib⁹ uicinorū abbatibus monasterior̄, atq; prępositis, literas electionis, & ducalis consensus, exhibuerūt: quib⁹ lectis, fratres quidē uarię affecti, patris prouectioni cōgratulati, suā defectionē cōplorabāt: ipsum intuebanť, quid sentiret, quidue loquereť. Ille ut erat singulari prudētia, defixo diu in terrā uultu, inde suspiciēs: magnū est, inqt, fratres, patres, & dñi, ad q̄d me uocatis, nihil ego in me tāta uestra de me expectatione dignū agnosco: quale sit on⁹ uideo, in Dñica uinea laborātib⁹ prǽsidere: quia tñ non tam ad honorē, q̄ laborē, non tam sublimiora q̄ onerosiora deuocor, prǽsumēs diuinę uolūtatis in uobis operari beneplacitū: ecce pareo. Perduct⁹ est aūt Lubicā, & cōsecrat⁹ a Walone Halberstadēsi, Bernone Magnopolēsi, & Euermodo Racesburgēsi, episcopis. Humilitas nō extincta, sed in episcopatu est adaucta: nam cū multis a Dño prǽdit⁹ fuerit donis spiritalibus, specialius tñ in eo effulsit sciētia literalis, cum facūdia sermonis: & cū his pleriq; euanescētes in cogitationibus suis, magis ad arrogātiā utanť q̄ ad ędificationē, ipse in eadē humilitate permāsit: semper deuot⁹ Deo, & gloriosissimę eius genitrici, in ieiunijs, uigilijs, abstinētijs, orationibusq;, in eleemosynar̄ largitate: in prǽdicatione aūt diuini uerbi ita singulari quadam prærogatiua fulgebat: ut nemo tam saxeū pect⁹ haberet, qui non ad eius cordatissima uerba compūgereť, uel etiā ad lachrymas impellereť: nam profundissima scripturarū ita planissimis uerbis exponendo dilucidabat, ut occultā cor̄ similaginē de internis uiscerib⁹ eliciēs, omnes dulcissimo pane, uerbo Dei reficeret: ut gaudiū omni populo non modicū mellita eius faceret doctrina. Transibat Turingiā, & in monasterio dñar̄ pausatur⁹, accepit hospitium. Ipsa meridie, cum in uesperū sequēs aduentaret, quandā ex dñabus, quæ post in abbatissam alterius est assumpta loci, meridiano sopore quieuit, uidit per quietē in medio sororū episcopū, cui illę caneret: Vere fœlicē prǽsulē, uerę fidei doctorē: & inter hæc astare quēdā ætate uenerabilē uirum, qui per fenestrā, unde sacra sumiť cōmunio, dñabus loquēs, ait: Accipite uenientē pōtificē, cui canticū solēne iam in uisione decantastis. Hæc uidit: & experrecta, cum sacrū nonar̄ officiū expleret, narrauit sororibus uisionē: nec longū tēpus in medio, uenit, qui pro aduena pōtifice deposceret hospitiū. Recordatę uisionis, incūctanter annuūt: postulātes, ut exhortationis uerbo illas adoriri dignareť. Nihil ille moratus, incipit: Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias: Multa de castitatis, multa de religionis laude introducēs: quę tali cōpunctione afficeret uniuersas, ut uere fœlicē prǽsulē, uere fidei doctorē, q̄d una uiderat, omnes testificarenť. Hic est ille, qui cum Hērico duce primū posuit lapidē maioris ecclesiæ Lubicēsis: quę etiā nūc extat, in honorē sancti Iohānis Baptistæ, ac diui Nicolai: nam illa uetus in arena, opus erat Geroldi. Henric⁹ aūt dux, & huic, & Raceburgēsi ecclesijs instruēdis, aliquādiu institit: sed inciderunt statim tēpora, ut omissis ecclesijs, de urbibus, & arcibus cōmuniēdis, circūspicere cogereť: nam omnis illi tum Saxonia insurrexit. Sequuta sunt gra

Electus in epm facit orationem.

Epi consecratores.

Electi uirtutes.

Monialis p quietē uidit epm uēturū

Narrat sororib⁹ uisionē.

Epus & Henric⁹ dux posuerūt primū lapidē.

uſora tẽpora, quib⁹ Ro. Impiũ ſuis uirib⁹ in eũ abuteret̃. Primã quidẽ grauem tumultuationẽ placauit Impator: altera uero durauit ad Imperatoris mortẽ: Sed ea in Saxonia noſtra legunt̃. Iſte uero põtifex in urbe Lubica diui Benedicti ſui ordinis erexit monaſteriũ uirorũ: eo nimirũ anno, quo pax integraret̃ inter ſacerdotiũ, & regnũ, papã, & Impatorẽ: hoc eſt poſt millecẽtũ. LXXVII. Procꝫ tenui rerũ ſuarꝫ facultate, idẽ dotauit monaſteriũ: ubi etiã ſepult⁹, expectat nouiſſimã tubam. XLII.

Eps. Lubicẽ monaſteriũ erexit.

Vermodus Raceburgẽſis põtifex, eo etiã tempore uitã finiuit in terris, ſed uiuit in Chriſto: quia religioſam uitã ducẽs, in ſanctitate & iuſticia, uſcꝫ in finẽ uitę ꝑdurauit: tantę proculdubio apud Deũ, & homines ęſtimationis, ut etiã per uiuẽtẽ, Deus uirtutes multas faceret. Hẽricus Raceburgenſis comes captos tenebat Phriſios, multis ſępe tormẽtis expoſitos: Interuenit pro eis epiſcop⁹, ut laxarent̃: nihil profęcit. Dies erat ſolẽnis paſchæ, cum captiui in catenis ſub cuſtodia aſtarẽt in eccleſia. Circuiẽs pontifex, omnes fideles aquę infudit aſperſione: uidens captiuos, miſeratus in eos intẽdit: & aſpergẽs catenã, dixit: Dñs ſoluit compeditos: mox illa diſſilijt: illi ſilentes abierunt. In uirtutis teſtimoniũ catena ſeruabat̃. In Thietmarſia magnus erat archipræſul Hartwicus: ſolẽnia miſſarꝫ peregit Euermodus. Accidit ſub diuino officio, ut homicidiũ fieret: ꝙ in celebri cõuentu populi, non inſolitũ habet illa terra. Epiſcop⁹ inter miſſarꝫ ſolẽnia populũ de euãgelio erudiẽs, inter alia de diuino præcepto charitatis inſeruit: admonẽs, ut qm̃ in oratione Dñica poſtulamus dimitti nobis, quomõ & nos dimittim⁹: Cõuerſus in illũ, ad quẽ occiſi proxima ptinebat iniuria, orabat ut cu'pã dimitteret occiſori: Vbi ille nõ mouetur, deſcendit ambone põtifex, & ſacris reliquijs in manu geſtatis, procidit ad pedes eius, orãs ueniã occiſori. Ille per Deũ, & quicqd eſt ſanctũ iurat, nũq̃ ſe dimiſſurũ. Exurgit põtifex, & cõtemnẽti benedictionẽ, alapam duriſſime inflixit. Quis nõ tum putauerit hominẽ inſaniturũ? Certe manib⁹ ſtatim cõploſis, annuit epiſcopo: ueniã tribuit. Quod diuinitus factũ, qs nõ uidet? per alapã enim uir ſanct⁹ dęmonẽ, qui cor ei⁹ tenebat aſtrictũ, effugauit. Succeſſor illi in eccleſia illa Iſfridus, præpoſit⁹ in Ierichow regulariũ: non canonicorꝫ, ſed monachorꝫ ritu uiuens in prępoſitura, hoc eſt, nulli ſeueritate uitę cedẽs, nulla utẽs relaxatione: duriſſime ſibi imperabat: uir uticꝫ ſingularis, quẽ tñ & inteſtina, & forẽſia mala ptẽtarũt: nam qui ſub eo præpoſiturã agebat, ad põtificatũ aſpirãs, multis malis uirũ laceſſiuit: Et comes Bernhardus inqetũ eſſe uoluit: ꝙ Hẽrici ducis familiaritatẽ nollet deſerere. Depoſito q̃cꝫ Hẽrico, cum Bernhard⁹ antea comes de Anehold ad ducatũ pueniſſet, hominiũ ab epiſcopo depoſcebat. Pontifex reniſus, aiebat: Hẽrico qdem qui omnia contuliſſet eccleſijs, meritos ſuo tẽpore, uelut patrono, impẽſos honores, longe aliorꝫ, eſſe aliã rationẽ. Tulit illi dux omnes eccleſię decimationes. Ille non intuebat̃. Homines eccleſię uinxit, & emunxit pecunia. Epiſcopus cauſam eccleſię Deo cõmendauit: omnia ſuſtinẽs, priuſq̃ eccleſiæ nouam induceret ſeruitutem.

Euermodus eps. obijt.

Captiui in catenis die paſchę, & fit miraculum.

Homicidiũ in eccleſia.

Temnẽti benedictionẽ, eps publice dat alapam.

Eps. recuſat pręſtare hoſmagium.

FINIT LIBER V.

INCIPIT LIBER VI.

Iu nos tenuit nota regio,commemorātes domestica, & propinqua,in quib⁹ copiosiores sunt annales,quę exter nis reb⁹parū tribuūt: Verū Wandalię res cōmemorare d professum,nō decet Bohœmos,Polonos,Russos,Dalmatas,& iam Bulgaros,tacitū preterire: de qb⁹singulis magni codices scriberent,si quis uetustatis adiumēta te neret: Sed qm̄ de his parū cōpertū tenemus,debet qsq; patriæ suę,Russus, Polon⁹,Dalmata,Bulgar⁹,ut collectis antiqtatib⁹res proferat in mediū,edatq; legēda sua,qui cupide reqrit aliena. De Bulgaris aūt hacten⁹ nihil a nobis cōmemoratū est,q̄ huius gētis portionē esse nemo cōmemorat: esse aūt ostēdit euidētissimū nationis signū, eadē quæ cęteris est lingua,certis proprietatib⁹,ut fit,per tract⁹regionū uariata: Ea uero pars gētis undecūq; demigrās,uenit in Thraciā,Mesiāq; aliq̄t annis posteaq̄ cōgentiles eius Dalmatiā,Croatiā,Histriāq; occupassent: factiq; sunt Christianismo limitanei milites, aduersus infestissimā nomini Christiano Turcorꝝ gētē: eo tēpore,q̄.II.Ludouic⁹ Lotharij fili⁹,Ro. teneret Impiū,circa annū Christi.DCCCLX. diuq; insequuti sunt rit⁹ Ro.ecclesię,cum a Sūmis pōtificib⁹sciscitarent,de q̄ in ritib⁹nostris dubitauere, illisq; pōtifices rescripsere: In qb⁹ Nicola⁹ papa.I.singularē præstitit diligētiā: nā ex ei⁹rescriptis multa sunt inserta corpori Decretorꝝ,per Gratianū: q̄d mōstrat inscriptio,quę in hūc modū est: Nicolaus papa ad cōsulta Bulgarorꝝ: tātūq; p̄fecit in gēte,ut pulso Photino hęretico, qui se illi gēti insinuarat, ueri fierēt catholici: ita ut rex gētis tradito regno maiori ex filijs,monachalē habitū accœpit: uerū cū accœpisset illū,recidere ad paganismū: resumpsit regnū,& eiecto,exoculatoq; maiori filio, minorē ad sce ptra reposuit: ipseq; redijt in monasteriū. Quo etiā tempore Zweropilus Dalmatarꝝ in ea natione rex,Christo credidit cū gēte sua: Verū cū Impatorib⁹ oriētis de multis cōmunicarēt,propter locorꝝ cōfinia,cœperūt in ritus Grecorꝝ degenerare: in qb⁹pmanēt usq; in hodiernū: multis sæpe bellis suppetias tulere Imperatorib⁹orītis,aduersus Saracenos,aduersus etiā Turcos: Iustinianū.II.Impio eiectū,armis illi suis restituerūt. II.

Bulgari Wandalorꝝ portio

Bulgari in Thraciam & Mesiam.

Bulgari ueri fiūt catholici

Degenerāt ī Grecorꝝ rit⁹

Ed ut certis agam⁹authorib⁹de Bulgaris Wādalorꝝ cōgētilib⁹, s Blōdi ponēda sunt uerba: Tenebat oriētis Impiū Cōstātin⁹Con stātij fili⁹,& in Ro.pōtificatu erat Adeodat⁹,circa annū Christi DC.cū Bulgari noua gēs Thraciā inuaderēt: cū Impator iamdiu Saracenis cōflictat⁹.pacē cū illis faceret,tributa pollicētib⁹: Accidit,inq̄t Blōd⁹, pax illa oportuna: q̄ Bulgari post parū,Thraciā inuaserunt: Fuerūt uero nō ex illis,q̄s aliq̄ties supra,Danubij accolas fuisse ostēdim⁹,sed noua ei⁹ gētis examina,quæ Scythiæ finibus tunc primum egressa (rectius diceres Blonde Sarmaticæ, sunt enim Europęi) constituerunt in Romanorum prouincijs sedes capere. Cōgressus illis Imperator,inter Pannoniā & Mesiam superiorem,insignem accœpit cladem: cūq; potius fugeret,q̄ pedem

Blōdi uerba de Bulgaris

Author carpit Blondū.

referret, paci ab illis oblatę cupientissimus, acquieuit. Satis namque Bulgaris supraque, est uisum, feracissimi agri prouincias, Danubio continentes, Romani principis authoritate, per icta secum foedera habitare: Cessitque ei genti, non modo prius barbarę, & efferatę, uerum omni Europę fausta foelixque, modestia, qua Bulgari tunc sunt usi, quod habitam eo ex foedere, de Romanis prouinciam, hactenus annos septingentos, & supra, possident: ubi tanquam limitanei milites, excubitoresque Christianorum, aduersus cęteram barbariem pmanserunt. Deinde ad tempora Iustiniani. II. qui patri suo Constantino successit in Imperio, hęc de Bulgaris infert: Generalem, inquit, omnium prouinciarum pacem, primum omnium rupit Imperator Iustinianus: qui foedera uiolans cum Saracenis icta, eos apud Mesopotamiam, & in Perside, maximis affęcit incommodis. Illi uero reparatis uiribus irruentes, Imperatorem cum exercitu omni Mesopotamia expulerunt: & multo plura tunc Iustinianus, cęde in exercitu damna accoepit, a barbaris, quam intulerat. Redintegrata tamen est pax, secundum quam nouo foedere firmatam, fręgit Imperator incostans, aliam pacem, a genitore Constantino cum Bulgaris constitutam: Duxit namque in illos improuisus, quibus, ut erant, imparati, nullo in loco resistentibus, cędibus Imperator, & incendijs, per uniuersam Bulgariam debacchatus est. Illi uero conspicati Iustinianum furentem, nulla ratione bellicę disciplinę duci & exercitum sine ordine palantem dimittere, retro ad superiora Moesię, Thracumque confinia confugierunt: qui magnam in manum coacti, nihil per multos dies aliud annisi sunt, quam ut suis incondita, etiam, mulierumque, puerorumque turba in unum coactis locum, urbes, opidaque furenti Imperatoris exercitui diripienda pmitterent. Exinde animis post tantam consternationem resumptis, saltus, cęterosque meatus, per quos Iustiniano in Thraciam, & Constantinopolim redeundum erat, obice multo, & additis stationibus munierunt: quę postquam audiuit imprudens Imperator, ad Bulgaros mittens ea conditione pacem reditumque impetrauit: ut captiuis rebusque omnibus quas diripuerat omissis, abiens, pacem precario concessam, iureiurando confirmaret: & sui exercitus primarios, sacramento adactos, pmitteret confirmare. III.

Bulgari propugnatores Christianorum

Iustinianus rupit pacem.

Iustinianus in Bulgaros.

Iustinianus petit pacem.

Ec longum tempus in medio, cum Iustinianus Imperio deturbatus
n exulabat, confugiensque ad Bauarorum regem, anno ibi integro delituit: & filia eius accoepta coniuge, reduci per illum sperauit. Sed Absimarus, qui Imperium occupauit, secretis apud Bauarum ęgit nuncijs: ut accoepta pecunia, proderet illum, & hospitem, & generum, in manus hostiles conabatur. Quod cum rescisset Iustinianus, fugiens, Trebellio se regi Bulgarorum coniunxit: & Trebellius suscoeptam aduenę curam ex fide gerens, illum per arma reduxit in patriam. Sed usus est Iustinianus in Trebellium regem, maxima prorsus ingratitudine: Nam ortis inter Thraces, & Bulgaros, ut fit, de finibus contentionibus Bulgariam cum exercitu est ingressus: & tamen Trebellius armis tumultuarie, raptimque correptis, occurrens, illum repulit, & maximo affęcit incommodo. Nec aliqua in re exilij, & periculorum, quę pro illo subijt memor, ferociam, asperitatemque morum, qua primis Imperij temporibus erat usus, deposuisse uidetur: pręterquam, quod Romanum pontificem fouens, quantum debuit ueneratus est. Aliquot deinde annis interpositis, satis Bulgari quieuere usque

Iustinianus Imperio deturbatur.

Fugit ad Bulgaros.

Trebellius rex Bulgarorum.

Constãtinus Imp. hostis imaginũ.

ad tempora Imperatoris Constantini, & qui hostis esset imaginũ, cõtemporaneus Karolo magno. Cum rex Bulgarorum Thelesius Thraciã est populatus: quẽ Constantinus repulsum, magna copiarũ parte spoliauit: Isq; Thelesius, in patriã de fuga reuersus, a suis, ob rem male gestã interfectus est: ei surrogatus in regẽ Sabinus, Constãtinũ Imperatorẽ placare, & sibi fœdere, atq; amicitia, cõiungere cupiẽs: illi in imaginũ depositione, cœpit cõsentire: quod adeo moleste tulerũt Bulgari, ut nouũ regem interficere sint annisi. Sed is fuga prolapsus, Constantinopolim se recœpit, creatusq; est a Bulgaris rex, nomine Pagianus. Idem Constãtinus, cum Leone filio, eo ferme tempore, quo Karolus, Saxones domuit, Bulgaris bellum induxit: Cui bello pax a Bulgaris petita, prēter eorum spem, breui attulit finem. Constãtinus enim post inchoatũ hoc bellum, se morbo implicari sentiẽs, cõcedendę paci se facilem prębuit: & Bulgari, quibus esset eius inhumanitas notissima, postq̃ eum intellexerũt morbi necessitate, quod a suis abhorrebat moribus, tanta usum facilitate, bellũ magnis conatibus resumpserũt. Constãtinus aũt, quem morbus eo lẽtior, quo diuturnior, perniciosiorq; futurus, nondũ strauerat, exercitu parato, magnã in illis temere furẽtibus edidit stragẽ, triũphãsq; Constãtinopolim reuersus, elephãtię morbo grauari cœpit: ex quo adusti, spumãtisq; sanguinis uitio, putrida caro, neruos, ossaq; destituẽs, illum ubiq; ulceratum, ad crudelissimũ & sua omni uita dignissimum, perduxit interitum.

Paglanus rex Bulgarorum.

Elephantiæ morbo perit Cõstantinus

CA. IIII.

Michael Imperator Constãtinopolitanus, bello Bulgaros agitabat: in q̃s, aliq̃diu inferiores, dum insolẽtius utitur uictoria, apud Adrionopolim uictus, fugatusq;, nõ magis copias q̃ animos amisit: nãq; Constantinopolim ex fuga reuersus, siue quia occidi a populo timuerit, siue quia adeo altũ in cor mœsticia descẽderit, Imperio se abdicauit. Crũnus interim Bulgarorum rex, Adrionopoli potitus, & uictoria de Michaele parta, audacissime usus, in Constãtinopolim arma uertit: & castris ad portas urbis firmatis, ostẽtationẽ attentare presumpsit. Leo aũt suffectus Imperator, cum populo, militibusq;, erumpens, & repulit audaces Bulgaros, & Crũno forte cõgressus, illum interfecit. Ludouicus Karoli filius iam preerat Imperio: qui Bulgaros post petitã, impetratãq; pacem, Pãnoniarum limites ingredi ausos, sola mittẽdi in eos exercitus ostẽtatione, a motibus fecit abstinere: & petitã iterato pacem, per Baldricũ, & Gerhardũ comites Interranorum: qui sunt Dalmatiæ populi, cõcessit. Eã uero pacẽ, uix dum ictis fœderibus constitutã, Bulgari rũpentes, nauigiũ ingens per Danubium, in Draui fluuij ostia perduxerunt. Maior interim, difficiliorq; expeditio Imperatoris, patrẽ, & filium, distinebat. Nam Aido quidã perfidus, quẽ Ludouicus regendę Aquitanię prefecerat, Ansornã urbẽ, dolo captã, diruit. In illum uersus Imperator, Bulgaros reliquit. Paulo deinde post Bulgari, cum longo prius tempore scismatici fuissent, catholicę fidei docmata accœperũt: eorũq; rex (quod diximus) regno relicto & filijs, effectus monachus: & Zueropilus Dalmatię rex, subditaq; illi gens Wãdalorum, quã nunc Sclauorum uocãt, & quam a Bohœmis Germanis originem habuisse

Michael Imp. deposuit Impiũ.

Ludouicus I. Imp. in Bulgaros.

Ansorna dolo capta.

etiā Blondus ostēderat, tunc primū ad fidem Christi sunt conuersi. Facta aūt est per id tempus regni Dalmatię diuisio: cuius mēbrorꝫ nomina, ętate etiā nostra in usu sunt. Siquidē uetusti nominis Dalmatia, Grecię origo prima, ab oriēte Macedoniā, ab occasu Histriā, a meridie pelagus Hadriaticū, a septentrione Pānoniā habuit. Noua aūt diuisione a cāpis Dalmatię, hinc Histriam, usqꝫ Croatiā albam: Inde a dictis campis Dyrachiū usqꝫ Croatiā rubrā: & uersus mōtana, a flumine Drino, trās flumē ipsum Macedoniā usqꝫ Rasciā, & citra flumen Bosnā uocauere. Seruat tñ ętatis nostrę cōsuetudo: ut ea omnis Dalmatia quōdā, in mare superū uergens, Dalmatia: & quicquid eiusdē mōtis mediterraneaqꝫ fuere, Croatia nominē: Rasciaqꝫ, & Bosna, pro regni Croatię regionibus habeantꝰ. V.

Dalmatia diuiditur.

Croatię sit.

Ngari uero gēs Scythica (cuius nulla sunt in Germania, q̄modo u Hunorꝫ &, Wandalorꝫ expressa uestigia) natio moribus, & lingua discrepās, omnibus in Germania gētibus, tunc primum per Arnulphū Imperatorē, apertis claustris, cum illos uocaret in societatē belli, aduersus regem Morauorꝫ immittitꝰ: quod & supra, suo loco, & in Saxonia diximꝰ: Ea gens Vngarorꝫ noua, primū euastata Germania, uersa in Gręciā, Macedoniāqꝫ, multas eorū ciuitates, sibi tributa pēdere coggerūt: pariterqꝫ populati Bulgarorꝫ agros, & ipsis Bulgaris prelio cōgredi ausis, magna prostratis occisione, eos sibi fecere tributarios. Magna tum uis Vngarorꝫ: Insuperabilis potētia, bisqꝫ, terqꝫ, Italiā agmine ingressi, uictoriā reportant a Saracenis, a Burgūdionibus: & cum diu incertis sedibus essent diuagati, in Pannonijs consederūt: Ibi rege creato, temporibus Henrici. II. Imperatoris: eius, qui primus per electionē electorū principū est assumptus, ad Christianismū peruenerūt: cum Hēricus illi Imperator, germanā sororem Gislam cōiugē daret: Cuius fœminę instātia singulari, rex baptisatus, Stephani nomē accœpit in sacro fonte: adeoqꝫ profecit in Christi religione, ut uiuens & mortuus, clareret miraculis: perindeqꝫ relatus in cœtum sanctorꝫ. Nec minoris erat uirtutis filius eius Emericꝰ: qui tametsi parū regnauerit, illa tñ fuit integritate, ac sanctitate morum: ut & ipse mortuꝰ in catalogū sanctorꝫ asscriberetꝰ. Successit Ladislaus, tertiꝰ in regno Christianꝰ rex, & ipse sanctitatis eximię, sanctorꝫ in ecclesia numero deputatꝰ est. Huius aūt gētis pręclara facinora prosequi, non est nostrę professionis: qꝫ satis alias magnā suscœpimus prouinciā, gentē Wādalorꝫ latissimā, e tenebris educere: Cuius portio (ut diximus) Bulgari cum a nobis attingeretur, nos induxit in mentionē Vngarorū. Nulla me tñ tenet diffidētia, superesse hodie, & in Bulgaris & Vngaris, & Bohœmis & Polonis, qui sua qsqꝫ gēte admonitus, pręclara antiquitatū monimēta reuocēt in lucē: Ea qm̄ perexila, ad nos, usqꝫ hodie puenerūt, breuius q̄ uellemus cogūt transire illustriū nationum pręclara facinora. VI.

Vngari Scythę non Germani.

Vngari Germaniā uastāt

Vngari bis & ter i Italiā

Vngari fiūt Christiani.

Tres Vngarorꝫ reges canonisati.

Bulgari portio Wādalorum.

Ohœmia multarꝫ iure gentiū, quę diuisis temporibꝰ, iunctis sibi b uicinis de Morauia, deqꝫ Slesia cōgentilibus, Dalmatiā, & Bulgariā impleuit suę gentis hominibus, a nobis in mentionē reuocanda est, sub hoc tempore Friderici. I., quod nunc est in manibus. Nam

Ex Bohœmis Bulgari & Dalmatæ

tum sępe alias illa prouincia cõflictaret, Romanis Imperatorib⁹: dedit man⁹ Ludouico Germanię regi Ludouici Imperatoris filio. Victa etiam ab Arnulpho Imperatore, tributa pepēdit. Tum ab Ottone Magno parere iussa, sępe retraxit colla iugo. Henric⁹ quoq; II. gentē parere cogit: & IIII. deinde Hēricus, quod suo loco dixim⁹, coronam reddidit cōtemporaneo regi Vratislauio, ante quidē a patribus sępe promeritā & acceptā: sed a sequētibus non dignatā suscipere: q perinde superiorē regē aut Imperatorem agnoscere dicerētur. Igitur multi regis nomine, & dignitate, temperantes, satis habuere duces dici Bohœmor. Verū Vladislaus quarto loco nat⁹ a nouissimo rege, cū militaret Imperatori Friderico, tum Mediolanum oppugnāti, ibiq; operā nauaret pręcipuā: Imperator remunerationis loco coronā imposuit, regemq; Romani Imperij socium appellauit: & ita auctū dignitate remisit in regnū: deditq; illi quę ferret insignia in clipeo, rubrum leonē, caudę bifurcatę in campo cādido: quę usq; hodie tenēt arma reges Bohœmor. Is pontem Pragę strauit super flumine Mulctauia, strenueq; regnum per sua tempora administrauit. Cumq; fato functus ad meliora transisset, quidā ex primoribus procerū ditionē occupauit, abstinensq; regio nomine, ducē se appellauit: Sobieslauo uiro nomē: qui ausus regis sui filiū, paterna ditione detrudere. Sed non sunt passi prouinciales, per uim parto, diu incubare Imperio: Vix enim quinquennio pręfuit, & a prouincialibus actus in exiliū, legitimo hęredi fęcit regni locū. Fridericus is erat, cuius nomen genti, alienū, declarat honori Imperatoris datū: ut ex eo uocabulū sortiretur: Sed neq; ille diu pręfuit: abstinuitq; regio nomine: q pinde chariorē se procerib⁹, quo illis dignatione proprior esset, futurū sperabat. Cum uiuēte adhuc & regnāte eodē Friderico, excœpit Cōradus ex pcerib⁹ uir nobilissimus: qui Imperatorē toties in Italiā mouentē, cum expeditis sequut⁹, quocūq; deuocabat, aderat. Sed in agmine, & expeditione illa, cū multis nobilib⁹ moriēs defecit. Bitislaus exinde accœpit Bohœmię gubernacula, regio & ipse tēperās nomine. Hic binomius erat. nam & Henric⁹ Bitislaus est appellat⁹: pinde insignis, q pōtificatū una gessit cum ducatu annis quindecim: cœlibatū ex more Romano implēs in pōtificatu: q̄circa moriēs hęredē non reliquit: Wentzeslaus huic frater successit: qui & ipse cum patribus suis regio nomine temperauit: Siue q paruifaceret, siue q ab Imperatore, more maiorū non impetrauere. Wētzeslaū Primislaus, Vladislai secūdi regis fili⁹, ditione eiecit: & a Philippo Romanor rege, Friderici filio, qui in cōtrouersia cum Ottone IIII. fuit electus, quęq; Romana ecclesia regē non cognouit, tertio loco, coronā regni est adeptus. Huic duo erāt filij, Wentzeslaus & Otokar⁹, q̄rū prim⁹ breui absumpt⁹ regnū fratri reliquit. Is alio nomine Primislaus V. rex magna pegit, quę infra suo tēpore cōmemorabimus.

Bohœmia sępe uicta.

Bohœmorū duces multi temperāt se a noie regis.

Insignia Bohœmię data.

Prouinciales deturbāt detentorem.

Bitislaus Bohœmię dux & pontifex.

Wētzeslaus deijcitur.

VII.

Riusq; in nostrā Wandaliā reuertamur, lustrādę sunt nobis uicinę prouincię: quę & si huius cōmunionis non existant, quod lingua euidētissimo signo demonstrat, non tñ silentio prętereundę sunt, q nobis in cōspectu positę, sine culpa sileri non debebant, ab eo, qui

etiam lõginquiora in mẽtionem adduxit. Sunt autẽ Prussia, Letuania, Liuonia, in quas nostri quotidie mercatores solẽt cõmeare. Prussia regio ab oriẽte habet Letuaniã, a meridie Poloniã, ab aquilone Liuoniam, ab occidua parte Pomeraniam: inclusa pro magna parte, Wãdalicis prouincijs, magnũ rerum habet cõmerciũ, cum habitãtibus ueterẽ Wandalici tract⁹ regionẽ. Maritimã Germanię, olim sua lingua, quę etiã in una parte gẽtis permanet usq; hodie, a cęteris discreta nationib⁹, nũc eius pro magna parte oblita, in urbib⁹, & arcibus, tota Teutonica est: nisi, q̃, ut dixi, rure interiori, pauci priscę linguę homines manent. Pręclaras fouet urbes ad mare Sarmaticũ: quod ab illa parte oriẽtis nomen accœpit. Vnde intelligere debemus authore Ptolomęo, omnẽ illam uastissimã regionẽ Europę, ab ea parte maris in orientẽ, per Prussiam, Liuoniã, Letuaniã, Russiã, Pomeraniã, Poloniã, & nunc Tartariã, uno olim nomine appellatã Sarmatiã, &, ut Greci uocãt, Sauromatiã. Sed ut dicere cœpi Prussia maritimas urbes habet, Mõtem regiũ, opus pręclarũ Odinkari regis Bohœmię: quod suo loco dicemus: In quo magni magistri ordinis Teutonicorũ nunc sedes est: posteaq̃ Poloni Marię burgũ cum magna parte, puincię intercœperũt. Deinde Elbingen, & omniũ nunc locupletissimã Gdanũ, Dantiscum uocant, abutẽtes uocabulo, urbem insignẽ: magnũ emporiũ mercatorũ: cui⁹ per reliqua, mẽtionẽ crebriorẽ, ubi opus euenerit, erimus habituri. Intus aũt ad mediterranea in ripa Vistulę fluminis insignis urbs, Turręã uocãt, olim florens, nunc ut ferũt, magnis decremẽtis defluens: q̃ omnis negociatio, ad mare positã Gdanũ urbem, cõfluxit. Huius prouincię cõmeminit Cornelius Tacitus in Germania sua, per hec uerba: Dextro Sueuici maris littore, Efluorũ gentes aluũtur, quibus ritus, habitusq;, lingua Britanicę proprior: matrem deum uenerañt, insigne superstitionis, formas aprorũ gestãt. Id pro armis, omniq; tutela, securũ deę cultorẽ, etiam inter hostes pręstat: rarus ferri: frequẽs fustiũ usus: frumẽta, cęterosq; fructus, patiẽti⁹ q̃ pro solita Germanorũ inertia laborant: sed & mare scrutantur, ac soli omniũ Sucinũ, quod ipsi Glesum uocant, inter uada, atq; in ipso littore legunt: nec quę natura, quęue ratio gignit, ut barbaris, quęsitũ, cõpertũue diu: quin etiã, inter cętera eiectamẽta maris iacebat: donec luxuria nostra dedit nomẽ: ipsis in nullo usu: rude legitur: informe perfertur: preciũq; mirantes accipiunt: Succum tñ arboris esse intelligas, quia terrena quędã, & etiam uolucria animalia, plerũq; interlucent: quę implicata humori, mox durescẽte materia claudunt: Fœcũdiora igitur nemora, lucosq; sicut orientis secretis, ubi thura, balsamaq; sudãtur: ita occidentis insulis, terrisq;, inesse crediderim: quę uicinis solis radijs expressa, liquãtia, atq; in proximũ mare labunt, ac ui tẽpestatũ, in diuersa littora exundãt: Si naturã Sucini, admoto igne tentes, in modũ tędę accenditur: alitq; flammã pinguẽ, & olẽtem: Mox ut in picem resinãq; lentescit. Libuit tam uetus, & fidele testimonium, doctissimi uiri, illi⁹ uerbis dicere. Arbitror tñ ab illa ætate, gentẽ esse accolam innouatã. Nam uastã illam Sarmatiã: quam nunc occupauere Tartari, ante illos Huni tenuere: gẽs indigena teste Beroso: quę

Prussię sit⁹.

Arces & urbes Teutonicæ.

Sarmatia quas gentes cõtinet.

Gdanũ locu pletissima.

Turræa.

Cor. Tacit⁹.

Sucinũ & Glesum idẽ.

Succ⁹ arboris Sucinũ.

Natura sucini.

Innouata gens.

inde in Pānonias, & uicinas prouincias cōmigrauit: deletaq; est ad internecionē a magno Karolo. Per latissimos aūt campos coaluere gētes, quę moribus & lingua diuersę, nunc in angustū ad mare Sarmaticū coartatę habitāt: inter quos, & Prussos deputandos putaui: cum cęteris per Liuoniā sparsis gentib⁹, ut in ea dicemus: nunc uero ad mediterranea introrsus pulsi Prussi, agros paucos in seruitute colunt: maritima Teutones omnia tenēt: Impat aūt ordo Teutonicorꝝ fratrū: qui unde originē accoeperint, in Saxonia nostra diximus: & ubi memoria incidit, q̄d ad rem pertinebit, non pręteribim⁹. Olim quidē Prussia tota parebat ordini memorato: nouissimo aūt bello: quod memoria nostra gestum est, pro magna parte cessit uolens, in ius regis Polonię. Hęc tam pauca dixisse contenti super hac gente, cętera suo seruamus tempori.

Prussi in seruitute.

Prussia uolēs ad Polonos.

VIII.

Letuaniç sit⁹

Letuania post eam magna prouincia, Polonos a meridie, & Russos ab oriēte, Liuoniā ab aquilone, & occidua quadam parte habet: cui Prussia ab ea regione coniungitur. Paucos ante annos, auorꝝ memoria, primū in ius Christianę religionis concessit: quod ad sua tempora cōmemorabimus: multū annitēte, & plurimum in eam causam sanguinē profundēte, memorato ordine Teutonicorū, in Prussia manentiū. Populus, lingua, & moribus discrepat a uicinis: cui etiam frequēs digladiatio est, de finibus, cum uicinis iam Tartaris pecuali gente: que ueteri eius regionis more, pastoralē uitā agit: in carris omnē portans supellectilē: Sedes mutat, utpote, quę domicilia nulla tenet: Agros nullos colit: uenatione, & pecorꝝ suorū cibo cōtenta. Principes tm̄ domūculas tenēt, sine precio, quas facili ex causa mutent. Nulla est in gente ciuilitas: Religionis nulla diu mētio: Paret magno suo Imperatori, quem Grandē canē appellāt: Iusto ad mores uocabulo, q̄ canino potius q̄ humano ritu cum suis uiuit. Sed ad Letuanos redeūdū: Ea gens paret magno suo principi, quem non regem, non ducē uocat: sed hoc solo dignatur nomine: ut magnū principem uocitet. Reuera si gentis molē metiaris, & latitudinē ditionis, magn⁹ est princeps: nulla in re uirib⁹, aut opibus, minor uel Russorꝝ Imperatore, uel Polonorꝝ rege: Aliq̄t urbes, paucas tn̄ in magna prouincia tenet: Quicquid ibi ciuilitatis est, a Teutonibus est. Habitāt Saxones Westphali, & ex Prussia, Liuoniaq;, Teutones non pauci. Cōmeant mercatores, pręciosis uticq; mercibus, in cōmutationē, adductis pellibus, atq; cera, magno pondere, atq; numero. Vila atq; Cauna, urbium primarꝝ nomina sunt. Sed nihil ad urbes Teutonię, aut cæterarū prouinciarꝝ ciuiliū. Hanc ego gentē, cum conterminis, latius quādoq; habitasse cōijcio: q̄uis etiā hodie uastis tendatur prouincijs. Sed tn̄ a Tartaris, uastissimos campos Sarmatię olim tenētes populos, in angustiora esse perductos, in quibus & Letuanos, magna illis cessisse regione, est uerisimile. Paret autem Letuania modo uni ex filijs regis Polonię. Magna enim illa hodie dom⁹ Poloniæ, originē ducens ex Letuanis: quod suo tempore ostēdemus, incōparabilis est hodie sua magnitudine, cunctis principū per orbem Christianū familijs. Quam enim gentem dabis tam late imperitātem? Teneat

Letuani propriā linguā habent.

Tartarorum mores.

Letuani habēt principē

Westphali in Letuania.

Vila & Cauna urbes.

Hiſpaniarũ rex hodie propicio Deo omnẽ Hiſpaniam,quinq; regnis diſtri butã:adiecerit magnũ Beticę regnũ,quod Granatę uocant: pace eius dixerim,Polonię domui par eſſe non poteſt. Tria enim latiſſima regna hodie cõplectiẽ. Tenet Wladiſlaus ſenior inter fratres regna Vngariã,cum Bohœmia: Tenet Iohãneſalbertus ipſam Poloniã: Alexander frater magnũ Letuanię principatũ,fratre rege Polonię nulla parte minor. Adijcio fœmineã late ſparſam cognationẽ. Tenet ex regũ ſororibus alterã Georgius dux Bauarię,iam cognomẽto diues: alterã Georgius dux Saxonię, Alberti filius: cuius eſt frater hodie magnus in Pruſſia ordinis Teutonicorũ magiſter: alterã ex ſororibus cõiunctam thoro dux Pomeraniȩ clariſſimus Buggiſlaus,& gente,& uicinitate,& nunc affinitate regib9 coniunctiſſimus. Hęc de gẽte Letuanorũ paucis pręmonuiſſe ſit ſatis: cętera ſuis locis atq; temporibus ſeruabuntur. VIIII.

Polonię domus potẽs.

Iuoniam iungimus prouincijs & regnis memoratis: non quo lingua,uel moribus,Wandalis cohęreat: ſed qm̃ finibus eius includitur,a Pruſſis,Letuanis,& Ruſſis circũſeſſa urgetur ad mare. Sarmatę olim,ut diximus,tenuere gens magna,diffuſa per cãpos uaſtiſſimos Tartarię: ſed a nationibus,quę ex Scythia deſcenderãt,cõpulſa eſt in anguſtũ ad mare: Nec olim fuiſſe unius linguę populum per Sarmatiam, in euidẽti eſt: teſtis eſt linguarũ per Liuoniã diuerſitas. In ea enim non lata prouincia, coãguſtatę ſunt multarum gentiũ linguę, olim, ut diximus, diffuſius habitantiũ. Barbarã tñ, & inciuilem,atq; illegalẽ fuiſſe omnem illam gentẽ mõſtrat linguarũ perſeuerãs uarietas, in nullo incidentiũ inuicem. Alioqui ſi ulla uitę cõmunio,aut rerũ,pace,belloq;,geſtarũ extitiſſet ſocietas,una in omnibus lingua & ſermocinatio ualuiſſet, aut ſaltem non tanta uarietate loquerentur: nunc Liuones, Eſtones,Letti,Curoni, nihil habent in lingua cõmune. Ille enim quatuor Liuoniã tenẽt linguę per rura: Nam arces & opida tota ſunt Saxonica. Ordo Teutonicorũ ex Pruſſia, eo diffuſus, magnã partẽ terrę tenet: eccleſijs minore reſeruata,qđ ab initio conuerſionis contra fuit: cum tertiũ in terra pedem eccleſia permiſit ordini ad defenſionem orthodoxę fidei. Nam Ruſſi Sciſmatici, ſequẽtes orietalem eccleſiã, una de parte contingũt: Altera gens Letuani(ut diximus)auorũ memoria primũ ad fidem Chriſti eſt cõuerſa. Nam & Liuonia diu in perfidia permãſit: Anni ſunt ab hodierno non plures trecentis: cum primũ Liuonia credidit,ſub .I. Friderico, ad eius nouiſſima tempora(quæ iam ſcribẽtes cõtigimus) per occaſionẽ mercatorũ qui adierant, ſacerdoteſq; inuexerant. Tantum fuiſſe ſimplicitate ferũt gẽtem: ut expreſſo melle ceeram,uelut purgamẽta exportarint ędibus, fecit precĩũ illi noſtratũ diligẽtia,q illi primũ a noſtris mirantes accœperunt: nunc uerò comperta rei eſtimatione,carius uendunt.

Liuonię ſit9

Quatuor i Liuonia lingvę barbarę

A.CCC an nis Liuonia Chriſtiana.

In Liuonia cerra ęſciebatur.

CA. X.

Eynardus erat uir religioſus de Zegeberg ſacerdos, ordine,ut cõijcitur,regularis qui ſe Chriſto dedicãs, terrã cum mercatoribus de Lubica nauigãs adijt,paulo ante cõpletũ. MCC. a Chriſto annũ: caſam extruxit,in qua manſit cum famulo,linguã gentis magno

labore pdidicit,& paulatim instruxit diuina religione, quos potuit: Rebus miserante Deo prosperatis, basilicã erexit: Inde etiã quia a Letuanis effera gente fiebãt incursiones,pręsidiũ firmauere in loco,quem hodie uocant Kerkholm. Arx pręcipua ordinis ad ripã Dunę fluminis,duob⁹ milibus supra Rigã hodie florentẽ metropolim terrę: Consecratus inde ab archiepiscopo Bremensi in eam prouinciã Liuoniẽsis episcopus,idẽ Meynardus, rem auxit ecclesiasticã. & multis ad Christũ per sua tempora conuersis,fundamẽta ięcit bona superędificandę religioni. Cunctq; ille in pace Christi quiesceret, Bertoldus quidã Cisterſiẽtiũ abbas,illi in opere pietatis,& episcopatu,successit: Lucensem dixere annales cõuentũ unde uenerat. Is cum peregrinis,qui pro Christo se deuouerãt, in terrã illam enauigauit, & rebus intẽtus augendis, cum prędecessoris grãdem operã miraretur: in procurrẽtes fidei hostes,una cum peregrinis,qui deuotionis gratia,ad militiã cõuenerãt,pugnare cõstituit,seq; armauit in perfidos: Cum ad pugnã uentũ esset, equo infreni prouectus in medios barbaros, cõfoditur, sanguineq; suo terrã cõsecrauit. Interim adaucta multorũ fidelium deuotione,multi se spontaneos in sacrã aduersus Christi hostes militiam deuouerũt: nouoq; religiõis habitu adinuẽto,se Gladiferos fratres appellauere: Duo post inuicẽ eius professionis fuere magistri. Sed cum rebus satisfacere non posse uiderẽt, succrescerẽtq; hostes foris & int⁹, se magno Teutonicorũ ordini per Prussiã cõiunxerũt: ut illorũ cœptũ uirib⁹ & tueretur,& augeretur,quo res illis prospere cessit.

Arx kerckholm. — Bertold⁹ successit i ẽpatu Meynardo. — Eps Bertoldus cõfodit. — Gladiferi sub mittũt se ordini.

XI.

INterim Albertus terti⁹ Liuoniẽsis episcop⁹, Bremẽsis canonic⁹, genere natus militari,& a suo archiepiscopo in Liuoniã cõsecratus põtifex,peregrinis undecũq; accersitis,alacris nauigat in terram: propicio Deo,rem dudũ a prędecessoribus inchoatam adaucturus: perfecitq; diligẽtia singulari: ut summus pontifex cruciatã, immo plenariã,in militiã Liuonię faceret indulgentiam prędicari. Qua ex re, duces, comites, pontifices,milites,& sine numero militares,mercatores,& omnis generis populus uoluntarius,in sacrã se accinxit peregrinationẽ. Seruauit hunc morẽ Albertus episcopus Liuoniẽsis memoratus: ut qui per annum militassent,iam anno ad finẽ decurrẽte,redirẽt in sua: & cęteris interim ad prędicationẽ crucis cõcurrentibus, nouã terrę manũ inuexit: id cõtinuatum per annos triginta, quib⁹ ille pręfuit,rem Christianã in ea prouincia adauxit uehemẽter. Interim ille primus cinxit muro Rigã ciuitatẽ,& ecclesiã inibi erexit. Fratres autẽ Gladiferi noui ordinis, ut dixim⁹,qui iam duobus post inuicẽ suberãt magistris,cum uiderẽt rem factu difficilẽ,per suam militiã defendere terram: inito cõcilio,se permittunt fratribus ordinis Teutonicorũ,iam in Prussia cõmorãtibus: qui accœptã terram,impositis pręceptoribus,defendũt,& amplificant, usq; in hodiernum. Sed hęc post tempora Alberti. Rex quoq; Danię Waldemarus,eius nominis. II. a mari Estoniã impugnauit,& progressus in terrã retroegit hostes: Reualiãq; exędificauit: inuẽtum ibi populum iussit baptisari, & in prouinciam duxit suę gentis sacerdotes: Vnde factũ est, ut Reualiẽsis ecclesia, usq; in

Albert⁹ tertius ẽps in Liuonia. — Plenaria indulgentia. — Albert⁹ per xxx. annos prafuit. — Waldemar⁹ rex i Estonea

hanc diē permāserit sub archiepiscopo Daniç Lundensi. Aliū quoq; episcopatū Dani fundauere, quē dixere Lealhensem: Extant hodie uestigia domorū magnifice apparatarū: sed illa perijt: inq; ecclesiam Rigēsem est trāsfusus populus, postq̄ ordinatione Summi pontificis, ille cœpit esse archiepiscopatus, a dextris habēs Curoniensem, a sinistris Tarbatensem, & a mari Osiliensem. Hi sunt episcopatus hodie in terra illa. Cætera autem hui⁹ prouinciæ præclara facinora, in consequentibus ubi temporibus incidunt commemorabimus: In Wandaliam unde sumus peregrinati non frustra, reuertamur. Cathedrales Liuoniæ.

CA. XII.

Wandaliç eius, quç Saxoniç cōtermina fuit, per nouissima Friderici Imperatoris tēpora res fuere turbatissimæ. Cum Hēricus dux Leo, offensam cōtraxisset Friderici Impatoris, in cōuētu Impij: q̄ humiliāti se Imperatori, & ad ultimas preces descēdenti, ut expeditioni Italicç personaliter interesset, non annueret: Inde Saxonum primo, deinde Reni principes, in ducē surrexere: Cui cum ante male uellēt, tum sumpsere audaciā, cum indignātē illi cernerēt Imperatorē. Adolphus q̄q; Adolphi apud Demynū cęsi, fili⁹, iam ad arma maturus, comes Holsatiç, cū pro duce interfuisset magno illi prælio in Halrefeld: captiuos, q̄s cœperat, duci non redderet, sed pro suo lucro retineret, ducis subijt indignationē: & ab eo auersus, Holsatiā amisit. Inde Impator q̄q; ad uindictā insurgēs, Hēricum ducē insectat: & primū q̄dē Bauaria pulsum, cedere coegit in Saxoniā: Inde etiā Saxonia deturbauit: & Lubica, quo cōfugerat, tum ciuitate sua, eiecit: indeq; reb⁹ exutū, honore ducali per sentētiā nudauit: ducatūq; attribuit Bernhardo pridē de Anehold comiti, filio Alberti marchionis de Brādēburgo, fratri aūt Ottonis, qui post patrē Marchiā rexit, & Sifridi archiepiscopi Bremēsis. Hēric⁹ tāto culmine principat⁹ eiect⁹, circūspiciebat amicos: Regē Daniç Waldemarū euocat ad collogū, ut sæpe alias. Iā ueniēti, occurrit ultra pōtē, cū alias semper cōstitisset in medio: Ibi multa quest⁹ de Impatore, deq; principibus, arma rogat in hostes auxiliaria, & belli, q̄d intētabat pro suo iure, societatē. Rex multa expostulans opponit, q̄ ecclesijs Dei grauis dux imineret, q̄ omnes præ se cōtemnat principes, q̄ fœdera subtiliter interpretādo uiolet: Demū multis rationib⁹ ostēdit, cur q̄d impręsentiarū petit, fieri nō possit. Dux, q̄n nō annuit rex societati, hoc tn̄ ueteri rogat amiciciç prçstari: ut recusationē quā fęcit, abscōdat, & clā habeat: ne sit alijs inde occasio ab illo discedēdi. Rex pollicit⁹ discedit. Hēric⁹ Lubicā conat̄ pferēdç obsidioni cōmunire: Prçfecit aūt reb⁹ in Lubica curādis, Simonē de Tekeneborg comitē, Bernhardū de Aldēburgo & Bernhardū de Welpe, nobiles uiros comites, Marcradū Holsatorū prçfęctū, & Emeconē de Nemore, cū alijs Holsatorū fortissimis. Iam enim comitē propulit, pfugientē ad Impatorē, facileq; fisum per illū sua recuperare: q̄d & factū est. Impator ergo ex animo ducē insectat⁹, omnē illi spem auxilij statuit prçripere, missis oratorib⁹ ad regē Daniç Waldemarū, qui hoc agerēt, ne quas ille Hērico suppetias ferret, sed Cæsaris cū eo fœderibus uiā sterneret, neue fideret Henrico, homini uario, sępe de pfidia nota-

In conuentu Impij H. Leo offendit Cæsarem.

Magnū prælīū i halrefeld

H. Leo Bauaria pulsus Saxonia perturbatur.

H. Leo frustra ad regē Danorū confugit.

Prçficiūtur Lubicæ tres comites.

Cęsar mittit oratores ad regē Danorū

Rex audit legatos Imperatoris.

to: & ut societatis uinculũ, etiã affinitatis, nexus roboraret, duobus Cęsaris filijs, totidẽ regis filias, desponderi poposcerũt. Rex audita legatione, & si non omnino erat oblit⁹ implicationũ, quę dudũ euocat⁹ a Cęsare Bizuntiũ, ptulisset, nec ignoraret, non tam in se propẽsione, q̃ odio in ducẽ, omnẽ eam rem postulari, & pinde multis dehortãtib⁹: regina ipsa, nõ paruifaciens Cęsaris affinitatem, non sinebat regem, cꝙ pronus erat recusare: sed dotis quid posceretur ab oratoribus rex percũctatur. Illi super eadem re conueniendum responderunt: eam esse utriusq; magnificentiam, ut de ære facile conueniret: nec leuis pecunia posset tãtos principes commouere. Orauere demũ ut rex Cęsarẽ iam proxime in Lubicam descensurum, inuiseret: rex pollicet̃.

CA. XIII.

Hẽric⁹ Leo cedit Cęsari

INterea Frideric⁹ Cęsar cum exercitu descendẽs Hẽricũ Bauaria pulsum, etiã Saxonia conabat̃ extrudere. Cedit ille uenięti quippe cui uirib⁹ par esse non poterat. Bardewicẽses duci uenięti, portas habuere clausas: & de mœnib⁹ nõnihil irrogasse ferunt̃ cõtumeliæ: cꝙ iam omnib⁹ exosum cernerẽt, & a Cęsare laborãtem. Dux Lubicã uenit, ibiq; instruit de reb⁹, quos dixim⁹ futuros urbis custodes. Cæsar Albim traiecturus, sagittarios præmittit, multis ad hoc nauigijs superne cõparatis, qb⁹ prono flumine delaberent̃. Habuit & dux milites oportunis locis, qui trãsitũ Cęsaris quãtũ possent, impedirẽt: sed aduersus ingẽtẽ multitudinẽ, quæ Cęsari militauit, nihil potuere. Igit̃ Cęsar ad obsidionẽ Lubicę cõtẽdit. Ea cum per aliq̃t dies extraheret̃, uenit a mari rex Danię Waldemar⁹, classe, luxu q̃ armis ornatiore: Lubicã petit: amnẽ ingressus, qua nauigabilis erat: obuiosq; habuit Cęsaris equites, perbenigne regẽ Cęsareo nomine salutãtes: percõtantesq; si uellet Cæsarẽ, postero die ad mediũ itineris obuiũ uidere. Rex moderatione pręcipua, se ad illius castra uẽturũ, minor maiorẽ suũ aditurus, respõdit. Igit̃ postero die magno suorꝫ, Cęsarisq; militũ comitatu, pficiscit̃ rex ad Cæsarẽ in castra. Ille regi obuit⁹, castra egredit̃: amplexat⁹, osculatusq; regẽ, apprehẽsa q̃q; manu eius, comiter secũ per castra duxit in papilionẽ. Cõcursus ingẽs ad spectãdũ regẽ tẽtoriũ fęcit subruere. Cęsar cum rege palã in cãpos egredit̃. Auida spectãdi multitudo tumultuat̃, uidẽdi regis desyderio. Impator preconis uoce iubet quẽq; loco quo cõsisteret, cõsidere: ut per primorꝫ capita, lõginquiores spectarẽt. Inuitat regẽ Cæsar in cellã: sed ille solita modestia, suã se dixit expectare. Magnus per agmina rumor perlabit̃, regis proceritatem, & totius corporis dignitatẽ collaudãtium: Cæsarẽ nulla parte regis personę cõparandũ: eius specię Imperio dignã. Post morã reductũ in tentoriũ regem, uario sermone comiter Cęsar habebat: familiarissime cum illo, iucũdissimeq; sermocinatus de multis, omnib⁹ tñ ad hilaritatẽ, & comitatem cõpositis, nec quicq̃ grauissimarũ rerũ tum inter eos est pertractatũ: Sed anteq̃ discederet, inter eos cõuenit, ut postero die ad uicinũ nemus conuenientes, de rebus, quarꝫ causa cõuenerãt, colloquãtur. Ita disceditur: uniuersa Germanorũ iuuẽtute regẽ, ut Cęsar iussit, prosequente. Iuxta cõdictum, postero die redeũt ad colloquiũ: Ibi primus sermo de suorꝫ pigno

Ingẽs multitudo Cęsari militauit.

Rex ꝓmittit se castra Cæsaris aditurũ

Cęsar & rex in Papilionẽ

Rex procer⁹

Germanorũ iuuẽtus regẽ comitatur.

rum coniugio. Interim Cæsaris filij adulescentiores pueri, regiā in nauim perducunt: speculandi gratia introducti: & puerilibus iam lusibus, futuræ familiaritatis initia preludūt. Rogat rex quid dotis nomine, filijs deposcatur. Cæsar maiori. XXX. millia talentorū: minori. VIII. millia, dotis nomine cōstitui, equū cēset. Rex maiorē summā suis ærarijs iniquā: minorem regis Vngarorū, arctissima sibi familiaritate deuincti fretū, posse cōficere respondit. Cæsar non se pecuniā, sed affinitatē imprimis requirere, testatur: & ideo in summā minorē facile cōsensit. Spondet uterqz: & ut indissolubile uinculū permaneat, etiā sacramēta inuicē poscūt: & accipiunt. Cęsar in castra, rex in naues, regrediuntur.

Dos petitur cū duab⁹ filiab⁹ regis a filijs Cęsaris

CA. XIIII.

C Aesar, principū Pomeraniæ Kasimiri, & Buggislai, potētiā cum duceret suspectā, quod Henrico Leoni iam destituto diu perfamiliares fuissent: misso ad eos nuncio, illos in castra uocauit, insignioris tituli promissione facta: quod principatū suū non satis illustri nomine, pro magnitudine ditionis tenerent honestatum: duces se illos creare pollicetur. Illi magnifica Cęsaris promissione mouent, nescientes, quod sub specie honestioris tituli, ad quādā Romani regni obligationē, si non seruitutē, deuinciantur. Dum ergo Cæsar cum rege transigit de rebus futuræ affinitatis, aderāt nūcij Kasimiri, & Buggislai principū, illos non longe abesse testati: sed Danię regis metu, cui sint hostes, accedere non ausos. Imperator cū paucis cymbā conscēdit, regē petit: inopinatus sane aduētus eius in regiā nauim. Rex miratur: prefatus, se obuiū prompte uenturū, si nosset: indignā se rem cernere, quod minor a maiore uideatur. Cęsar nihil ea re cōmoueri oportere testatur: familiaritatis esse iura, inuicē sine discrimine se salutātes præuenire. Rex colloquij habēdi gratia primores suorū cōtrahit. Cęsar exponit Henrici Leonis iusto odio, Wādalorū se principes quibusdam pactionibus euocasse: quę tn̄ pollicitationib⁹ pridē regi super ea re factis, non obuient: pati rex non grauetur, illos adire pacatos: facta Henrici plena expugnatione, tum se promissioni, quā regi fęcerit Bizūtij, operā daturū. Rex comiter respondet, Non esse eam iustā causam, quę Cęsarem ipsum suis castris extraxerit: etiā per nunciū uel minimū, agi potuisse inter eos: qui iam non solū affines, sed amicissimi habeantur. facile postulatis annuit. Igitur ueniētes in castra Cæsaris principes Pomeranorū: ducali nomine, traditis aquilis, cum bannerio insigniunt: factaqz de homagio fide, in propria reuertūtur. Cęsar priusq̄ rex abiret peregit, ut filia altera Waldemari regis, Sifrido Turingorū principi, coniunx daretur: celebratis proxime nuptijs in Sleswico urbe, tum non mediocri.

Principes Pomeranię uocātur in castra Cęsaris.

Cæsar adit regem.

Principes Pomeranię fiūt duces.

CA. XV.

O Bsidio durabat ad Lubicam: Ciues cum militaribus, cum urgerentur obsidione dura, nec spes superesset ab Hērico Leone, iam rebus destituto, obsidionē posse dissolui: inito concilio, episcopū loci Henricum, cuius de uirtutibus diximus, adierūt: orantes ut legationem subire non grauaretur ad Cęsarem, his uerbis: Fidem, Cęsar inuicte, quam debemus principi nostro, ad sanguinem usqz seruare, iustum arbitramur: sacramenta, ut uitam, in precio ducimus: uinci possumus, flecti a

Lubicēses mittunt eꝑm suum legatū ad Cæsarem

fide non possumus: Si permittis, legationem mittim⁹ ad eum, cui obstringimur: eius cognita uoluntate, tibi respondemus: Interea si uel, quod precamur reijcis, aut mutata sententia, cum pendeat legatio quicq̃ fuerit a tuis quos in arma ducis, attentatū, quod uiros decet fortes, fidei uitā impedemus. Ille non grauatus, munus legationis subijt: & mandata Imperatori adeo suauiter peregit, ut libens ille cederet postulatis: permittens legationem ad Henricū Leonē, qui tum se Stadis cōtinebat. Tāta deniq; affectione motus est in episcopū Cæsar, ut illū pro uitæ sanctimonia, quā per famā acceperat, proq; singulari eloquētia, diligeret plurimū: Et q̃m malis tum ille febrib⁹ uexabatur, suū illi physicū Cęsar pmisit, ut eius opera curaret. Ciues legatione missa ad dn̄m suū, reportarūt, illū cedere fortunæ, illi se pmittere, & ipsi cedāt tēpori, & necessitati. Hoc cum accepissent, egressi primores ad Impatorē, supplices rogarūt, ut ante deditionē clemēter annuat pristinis urbis libertatib⁹, & possessiones pmittat, quas de munificētia principis sui hacten⁹ tenuissent. Cæsar non ea modo cōcessit, uerū auxit insignia ciuitati priuilegia: super quibus Imperatoriæ datæ sunt literę, quę extāt. Adolph⁹ Holsatię comes iam erat in castris Cęsaris, pulsus pridem ditione per Hēricum Leonē, quem, ut diximus, in iram prouocauit, q̃ captiuos in Halrefeld non redderet. Huic Imperator medietatē tributorū toti⁹ ciuitatis de teloneis, molēdinis, trapezetis, in beneficio dedit, ut inde militaret Imperio: præsertim quia eadē ciuitas comitis patrē, & dn̄m habebat, & fundatorē. Hic comes eisdē in castris Hāburgēsibus, insignia quę extāt, priuilegia impetrauit. quib⁹ de more firmatis, Imperator solēni pompa urbē ingredit̄: magnifice susceptus a ciuibus, cum hymnis, & laudibus, tripudiāte clero, & omni populo. Hęc est illa prima Lubicæ ad Imperiū susceptio: quę facta est anno Christianę salutis. MCLXXXII. imperante Friderico. I. cuius uiribus & armis cessit.

Imp pmittit legationē ad H. Leonem.

H. Leonis uoluit ut cederetur fortunæ.

Cęsar auxit Lubicēn priuilegia.

Medietas tributorū datur Comiti.

Imp ingreditur Lubicā.

CA. XVI.

Per eadē tempora Wandali arcē quā ad Zueni fluminis erexerāt ostia, ne Danis pateret ingressus: quia inundatione, & ui tēpestatis perierat, geminā pro una instaurare cōnitunt̄: ut & Zuenus, & Panis, uterq; fluuius, ab Danorū incursu seruaret̄. Iam per brumā comportauere ligna, magnoq; labore institerunt, ut perficerent̄: priusq̃ hostes impedituri, possent irrūpere. Ea cum regi nūciarent̄, cōtractis undiq; nauibus, classem instruit atq; perarmat: in celeritate plurimū cōstituēs: Sed iam absolutū opus accepit, cum ille adhuc in uiridi sinu, classem suā colligeret: nec min⁹ tñ expeditionē pręparat: Sed ingrauescēte iam ętate Absoloni, atq; Kanuto, filio regēdas legiones permisit: Pōtifex Scanijs, atq; Zelādēsibus, ductorē se futurū spōdet: Iutis nequaq̄, qui etiā iunioris regis facile pro solita cōtumacia cōtemnerēt adulescētiā. Qua rex difficultate perspecta, ipse ductor agminum ire contendit in expeditionem: etiam si corporis uires recusent: Sed ab annis, atq; laboribus accedente molestia curarum, febris regem apprehēdit. Quo cōspecto, Iutorum primores ad omnia se beneuolos promptosq; pollicentur: regem orant, sibi parcat, domi sedeat, illos in expeditionē ire sinat. Interim sub Iutia tempesta

Wādali struunt arces ad ostia fluminum.

Rex Danorū armat classē.

Iutæ cōtemptores.

Rex febri corripitur.

diuturna,ac grauis incubuit,quę dum classem remoratur, Iutę pro sua cõsuetudine primi tumultuãtur, clamãtes, soluẽdũ procinctũ, ꝙ cõmeatibꝰ deficiãt,ꝙ cœli, & aeris,inequalitate ire prohibeãtur. Inualescẽte clamore,Absolõ Kanuto loquutus,suadet,ut quod futurũ est sine ipsis,ipsi preuenientes permittãt, dilapsurã sua sponte classem. Permissa abeundi uenia soluũt,ne,quod diuo cõtigit regi Kanuto,pœnã cõtumacię exigens, grauiores cõcitet motus. Iam dilabi incipiẽtibus, cõcione contracta, abeundi potestas permittit. Absolõ cum regio filio regẽ petit, qui exinde non diu permanẽs in rebus humanis,pacem reddidit Wãdalis per aliquot annos: Nam Kanutus,qui patri successit in regnũ,dũm pacãdis domesticis rebꝰ intẽdit,externis uacare non potuit. Principiũ aũt cõmotionis Wãdalorꝝ erat a Cęsare. Nam Buggislaũ Pomeranię ducẽ, iampridẽ defuncto fratri succedẽtem,cõmonefacit,ut bellũ in Daniã suscitet. Ille cum placere cuperet Imperatori,& tñ regis se uiribus cerneret imparẽ, Iarimarũ propinquũ suum,Rugię prefectũ,iam Danis parentẽ,prelio lacessit. Ille regi Danorꝝ,cui suberat rem defert. Rex ad Buggislaũ mittit oratores, scrutaturos,quid illi sit causę in Iarimarũ. Multa ille cõmemorat ab alto nectens causas: Cõuenit inter eos, ut ad certũ diem missis utrinꝗ oratoribus,per regios cõsiliarios causa discutiat: & si fieri potest,etiã sopiatur. XVII.

Iutę tumultuantur soliti.

Pax datur Wandalis.

Cęsar sollicitat Pomeranũ i Danos

Apud insulam Samsam cõuenitur: Ibi multis ultro,citroꝗ,dictis dies ducitur,nihil tñ agitur. Nam Buggislaus,ex sẽtẽtia Cęsaris,non pacem quęsiuit,sed bellũ. Erat aũt consilium Cęsaris: ut qm̃ Kanutus rex,nullis cõditionibus pellici potuit, ut Romanũ Imperiũ supra se agnosceret, quomodo pater eius fecisse diceret, motꝰ illi excitarẽt in Dania,quo facilius intestino,& externo bello laborãtẽ, Imperator adoriretur,iugum illi imponẽs. Pollicẽtur aũt nunc Buggislai oratores, ducem suum quolibet loco regi placito occursurũ, ut rẽs facile ante bellũ sopiatur. Dum ista gerũtur, uiri militares in Dania sub Waldemaro expeditionibꝰ assueti crebrioribus,pacis tẽpora grauius ferre uidebant, uires, nisi prelijs exerceãtur questi dilapsuras. Placuit pyraticã in Estones agere,gentẽ adhuc pro magna parte Christo perfidã,& quę assiduis excursionibus mare tenebat infestũ: ut nihil in eam peccatũ uideatur, si suis artibus impetatur: hoc sustinẽs,quod alijs solet inferre. Erat enim per id tempus iam inchoatum in Liuonia predicari euãgeliũ,in parte Lettorꝝ,& Liuonũ. Interea Buggislaus Cęsaris uoluntatẽ perspiciẽs, quingẽtarꝝ nauiũ classem cõtrahit,inꝗ Rugiã Danis subiectam ducit: Cęsari nuncium mittens,qui doceat,quantis uiribus Daniã petat. Cęsar ducem collaudat,nũciumꝗ magnifice munerat. Iarimarus Rugię prefectus, misso in Daniã nuncio celeri, Absoloni ostẽdit, quo in statu res sint,tãto apparatu a Buggislao impugnatę. Ille ocius epistolas circũferri iubet, omnẽ iuuentutẽ in arma uocat: adesse quod pridẽ postulauerãt,optimã gerẽdarũ bello rerũ occasionẽ, breui illis cõueniendũ edixit. Quatuordecim naues in Scania perarmatę uenerãt,quatuor sole ex Fionia, reliquas uires ex sua traxit Zelandia. Tam insignis paucitas hostium multitudini comparata, contemni

Buggislaus bellũ quęsiuit.

Milites grauiter ferunt pacem.

Classis.D. nauium.

Danorꝝ iuuentꝰ uocatur ad arma

poterat. Rex, quod lõgius abesset in Iutia, tardius excoepit nũciũ: Itaque ad diem uenire non potuit. Absolõ, cum ea, quam cõtraxit manu, nauigationẽ iniit. Eodẽ die in insulã Hithim perueniens, ibi Rugianorum speculatoriã nauim habuit obuiã monentẽ: ut ibi cõsisteret, donec cõpertũ haberet qua parte inuaderet hostis. Ea de re certior futurus ab Rugianis. XVIII.

Hithim insula.

Buggislaus crapulosus.

b Vggislaus per mediã belli tempestatẽ: quod de eo Danicus tradit scriptor, crapulæ indulserat: ut non bellũ sed diem festũ cõuiuio agere uideretur. Ea res Danis nunciata, & si pauci numero uiderẽtur, certã tñ uictoriæ spem præsumpserũt, quod aduersus ebrios illis esset certamen ineundũ. Egressi speculatores, nunciant hostem ex aduerso Strelæ insulæ copias in terram exponere. Nihil cunctatus Absolon, appetẽte etiã crepusculo, scapha terram petit, iubetque conuenire nauiũ suarũ præfectos: quibus contractis, edocet quid moliatur: noctu, an interdiu, classem mouere, ducereque in hostem, sit melius, cõsultat. Visum est ex re lucẽ præstolari, quod incerta uada ignaros fallãt, facileque sub tenebras incidat periculũ: Iubet tamẽ quemque suos milites de immiñti prælio facere certiores. Dici nõ potest, quãta acceptũ sit alacritate a militibus uerbũ de prælio, ingẽti clamore pugnam deposcũt: de uictoria certi, quod gentem illam uincere soleant Danorũ cohortes. Aspirante luce classis loco mouit: Absolonis nauis pro pondere altius arenis inhæsit. Tanta fuit alacritas euntiũ in præliũ, ut etiã ducem expectare uix paterentur. Laudabat feruorem Absolon, & quãprimũ potuit, expeditus sequitur, tãto remigũ sudore: ut etiam primos suorum deprehenderet. Occurrũt Rugiani nuncij, nihil festinandũ nũciantes, quod hostis adhuc pristinis inhæreat sedibus: Declinat Danica classis in uicinum portum: Ibi Iarimarũ deuocans in colloquiũ, quod nũcij præferebãt. Sed non erat in medio longa mora, cum alij superueniẽtes nuncij Rugianorum, hostem abire ferebant, decoepti nebula, quæ interuenit. Dum inter se consultant Dani, quo sit facto opus, uenit festinus a Iarimaro nũcius, classem Pomeranam adnauigare, iamque tam esse uicinam, ut si per nebulam liceat conspiciatur. Absolon iam in terram expositus, diuina peragere cõstituit, in ara mysteria: sed accepto nũcio celer in naues redijt, de cruore hostiũ deo sacrificaturus: Et cũ raresceret nebula, Dani a Wãdalis uisi, crediti sunt esse subsidiaria ab amicis Wandalis classis. Tanta fuit a Danis in animo illis securitas: ut nihil minus, quã illos crederent adesse, & inter hostes, amicosque parum per indiligentiã discreuerunt. Iubet Absolon expediri arma, classemque suam partitur in oportuna loca: ut spacium sit, ad ineundam pugnam. Buggislaus iam præter Rugianorũ littora nauigabat, ludificandi equitatus gratia, qui littora asseruabat. Vbi uidet aduersam classem parare pugnã, arbitratus esse Rugianã, iubet cẽtumquinquaginta naues ex suis accingi in hostes: onerariasque naues defensoribus uacuas, uelut in præsidio locat, lignorum extantiũ speciẽ prætẽdere uolẽs militũ frequentiã. Eam in partẽ respiciens Zuno interpretatur Teutonũ esse auxilia, quæ Wandalis accessissent: monetque Absolonẽ, cautius rem gerere, quod se Teutonũ arma præuideat excepturũ: Ille nihil moratus in hostem ducit. XVIIII.

Strela insula

Sub tenebris periculum.

Alacritas in prælium.

Classis Pomerana.

Classis in loca oportuna

Visere iam signa Danica de malis: Absolonis uexillum uolitare uisum: quę ut erant hostib⁹ inopinata, ita stuporē iniecerāt cum formidine. Igitur classis, quę in anchoris quieta stabat, ubi Danos adesse cōperit, anchoris sublatis, fugam inijt: Dani institere fugientibus: Tanta facta est trepidatio, ut alij desperata fuga, ꝙ maioribus nauigijs ueherētur, in pelagus desiliere: terram pleriq; petentes, per nemora & saltus euadere conati, a Iarimaro pro magna parte cędunt: Multi de maiorib⁹ in minora nauigia trāsiere, oppletaq; multitudine, mersere nauigia. Ex tanta classe quingētarū nauiū, quinq; & triginta saluę abierūt: cęterę aut in Danorꝫ uenere potestatem, aut mersę mari perierunt: Tantaq; fuit Absolonis auspicijs illa uictoria: ut post eam diem nulla sit Wādalorum classis ausa Daniā infestare: & perinde pyratica gentis illius repressa, & edomita, finē habuit. Cōtemplandarꝫ aūt rerū gratia misit Absolon oratores ad Buggislaum, cum mādatis coarguēdi eum de perfidia, deq; rupta cum Danis societate: & hanc quidē legationis specię prętēdentes, reuera cōspicere uolebāt, quid tanta clade accoepta, hostibus animi esset. Dux summa dissimulatione tegebat accoeptā cladē: eam prę se ferēs fiduciam, quasi nihil actum uideretur: sed populi, partim gemit⁹, partim clamorem audit, isq;, dum quisq;, suos requirebat, prodidit, quid factū esset: tātusq; motus incubuit, ut uisis legatorꝫ nauibus, nouā in fugam penderet. Dux tñ gratias haberi iussit pontifici, ꝙ boni cōsuleret: facturum se deinceps, quicquid illi uideretur. Pręmittit pōtifex ad regē uictorię tantę nūcium, cum Buggislai tētorio: quod in argumentū magnę prędę prętēdebatur. Wiburgi tum rex agebat: quo loco, contracta concione, iubet exponi uictorię ordinē: nouamq; ex cōsilio Absolonis uictoris, expeditionē hortatē fieri nūcius: ut priusq̄ se recolligāt hostes de integro opprimant: Alacres omniū animi fuere, classisq; non cōtemnenda decernit: auspicijs Absolonis in hostē ducenda. Nihil enim actū arbitratus est, q̄diu aliquid superesset agendū. Ergo, ut qui coepit, perficiat, in hostē ducere decernitur, duce Absolone: Rex interim cōponēdis in regno rebus intendit. XX.

Wādali fugiunt.

D. naues in xxxv. resolutę.

Oratores ad Buggislaū uictum.

Buggislai tētoriū i prędā

Post ingentē illam uictoriā alacriores Dani, ducūt in Wolgastēses: Sed illi iam hoc prospiciētes, Panis amnis fluenta, magnis saxis, imperuia fęcere: Sed uirtuti nihil inuiū: Vt militibus laborū author esset Absolō, se misit in undas: ut exemplo cęteros, puocaret: Effęctumq; breui, ut trāsitus nauigijs pateret. Sed ubi propius urbi admouēt exercitum, palos sub aquis experti sunt defixos, quibus aditus ad moenia intercluderetur. Qui aūt saxa remouerant, palos obsistere non sunt passi: dissilientesq; in aquis pugnauere. Hostes a moenibus, fortissime missis iaculis, Danos infestauere: sed corporꝫ agilitate, pro magna parte sunt euitata tela. Conspectus in naui Absolon, urgere pugnātes, cum a moenibus balistario designaret, insignis clypeo, & signorꝫ luce, animaduersum est a quodā suorū cōmilitonum, illum oculis signari, qui hoc Absoloni insinuandū putauit: Vides, inquit, here signari te oculis, & diligenter ab iaculatore catapultario obseruari: Mitte, inquit, illum ut nostri curā habeat: Ita

Dani in Wolgastenses.

Pali sub aqu

Absolō designatur catapultario.

inter media pericula, generosus spirit⁹, de capitis sui pnicie ridebat. Visum est Danis, hoc oppugnationis genus infructuosum. Esbernus grādiorē e suis nauē, stuppa complet de littore: ac reliqua igni facili materia: illam a uentis appelli mœnib⁹ curat: ut incēdio suo, subruat tabulata propugnationū: sed hęsit nauis incēsa, palo defixa, ut innocua cōsumeret. In modico fortunę ludibrio, & hostiū salus, & Danorū hęrebat uictoria. Buggisla⁹ aūt cum equitatu aduenit, colloquiū deposcens Absolonis: ut interim de pace cōstitueret. Accessit ille in pręfluentē duobus nauigijs. Rogatus a duce Absolon, ut cōtinentē terrā peteret, facilius in tentorio, q̄ nauigio rē agi: credidit pontifex, cum nihil doli suspicaretur. Retentus tamē a suorū quopiā, arbitrante, temerariū uideri, armato se hosti credere: somnijsq; sui monita adięcit. Recogitās secum pontifex, remandat duci, equum uideri, ut si colloquium expetat, ueniat minor ad maiorē. Adhuc Danis omnia cōstare ad uictoriam, quo rectius illis pareatur.

Nauis incensa hæsit.

Temerariū armato hosti se credere.

XXI.

Vx audito uictoris insolenti uerbo, statim abijt: quę res molitę d fraudis Danis ingessit suspicionē: ut qui soleret, etiā minores ob causas, Absolonis ratē petere, nunc in tanta patrię clade, & periculo, recusaret. Dani relicta obsidione, terrā uastare aggressi, ponte facto, copias trāsponūt: sed angustijs loci celeritatē non ferētibus, opidani trāseuntes infęstauere. Deturbati a sagittarijs, cōtinentē petiere, cōuitijs & clamoribus, hostē insequuti. Tanta aūt opidanorū mentes pertinacia corripuit: ut relictis mœnibus, tētoria Danorū, quę paucis colligenda reliquerāt, inuaderēt. Equites qui a tergo imminebāt, propter fumū non cōspecti, audaciā illis fęcere, sed superueniētes, facile dissiparunt turbā siue ordinē. Ita in conspectu opidi cęsi ciues, supplicia luerūt cōuitiorū, quę exercitui ingerebant. Osnēses horū casum, ubi audiuere, suburbia sua immisso igne cōcremauere: ne hostilis uictorię gradus inde fieret. Inde Iulinū petere placuit: Pręmissus Esbernus, qui Zueni fluminis ostijs insisteret, deiectis propugnaculis, arces subuerteret, aut ad minus oppugnaret: donec Absolon cum copijs superueniret. Adnauigauit ille, & iam de lōginquo portę illi patuere. Nam impositi pręsidio, cum hostē cernerent adnauigare, diffisi munimentis, fugā inierūt. Incensę arces ambę concrematę sun. fumusq; Absoloni de longinquo conspectus, & superueniētes nuncij certam rem denunciauere. Igitur Absolon hac parte laboris a fratre leuatus, uastationi institit finiū Iulinēsium: Itaq; opida captu difficilia, & iam cōmeatibus uacua, deserenda Dani putauerūt: post collectas fruges, potius plenas, q̄ nunc uacuas, censuerūt adoriendas. Recœptui cani iussit Absolon: Vbi egressuri fumantes Zueni arces cōspexere, a fundamētis subuerterunt: lateres adhuc ab incēdio calentes, in profundum ięcere: & hic fuit expeditionis huius exitus.

Dani terrā uastant.

Cæduntur ciues.

Duæ arces cōcremātur.

Canitur recœptui.

XXII.

Vtumno domi peracto, rex Kanutus, expeditionē in Wandalos a orietales renouauit, duodecim millib⁹ ex Rugia assumptis propugnatoribus, q̄ gnari locorum uiderētur. Proxime igitur Tribusanam prouinciā populabūdus aggreditur: Inde ad Circipanēses con

Tribusana populātur.

uersus, paludẽ paterna militia insignẽ ingressus, urbem Lubuinã petit: sed obsidioni instãdũ non duxit. Igit, ea prgterita Demyno propinquat, urbi tam hostiũ securis ciuib⁹: ut quasi in media trãquillitate, cõuiuijs, & chorgis indulgerẽt. Mirat⁹ rex tantã populi fiduciã, hgrere coepit: sed munitinonem cõtemplatus, & q̃ obsidionis apparatum non haberet, prgteriuit. Iam in naues agmen cõuertitur: Sparsi ad prædã late, redeunt. Rex ad signa demorat⁹ accipit nunciũ, locupletẽ uillã animose ab hostib⁹ defendi: si accedat auxiliaris manus, posse expugnari. Copig deerãt: Iubet tñ cum dimidia prgsentiũ manu Absolonẽ ferre suppetias socijs, Ille quo paucitatem dissimulet, iubet incedere sparsos, perq; nemorosum iter, alios iterum se, atq; iterũ ostẽtare: nõnullos retro abire, crebriusq; adequitare: quo magni incremẽti specie faciãt in oculis hostiũ: quorũ lõge maior multitudo, uicta, atq; fugata opimã prgdã Danis reliquit. Deerant, qui ferrẽt: incẽsa, cremataq; est: militib⁹ uehemẽter dolẽtib⁹, q̃ magna militig prgmia ignis absumeret, cũ iam essent in uictorũ potestate. Absolõ ad regẽ regreditur, propter Lubuinã agmina cõtinẽtẽ: factoq; a Rugianis põte, exercitũ per Lacunã facili labore trãsmisit: Inde in portũ se recoepit cum classe, non lõge a Pani amne: ubi tẽpestate diu uexat⁹, cũ iam cõmeat⁹ pene deficerẽt, petenti Buggislao, per legatos rex permisit treugas.

Demynum opidũ muni tissimum.

Dissimulatur paucitas

Prgda opima Danis relinquitur.

Fiũt Treugg

XXIII.

Xactis domi hybernis uerno tempore, expeditionem rex curauit renouare, mouensq; in amnẽ Zuenũ, Grotzuinã urbem lacerat, prouinciãq; despoliat. Ibi Iarimarus lituo admonitus, q̃d terribilius insonuit, regẽ admonuit, hostes adesse. Absolon non ante denũciãdũ hostium instantiã, q̃ oculis cernerẽtur prgfatus, timoris id signum uideri uolebat. Tum Iarimarus ancipiti se qugstus laborare periculo: Siquidẽ, sileat, euentũ prguisum non prgnũcians, perfidig: sin admoneat, timoris arguat. Parũ ea prouincia explere potuit prgde auidos. In Pomeranos ducendũ erat, locupletiorẽ ut rebãtur regionẽ: Longinqua militia, & cõmeatuum difficultas, erat prospiciẽda: Sed dulcedo prgdg fecit omniũ immemores. Abeũt, prgdanẽ, omnia uastãt. Wãdali se moenibus cõtinuere. Libet hoc loco paucis interfari, dum crebras inuicem expeditiones Dani in Wandalos, & illi uicissim in Daniam excursiones fecere, non alterutrius partis internecionẽ qugsitam uideo: poterant enim Dani aliq̃n depugnare: sed abstinuerũt: ne quotidianus illis deesset hostis. Volebãt superesse, in quos uires exercerẽt: ne desidẽtes, ad intestina, & domestica bella peruenirent. Wãdalis quoq; ea res ludibrio uisa est, qui pacem gquis conditionibus constituere poterant, nec uoluere. Sgpe redit in mentem, quod apud Helmoldũ legitur. Pro ludo ac uoluptate fuisse Wandalis, Danis conflictari. Altius erat cõsilium Romani senatoris Scipionis Nasicg: qui in Romano senatu, dum hoc ageretur, uetuit Carthaginẽ deleri, ne Romanis ciuibus, & militib⁹, deesset emula uirtus: qua exerciti sese acuerẽt. Vidit enim quod futurus declarauit exit⁹, Romanos delicijs, & ocio, defluentes in mutua uulnera conuersos, tam magnum imperium, a patribus constitutum, protinus subuersuros.

Grotzuina laceratur.

Silẽs de pfidia, admonẽs de timore notatur.

Wãdali moenib⁹ se cõtinent.

Wãdali noluere pacẽ.

Cõsiliũ Scipiõis Nasicg

CA. XXIIII.

Rientalis quidē Wandalia, ita Danorū regi cōflictatur. Interim Obotriti & Kissini, multis inter se prælijs, intestino malo laborauere, digladiabantūq;. Aberat Hēric⁹ Leo domitor ambarū partium: iam ab Imperatore pulsus, in Anglia per id tempus exulabat. Erat enim post millecentū tertius & octuagesim⁹ annus, cum ea quæ cōmemorauimus gererent. Fratrueles duo, Burewinus Pribislai, & Niclot⁹, quē nos Nicolaū uocamus, Werzlai, fratrū filij, terrā tenebant. Niclot⁹ quidem eam, quę nunc est Magnopolis, Burewinus ad oriētē magis tenuere ditionē. Ex quibusdā in se rebus, magnis motibus uersi, ciuili, & plusq̄ ciuili bello dissidebāt. Acciuerat sibi quisq; fauorē uicinorū principū. Nā Nicloto Bernardus tum dux Saxonię studebat, eidēq; Iarimarus fauebat princeps Rugię: Burewinus aūt Buggislaū Pomeranię ducē, habuit adiutorē: Tenebat enim coniugem, Henrici Leonis filiā naturalē: & propterea, cum esset Buggislaus Hērico exulanti amicissimus, partes fouebat generi ei⁹ Burewini. Processit ea conflictatio in magnā partis utriusq; iacturā. Nam Burewinus, dum Rugiā suis partibus aduersantem nauibus uexat, capt⁹ a Iarimaro, mittit̄ regi Daniæ, cui tum Rugia parebat: Ibiq; captus diu detinetur. Niclot⁹ quoq;, dum aduersas partes auidius q̄ cautius insequitur, incidit in manus Buggislai, ducis Pomeranorum. Sed rex Danię Kanutus, qui Burewinū tenebat, arbiter factus inter dissidētes, ita litē diremit: ut Nicloto Rostockiū cum terra Kissinorū: Burewino uero Ilow & Magnopolis (ea est terra Obotritorū) ꝓueniret, & uterq; de manu regis terram suam recognosceret: In quā rem dedere obsides uiginti quatuor, inter quos erat Burewini filius: Hęc est altera causa, cur Danię reges titulū sibi desumant, ut se Wādalorū quoq; reges profiteant̄. Nam primā ex Kanuto Obotritorū rege, sub Lothario Imperatore, eius nominis nouissimo, accœpere. Ex hoc die Rostockeēsis ditio permāsit diuisa, a reliqua Magnopoli, usq; dum per mortē nouissimi dn̄i, quem puerū de Rostockio dixere, Magnopolensiū principatui cōsolidaretur. Arcē quidem Rostockij cum opido, primus Pribislaus, Burewini pater, cōmunierat: Nunc aūt ex regis Danorū partitione, cessit Nicloto. Pribislaus enim Burewini pater, primus ciuilitatem cum Christianismo in terra firmauit: Monasteriū Dobran (quod supra dixim⁹) fundauit: cum Hērico duce in terrā sanctā est peregrinatus. Cum aūt ex ea reuerteret̄, ꝓuincia sua in bonū modū cōposita, reb⁹ excessit humanis, ad annū Christi. LXXVIIII. post millecentū. Quo subtracto, qui ex proceribus fidem Christi nomine ten⁹ coluere, non ex animo, cum metu principis, magis q̄ timore Dei tenerētur, facta incursione, monasteriū Dobran, ferro, ac flammis inuasere: obuios obtruncauere, rati religionē nouā facile subrui: si caput religionis, quod ibi esse interpretabātur subuerteretur. Niclotus Rostockij & oriētalis citra Panim ꝓuincię dn̄s, collectis armis, occurrit grassatoribus. Sed pro multitudine hostiū, agmen eius intercipitur & pene ad internecionē cędit̄, uix ipso dilabēte principe. Burewinus, patris sui plātationē non est passus diu manere subuersam: sed magnifice restaurauit monasteriū, locu

Wādalorū intestinum malum.

Fratrueles plusq̄ ciuili bello dissidēt

Burewinus capitur.

Rex Daniæ arbiter.

Causa ob quā titulus.

Pribisla⁹ fundat monasterij.

Incursio in monasteriū.

Restauratur monasteriū.

pletauitq; datis prędijs plurib⁹. Subuersores aūt, quia male potētes erāt, non tam armis q̄ prudētia, & ratione māsuefecit, ut ex animo fidē amplecterētur: quę fuit optabilis cūctis uictoria, ut ille uiros, sic ipsi errores superauere. Cumq; monasteriū indies religione & opib⁹ floresceret, erat uir pastorius, qui sacra die paschę, de manu sacerdotis accepto uenerabili sacramēto, cogitauit curiosius, de illo aliquid cōstituere. Nam cum cerneret ab omnib⁹ summa ueneratione haberi, indignū ratus in uentrē demittere, asseruauit in ore, & clam egressus ecclesiā, baculū pastoralē, pedum uocant, arripuit, & capite fisso, sacramētum immisit: arbitratus gregem suum prosperari patrocinio rei sacratissimę. Visę sunt noctib⁹ ardere cādelę quacūq; parte domus cōderet. Sępe locū mutauit, idē puenit. Id diu pręter uxorē nouit nemo: Innotuit inde cęteris: puenit ad sacerdotē: inde ad pontificē. Re cōperta, ut gesta fuit, summo honore uenerabile Christi sacramētū defert in monasteriū: ibiq; diu magno populorū concursu inclaruere Christi mirabilia: cū de more facta & infęcta nūciarētur.

Optabilis uictoria.

Miracula ob pastori sperorū simplicitatem.

XXV.

Per ea tempora, cum Henricus Lubicēsis antistes, uir per omnia prudens, religiosus & sanctus, ad meliora trāsisset: sepult⁹ in ecclesia sancti Iohānis monasterio fratrū suorū, ubi nunc est monialiū cōuentus: tum erat fratrū sancti Benedicti, qui nunc translati Cismariam habitāt: qui locus ex uicinitate maris nomen tenet, Canonici Lubicenses, apud Imperatorē egerūt de successore. Nouella plātatio principū fauore indigebat: Ideo non audebant canonicā sine Imperatore iam Lubicę dn̄o inire electionē: Aditus Imperator dedit illis quendā ex pręmōstratēsibus prępositū. Auersati illi, ordinis sui uirū petierūt: Circūspiciēs Imperator, quia indigebat res uiro ciuilib⁹ rebus exercito, propter rei nouitatē: dedit eis Conradū ex aulicis suis proximū scribā: nunc uocāt Cācellariū. Elect⁹ ueniens ad ecclesiā suā omnia prudenter ordinauit. Imprimis clerū in uitę sanctimoniā redegit: populū in his, quę sua sunt, non est passus aberrare: Clero satisfęcit eruditio uiri pręcipua: laicis cōspicua fuit uitę seueritas, & sanctimonia: quę utraq; in illo uiro pollebāt. Cōsecrationē suā cōsulto differebat, explorare uolēs, & uires suas in sacro ministerio, & prouēt⁹ ecclesię in sustinēdo onere. Tenebat multas in multis ecclesijs prębēdas & dignitates, quas illi cōsecratio mox ademisset. Reperit aūt Adolphū comitem, iam per Imperatorē terrę suę redditū, cum illum Henric⁹ Leo eiecisset, grauius incumbere ecclesię suę: q ad prędia nonnulla olim ecclesię suę debita, non aditū illi permitteret. Et cum nec apud Imperatorē eius rei satis salubre remediū inueniret, deliberatus, adijt Sifridū Bremēsem archiepiscopū, & in manibus eius reliquit episcopatū suum: rescribens clero, ut de alio cogitarēt pontifice: absoluit eundē, ab obediētia sibi nuper prestita: siue q loci illum qualitas nō oblectaret: siue q ab Imperatore dn̄o suo maiora quędā pręstolaret. Ecclesia ergo Lubicēsis, pastore destituta, circūspexit. Longe aberat Imperator, in Italica expeditione occupatus. Igitur Hartwic⁹ Bremēsis archiepiscop⁹, qui Sifrido successerat, in Hamburgū euocauit canonicos Lubicēses, cum illis de electione tractatur: Et cū ue-

Capitulum Lubicen̄ ad Imp. pro nouo ep̄o.

Cancellari⁹ fit ep̄s.

Pluralitas beneficiorū etiam olim

Dimittit in manib⁹ archiep̄i ep̄atum

Hāburgū uocāt canonici

Clades trāsitū Albis impedit. nissent archiepiscop⁹ Albim trāsire nō potuit, q͞ glacies occupasset, necdū firmata ad gressus, nec cedens nauigationi. Igit in purificationē Marię re dilata, uenit archipręsul Lubicā: ibiq͞ electionis instituto negocio, diuisa sunt uota. Nam alij abbatem uoluere Harsueldēsem, eiusdē archiepiscopi germanū fratrē: alij uero prępositū ecclesię suę pręferebant. Sed eo res finijt, ut utroq͞ dimisso, in Theodericum in Zegebergo regulariū pręposit um cōsentirent omniū uota. Electi⁹ recusat pr͞ę humilitate. Recusauit cōstanter refugiens humilitas: multis multorū hortatibus, uix potuit permolliri, ut flecteretur. Subiecit uolens nolensq͞ humeros, & permāsit in prępositura sua ad reditum usq͞ Imperatoris de Italia: & cum archiepiscopo tum ascēdit in eius pręsentiā Inuestitura de manu Imp. accœptaq͞ inuestitura, pro consuetudine illorū temporū, de manu eius redijt Bremā cum archiepiscopo: ibiq͞ sanctificationis oleo est delibutus. Hęc est prima in hac ecclesia libera electio pōtificis: Nam Hēricus, qui solebat urgere, illo tempore exulabat in Anglia. XXVI.

Dolphus comes, qui iam in Holsatiā redijt, episcopū honorifice
a excœpit, permittēs omnia ecclesię, quę ad ipsam de ueteri memo
ria pertinuisse memorarent: noluit ecclesię alteram inducere calamitatē. Nam Cōradū uirum magnificū Imperatoris cancellariū, per seueritatē suam ferebatur abegisse. Idem tn̄ Adolphus, ciuib⁹ tum Lubicēsibus durior imminebat. Præsidiū ad Trauenam. Nam ad ostiū Trauenę, pręsidiū erexit, ueteri deiecto, per ea tempora, quibus Imperator Lubicā obsidebat: sed illud uet⁹ mari alluebatur, non usquequaq͞ ualidū: Nouum uero introrsus collocabat ad terrā, firmauitq͞ magis, ut uectigalia desumeret ab ingredientibus & egrediētib⁹ mari. Ciues se opposuere Lubicēses, libertatē ab Imperatore collatā pręferētes. Ille reijcit, nihil donauisse Imperatorē noui sed uetera stabilijsse: Cōstare inter omnes Hērico Leoni persoluta in eo loco uectigalia: sibi quoq͞ in eius ius succedēti, esse p͞soluēda. Cōtētio sup uectiga lib⁹. Ad quę ciues Hērico ad tēpus, dum portū instrueret, dum graui rerū mole laboraret, p͞missum, ut acciperet ab trāseūtib⁹: Cęterū tēporalē rem nō pręiudicare perpetuę libertati: habuitq͞ comes q̄d huic obijceret: sed cōtētio p͞ducta est ad Imperatorē. Interim quę in iure ciuitatis erant per Holsatiā in pascuis, fluuijs, syluis, comes ciuib⁹ ademit: Imperator interposita opera, rem ita composuit: Lubicēn̄ cōmīd. CCC. marcas. ut ciues trecētas argēti marcas comiti p͞soluerēt, & in libertate p͞manerēt. Cęterū p͞ pascuis, & flumine, alias ducētas annumerarēt, & flumine uelut sui iuris uterent̄, usq͞ in Todeslo, excœptis pascuis, quę pridē ad annū Dn̄i. LXXXVI. in Reynefelde, tum inchoato monasterio, donarent: cū Bernard⁹ dux Saxonię annueret, & comes de suo cōsentiret. Imperator, interposita authoritate roborauit. Roborātur indulta Lubicensium. Hęc aūt ciuiū Lubicēsium renouata indulta, Imperatorijs sunt literis roborata. Adolph⁹ ergo, q̄ pridē reuersus in ditionē Holsatię de Scowenborg, uicino loco Locken, fratres in eā terrā introduxit, & monasteriū in Reynefelde inchoasset, p͞ hęc tēpora instātissime curauit cōsummari: memoriam ibi cōstituēs, sui nominis sempiternā. Sed nō est illi satis p͞missum, in ea terra finire. Nā exactus est q̄d infra dicem⁹, & in primā de Scowēborg, est retropulsus ditionē. XXVII.

Surrexit interea noua controuersia inter Imperatorē, & Danorū regem: quę in longum, & multiplicē Holsatię, & Wagriæ laborem excreuit: Vnde rex omni Teutonico infensus nomini, quāto potuit odio, est insectatus. Misit enim Imperator ad Kanutū Daniæ regem oratores, pro altera dotis dimidia, quā pater eius Waldemarus, cum Kanuti sorore, filio Imperatoris desponderit: quæ etiam iamdiu fuerat in aula Imperatoris, per Germaniā enutrita. Rex auersat⁹ legationē, φ sciret Imperatorē non se ęquis intueri animis, pecuniā mittere recusauit: Sciebat quis Pomeranię ducē in se in excitarit. Sed tum qualicūq; causa prętensa, inanes remisit nūcios ad hoc missos. Imperator aūt, & ante iusta indignatione succēsus regi, φ magnā Wandalię partē, quę Imperio pertineret, rex Danię occupasset: φ in Germaniæ finib⁹, & in littore Germanici maris sita esset: & φ Imperio recusaret hominiū præstare: quod patrē ei⁹ ferūt præstitisse: & nūc accedēte noua causa pernegatę dotis soluēdę: exarsit in regē: & germanā eius sororē regi remisit intactā. Ludouicus φq; Turingię princeps, eiusdē Imperatoris ex sorore nepos, matrē Kanuti regis, quā nuper acceperat cōiugē, nunc repudiatā, a se dimisit, questā de multis noui mariti iniurijs. Hæc fœmina erāt bellorū. Cæterū & Holsatorum, Wagriorū, Polaborū, Stormariorū terras, suas esse pręte̅debat: & easdem omni conatu recuperare ex hoc die cōtendit: quę infiniti causa laboris fuit: qn̄ enim tot erāt in medio iniuriarū irritamēta, quęsiuit quęq; pars causas in alterā. Quid uero iuris prætēderit rex in terras memoratas, annales non exponūt: nisi, q̄d cōiectura prōptū est, recordari illū eorū tēporū, quę erāt sub Kanuto Obotritorū rege, qui omnib⁹ his terris preerat: cuius successionē rex pręferebat: ut esset Albis fluuius limes suę ditionis. Sed cum intercessissent tot anni, legitima trāsibat præscriptio. Principes uero non legibus, sed armis prouincias quęrunt.

kanut⁹ rex nomini Teutonico infensus.

Nūcij Cęsaris inanes remittuntur.

Cęsar remittit regi sororē intactā.

Albis limes prętēditur a Danos.

CA. XXVIII.

Per ea tēpora, Christianorū in Asia degētiū (infœlicitate dicā, an ignauia) iterū est amissa Hierosolyma: Crux, misso in Germaniā de latere legato, prædicat. Ipse Impator cruce se munit, cum filio Friderico Sueuię duce: multi principes, nobiles, magnates: Sexcēta millia conscripta ferunt in eā militiā: Impatori enim suo, omnis pene Germania subscripsit. Aderat comes Holsatiæ Adolphus: Lubicēses, Bremēsesq; ciues nō defuere. Impator in ipso itinere, cum iam aliq̄t prœlia in hostes fœliciter gessisset, defecit in Armenia: Nam cum meridiani ęstus leuādi gratia, ingressus esset inexplorato riuū non magnū, sed uorticosum, in oculis omniū suorū perijt: nulli⁹ ei accedēte suffragio. Hic est ille Fridericus, quē Itali Barbarossam dixere. Exercitū filius eius cum primoribus ductabat: Multū in ea parte frustra laboratum: nam q̄d Christianis perierat, usq; in hūc diē irrecuperatū permāsit. Cum interea multi per æstū insuetū ex peregrinis languerēt, & acceptis in prœlio uulneribus deficerēt, primi ciues Lubicēses, & Bremenses, productis uelis de nauib⁹ suis, fixere papiliones, sub quas ęgrorū multitudinē cōportarūt: pietatis studio illis obsequētes. Viderunt piā illorū operā principes, Fridericus Sueuię dux, & Imperialis

Hierosolyma amittit.

Imp. crucesignat⁹ in Armenia obijt.

Lubicēn & Bremeñ primi tentoria fixere.

cancellarius Conradus, pridẽ Lubicẽsis episcopus: & collata in usus egẽtium grandi pecunia, pietatis exẽplo & ipsi inclaruerũt: & qm̃ forti in armis opere nullus erat usus, ad pietatẽ intẽderũt studia; processitq́ res usq; adeo, ut primũ eius rei firmitatẽ quandã statuerẽt, sub titulo Mariæ uirginis: quã multi etiã militares subierunt: Inde militaris ille ordo prouenit, qui dicit Teutonicorũ: quẽ deinde aliq̃t intercedẽtibus annis, Fridericus. II. Imperator obtinuit a Sũmo põtifice cõfirmari: Nũc magnã Prussiæ partem, & Liuoniã pene totã tenẽt: disseminati per Germaniã, in Reni tractu multa possidẽt. Lubicẽses, & Bremẽses, quia primi fuere qui semina futuri ordinis iecere, inter militares assumunt in ordinẽ, cũ alios plebeos nõ admittãt, nisi in chorũ psallẽtiũ. In his aũt ordinib⁹ militaribus, laici præsunt sacerdotib⁹, quicq̃d alias de iure diuino coueniat obseruari. XXVIIII.

Initiũ ordinis beatæ Mariæ Teuto.

Laici præsũt pbris.

CVm Imperator sanctã init expeditionẽ, Hẽricus Leo ex Anglia reuersus in Saxoniã, ab archiepiscopo Hartwico. II. benigne exceptus: permittẽte illi comitatũ Stadensem: cum Thietmarsi se iam ab ecclesia Bremẽsi subtrahẽtes, per Sleswickcẽsem episcopũ Waldemarũ se coronæ Danicæ subdidissent, ex causis, quas in Saxonia diximus: q grauissimo ære, q̃d soluere non possent, ab Adolpho comite, pro ecclesia pugnãte, urgerent. Sed Hẽricus Leo tum reuersus, amicorũ armis eiecit Holsatia præfectos Adolphi Holsatiæ comitis: quẽ semel ab illo eiectũ, restituit Imperator Fridericus: Sed nũc in terra sancta pugnãtẽ, facilius absentẽ superabat. Comes de Dasse, Adolphi auũculus, & in eius absentia uicarius, cum matre Adolphi, quæ eius erat germana soror, & cõiuge, quæ filia erat comitis de Querforde, Lubicã se cõtulit. Hẽricus tum primũ cõuersus in Bardewicũ, expugnabat: Inde in Lubicã uersus, eã q̃q́ iuri suo contendit recuperare: Et qm̃ cetera sumus in Saxonia ad plenũ exequuti, huius tñ Lubicanæ obsidionis cursum satis erit explicuisse: nã hoc ad Wandaliã pertinet: cui⁹ primaria tũc, & nũc, Lubica fuit. Simonis & Iudæ apostolorũ die, expugnatũ est Bardewicũ: & eisdẽ copijs, circa festũ Martini, idẽ Henricus Lubicã cœpit obsidere. Territi ciues euẽtu uicinæ ciuitatis, q absente Adolpho, imparati essent ad arma, miserunt obuiã oratores, cũ exercitu ueniẽti: postulantes, ut Adolph⁹ de Dasse comes, cũ matre Adolphi de Scowenborg, & eius cõiuge, necnon fidelib⁹ eiusdẽ Adolphi Holsatis, saluis rebus, & corporib⁹, illesi abirẽt: se tum impatis pariturus. Henricus annuit postulationi: & illis abeũtibus, ciuitate Lubica iterũ est potitus: Cũq́ Louenborg arcẽ nouã, quã erexit Bernhard⁹ dux Saxoniæ, oppugnaret, ante exactũ mẽsem deditã accepit: paciscẽtibus, qui int⁹ fuere, q salui abirẽt. In Holsatia uero Leoni se omnes permiserũt: excepta arce Zegeberg, quã Adolpho fideles uiri asseruauere. Hẽricus Leo copias suas pmisit Waltero de Blãdesile, ad obsidionẽ memoratæ arcis, accedẽtib⁹ Holsatis pro Hẽrico: Verũ illi ex animo nõ inhæsẽrãt, reuertenti Leoni: iã pœnitẽtes, q a comite suo trãsierint: seruierũt tñ tẽpori. Superfuere aũt in Holsatia ex Adolphi amicis, quorũ præcipuus Eggo de Sture: qui obsidentes inuadẽs, statim ab Holsatis, qui specie quidẽ obsidebãt, animo aũt

Thietmarsi Danis se subijciunt.

H. Leo Bardewicũ expugnat.

Lubica obsidetur.

H. Leo iterũ Lubica potit.

Zegeberg arx obsidet.

fauebāt obsessis, adiuuat. Captus est Walterus, Hērici præfectus: & arcē quam liber obsedit, iam captus insedit. CA. XXX.

a Adolphus de Dasle coniunctis amicorum de Holsatia armis, urbem Lubicā impugnauit: iam Henrico Leoni parentē. Prodierūt ex ea eius nomine Bernhardus de Raceburgo, Helmoldus de Zwerino, comites, & Iordanus dapifer: quibus congressi Adolphus & Holsati, multos in Trauenam urgentes, merserūt: alios etiam captiuos abduxere: Capti Helmoldus & Iordanus: Bernhardus de Raceburgo comes uix elabitur. Capti trahuntur in Zegeberg, & deinde per interuallum ære magno persoluto, laxātur, redempta libertate: Nam Helmoldus trecentas marcas denariorū: Dapifer autem quia pecuniosus erat, sexcentas marcas dedit argenti: quę res indicium est, Helmoldum non fuisse ex comitibus, nisi protinus ei parsum credamus, quem sperarent amicum de cętero habituri. Alterum uero, quod nihil aliud ex eo sperarent, emunctum argento usque ad extremū facultatum eius: alioqui iniqua uideretur æstimatio, comitis, & uiri militaris, qui alias ministerialis esset suo principi. Henricus tum Romanorum rex, eius nominis. VI. patre etiam uiuente coronatus, iam res Imperij post patrē administrabat: Cum audisset Henricum Leonem in Saxoniam redijsse, & Lubicam recuperasse, Adolphi terram occupasse, indignatus, contendit Brunswicum: & prope erat ut caperet: non iniuste: quoniam Henricus res Imperij iamdudum inuasisset. Henricus autem Leo per submissos effecit, ut gratiā regis reciperet: & cōuenit, ut redditis omnibus quę Adolphi erant, in terra sancta peregrinantis, Lubicam sibi haberet pro dimidia, reliqua medietate Adolpho comiti reseruata: Sed & hoc in pactis erat, ut muros Brunswici quatuor in partibus demoliretur: ne iterum uenienti Imperatori clausa esset: Louenburgū arcem demoliretur: & filium suum iuniorem Luderum daret obsidem implendę pactionis, seruandęque pacis. Filium quidē misit: qui non diu post diem suum obijt in Augusta: de cęteris uero capitibus nihil est impletū: filium tamen suum natu minorem Henricum, cum quanta potuit manu, misit: cum rex expeditionē faceret in Apuliā: simul accepturus Romæ imperialē coronam. Breuius nunc cuncta transimus: quod ea sola contingimus, quę urbem Lubicam, Wandaliæ præcipuū decus, respiciūt: reliqua omnia in Saxonia plenius exequuti. Mirum est intueri, quoties intra centesimū annum, immo sexagesimū a prima sua fundatione, dominos mutauit: Nam ad annum quadragesimū post millecētum, inchoata a comite: ab illo post incendium, transiuit ad Henricū Leonem, qui illam per ordinem egregium, magnopere auxit: deinde Imperator deditā, accepit: restituta per illum in parte comiti: & post Leonis reditū, in ipsius redijt potestatem: Inde quoque comiti restituta: breui post concessit in ius regis Daniæ: nouissime redijt ad Romanū Imperium: in qua ditione permansit in hodiernū: diu, ut confidimus, permāsura: Et hæc omnia intra paucos annos, necdum centesimo eius anno euoluto. XXXI.

Lubica impugnatur.

Duo captiui ære se redimunt.

Inæqualis æstimatio.

Imp. adit Brunswicū

Brunswicū muri demoliti in parte.

Lubica sæpe mutauit dominos.

a Adolph⁹ interim in terra sancta iuxta Tyrū, audiuit casus suorū,

Adolph⁹ comes ad Imperatorem.

& q̄ Henricus Leo terram suam occupasset: amicorum fret⁹ consilio, in patriã redire cõtẽdit: in Suęuia aũt cõsalutauit nouũ Imperatorẽ Hẽricũ, Friderici filiũ: quęstus casus suos. Rex magnis munerib⁹ datis, cõsolatur eum de terra sua omni modo recuperãda: Cum aũt in Scowenberg peruenisset, cognouit undiq; sibi pręclusum Holsatię aditũ: nam Stadiũ, Hamburgũ, Louenburgũ, Boycenburgũ, Hẽricus tenebat pręsidijs impositis: Wãdaliã proximã Burewin⁹, ducis gener cõcluserat: Igiť ad Bernhardũ ducẽ Saxonię, Ottonẽ marchionẽ fratrẽ eius cõtẽdit: q manu ualida deduxerũt eũ Erteneburg: Ibi exceptus ab Adolpho de Dasle, affine suo, & magna Holsatorũ manu, reducitur in Holsatiã: Bernhardus q̃q; iunior comes de Raceburgo, quẽ Hẽricus de clericatu per dispensationẽ, ut pręsumiť, apostolicã, ad militiã, cũ esset subdiacon⁹, retorquebat: cum differet partibus Hẽrici Leonis, cui Imperiũ aduersareť, se contulit ad Bernhardũ ducẽ, & fratrẽ eius Ottonẽ marchionẽ, & perinde Adolpho comiti indiuisus adhęsit: Pater uero eius permãsit in fide Hẽrici Leonis, exducis: nec diu rebus humanis superfuit: sed in claustro Raceburgo, in pace quieuit: additus patrib⁹ suis. Sed q̃m in terra Polaborũ, in solo Wãdalico habitauere comites memorati, non est alienũ rebus, quas in manibus tenemus, originẽ, & exitum, comitũ memoratorũ, his rebus inserere: pręsertim quia titulus huius comitatus permanet in hodiernũ, a ducibus inferioris Saxonię cum ditione possessus.

Adolph⁹ reducitur in Holsatiam.

Titul⁹ comitat⁹ Raceburgẽ durat.

CA. XXXII.

Cum Adolph⁹. I. cedere cogereť Holsatia, pulso per Albertũ marchionẽ Hẽrico Catulo, patre Leonis, Hẽricus de Badewide pro eo in Holsatiã reponiť: Sed cum breui cõualuisset Hẽricus Catulus, & per arma Saxoniã recepisset, Adolphus q̃q; reuersus est in suã ditionẽ: & tum Hẽrico memorato primũ Wagria permittiť: inde Adolpho procurãte, terra illi Polaborũ: dimissa in manib⁹ Adolphi Wagria cõcediť. Hic est comitat⁹ Raceburgẽsis. Genuit iste Henric⁹ filiũ Bernhardũ, post patris exitũ reb⁹ præsidentẽ. Bernhardus genuit Volradũ, Hẽricũq; militãtes, & Bernhardũ in Magdeburgo clericis ascriptum. Volradus in prelio aduersus Wãdalos perijt: Henric⁹ q̃q; immatura morte subtrahiť. Bernhard⁹ ex clericatu redit ad militiã: & accepta uxore filia comitis de Haldermũde, breui defunct⁹ est: Paruul⁹ sui nominis, quẽ reliquit, infantẽ nõ diu post sequutus est patrẽ. Ita finiť linea comitũ illorũ: redijtq; feudũ siue beneficiũ ad ducẽ Saxoniæ Bernhardũ. Sed hæc anticipando dicta, hũc teneãt locũ. Adolph⁹ comes Holsatię redux ex terra sancta, in terram patrũ suorũ, cum iuniore comite de Raceburgo, Lubicã obsidione premebat: q̃sq; de parte ditionis suę. In urbe reb⁹ pręfuit Lutard⁹ de Bergen, ab Hẽrico pręfect⁹: Cũq; per Traueuã reb⁹ inuehẽdis & euehẽdis liber esset aditus, uilipẽderãt ciues obsidionẽ. Id ubi cõpit Adolph⁹, palis in fluuiũ defixis; obstruxit aditũ: & pfect⁹ ad regẽ Danię Kanutũ salutãdũ: gratias agit, q̄ p absentiã suã nihil sit passus innouari: q̃q̃ nõ ignorauerit Waldemarũ ducẽ Sleswici, regis fratrẽ, cum Waldemaro ibidẽ episcopo, manu ualida fines intrasse Holsatiæ: qui ab Adolpho de Dasle, el⁹ auũculo

Genealogia comitũ Raceburgẽsiũ.

Cessante linea redit feudũ ad ducẽ

Lubicẽ͂ uilipendũt obsidionem.

repressi, obsides acceperũt, cp Thietmarsos iam Danis parentes non molestaret. Iunxerãt enim Thietmarsi, postq̃ ab Hartwico secundo archiepiscopo Bremẽsi, grãdi pecunia exoluenda, sunt emuncti, se, quod diximus, Waldemaro Sleswickcẽsi episcopo, & per eum coronę Danicę. Hæc & si sciret Adolphus, tñ prudẽter dissimulauit, regi ad speciẽ nihilominus gratias habẽs. Sic se habet inter homines ciuilitas: ut maioribus blãdiamur, etiã si non ignoremus, nobis illos aduersari. Colẽdi enim sunt alij, ut prosint; alij ne noceãt, quomõ ueteres Romani, etiã febrẽ, & scabiẽ in dijs habuere, hoc, quod diximus, pręcẽdentes. Tempus id erat, quo Adolphus, iam primũ terris suis redditus, & ab Henrico Leone oppugnandus, plurimis indigeret, hinc, atq; inde fautoribus. XXXIII.

Thietmarsi Danis parẽt

Maioribus blandimur.

Vbica cõtinuata obsidione, ab Adolpho, & Bernardo comitib⁹
1 premebaẽ. Henricus aũt Leo collecta manu in Stadio, misit eam ad soluendã Lubicę obsidionẽ. Ascendẽtes illi per Albim nauigijs in Louenborg expositi in terrã, ducũt in obsidẽtes. Herẽborg loc⁹ est mille a Lubica passibus uia ducẽte in Raceburgũ: Ibi cõcurrentes copię Henrici Leonis, & comitis Bernardi, qui ab ea parte Lubicã obsideret, cõflixerũt. Ibi pugnabat pater in filiũ, Bernardus senior in iuniorẽ stãtẽ pro Adolpho. Sed tum iunior cessit, seq; recœpit in Raceburgũ. Ciues egressi omnẽ ei⁹ cõmeatũ urbi intulerãt: & intrabat cum eis ciuitatẽ, comes senior, cum satellitibus, quos pro Hẽrico Leone ductabat. Quadringẽti feruntur equites extitisse, qui cum comite seniore, pulso eius filio, Lubicã intrarũt. Hi, cp prima uictoria facti sunt alacriores, ausi erumpere, Holsatos ab altera parte obsidentes sunt aggressi. Habuere illi iam suppetias ab rege Danorꝝ Kanuto. Ideo erũpentes Hẽrici ab urbe milites, facile in urbẽ repulerũt. Bernardus quoq; comes iunior, resumptis uirib⁹, iam ad obsidionem suę partis redibat. Vrgebanẽ obsessi, iam pene fame laborantes: Equites obsessis nullo erãt usui: Igiẽ abire cõstituerũt, cp famẽ ingrauescẽtem cũ suis illi iumẽtis augerẽt. Ad orientẽ exiuere, ubi neq; Holsati, neq; Raceburgẽses, intercedẽte lacu, poterãt occurrere. Bernardus iunior cum uideret abijsse patrẽ cũ equitib⁹ dimissa obsidione cum expeditis, tẽdebat in uiã, qua sciebat egressuros: Ibi insidiat⁹ multos strauit, plures etiã cœpit patre incolumi abeunte. Capti multi ex ciuib⁹ Stadij, ad Adolphum iam ęgrotãtẽ in Zegeberg pducunẽ: Tantę uictorię nũci⁹ illũ recreauit: ut ex infirmitate respiraret. Ille data militib⁹ pecunia, sui iuris fecit Stadẽses captiuos, cum quib⁹ ad partẽ loquut⁹, pmissionẽ ex illis accœpit, Stadij, cũ ueniret in man⁹ eius tradẽdi: potius enim se comiti, q̃ Henrico, duro dño, seruituros. Qua pmissione sacramẽto uallata, liberi remittunẽ. Ciues interim Lubicẽses obsessi cõsultãt, quo sit opus facto: Nõnullis placuit se regi Danorꝝ dedere Kanuto: ut in regnis eius liberius mercenẽ: Multi etiã ad Ottonẽ marchionẽ inclinauere: sed peruicit eorꝝ sentẽtia, qui se comiti permittẽdos putauere. Igitur pacti pristinã libertatẽ, comitẽ accipiunt in ciuitatem, dimissis incolumibus, qui pro parte Henrici Leonis ciuitatem in illam usq; diem tutabantur. CA. XXXIIII.

Lubica obsidetur.

Fit prælium inter patrem & filium.

Equites nul lo erãt usui.

Ciues Stadij capti.

Ciues Stadij liberantur.

Lubica ad comitẽ redit

Adolphus comes, cum non immemor promissi, q̃d a captiuis suis de Stadio acceperat, fortunam qua se parte ostendit, ducem sequitur: & cõtractis in Hãburgo, quãtas potuit uirib⁹, primũ in insulã, quę Gorgesuerder dicit̃, mouit: inde quãtis potuit nauib⁹ ingressus Zuingam fluuiũ, flãmis declarauit se adesse. Ciues Stadij igne cõspecto, cum prefect⁹ urbi Cõradus de Rothe nihil hostile timeret, & pinde imparat⁹ ad bellũ & ad obsidionẽ, audiuit ciuiũ iam nõ occulta murmura, sed apertã indignationẽ, se pridem ciues suos amisisse, captiuos adhuc esse plurimos in Raceburgo, ipsos iamdiu ęre exhaustos, nõ posse obsidionẽ pferre, dedẽdi se ac sua comiti cõsiliũ inire: ipse cõscensis iumẽtis suis iam stratis, uelut alio procurãdo, ciuib⁹ tuẽdę urbis mãdatũ relinquẽs, irrediturus abit: Statim qui in arce fuerant, cum ciuibus, obuiã comiti prodeũtes, urbis potestatẽ, se, ac sua omnia permittũt: Comes ingressus, prefecti uxorẽ cernens, curru impositã, abire quo uellet cum reb⁹, fecit potestatem: ea specie, multa foeminę illę auexere, quę iure belli comes, si perurgeret, recte tenuisset uictorię premia. Iam Adolphus triũ comitatuũ titulo insignis erat, Scowenburg, Holsatię, Stadij. Extant literę sigillatę, quę Adolphũ comitẽ Stadij preferũt. Nam hoc tempore erectũ est uet⁹ monasteriũ Buxtehude: quod eius nominis uiri militares fundauere, in loco quo nũc est, necdũ extãte opido, q̃d est in riuo Este, sub Henrico Leone, iam ex duce Hartwico secũdo archiepiscopo Bremẽsi, & Adolpho comite Stadẽsi, intra. CLXXXX. annũ supra centũmille. Quod aũt de Lubica dixim⁹, sepe illã mutasse dños, recte de Stadio cõfitebimur: qui comitatus uarie iactat⁹, plures habuit dños: quod in Saxonia plenius diximus: Primũ enim marchiones fuere dñi, de stirpe Vdonis. Inde ad ecclesiã peruenit, primi Hartwici temporibus: A qua ui intẽtata, abstulit Hẽricus Leo: & nũc qua uia accepit, denuó amisit, trãslatum ad Adophum: Sed neq; in illius manu, quod dicemus, diu permansit.

Gorgesuerder insula. *Stadenses dedunt se.* *Adolphus triũ comitatuũ comes.* *Stadiũ saepe dños mutauit sicut Lubica.*

XXXV.

Per quę tempora, Theodericus episcopus Lubicẽsis, Tzeuenam in diocesi Bremensi coenobiũ sacrarũ uirginũ gubernabat, etiã in põtificatu, sicut ante, refugij locũ ibi cõstituens, ut erãt res urbis Lubicę infinitis iactatę perturbationib⁹. Cum ergo in eum locũ uenisset, uisitãdi gregis sui gratia, Bremenses ciues, cum aduersus Stadij prefectũ, priusq̃ Adolphus acciperet exissent, prędã abegerũt: Nec magnopere, ut fieri solet in talib⁹, quid hostiũ, quid amicorũ esset discreuerũt: iumenta & boues monasterij una abegerũt in prędã: Spoliati pauperes episcopũ circũsistunt, deplorãtes omnia se sua perdidisse: Bremẽsibus cuncta abigentibus. Vix sacra posuerat indumẽta expleto officio, & pedes cum peditibus sequit̃ prędatores, per mille passus deprehẽdit, suorũ iumẽta reposcit. Prædatores sacrã eius caniciẽ, quam sudore madentẽ uiderãt uenerati, cũ nihil hostile in eum sentirẽt, cum rubore reddiderũt, quę abstulerant. Cerneres, sacrãs põtificis manus, taurorum atq; boum cornibus insertas pro suis pauperib⁹ decertare: Itaq; inermis, & pedes, sua recuperauit, quę alius etiã eques, & armat⁹, non retulisset. Cunq; archiepiscopus Hartwicus, per

Res Lubicae turbatae. *Eps recuperat iumenta abacta per Bremeñ.*

tadē tempora Henricū sequutus Leonē, non recte afficeretur, ad eundem Theodericū Lubicensem episcopū, cognatū suū, q̧ a Bremēsib᷒, in quib᷒ omnē suam Theodericus cognationē haberet, eiectus tum esset archiepiscop᷒: prędia memorati monasterij satellites, uel Hērici, uel Hartwici mise re uastauerūt. Archiepiscopus aūt in Luneburgo apud Hēricū cōstitut᷒ frequēter episcopū ad audientiā suā citauit per epistolā: Sed ille legitimis obiectis exceptionibus, extra ꝓuinciā, inter hostes suos, nec audebat, nec debebat cōparere: Et cum aliqn̄ ad terminū peremptoriū esset citat᷒, ante exitū termini dicit̄ excōmunicatus. Nam cum proximo tempore Mindę esset cōstitut᷒, cōuentus archiepiscopi & Bremēsiū ciuiū, ut de omni controuersia dissereret: Inter alia archiepiscopus episcopū pronunciauit excōmunicatū. Bremēses aūt eam sententiā exanguem & uirib᷒ carentē, contempserūt, cum episcopus eam non meruerit, nec esset legitimus impletus ordo. Pertrāsiēs inde ꝓximis diebus, Cinthius cardinalis, in Daniā legatus, eam sententiā euacuauit. Hēricus aūt iunior Henrici Leonis filius, habēs in comitiua archiepiscopum: Stadiū uenerat introire: Sed neuter admissus, indignationē auxere, & in Tzeuenā diuertētes, omnia quę sanctimonialiū fuere, queq̧ securitatis gratia eo cōtulere agrestes, sine discrimine cōsumpsere: ut ancillæ Christi, quę ibi clausę, sponso suo Christo celesti, die noctuq̧ laudū resonāt carmina, nimiū diuturna laborauerint inedia. Indoluit bonus pōtifex gregi suo: sed quid faceret potētorib᷒ secūdū seculū: Vbi poterat necessitati occurrebat. Ad interueniēdū aūt erat strenuus: ad discordantiū cōpositionē humilimus: ita ut nonnunq̄ in pontificalib᷒ eorꝝ ꝓuolueret̄ pedibus, quos a recōciliatione superbus erexit, & auertit animus: Beatius dixit dare q̄ accipere. Vnde in cōsecrationib᷒ ecclesiarꝝ, magis omnes de proprijs sumptibus accurate procurabat, q̄ illis grauis immineret. In frequentia suorū gaudebat clericorū: Hospes enim domi erat largissimus, foris uerecundissimus, pauperū procurator diligentissimus. Aduersitates omnes tanta uicit patiētia ut nunq̄ eum aliquis uiderit irascentem, audierit clamantem, ut malum pro malo reddentem, sed cogitatum suum iactans in dominū, dicebat cum apostolo: Si Deus pro nobis, quis contra nos?

Archiepūs Bremēsis eiectus.

Archiepūs epm excōicauit.

Violatur immunitas.

Virtutes epi

Patiētia pręcipua.

CA. XXXVI.

Ernonis interea primi Zwerinēsis, sed Magnopolēsis tertij episcopi, cum & ille apostolus fuerit pręcipuus Wandalorꝝ, memoriā sine culpa, in rebus Wandalicis, prętereire non possumus: Hic est ille, qui in gēte durę ceruicis, multas contumelias accepit, & uerbera expertus, non destitit ab opere pietatis: Cuius temporibus, Henricus Leo ex Anglia rediēs, sedem trāstulit de Mekelnburgo, quā nunc Magnopolim cōpacto ex Gręco atq̧ Latino uocabulo, dixere: posuitq̧ in Zwerinum: Primus ergo hic est eius urbis antistes. Incredibile est memoratu, quātos pro Christo ꝑtulerit labores, quę subierit uitę pericula: Quoties ludibrio habit᷒ ad sacrificia demonū artatus est a barbaris: Ille tamē per Christū cōfortatus, culturas demonū eliminauit, lucos succidit, bonū certamē certauit, fidem non solū seruauit, sed mirifice in populo barbaro aug

b

Berno Wandalorꝝ epūs.

Trāsferī sedes in Zwerinum.

plificauit, & bono cursu cõsummãs, indubitãter ad coronam, & supernę uocationis brauiũ peruenit. Erat autẽ annus post natũ Christũ & datam mundo salutẽ. MCLXXXXV. Quo in tempore inclytus ille princeps, Henricus Leo, par multis regib⁹, post multos labores, quos tulit in plurimã fortunæ iactationem, in sua urbe Brunswico mortuus est, & sepultus in ecclesia Sancti Blasij. Bernoni aũt in sua ecclesia suffectus est, Brũwardus, eiusdẽ ecclesię decan⁹ secundus in Zwerinẽsi, sed in uniuersum, a prima sede quartus. Nam primũ Iohãnẽ, quem Adelbertus archiepiscopus Hãburgensis cõstituit in Magnopoli episcopũ, Wandali tumultuãtes, & fidem reijciẽtes trucidarũt, & martyrẽ dño cõsecrarũt: Quem longo licet interuallo, post annos. LXXXIIII. sequut⁹ est in ea sede Euerhardus, ab Hartwico archiepiscopo cõstitut⁹: cum diu laborasset, & apud summum pontificẽ, & apud Imperatorẽ, antiquę legationis, quę sub Hãburgẽsi uigebat titulo iura reparare. Frustratus aũt, contendit studia ad reparãdas sedes episcopales in Wãdalia, dudum uacuatas, ne archiepiscopalis sedes Bremẽsis omnino suffraganeis careret: In Aldenburgo Vicelinũ, in Magnopoli Euerhardũ, & in Raceburgo Euermodum cõstituens: cuius suo loco diximus, Isfridum successorem.

Henric⁹ Leo moritur.

Io. ẽps & martyr.

Suffraganei Bremẽsis.

CA. XXXVII.

Necesserat per ea tempora, Kanuto Danorũ regi, & Ottoni marchioni de Brãdẽburgo dissensionis causa, super quibusdã Wandalię prouincijs: q̃uis causam supprimãt annales: ex superioribus eam licet cõiectare. Rex inter Niclotũ, & Burewinũ, fratrueles dissidentes, arbiter factus, ditionẽ partit̃, sibi seruãs superioritatẽ in utrosq̧, ꝙ Burewinũ captiuũ tenuisset, & Nicloto fauisset per Iarimarũ. Eam rem non ęquo ferẽs animo Otto memorat⁹, prępertim, ꝙ Imperio Romano fidem deberet, noluit regẽ in Wãdalis tenere ditionẽ. Rex ubi dissensio ꝓcessit in bellũ, classem suam mittit in Wãdaliã. Wernouia fluui⁹ Rostockij urbem prępterlabit̃ in mare: eũ inuect⁹, copias exponit in terrã. Non aberat lõge marchio cum agminib⁹ suis: Rugiani aũt Danis auxilia miserãt. Iam inoleuerat apud Danos, ab Absolone nũc defuncto, ut episcopi preessent exercitib⁹. Ergo Petrus Roschildẽsis episcop⁹, cãcellari⁹, cum Durberno fratre copias regebat: Quadratis agminib⁹ in se ibãt: Collata manu fit pugna grauissima: Cadũt uicissim multi: Inter alios Durbern⁹, episcopi frater, agminũ ductor: Ipse capit̃ pontifex. Rex pugnę non aderat, in Mone cõfidens. Victi Dani, ad mare refugiũt: In fuga capiunt̃ & cędunt̃ plurimi: Episcop⁹ duro carceri mãcipat̃, quẽ Otto multis uberiorẽ sibi futurũ sperabat. ęgrimoniã contraxit in carcere: eã aũt simulãs uero maiorẽ, orabat laxius haberi. Marchio indecorũ sibi futurũ rat⁹, si & captiuus, & episcopus in carcere suo moreret̃, indulgẽti⁹ cœpit habere, sub custodia tñ. Ille autẽ custodi loquutus, eum permolliuit, ut accepta pecunia, cum illo profugeret: Ita carcerem euasit episcopus, eludens uictori suo, liberatorẽ suum, & pridẽ custodẽ, magnifice remunerans. Proxima bruma Otto in Wãdaliã Danis parẽtẽ renouauit exercitũ: Adolph⁹ illi Holsatię comes accessit, malo fato suo: Rugiãq̧ insigni uastatione percurrissent, si in eum

Dissensio in bellum.

Epĩ præsunt exercitibus.

Eps captus carceratur.

Euadit carcerem.

modũ durata glacies mãsisset: Sed tñ cõtinentẽ terram, quę Iarimaro Rugię principi parebat, in qua opidum Tribuzes, omnimoda uastatione, gladio, & igne, deformabant. Quę res Adolpho nouorꝫ initia pręstitit laborũ, ut iterũ extorris fieret: Nam rex proxime ducebat ultra Eydorã. Sed tum quidẽ tãta fuit Adolpho man⁹ auxiliaris, ut regẽ distineret, utrꝗ infecto negocio rediret: Sed dilapso tum Adolphi exercitu, mẽse Maio rediẽs rex, Adolphũ iam auxilijs nõ suffultũ, eo perpulit: ut arcem Reynoldesborg, clauẽ terrę firmatã, in Eydora, regi permitteret: quã rex magis atꝗ magis firmauit: Iam sine labore, quoties uellet, Holsatiã, & omnẽ Nordalbingiam ingressurus. Tum uero comiti circa arcem Louẽborg, laboratũ est: quam rem in Saxonia peregimus.

Opidũ Tribuzes uastat.

Arx Reynoldesborg regi pmittitur.

XXXVIII.

Vrewinus interea & Niclotus fratrueles, qui regi Danorũ tum parebãt, eius iussu expeditionẽ parauere in terram comitis Adolphi de Dasle: Ea est in diocesi Hildesemẽsi. Mirũ quomõ in tam lõginquũ, nisi, quia Burewin⁹, Saxones sibi fauentes habuit, propter uxorem, quã tenebat, & propter cõmune odiũ in nomen Adolphi de Holsatia, & amicorꝫ eius: Et collata manu, prim⁹ omniũ Niclot⁹ princeps Kissinorꝫ, & Rostockij cadit: uir prudẽs, & bon⁹ & qui meliore dign⁹ esset fortuna. Tota illũ luxit uicina Wandalia. Cognito tanti uiri occasu, alacrior hostis insurgit: Sed & Wãdalis calor incidit se in Teutonicos uindicãdi: Fit uersa prelij uice cędes in agmina Adolphi: Sine cõparatione plures ceciderũt de parte Adolphi. Tam acris erat stimulus uindicãdę mortis Nicloti. Causa aũt hui⁹ incursionis fuit, ꝙ hic Aolphus, cũ nepote suo Adolpho Holsatię comite, nuper Thietmarsiam uastãtes, percurrerũt: quę tum Danicę parebat coronę. Deinde uero, q̃d in Dania dixm⁹ cum Adolph⁹ exut⁹ Holsatia, per ducẽ Sleswici, Waldemarũ regis Danię germanũ fratrẽ, se in Hãburgũ fidã sibi urbẽ cõtulisset per brumã, cincta est obsidione ducis: in cuius erat castris Burewinus Obotritorꝫ princeps: Et cum comes, nec terra, nec mari posset elabi, uenit Adolphus in potestatẽ Waldemari ducis, & in captiuitatẽ trahit per Holsatiã suã in Sleswicũ miserabiliter: Ibiꝗ pdurauit, donec omni Holsatia in manu regis posita, datis obsidibus, abiret ultra Albim, in antiquã, ditionẽ suã Scowenborg: nec est ultra reuersus unq̃ in Trãsalbinã. Iam omnis Holsatia, pręter arcem Zegeberg, erat in manu ducis: Nam Waldemar⁹ omniũ cõpos, per Holsatiam, cum Hãburgũ iam teneret cõtinuato uictorię cursu, Raceburgũ, Godebusch, Witteburgũ, se illi pmiserũt: Sola arx Louenborg remãsit in manibus fideliũ Adolphi. Tum se Waldemar⁹, cũ uictore exercitu, Lubicã cõtulit: Ciues cogitãtes, q̃d res erat, defensorẽ se nullũ respicere: conciues suos estate pxima piscantes in Scania captos, Danię regno se nulla ex parte posse carere, pacti suorũ relaxationẽ, & pristinarũ obseruantiã consuetudinum, duci se, & per illum regi Danię permiserunt.

Expeditio in comitem de Dasle.

Niclot⁹ cadit in bello.

Acris stimulus uindicta

Thietmarsia Danis paret

Holsatia in manu regis

Lubicẽn regi Danorꝫ se tradunt.

FINIT LIBER VI.

INCIPIT LIBER VII.

Lubica emporiũ singulare.

Rex Danorũ salutatur Lubicæ dñs.

Iam Lubica preclara Wandalorũ (Wandalico uerius dixerim in solo fundata) urbs, emporiũ singulare mercatorũ, adhuc intra centesimũ annum primę fundationis, in ius Danorũ regis cõcessit. Nam proxima ęstate rex Lubicã ueniens, ciuitatis ibi dñs est consalutatus: quod antea etiam ciues deliberauerãt, cum ab Adolpho obsideretur, regi eam permittere. Iam ipse rerũ cursus ordinabat, ut dñs fieret, nullo in eam rem educto gladio. Capto enim Adolpho comite, quid nisi in potestate habuit captiui omnia dominia? Quitum comitis arcẽ ad ostiũ Trauenę tenuerũt, audito quod omnia pessundata essent, regi quoque illam consignauerunt, pacti abire liberi. Hic est interim rerum status: ut unus Kanutus regem se Danorũ, Wãdalorũ, & Nordalbingię ferat, & in titulo scribat. Erat autẽ tum annus. MCC. Holsatiam tum pro rege administrandã accœpit Albertus de Orlemũde comes, frater uterinus Adolphi ex eadẽ matre: quod in Saxonia ostẽdimus. Cumque per ea tempora ecclesię Raceburgẽsi preesset Isfridus, Euermodi, cuius supra uirtutes ostẽdimus, successor, uir magnę patiẽtię, summę abstinẽtię, & totus religionis cultibus deditus. Illo aũt circa hęc tempora deficiẽte, facta est dissensio inter canonicos de successore: ipso necdũ funerato. Pars enim cõuenerat in personã dñi Henrici, quẽ idẽ ille locus prępositũ habebat, uirũ discretũ, & omni honore dignissimũ: qui prępositurã suã multũ ampliauit, rebus, personis, & ędificijs: &, quod omnia superat, religionis honestate. Pars aũt altera, personã dñi Philippi, qui capellanus fuisset episcopi defuncti, sibi pręferri episcopũ expetebant. Facta aũt controuersia hoc ordine quieuit, ut partes, tam electorũ quam eligẽtiũ arbitrio comitis Adalberti se cõmitterẽt. Mira illorũ temporũ simplicitas: ut in manum laicã conferrent arbitriũ episcopi constituendi. Sed quid miramur: cum iamdudũ ante Romani ipsi arbitriũ summi pontificatus cõstituissent in manũ Imperatoris Henrici. III. Et Hẽrici alij, et Fredericus. I. diu super ea re durissimas cõtentiones, cum ecclesia, sub arbitrio cõstituendorũ pontificũ habuerint: Et Henricus Leo eius rei sibi arbitriũ desumpserit: quod superiora declarant. Ille ergo accœpta deliberatione, Philippũ cẽsuit prępponendũ. Hęc aũt ideo facta sunt, quia dñs Waldemarus Danię rex, iam usque ad Albim omniũ terrarũ dñs, in Suecia erat occupatus: alioqui ad illum recurrissent. Philippus inuestitus, Bremã se cõtulit, & a dño Hartwico benedictionẽ episcopalẽ accœpit, sicque cõsecratis ecclesijs, & ordinatis rebus in sua diocesi, ad episcopũ Traiectẽsem est profectus: Ibique per annum cõsistens, dño regi Waldemaro, se non exhibuit: unde factus est regi suspectus: Sed tñ interueniẽte comite, in gratiã eius est reuersus. Nec multo post Hartwicus secũdus Bremẽsis archiepiscopus uita excessit. Cũque illo adhuc uiuẽte ecclesia eius miris motibus cõcuteret, nũc destituta pastore grauiores turbationes excœpit. Nã electionis negocio pẽdẽte, interloquuti canonici, dñm

Arx ad ostiũ Trauenæ traditur regi.

Isfridus eps Raceburgẽ obijt.

Arbitriũ epi cõstituẽdi in manũ laicã.

Rex Danorũ in Swecia occupatus.

HartWicus archieps obijt.

Waldemarũ Slefwickcẽſem e p̃m, qui tũ lõgeua captiuitate ſolut⁹, Bononię agebat, unanimi cleri & populi cõſenſu, archiep̃um poſtularũt. II.

Verunt tñ, qui ſe huic electionis, ſiue potius poſtulationis negocio ſubtraxerãt, non reclamãdo, ſed elongãdo, rem improbarũt. f

Burchardus hic erat maior prępoſitus, cum quibuſdã adhęrẽtibus. Hãburgenſes aũt canonici, propter regem Waldemarum, qui ipſam tum tenebat ciuitatẽ, ſuſpecti in hac electione habiti, non uocabantur ad eam: qui de cõtẽptu ſuo, grauiter ſe opponebãt poſtulationi: dicẽtes, ſuã eſſe eccleſiã matricem: a qua deriuatus eſt honor metropoliticus. Qua de re, iniquũ eſſet eius membra in electione prætereiri. Bremẽſes, miſſis honoratis nuncijs, tam ex clero, q̃ eccleſię miniſterialibus dño Waldemaro Bononię cõſtituto, ipſam, illi de ſe factã poſtulationẽ intimarũt: qui accepta cõpetenti familia, cum eiſdẽ, & teſtimonio Bremẽſis eccleſię, dño ſe preſentauit apoſtolico: qui adgaudẽs, dñm poſtulatũ, quem ſciebat eſſe uirum regij ſanguinis, perbenigne accepit: ei cõgratulatus, ꝙ poſt fortunę uarias iactationes, locum ſe dignũ in archiepiſcopatu reperiſſet: Nec tamẽ feſtinauit in cõfirmatione factę poſtulationis, donec diligentius de meritis cauſę ſcrutaret. Quo tempore nũcij Hãburgenſiũ canonicorꝫ ſuperuenere, reclamãtes poſtulationi, & eam min⁹ canonicã aſſerẽtes: Venit quoqꝫ orator regis Waldemari, Petrus Roſchildẽſis prępoſit⁹, ſine literis tñ & documẽtis ad cauſam publicis: quę ſe incurſione latronum in ipſo itinere diceret amiſiſſe: poſtulationi tñ memoratę, magno niſu ſe obijciẽs: Cõmo neſcitqꝫ ſummũ põtificem iuriſiurãdi, q̃d regi pręſtiterit Waldemarus: nunq̃ ſe tali loco moraturũ, in quo regi ſuſpectus uideri poſſet. Cõmouerat enim pridem illi bellũ de regno, ꝙ & ipſe patre rege eſſet progenitus: Illo Kanuto, qui cũ Zuenone, & primo Waldemaro, partit⁹ eſſet regnũ: quod oſtendimus in Dania. Quibus cognitis, papa Waldemarũ per aliquot dies Romę detinuit: quoadusqꝫ de ſacri collegij cõſilio, de ipſo ordinaret. Waldemarus aũt uidẽs ſe in arto cõſtrictum, illicẽtiatus urbe ſecedens, ad regẽ Romanorꝫ ſe cõtulit Philippũ, de regno decertantem, cum Ottone. IIII. Leonis filio, qui eum honorifice Bremã miſit. Illi exultãtes, poſtulatũ ſuũ cum gaudio ſuſceperunt. Papa aũt miſſis literis ad omnes Germaniæ eccleſias, Waldemarũ inobediẽtẽ, uinculo excõmunicationis diſtrictum nunciauit. Bremenſes hoc diu ignorauere, quia literas apoſtolicas nemo eis porrigere præſumebat: donec in quadam miſſa publica, a quodã inter ceteros offerente, in altare ſunt collocatę. CA. III.

Hãburgẽſes Canonici de cõtẽptu agũt

Opponũt ſe Romæ.

Poſtulat⁹ ſine papę licẽtia Roma abijt.

Papa excõſcat poſtulatũ

Ane aũt Waldemari epiſcopi in Bremã ſuſceptionẽ, rex Waldemar⁹ tulit permoleſte: Sciebat enim hominẽ non quieturum: ꝙ ſe, ut diximus, coronę aſſereret affinẽ. Cum multitudine igitur graui; rex dioceſim ingredit Bremẽſem, uolens depellere Waldemarũ, & eius loco Burchardũ prępoſitũ introducere. Habuit aũt rex Gũcelinũ, & Hẽricũ eius fratrẽ, comites Zwerinẽſes, ſibi tum grauiter aduerſantes, ꝙ Iohãnem cognomento Gantz, terra ditionis ſuę eiciſſent: occupata arce Grabow, quę ad illum ptineret, profugiẽtem ad regẽ Danię memoratũ: h

Rex Danorũ in dioceſim Bremenſem

missaq; parte copiarum sub manu Alberti comitis Nordalbingię. Hic erat, ut diximus, Herici de Orelmunde comitis filius, qui matrē tertij Adolphi uiduam duxit cōiugem: unde erat Adolphi frater uterinus. Hunc enim, pulso Adolpho rex Holsatię prefecit. Albertus ergo arcem Boytzeborg diruit: deinde omnem terram Zwerinēsem euastauit. Waldemarus uero episcopus, petere armis regis ditionē constituit: ut se in eum uindicaret: Sed cęso per ea tempora Philippo Romanorum rege, partes Waldemari cōcidęrūt. Burchardus aūt maior ecclesię prepositus ad archiepiscopatū aspirauit, Hāburgēses canonicos, & quosdā Bremēses sibi deuinctos habens. Ad regē Romanorum proficiscit Ottonē, ab eo impetrās inuestiturā episcopalē. Cunq; compos uoti redisset Hamburgū, eam urbē in sua tenuit potestate: & per quosdā amicos, etiam Stadiū urbem accoepit. Veniens aūt Waldemarus episcopus latēter eam urbem recipere tentauit: sed impeditus est diligētia aduersantiū. Ergo cōtractis armis, ex omni diocesi, Stadium Waldemarus episcopus obsedit, & cœpit armis, fugientibus aduersarijs: direptū est opidū misere. Sed tamen postea Burchardus, cum amicis recu perauit atq; firmauit. Porro rex Waldemarus, Albim ponte strauit: quibusdā credo locis oportunis, quę tum angusta fuerint: ut de insula trāiēs, in insulam, ultra Albim mitteret equites, pediteśq;, & ita infusus partibus Bremēsium, per suos, arcem apprehendit Homeborg, & diligētissime cōmuniuit: tenuitq; durante illo bello.

Boytzēborg arx diruitur.

Prępositus ad archiepatū aspirat.

Stadiū obsidetur & capitur.

Homeborg occupatur.

CA. IIII.

Perępreciū est intueri, quis tum status fuerit Hāburgi, antiquę urbis, postq̄ Adolphus comes, relicta non modo Holsatia, sed etiā ut hic locus indicat comitatu Stadensi: de quo Waldemarus & Burchardus cōtēderūt: cōcessitq; in Scowenborg, antiquā patriā. Certe Hāburgū peruetusta memoria semper Saxonū genti inscribit cum omni Nordalbingia: hoc est Stormaria, Holsatia, Thietmarsia: Nunc obtinuit cōsuetudo, ut Wādalicis urbibus annumeret, quomō & Luneburgum quę ab omni sui memoria Saxonibus paruit. Sed nulla unq̄ memoria prodidit his urbibus, Hāburgo, & Luneburgo Wādalos habitasse: q̄q̄ Luneburgū in solo Wandalico conditū ab Saxonibus, negare non possimus, quomō Lubicā, Wismariā, Rostockiū, & quę in ea sequuntur littore maris Germanici: Sed uetustior est memoria pulsorum Luneburgo Wādalorum, q̄ cęteris. Hāburgū uero, illo, quod scribimus, tempore, Danię regparebat, cum omni Nordalbingia, & ciuitate Lubica, postq̄ Adolphus, eius nominis tertius, per brumā glacialē Hamburgo intercœptus a Waldemaro, tunc duce, postea rege, cœpit omni illa ditione carere. Sperauerāt diu Saxones, ducē Waldemarū, postea regem, sororio suo Wilhelmo, Herici Leonis filio, Nordalbingiā donaturū: Sed dulce semper fuit Danorum regibus, in Germania tenere ditionē: unde flecti non potuit Waldemarus ut ea cederet. Alberto tn̄ de Orlemūde comiti, eā rex permisit admi nistrandā. Hic est ille Albertus, quem annales nostri produnt, non ostensa eius origine: nisi q̄ testātur, regem Waldemarū fuisse auunculū eius: & alijs locis memorāt, Wilhelmū Herici Leonis filiū, Ottonis tum Roma-

Hāburgū in solo Saxonico.

Luneburgū in solo Wandalico.

Dulce Danis i Germania imperare.

norũ regis fratrẽ, habuisse coniugẽ Waldemari germanã: Unde in suspicionẽ uenerũt nõnulli, fuisse Albertũ Wilhelmi filiũ: Sed tẽpora non patiunt. Paruit ergo ea tempestate Hamburgũ, quomõ & Lubica, regi Danorũ Waldemaro: quomõ aũt eam occupauerit, in Saxonia dixim⁹. Deinde cum eadẽ urbs iam Romanorũ regi Ottoni subesset, occupata secundo ab rege Waldemaro, donat Alberto memorato in perpetuã possessionem: Unde extãt literæ Alberti, super qbusdã iurib⁹, illi tum urbi pmissis. Arcẽ ille firmauit super eã ad orientẽ, cui⁹ extãt fundamẽta, non lõge a uilla Stenbecke: cũ rex oppugnationis tẽpore aliã teneret ad occiduũ, in expugnatione secũda: cuius loci nomẽ pmãsit, sed nulla uestigia: appellat enim Noua arx, uicus nũc ciuitati inclusus, tum locus erat extra mœnia: Tenuitq; Albert⁹ Hãburgũ, usq; ad tẽpora. IIII. Adolphi, qui eam urbẽ cum omni Holsatia recuperauit: potitus magna de rege uictoria in Bornchouede, ipsa die Mariæ Magdalenæ.

Hãburgũ diuersos habuit dños.

Nulla uestigia Hãburgensis arcis.

CA. V.

HAec aũt tẽpora memorabilibus rebus sunt insignita: Nam anno post natũ Christũ. MCCVIII. Waldemarus Daniæ rex, ministerio Iarimari principis Rugianorũ, fundauit urbẽ nũc præcipuã Stralessundẽsem: quæ nũc in cæteris urbib⁹ Wãdalicis non minima, floret opibus: ciuib⁹ plena, ædificijs exornata: quæ unde nomẽ sortita sit, paulisp intendamus: Danicæ linguæ uocabulũ, Sund, insinuat eius authorẽ fuisse Danũ, aut Danis parentẽ: talis incunctãter tum fuit rerũ stat⁹. Vocãt aũt Dani angustã maris faucẽ Sund: nã cũ Dania sit tota insularis, preter Iutiam, & Scaniã, quæ sunt peninsulæ, ut in principio Daniæ ostẽdimus, multas esse fauces maris, faciũt insulæ sibi obiacẽtes: inde Orsund, Gronsund, & eius generis: Eundẽ in modum hæc urbs, quam scribimus, obiacẽs Rugiæ, Wandalorũ insulæ, Stralessund est uocitata, q̃ proxima insula Strela diceretur: nunc detorto, ut fit, paulisper uocabulo, Stralessund appellat, a proximo mari, & inter Rugiã, & urbẽ excurrẽs, ambas diuidit: Sic enim Streleslund, quasi Strelæ faux, uocitatur. Ita maris uocabulũ, proximæ urbi nomẽ indidit. Eodẽ anno urbs Lubica proprio conflagrauit incendio, usq; ad domos quinq; tota consumpta: quæ hodie nomen seruant, ut uicus quinq; domorum appelletur.

Stralessunda per regẽ Danorũ fundata

Etymologia Stralessund.

CA. VI.

PEr eadẽ tẽpora, rex Waldemar⁹ multis auctus uictorijs, Prussiã est adortus: & ad iuga sua coegit, ut tributa persolueret: nondũ enim ordo Teutonicorũ eam acceperat terrã cõmendatã. Inde mouens, cõtendit aduersus duces Pomeraniæ: quos, ut Obotritos, suæ uoluit parere ditioni: quo expedito, iam omnẽ maritimã teneret Wandaliã: nam ab occidua parte Wagriã tenebat, cum Holsatia: inde Obotritorũ, & Kissinorũ, quæ nunc tota est Magnopolis, subiectã tenuit: cum principes eius, dñm illũ suũ recognosceret: Rugiã iam a multis annis pater eius domuit: quib⁹ si accessisset Pomerania, nihil deesset littori Wandalico, q̃d nõ regi paruisset: nã mediterranea, uel marchioni, uel duci Saxoniæ, erant subdita. Rex tum aliq̃t ciuitatibus in Pomerania captis, & Demyno noua urbe instaurata, impositoq; pro tẽpore præsidio, uictorẽ exercitũ redu-

Rex Danorũ in Prussiam ante ordinẽ Teutonicorũ

Magnopolis qd cõplectat

xit in Daniam. Interim Lubica misere seruiebat: qui arci præfuere Dani, ciuibꝰ nimiū graues incubuere: tantūq; imperij sibi uēdicabāt, ut etiā ui-

Metꝰ pessimꝰ custos.

cos, de regis & militū nomine censerēt. Sed pessimus diuturnitatis custos est metus: quē enim quisq; metuit, perijsse cupit. Ciues continuo cogitabant, quomō regis manꝰ euaderēt, & ad pristinā libertatē, Deo miserāte, redirēt. Erat tum in Romano Imperio maxima turbatio: q̄ Ottonē. IIII.

Pont. uariat.

Sūmus pontifex, quātū antea aduersus Philippū adiuuerat, tantū homini postea infensus, ubiq; reluctāt: efficiēs, ut cōtra illū eligeret. II. Fridericꝰ Siciliæ rex, Henrici. VI. filius, & Friderici. I. nepos. Quantū autē in illius prouectione profecerit ecclesia, non est nūc dicēdi locus: sed sequētia mō-

Fridericꝰ. II. ecclesiæ grauissimus.

strabūt: quia non est inuētus alius Ro. Impator Christianis tēporibꝰ, qui grauior fuerit Ro. ecclesiæ, cūctæq; Italiæ: cuiꝰ uastitatē maximā suis tēporibꝰ, præsertim Lōgobardiæ, & fecit, & procurauit. sed hęc interim. VII.

Annus erat a nato Christo post mille ducentos. XXVI. cum in Romano Imperio Fridericus iste. II. ageret. Ciues Lubicēses le-

Legati Lubicensium ad Imperatorē.

gationē solennē faciunt ad Imperatorē, ostendētes maiestati suæ, olim se paruisse illiꝰ auo: & eius munificētia multis donatos libertatibꝰ ad decus Imperij, q̄ in eius ultimo sinu cōstituti, minimā ex illo protectionē haberent: deinde uaria fortuna iactatos, nunc ab Henrico Leone, nunc a uicinis comitibus exagitatos, nouissime in ius atq; ditionem Danorū regis peruenisse: orabant q̄sancte, ut seruituti grauissimæ exempti, ad Imperij protectionem susciperentur: facturos in reliquū tempus Imperio Ro-

Facile Lubicenses impetrant.

mano omnē cum obsequio honorem. Facile impetrat qui sic petit, ut meliorem faciat conditionē eius, cui supplicat: Facilisq; est inuentus Imperator ad ea concedenda, quæ amplitudinē eius decorarēt. Solenni ergo exemptione iuribꝰ excepit quorūcunq;, qui Imperio suā pridē ciuitatē de-

Lubica Imperio redintegratur.

traxissent: & ad integritatem Ro. ditionis denuo reuocauit: scribēs principibꝰ uicinis, Bernhardo duci Saxoniæ, Gerhardo archiepiscopo Bremēsi, comitibus de Aldenburgo, Raceburgo, Magnopoli, ut suppetias ferrent urbi, ex faucibus Danorū eruēdæ. Reuersi oratores, clam omnē rem habuere: subductis literis, donec oportunū tempus inuenirēt, arcis in sua ciuitate occupandæ. Dani eius custodes nihil tum suspicionis habentes, superbe ac libere agebant, euntes, & redeuntes: Cum interim obseruātes nonnulli ex ciuibus tempus negligētis custodiæ, clam ingressi arcem, cum arma sub uestibus gererent, facile enecatis qui restiterāt, cæteros, si uellēt, abire permiserunt: arcemq; suæ potestatis factam, statim cōfregerunt: &

Arx Lubicę cōfringitur.

post non multos dies, fratribus Prædicatoribꝰ cōsignauerūt: qui usq; hodie tenēt: nomē q̄q; nūc seruat monasteriū arcis, ut etiā nunc Borg dicat. Rex autem Waldemarus comperta Lubicensiū rebellione, exercitū con-

Exercitꝰ Danorū p Iutiā

traxit ualidum, & per Iutiam pedestri itinere duxit in Holsatiā. Otto dominus Luneburgensis, nepos Henrici Leonis, ex filio Wilhelmo, natus sorore regis Waldemari, auunculo suo Danorum regi tulit suppetias: Thietmarsi quoq; iamdudum regi parebant: nam a temporibus Hartwici secundi archiepiscopi, qui grandi ære imposito, mulctare constituit, sese

iunxere Waldemaro episcopo Slesvvickensi, & perinde Danicę coronę. Pergesi nunc & illi Danici imperij, cum inuiti regē sequerētur, in ipsa acie constituti, uersis clypeis, transfugierūt ad comitē, & Lubicēses: Ciues aūt iamdudū exhibitis Imperialibus literis, ad uicinos principes auxiliaria arma contraxerunt plurima.

Thietmarsi trāsfugiūt.

CA. VIII.

a ARMORŪ ductor erat Adolphus Holsatię comes, ordine. IIII. a primo ei⁹ nominis, ex Adolphi. III. quē primū Leo, deinde rex extrusit Holsatia, filijs, qui potuit inter obsides esse, quos ille dedit regi, cum captiuitate laxaret: nō enim esse potuit iste. III. qui in hac expugnatione pugnabat: illū enim hoc tēpore facio septuagenariū, ex diebus occisi patris apud Demynū. Erat enim cū ille cęderet ann⁹. LXIIII. post centūmille: tum filius iste erat adulescētulus: ex hoc aūt in. XXVII. post milledecētos fluxerūt anni ad minus. LXX. Hunc ergo. IIII. Adolphū illū accipio, quē ferūt Holsati, cum Danorū imperio premerent, per fœminā nobilē Dest, impetratū a patre puerū, in Holsatiā eductū: cū gladio ius suū Holsati se defensuros, præfecto in Zegeberg obtēderēt. Erāt ergo in castris partis Lubicēsiū, Gerhardus archiepiscop⁹ Bremēsis, Albert⁹ dux Saxonię, Bernhardi filius, Hēricus de Zwerino comes, Burewinus Obotritorū princeps. Cōuenerāt exercit⁹ hostiles in mericā in Bornehouede, ubi die festo diuę Magdalenę, explicitis aciebus, pugnā ineūt: Vota fiunt in laudē Dei, si uictoria potirent: Inito certamine, diu multūq; cōflictatū est: sed Dani cœperūt solē aduersum habere, ut radijs reuerberati, cecutirent: Cōtenderāt enim Teutonici, & peruicerāt, ut hostib⁹ sol in oculis esset, ipsis in dorso. Tum uisam credunt Magdalenā opposuisse nubem. Ibi tum multis cęsis, rex cum filio fugā inijt: Otto dñs de Luneburgo captus principibus uenit in direptionē: Thietmarsi in ipsa cęde trāsfugiētes, Danis ut hostib⁹ incubuere. Eius uictorię memoriā quotānis peragūt Lubicenses die Magdalenę data stipe: Fratres quoq; Prędicatores solennibus epulis institutis, maiores urbis inuitant, & pauperibus multa largiuntur: ipsi in gloriosa paupertate diuites.

Holsatiæ comes armorū ductor.

Principes in castris Lub.

Fiepręlium.

Rex Danorū cū filio fugit

Prędicatores in paupertate diuites.

CA. VIIII.

h HAec est illa Lubicanę urbi gladio parta libertas. Exemit Imperator, & excœpit in participiū Imperialiū ciuitatū: sed nulla arma exeruit pro illorū libertate: Ipsi suis gladijs, & uicinorū auxilijs libertatē sibi a Danis pepererūt. Ferunt Danię regē, cum ante hos dies, q̄d in Saxonia diximus, captus teneret ab Hērico comite de Zwerino, in sua relaxatione iureiurādo firmasse, nunq̄ se Nordalbingiā repetiturū. Proximo tñ anno, illo, quē nūc scribim⁹, magnū agmē infausto sydere duxisse in Holsatiā: Sed neq; sic quieuit: Nam anno qui tum sequebat, infesto agmine Holsatiā iterū petiuit: obsidēs Reynoldi arcē, nūc breuiato nomine uocāt Rendesborg, clauē terrę, & arcē liminarē. Adolphus Holsatiæ, Hēricus Zwerinēsis, comites, expeditis militibus obuiā egressi: Animos fecerāt & regis, quę precessit, captiuitas, & sequuta insignis de illo uictoria: paludē trāseūtes, a tergo imminebāt Danis: & inito conflictu, Danos soluere coegerunt obsidionē: aliq̄t captis, & cęsis: Rex tñ codē agmine in

Lubica gladio libertatē recuperat.

Rex Danorū denuo i Holsatiam.

Dani succubuere.

Danorum rex uindicat in Thietmarsos

Thietmarsiã uersus, uindicauit in populũ, qꝫ fecerat trãsfugiũ, qꝫ fide uiolata, in ipsa acie transiissent ad hostes: multis eorꝫ cæsis, & euocatis. Inde cõuertit agmen in Itzcho: sed ibi nonnihil accœpit detrimẽti, Holsatis undiqꝫ incursantibus. Interea Adolphus, & Henricus, comites, missis solennibus nũcijs, Albertũ Saxonię ducẽ euocarũt: ut ueniẽs, ditionis suæ uoluntarios Nordalbingos susciperet, tuerẽt: & recuperet ditionis suæ terminos Raceburgũ, & Louenburgũ: quę cum prius, ut omnia, in manib⁹ regis extitissent, nũc rebus cõuersis, ad antiquũ dñm respicerẽt. Non contẽpsit ille legationem: ueniẽsqꝫ recœpit, quę pater suus Imperiali beneficio primus accœpit. Interim rex Danię Holsatiã magno agmine ptrãsiuit: & qm̃ in aciẽ Holsati prodire noluerũt, uastãdis terris, & obsidẽdis arcibus institit. Obsedit tum arcẽ munitissimã Zegeberg, & aduersus eã ut expugnaret, firmauit aliud pręsidiũ: sed frustrat⁹, rediit in regnũ. X.

Nordalbigi redeunt ad Ducem.

Dani uastãt Holsatiam.

Er quę tempora, Demynũ opidum orientalis Wandaliæ, quod tum etiam Danorũ regi imposito paruit præsidio: cum audirent ciues, uersa Danorũ fortuna, Lubicã, & omnẽ Nordalbingiam excussisse iugũ regis, & ipsi de sua libertate cogitarũt: Interpellauere aũt cõgentiles suos, uicinos Wãdalos: & facto impetu in pręsidiũ militũ, qd rex Danię imposuerat, omnes aut cęciderũt, aut ablegerũt: nec mansit ex eo die quicq̃ in fide regis ex Wandalia, pręter solã Rugiã: quę uirtute larimari, sub regis imperio cõquieuit: Paulatim uero increscẽte noua urbe in littore maris opposita Rugiæ, multi in eam commigrarunt Saxones, ut & lingua, & moribus, iamdudũ sit Saxonica: qd idẽ in Lubica, atqꝫ Rostockio, præclaris nunc eius prouinciæ urbibus, cernimus euenisse: Nam & si fundus sit Wandalicus, omne tñ nomẽ Wãdalicũ ita habuerũt, adeo ue Saxones exosum, ut nõ paterent̃ in suis collegijs, & societatib⁹ quẽuis esse, qui non sit ort⁹ parẽtibus Teutonicis: idqꝫ sacramẽtis extorquẽt ab his, quos suscipiũt: Magna gẽtis iniuria: quæ patrio solo exturbata, in ipsis suis natiuis sedibus non sinit̃ habitare, & uiuere: retrusa in mediterranea, ubi pro durissima seruitute multis dilabẽtibus, & Saxonũ se populis immiscẽtibus, uix pauci ad agrorꝫ culturã, sub grauissimis tributis resedе runt. Titulus aũt gẽtis remãsit apud principes: qui moriẽtes, proxima successione illũ trãsmiserũt ad duces Magnopolẽsẽs: quibus hodie paret terra, quę Wandalię nomẽ retinet: ex latissima Europę toti⁹ latitudine, redacta in breuẽ angulũ, ut latissima natio, antiquũ nomẽ nusq̃ nisi in illo mũdi angulo cõseruet. Remansere principes antiquæ originis, in ditionibus suis, mãsit nobilitas in paternis pędijs, & possessionib⁹, rustica plebs effugiẽs durũ iugũ, imminuta est: trãsfugio deserẽs agros, & abscõdẽs in externis gentibus originẽ: Facit hoc cõtemptus gẽtis, ut nemo, nisi quẽ lingua prodit, se fateat̃ esse origine huius gẽtis, hodie per Christianismũ, ut dixim⁹, diffusissimę. Quid enim attinet erubescere originẽ Wãdalicã: cuius gẽtis patres tã amplas res gesserunt: in Gallijs, Hispanijs, Aphrica, & qtidie gerunt in Russia, Polonia, Bohœmia, Dalmatia, Histria, Bulgaria, quę, teste lingua cõmuni, gẽs una cẽset̃: quas supra cõmẽorauim⁹. XI.

Demynẽses iugũ Danorũ excutiũt

Nomẽ Wandalicũ exosũ

Wãdali sub grauissimis tributis.

Plebs Wãdalorꝫ trãsfugit

Wãdali præclara gessere

Vncelinus patri cognominus, Zwerinensem comitatū tenet post
g patrē, quē ille ab Hērico Leone promeruit. Hic ergo filius, cum
Mekelnborg pro sui magnitudine opidū cerneret im munitū, q̄
distēsum in lōgū, nullis uallis ac muris potuit firmari, uicino loco ad mare, contiguū, urbē cœpit cōmoliri, quā Wismariā, incertū unde ducto nomine appellauit: Si Latini rem gessissent, suspicarer Cismariā uocitatam: Nūc, cum Saxones fundamēta iecerint, in obscuro manet, unde sit nomē ductū. Wismariā tñ nomē esse Wandalicū, ex alijs meminimus. Potuit ergo uir in gēte nobilis, ibi habitās, loco relinquere nomē: ut ex Wismaro Wismaria, quomō ex Romulo Roma diceret. Ad eam Saxonici generis, multi habitatores se cōtulere, breuiq̄ coaluit intantū, ut omnē memoriā ueteris opidi Mekelnborg, hoc est magnę urbis, penitus aboleret: Vnde sibi titulū sumpsere principes nūc Magnopolēses, abolito ueteri Obotritorꝫ uocabulo: in quo dux antea Slesuici Kanut⁹, de regio Danorum sanguine, aliqñ regnabat: uir inter primos optimus, tempore Lotharij Imperatoris, de domo Saxonię nouissimi: q̄d supra suo loco cōmemorauimus. Erat aūt tum a Christo. XXXVIII. post milleducentos: Monasterium q̄d prius inerat Magnopoli, cum arce, Wandali rebellātes, q̄d supra diximus, subruerāt. Sunt autē locis alijs in ea terra non paucis erecta uirginū monasteria, quę primā illā ruinā magnifice cōpensarunt. XII.

Wismaria fundatur.

Saxones in Wismariā se conferunt.

Kanut⁹ dux optimus.

Wādali diruunt arcem & monasteriū.

Dolphus aūt Holsatię comes, tum ciuibus Lubicēsibus, de quibusdā reb⁹ male consenserat, dum sibi partę illis libertatis, aliquā
a habēdā gratiā putaret, maiorē, q̄ illi recognosceret. Ciues innixi Imperialibus exemptionibus, non satis illi ad nutū responderāt: Ille tamē Imperiales in urbe cōcessiones sibi uendicaret, quas parenti suo Henricus Imperator Frederici primi filius cōtulisset. Ciues obtenderāt, eas donationes & regis Danorū uictoria intercidisse, & renouata secundi Friderici exemptione, abolitas esse cōtenderūt. Cōtrouersia dum finē nō haberet, peruenit ad arma. Comes iam Danorꝫ regi recōciliatus, effecit, ut rex de Lubicēsibus querenti accesserit: iunctaq̄ armorꝫ societate Lubicā statuerūt legibus pristinis adigere: idq̄ annisi sunt maris ostia obserare. Rex magnis uirib⁹ adnauigās, & exercitū non minorē, qui se copijs Adolphi comitis coniungeret, terrestri, ex Iutia, misit itinere: duoq̄ prēsidia rex firmauit altrinsec⁹, ad ostia Trauenę: Nec satis hoc rat⁹, ueterē, & iam rimosam nauim, saxis oppletā, demersit in os fluminis, ut obstrueret. Ciues propugnaculis defensi, fodientes alium flumini exitum, in mare aperuerunt. Rex uero, quę non potuit impedire mergendo, catenis includere instituit, quas in duabus Trauenę præsidijs firmauit. Sed superuenere de Liuonia naues onerarię: quę cum ista prenouissent, magno uento impactis nauibus dissilire fęcere catenas: magnāq̄ perinde gratiā, cum Lubicēsibus iniere: q̄ nōnullis libertatibus in urbe Lubica per eam occasionem dotarentur, ut ferūt: Cuius rei cōmemoratio, ab inscitia uenit. Nam quid esse tum poterat, uel Riga, uel Reualia, recenti memoria inchoatę urbes ędificari? Nunc etiā tanto post tempore, quę de Liuonia Lubicā naues petunt, mer

Lubicēsī innītūtur exēptionibus.

Rex & comes i Lub.

Catenis tēta prohibitio in Trauenam.

Rumpūtur catenę.

cibus, & reb⁹ Lubicēsiū onustę, magna parte nauigāt: & ideo naues, quę tum soluerāt obsidionē, non alienę, sed ciuiū credunt proprię. Aucti tātis ciues nauibus, armatos imposuere, ausi in mari cōgredi regijs copijs: Sed ille in Wernouiā cōcessere. Detecta res est Wandalis, qui tum Rostockiū tenuere, cum cōterminis locis, esse Danos publicos Wādalorū hostes in eorū portu: quātis potuere uiribus duxere in Danos. Lubicēses a mari perurgēt: ita in utroncp medio Dani coangustati pugnauerūt, & multis ante amissis, residui sibi fuga cōsuluerūt, redeūtes in Daniam. XIII.

Lubicēn arināt naues.

Dani coāgustati fugiūt.

Er ea tempora, tantus fuit motus rerū ab gētibus barbaricis per Liuoniam, ut timor eorū Lubicā, & omnia maritima cōtingeret. Nam quicquid erat extra opida, & arces, Christianitatis absumit a barbaris. Theodoric⁹ de Haseldorp, uir nobilis, ea tempestate inter multos occubuit: creditúcp est fieri posse: ut barbari apprehēsis nauibus, quas multas tum homines nostri inuexerāt, per maria, adusqz Germanię littora peruenirēt. Hoc ueriti Lubicēses, aggerē sue urbi ad Holsatiā prętēderūt. Letuani fuere, qui tum timebātur: gens nimirū magna, quę tum in Liuoniam uersa, eam excitauerat formidinē. Poterāt urgeri illi a nouis hostibus Tartaris, qui de Scythia magnis agminibus egressi, tum Sarmaticos campos, quos uscp hodie tenēt ingenti hominū multitudine impleuerunt. Perierūt in Liuonia, aliquot nostratū millia, ad internecionē cęsa, cum multitudine sua Letuani, exercitū Christianū penit⁹ includerēt corona circūdatū: & paucorū amissio, nullo erat infinitæ multitudini damno. Sic Turci, sic pugnant hodie Tartari, sic & Russi: non statariam, ut olim, pugnā agentes, sed incursionib⁹, & excursionib⁹ omnia subruētes. Nam hoc erat illud tempus, quo Tartari primo nostris innotuerūt: *gens immanis*, & quę uictu & moribus multū ad beluinā feritatē accedit. *Vngaros*, & Polonos, maxime tum urgebant ijdem Tartari, & ad eam redęgerunt necessitatē: ut pro inedia & fame uterentur abominandis. Occisi in prelio dux Colomānus, frater regis Vngarorū & Hēricus dux Slesię, cum magna hominū multitudine. Mira res, hoc nūc pati Vngaros a Tartaris, q̄d ante annos trecētos ipsi Pānonij, Germanis, Italis, & omnibus, q̄s attigerāt nationib⁹ intulerunt. Quo etiā tempore fratres ordinis diui Benedicti Lubicę cōmorātes, cum in urbe apud cōciliū ciuitatis, non satis pro arbitrio suo finerent agere, egrediēdo, & ingrediēdo urbem, mane, ac uesperi, die, ac nocte: assueti libertatib⁹ quas per syluas, salt⁹, mōtes, & per nemora habitātes, in ordine suo tenēt, in Wagriam cōtendūt exędificato monasterio ad maris littora: Cismariam dixere, a loco nomen mutuantes, qp cis maria habitarēt: mox deserto eorum intra urbem Lubicam monasterio, moniales sunt introductę ordinis Cisterciensis. XIIII.

Christiani ī Liuonia mactantur.

Lubicēses aggerē metu faciunt.

Letuani multitudine uincunt.

Tartari primo innotuerunt.

Frater regis Vngarię bello perijt.

Cismaria monasteriū construitur.

Vncp per ea tempora, mortuo Iohāne Lubicēsi episcopo, canonici non satis in electione unum sentirēt cōcordantes, per sex continuos annos uacante ecclesia, Albertus Liuoniēsis episcopus, qui grāde de sua ecclesia luctamē sustinuerat, Lubicēsem interim uicarius pastor regebat, per cōtinuos annos sex: Fouebat illum Innocētius. IIII. tum

Ecclesia Lubicēn p. VI. ānos uacat.

apud Lugdunū Galliç propter tyrãnidē Friderici in Italia manēs, illocp cōciliū agebat folēne. Hic pōtifex fęcit Albertū memoratū, fuū in Liuoniam, & Prusſiam oratorem, & permiſit illi ſedem uicariã Lubicę, donec in Rigēſem eccleſiã denuo trãſferret. Erat is pridē ſcholaſtic⁹ in eccleſia Bremēſi, uir omni literaꝶ genere doctiſſim⁹, ꝙ illa tempeſtate, necdū crebreſcētib⁹ publicis achademijs, apud inſignes eccleſias, qui nūc dure ſcholaſtici, tum uocabant̃ magiſtri, docētes in omni literaꝶ genere in cunctis ingenuis & pręclaris artibus: ętate noſtra ſcholaſtici officiū nullū eſt, niſi collectas pauperū ſcholariū, in uſus mēſę ſuę uertere: pro ſe uicariū laborãtē cogat inſigniter eſurire. Multa tum erãt Lubicēſib⁹ incōmoda: Rex urbem Eric⁹ e mari infeſtabat: memor, ꝙ patri aliqñ ſuo paruiſſet, quem magno uictū pręlio, a ſe ciues repuliſſent. Fęcit rex q̄d patrē audijt feciſſe: piſcãtes ciues e Lubica in Scania cōprçheſos, pro arbitrio ſuo emunxit ęre, ubi iugum non potuit, q̄d optauit reponere. Ciues uero non ſatis ad iniuriã patiētes, auſi rebellare regi, claſſem parmãt, mittūtcp in portū mercatorū (ita uocãt locū regię mãſionis) Ibi regiam oppugnãt, & ſolo deiectã funditus euertūt arcē, excindūtcp pręſidiū, & pręda nauibus importata, onuſti reuertūtur in urbē ſuam uictores. Sed urbs eadē circa hos dies, ad dimidiū cōflagrauit incēdio, ꝙ adhuc eſſet lutea: Expurgatam uoluere fata, ut lateritia fieret, quę tum adhuc primordioꝶ ſuoꝶ prætenderat uilitatē. Mira loci fortuna: Adhuc intra centeſimū annum erat a prima fundatione & iam ter incēdio perijt, totieſcp ut oſtendimus dños mutauit, donec in eum exiret, quem nunc ſeruat, ſtatum Imperialis exemptionis. XV.

Nondū crebra Achademię publicę

Taxat author ſcholaſticos modernos.

Ciues Lubiceñ i Scania capiūtur piſcantes.

Lubiceñ euertūt arcem in Kopēhauen

Lubica ter cōflagrauit īra. C. ãnos

Per eadē fere tempora, urbs noua Sūdēſis, in terra Circipanorum ſupra Rugiã, q̄d oſtēdimus, parū ante hos annos erecta, ubi ſenſit opes, & uires, mercaturis & negotiationibus, per mare, per terras, increuiſſe, aduerſus Lubicēſem ſupbire cœpit, & ꝑteruire: intentans, neſcio quid, inſolitū, q̄d Lubicēſes ciues diſſimulare non poterãt. Igit̃ iniuriã paſſi Lubicēſes, nemini tñ querelã detulere: ſed ſuę uindices iniurię, parmatis aliq̄t nauibus, duxere in Sūdēſes: Animos faciebat, cum opib⁹, tum armis, quęſita pridē ab rege Danoꝶ uictoria, q̄ min⁹ diſſimulare poterãt, ab uicinis, in eodē littore cōmorãtibus: Solū utrobicp Wandalicū: Saxones tñ, & collectitiū genus hominū cōfouebãt. Sūdēſes nullū belli apparatū, utpote nihil tale a mari formidãtes, in noua urbe fęcere. Nã ubi ab Danoꝶ rege nihil timuerūt, non putabãt exoriri hoſtē illis a mari: Ergo imparatos facile ſuperãt, qui armis ad oppugnãdū parati uenerãt. Facile capit̃ urbs, ab his, qui omnē apparatū belli aduexere: Capiuntur ciues, ędes diripiunt̃, & prędã nauibus importãtes, redeunt uictores in ſua: inſolens nihilomin⁹ factū, & ſine exemplo. Sed (ut diximus) augebat animos reſpectus Imperatoris: qui tñ ſuperioris ius, nec auferebat principib⁹, nec auxit Lubicēſib⁹, in uicinos poteſtatē: ut ſuis uirib⁹, pro ſuo arbitratu uindicēt, q̄d iure, uel iniuria in ſe factū prętenderent. Noua autē fuere tum in hoc littore Germanico omnia: Nouę urbes, noui principes: non ea etiã ciuilitas, quę per temporum decurſus cum opibus increuit. XVI.

Sundis ſupbit i Lubica

Sundis per Lubiceñ capitur & ſpoliatur.

In littore Wandalico noua ciuilitas.

Linea Magnopolēn ducum.

Epetēda paucis linea nobilitatis in Magnopoli, & Pomerania. r Burewinus Pribislai filius ex uxore Mathilde, filia ducis Poloniæ, sustulit filios, Henricū & Nicolaū: Nam alius Nicolaus, Burewini fratruelis, dñs Kissinorꝝ, & Rostockij, cum caderet in prælio Dasensi, prolē nullā reliquit: Ergo filij Burewini, uiuo patre, ipso curāte diuisere ditionē: Henrico prouenit orietalis Kissinorꝝ ditio: Magnopolis Nicolao: Is Nicolaꝰ sine, ple decessit, obrutꝰ, domo corruēte in Gadebusch. Henricus duxit uxorē, Sophiam filiam regis Sueciæ, ex qua sustulit filios quatuor, Iohannem, Nicolaū, Burewinū, & Pribislaū. Viuebat pater Burewinꝰ, & inter alia præclara opera, fundauit monasteriū uirginū in Campo solis, non longe a Westkenbrugge: Sed propter agrorꝝ sterilitatē, postea trāstulit in locū, quo nūc etiā manet cui nomē indidit, ut diceretꝰ Nouum monasteriū in hūc diem. Hēricus deinde patris religiosi bonꝰ filius, ecclesiā fundauit Gustrowensem: quam priuilegijs, & opibus, uoluit Hildesemēsi cōparari: Superuixisse ferunt seniorē Burewinū Henrico filio, & nepotū legitimā suscepisse tutelā. Henricꝰ aūt puenit ad annū. XXVIII. post milleducentos. Vnde Burewinū seniorem, uel interfuisse, uel milites misisse, in regem Danorꝝ Waldemarū. II. in locum Bornehouede, non est incredibile: Nam nepos eius nominis, necdū attigit ætatem armorū: Filij aūt Hērici, diuisere paternam ditionē: Iohānes senior accepit Magnopolim: Burewinꝰ Rostockiū: Nicolaus Gustrow: Pribislaus Richenberge: Iohānes in adulescentia missus Parisios, literis multo tempore inseruiuit, annos, ut ferunt, uiginti: & factus est in theologia magister: gradus nobilitati insolitus. Cunqꝫ multa nobilitas ibidē literis inuigilaret, ferūt geminas ibi sorores, alterā Massiliæ principi, alterā Cypriæ regis filio desponʤisse: Ipse quoqꝫ comitis de Hennēberge, germanā sui cōstudētis, traditꝰ accepisse. Hæc & si insolita sint, quia in annalibꝰ leguntꝰ, fidē illis nō putaui abrogādā. Reuersus in patriā, cum præ se ferret grauitatē, suo ordine, & gradu dignam, irrideri meruit a cōtribulibus, appellantibus illum patrio uocabulo, Knese Ianike. Ex uxore is sustulit filios sex: Nicolaū, qui fuit præpositus Zwerinēsis, canonicus Magdeburgēsis, & Hāburgēsis: Hermānū, qui fuit Canonicꝰ Zwerinēsis, Hildesmēsis, Lubicēsis: Popponē, qui suscepit ordinē Teutonicorꝝ: Albertū qui duxit uxorē, sed obijt sine liberis: Iohannem qui duxit filiam comitis de Rauensberge, ex qua reliquit filiā, & Henricum, ad quem peruenit tota patris ditio: Hic est ille captiuus in terra sancta.

Fūdatio monasterij in Cāpo solis.

Erectio ecclesiæ Gustrowensis.

Diuisio Wādaliæ dñiorꝝ

Irridetur doctꝰ princeps ppter lrās.

CA. XVII.

Linea ducū Pomeraniæ & Stetinēsiū

Omeranorū aūt, & Stetinensiū principū, linea hæc est: Werslaus p primus, in ea nobilitate, princeps Christianissimus, uixit sub Hērico Imperatore. V. baptisatꝰ a diuo Ottone Bambergēsi episcopo: puenit ad annū Christi. MCXXIIII. ibiqꝫ finem, uiuēdi faciēs, filios reliquit Bugslaum, & Kasimirū, qui sub Imperatore Friderico. I. susceperunt ducalem honorē, in obsidione urbis Lubicæ. Casimirus premoriens sine prole, fratri reliquit omnē ditionē: qui fundauit ecclesiā Caminēsem, monasteria Stolp, & Colberge, pulchra nominis sui monimenta peruenit

Fūdatur ecclesia Caminensis.

ad annũ.MCLXXVIII.moriẽscp reliquit filios,Bugslaum,Casimirum,Werslaũ.Hic Bugslaus inde nomẽ habet,quia fundauit pręposituram in Camino, pręclara principũ facinora ad me non peruenerũt requirentẽ ea, non minima diligentia:peruenit uiuendo ad annũ.MCCXXVIII.Casimirus reliquit filiũ Zuantoborũ,ex quo nepotes,Casimir⁹,Zuantobor⁹ Werslaus,in quibus ea linea substitit. Werslaus tertius frater,reliquit filium Bartolomeũ,in quo substitit. Bugslaus autẽ, in quo durauit diu successio,reliquit filios,Barnaim,& Bugslaũ. Barnaim fundauit ecclesiam beatę Marię in Stetino:peruenitcp ad annũ Christi .MCCLXXVIII. Bugslaus frater non reliquit prolem. Barnaim aũt reliquit filios,Bugslaũ,Barnaim,Ottonẽ,ex quib⁹,Barnaim fili⁹,moriẽs anno Christi.LXXXXV. post milleducẽtos,non reliquit prolẽ. Otto ex fratrib⁹ tertius, reliquit successores, quomõ & Bugslaus: & qm̃ tetigerũt illi annum tricentesimum post mille,uscp ad illa tempora intermittamus numerationem:medios primum annos excussuri.

Fũdatur prępositura Caminensis.

Fũdatur ecclesia beatę Marię Stetinensis.

CA. XVIII.

Vm uero Adolphus,Holsatię comes, cum filiã suã despondisset, Abeli duci Sleswickẽsi,cõparatis copijs nauigauit,ducta etiam secum cõiuge,deuotionis gratia in Liuoniã: Erat enim plenaria indulgẽtia pugnãtibus in ea prouincia,quomõ esse cõsueuerat, in terram sanctam militãtibus. Sed cum omnis spes de illa recuperanda iam pene cecidisset,intenderũt pontifices in Liuoniã, quę tum primo ad Christũ cõuersa,paulatim augescebat, Adolph⁹ ergo abesse non passus tam pię causę,etiã uxorẽ,quę uiro militãti impenderet obsequiũ, ad participiũ gratię plenarię secum traxit: Memor erat uir nobilis patrię uirtutis in terrã sanctam bis enim in eam peregrinationẽ abijt tertius Adolphus:quia in terram sanctã non poterat, in prouinciã propinquiorẽ Liuoniam intẽdit animũ:eadẽ cõsequuturus plenarię indulgentię munera,quę ex Palestina parens assequebat. Quid uero profecerit late testantur annales terrę illius, quos quia non tenemus, stilũ hic figimus ad alia diuertentes. Hoc autem certum est,cp inde regrediẽs, rebus iam ex sententia constitutis cum filios haberet Iohannẽ & Gerhardum,quos literis perdiscẽdis Parisiũ miserat, paruulũcp domi alebat Luderum,nondiu superstitẽ,filiamcp(quod diximus)Abeli duci Slesweckensi cõiugem collocasset: cõmendata illi terra pro filijs, ad eorum reditũ gubernãda,se reddidit fratribus minoribus in Hãburgo, die sancti Hypoliti, cum duobus militibus, dictis de Gikow, anno Christi .XXXVIIII. post milleducẽtos, incp eo ordine uixit religiosissime,supra annos.XX.quod in Saxonia diximus.

Comes cum cõiuge Liuoniã accedit.

Comes imitatur uirtutis paternę.

Comes intrat religionem.

XVIIII.

Ohœmiã interea,huius nationis pręcipuam partem,regno tenebat Odoacer rex,filius Primislai: qui a Philippo Romanorũ rege,qui cum Ottone quarto colluctabatur de Romanorũ regno, coronã regni accœpit,post multos qui preerãt,ducis nomine cõtẽti,abstinẽtes regio. Sed hic Primislaus duos reliquerat moriẽs filios, Wẽtzeslaũ & Otikarũ,quem Odoacrem Itali uocãt: fratre,qui maior erat natu, breui exempto rebus humanis: Odoacer regno cœpit preesse. Cõtenderant

Odoacer Bohœmię rex.

Duos reliquit filios Primislaus.

tum,quod diximus,de Romanorum regno, Philippus Sueuię, & Otto Saxonię duces:ambo coronati reges,ab Adolpho Coloniensi archiepiscopo,quod in Saxonia ostendimus. Sed quod huic propriū est loco,Odoacer dux Bohoemię,Philippo tum inhęserat. Philipp⁹ autē, ut sibi magis cōciliaret hominē, magisq́ꝫ beneficio sibi deuinciret, ex duce creauit regē illū Bohoemię. Ante quidē, quod dixim⁹, aliquot uicibus Bohoemia regē habuit: sed cum tederet populū libertati assuetū, adorare Cęsarē,supra se dn̄m uenerari regē,uitę & mortis ferētē arbitriū,tēperabāt fastū dn̄antis:ut ducē potius haberēt,quam regē. Iste tn̄ Odoacer a Philippo coronā accœpit,& illi in Ottonē emulū tulit suppetias. Non diu tn̄ pmāsit illa synceritas: Nam offensus a Philippo Odoacer,cum duce Turingię,quem uocāt lantgrauium,Latini comitē prouincialē appellarēt,transiuit ad Ottonē. Grata fuit Ottoni accessio. Nam Misnā,uicinasq́ꝫ prouincias Philippo parētes,euastauit. Hermānus tn̄ Turingus memorat⁹,malis coact⁹ est redire ad Philippū. Occasio uero per quam Bohoemus discessit a rege,hęc fuit: Vxorē Bohoemus suam, quę soror erat Marchionis de Misna Theodorici, repudiabat,inducta pellice,quā cōiugem ille appellauit ex Vngaria:eam arbitror fuisse Margaretā,Frederici Austriæ ducis,sine hęrede morientis germanā sororem, cui Austria uelut hęredi inhęrebat. Ea fœmina in prima adulescētia nupsit Hērico Imperatori,Friderici primi filio & alterius Friderici patri:quo moriēte,uidua permāsit,ad hęc tempora: Iam uero anus nupsit Odoacri regi Bohoemię:nam ille,non tam cōiugis ętatē,quam dotem animo uoluēs,sterile iniit cōiugium. Vlricus eo tempore Corinthiorum tenebat principatū: qui cum uirilē prolem non haberet, accœpta pecunia ex Odoacre,quem alii Otokarū uocant,Carinthiā,Carniolam, Marchiā Sclauonicā,& Portū illi Naonis tradidit: Veronēses,Feltrēses,Teruisini, & multi ex Foroiulio se illi submiserunt: Ita aucta per multas prouincias ditione,animo Bohoemus intumuit.

Duo Ro re gis ambo coronati.

Bohoemi potius ducē quam regem uolūt.

Bohoem⁹ repudiat uxorē

Anus nubit adultero.

Odoacer late dn̄atur.

CA. XX.

Ergo cum repudiata Misnensis marchionis sorore, Odoacer rex aliam cōiugem superduxisset, ille germanę iniuriā non leuiter ferens,querit Philippo Romanorum regi:Ille amicū regē cōmonet facit per nunciū, ut cōthoralem recipiat: Vbi pertinaciter recusat, Philipp⁹ marchionis memorati instinct⁹ stimulis,cęterisq́ꝫ principibus, qui uel sanguine,uel affinitate cōtingerēt Theodoricū,indignā rem maligne ferentibus,regem Bohoemię euocatū, ut responderet querimoniis, nec uenire dignantē,legitimis euocationibus,ac cōpetentibus ad rem dilationib⁹ cōstitutis,cōtemnentē per solennē sententiā,regno destituit. Erat per id tempus Magdeburgi nobilis ex Bohoemia iuuenis, qui ibi literis inuigilaret Theobaldus,magno genere editus, multis propinquorum titulis ad regnū cōmēdatus:quem Philippus de regno inuestitum, literis cōmēdabat regni proceribus. Continuo per Bohoemiā magni motus exurgūt: concurritur totis regni uiribus. Odoacer,ut regnū defenderet annitit: Theobaldus,ut eiecto illo, regnaret pro eo. Sed tum difficile fuit innutritū armis regem pellere:quocirca cœptis destitit Theobaldus. Odoacer aūt consti

Bohoem⁹ per sentētiā regno priuat.

tutis rebus in Bohœmia, in Philippũ se properauit uindicare, tãti in se motus cõcitatorẽ: Iungit̃ illi Hermãnus, ut diximus, Turingię princeps, oblitus consobrini sui Philippi: Natus enim erat sorore Friderici Imperatoris .I. Otto rex, ut magis, atq; magis, sibi deuinciret Hermãnũ, urbes Northusen, & Molhusen, illi perpetuo possidendas attribuit: ut quę prius Saxonici erant iuris, exinde ad Turingiam pertinerẽt: Cupide amplexus est donationẽ regiã Hermãnus. Sed q̃uis magnis uirib' Bohœmus atq; Turingus, ducerẽt in Philippũ: non tñ ausi se credere aciebus, prælio confligere in aduersum abstinuere: sed uastationibus late excurrẽtes solũ indulsere. Philippus quoq; auctus uiribus Lupoldi archiepiscopi Mogũtini, Erpessordiã tenuit. Inde ,pcurrẽs, Hermãni Turingi prędia, igni, ferroq; fœdauit. Ex diuerso Bohœmi nunc Ottonis in partibus militantes, ferox hominum genus, quod sacra, prophanaq;, semper in ęquo habuit, uicinas omnes prouincias nudauerũt, deformarũt ecclesias, monasteria uirorum, fœminarũq;, direptione facta flãmis succẽderũt, sacris uasis, ac uestib' ludibrio habitis, sunt miserabiliter abusi: pallas altaris, equorũ faciunt uelamina: Sacris ipsi uestibus per ludibriũ & cachinnũ induunt̃. Ea semper fuit Bohœmorũ insolẽtia, Wãdalicis traducta radicibus, quę permittẽte Deo per ętatẽ auorũ nostrorũ nimis exaucta, in beluinam excreuit ferocitatem, cum natiuę ferocię, uesania mentis hęreticæ accessisset, in qua iam multis annis, permittente Deo, induruerunt.

Northusen & Molhusen alienantur.

Turingia uastatur.

Bohœmi ab olim sacrilegi.

CA. XXI.

Russiã ad eam diem quietã a principib' Christianis, cum omnes in circuitu gentes Christo crederẽt, antiquus gẽtilitatis error occupabat. Primus eam gentem a mari inuasit rex Danię secũdus Waldemar'. Iam enim Poloni, Pomerani, Rugiani Christo crediderũt. Iam per Liuoniã fidei Christianę iacta erant fundamẽta. Albert' tertius Liuoniẽsis episcopus, a Bremẽsi archiepiscopo cõsecratus, cum esset de collegio suorũ Bremis canonicorũ, iam Rigam nouã urbẽ cõmuniuit ad flumen Dunę, quod ex Russia diffluit in mare. Ergo Prussiã rex memorat' magno agmine aggredit̃: eoq; gentẽ perpulit, ut sacram Christi fidẽ suscipere pollicerent̃: Sed quod metus expresserat uotum, non diu permansit. Rege enim cum exercitu in Pomeraniã abeũte, Prussi ad pristinas sordes redierũt: donec per fratres ordinis Teutonicorum tempore. II. Friderici, qui illis terrã Prussię permisit gubernãdã, ad plenã religionis Christianę normã perducerent̃. Iam uero cœpit illa grãdis per Italiam perq; Germaniam rerum turbatio: quę regnũ, & sacerdotiũ, magnis iterũ motibus cõmisit: nec scio an unq̃ maioribus: Cum Fridericus. II. aduersus Ottonẽ electus, grauissimã ecclesię perturbationem moliretur, resuscitãs antiquas de Italię prouincijs, deq; inuestiẽdis episcopis, cõtrouersiam: de qua Henrici duo. IIII. & V. pater, & filius, inde Frideric'. I. huius auus, & deinde Otto. IIII. grauissime, sed frustra cõtenderũt. Vterq; princeps Christiani orbis, gladiũ suum distrinxit, in aduersam partem: Papa execrationibus, maledictis, interdictis, anathemate utit̃ in Imperatorẽ: Ille carnalẽ gladium distringit, in omnes, qui parẽt põtifici, clericos, sacerdotes, episcopos: Car

Prussi ultimi Christiani.

Riga munit

Cõtentio inter regnũ & sacerdotiũ

Papa excõicat Imp.

dinales urbē petētes capit, uinciri in carcere iubet: itinera obsidet, ne quis Romā petat: Cum multis pōtificibus durabat ista diuersitas. Post longā duorꝫ annorū sedis apostolicę uacationē, Sinebaldus, in Innocētiū. IIII. mutatus papatū accœpit. Erat is pridē in cardinalatu, Imperatori, cęteris omnib⁹ familiarior: obseruabat ille Imperatorē, propter cognationē suā, cui timebat ab Imperatore. Impleta electione, currebāt, qui nunciarēt Imperatori, rem, ut sperabat, gratissimā: Sinebaldū ei deditissimū, esse surrogatum pōtificē. Fridericus, qui nosset hominē, fertur respondisse: Sinebaldum, ex amico cardinali, nūc factum hostem sęuissimū, quod ille facto impleuit, execrationibus insectatus Imperatorē super omnes prędecessores. Sed hęc Italis scribenda linquamus.

Creatur Innocētiꝰ. IIII.

Notabile responsū Imp.

CA. XXII.

Iuonia interim, & si pulsaret grauissimis motibus Letuanorum, proficiebat tamē in Christianismo, ut iam tota Christo crederet: maxime annitēte Alberto Liuoniēsi episcopo: qui uer⁹ Liuonū apostolus, per annos triginta, ecclesiā nouellā & instituit, & amplificauit, multis laboribus, & periculis exantlatis, terra, mariꝙ: cum gladium etiā carnalem, ipse in cōtumaces fidei hostes, sępe distrinxisset, in pace Christi cōquieuit: Cui Bremenses canonici, suo, ut putabāt, iure, de suo consortio Albertū alium ecclesię scholasticū, uirum dignissimū surrogarūt: Sed Rigēses canonici, iam ad bonum modū aucti, cōmuni omniū ecclesiarꝫ iure, sibi quoꝙ utendū putauerūt: ut de suo gremio episcopū substituerēt. Elegerūt ergo quedā ex suis Nicolaū: Est causa in Romanā curiā deuoluta: ibiꝙ aliquādiu uentilata. In fine aūt per sententiā Bremensib⁹ perpetuum indicit silentiū. Albertus tñ iste iam consecratus episcopus, Lubicę, ut diximus, sedit annis sex, ecclesiam illam uiduatam, strenue gubernās: donec per summū illi pontificē de alia prouideretur. Nam cum iterum sedes illa Liuonię uacuarēt, missus est in eam authoritate summi pontificis iam archiepiscop⁹: cum iam regis Danorꝫ accedēte opera, Estonia q̄ꝙ Christo crederet, obtinuit in ea sedē episcopalē Reualię, quē regni sui metropolitano subesse rex ordinauit. Iam Tarbatēsis, Osiliensis, Curoniēsis sedes fundatę sunt: ita ut cū suffraganeos tres sedes haberet prima, generale nomē euanuit: ut nō in reliquū, ut pri⁹, Liuoniēsis diceret: q̄d nomē tum habuit, cum in ea, ꝓuincia solus esset. Cum uero accessissent sedes suffraganeę, iam Rigēsis cœpit esse sedes metropolis: cui post Albertū Nicola⁹: Nicolao ali⁹ successit Albert⁹: is qui Lubicēsem sex annis gubernabat ecclesiā. Sed omissis reb⁹ Liuonię, quę sunt Wandalię nostrę penitus extraneę, in prouinciā, quā suscœpimus cōmemorandā reuertamur.

Liuonia in Christianismo ꝓficit.

Discordia in electione ad epatū Liuoniensem.

Estonia credit Christo per Danos.

Sedes Rigēsis fit metropolis.

XXIII.

Randēburgensis marchio, in solo, ut diximus, Wandalico principatur: Ideo eius prouincię res claras non omittere, erit ex ꝓfesso. Otto per id tempus Brādenburgensis marchio, bellū gerebat in Ludolphū episcopū Halberstadēsem, inuicē pro more grassantes, multa sibi mutuo intulere damna: Sed Otto, dum incauti⁹ pugnat, intercipitē ab hoste, insidijs sibi cōstitutis, protractusꝙ stetit in carcere, donec ad nutum se redimeret uictoris. In arce Lāgesteen seruabat quoadusꝙ ꝓmit-

Otto marchio capitur & carceratur

teret episcopo opidū Aldesleue, cum pertinētijs suis, adijceretq; nō modi cum argēti pondus in sui relaxationē. Quo tēpore, cum ageret a Christo nato. MCCXXXV. Vngari cōgressi Australibus, ducē cum omni nobilitate oppresserūt: Eā rem indicāt uersiculi satis barbari, in uetusta sculpti rupe: Anno milleno centeno terq; triceno. His quinquaginta si misces tunc bene disces. Austria q̄ tota sit principib⁹ uiduata. Terraq; cornuto discet seruire tributo. Sed hi uersiculi prǽferūt annū. MCCXL. Quia in mētionē Austrię incidimus, operępreciū est agnoscere, cum apud ueteres nulla sit Austrię memoria, a quo tēpore iste ducat⁹ cœperit habere initiū: Nam Austrasia, quā Gallici memorant, est prouincia Metēsis, quę Gallicis uidebatur australis: Sed nos de Austria, non Austrasia requirim⁹. Satis constat inter Geographiæ peritos, Noricū olim dictā prouinciā supra Danubiū in austrū: Cōradus aūt Franc⁹, eius nominis. III. Ro. rex, cum eius prouincię iam princeps, qui dux Noricorū, usq; in illū diē uocitabat, defecisset, nec sui sanguinis reliquisset heredē, germano fratri suo Hērico, illū ducatū permisit creans ducē Austrię, abolito ueteri titulo Noricorū: unde clarissimę urbi Nurenbergę, nomē credit remansisse: Illiq; Henrico fratri suo cōiugem dedit Gertrudem, matrē Henrici Leonis: Sed ea non superfuit: nunc eius stirpem Vngari deleuerūt. Sic se res habet, generatio transit, & succedit altera: nomē autē Dn̄i manet in ęternū. Swiceri quoq; huic genti Austriæ inimica natio, sæpe illi colluctati, multos eius duces perdiderunt: quod suo tempore cōmemorabimus: nunc quoq; cōmonuisse sufficiat, stirpem Francā, de sanguine Conradi. III. Romanorū regis, hoc esse tempore bellis interemptā: seruiuitq; terra aliquādiu Vngaris, donec illam rex Bohœmiæ per occasionē accœpisset, ut dixim⁹, dotalem: unde peruenit ad Rodulphum Romanorum regem, & in posteritatē eius: quod postea suo tempore ostendemus.

Vngari Australes opprimunt.
Austrasia Metēsis prouincia.
Nurēbergæ nomē unde.
Swiceri Austrijs infensi.
Stirps Frācā bellis interēpta.

CA. XXIIII.

I Nterim in Holsatiam reuersus ab urbe Roma Adolphus frater minor, comes Holsatię, dispensationē afferebat apostolicā suscipiendorū ordinū sacrorum, & in urbe subdiaconus, a magistro ordinis prędicatorum, episcopo diaconus, & a Iohanne episcopo Lubicensi, presbyter est ordinat⁹: Afferebat enim literas ei⁹ tenoris: Vniuersis præsentes literas inspecturis: Frater Reynardus, & frater Gerhardus dn̄i papę pœnitentiarij: Salutē in Dn̄o: Noueritis q̄ nos audita confessione fratris Adolphi, ordinis minorū fratrē, prǽsentiū petitorē, eidem super omnibus articulis, pro quibus duxerat ad apostolicam sedem laborandū, & de similibus, siue minoribus, si quos in obliuionē deduxit, de speciali mandato, uenerabilis patris nostri Ottonis sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconi cardinalis, cui dominus papa plenariam super hoc concessit potestatem, beneficiū absolutionis impēdimus: & ut ad omnes sacros ordines ualeat promoueri dispensauimus cum eodē, iniuncta sibi pœnitentia salutari. Datū Laterā. X. Calend. Maij: pontificatus dn̄i Innocētij papę. IIII. anno primo. Hic accœptis ordinib⁹, primā missam peregit dn̄ica Omnis terra, in Zuuentina, loco ualde solitario, & fratrum minorū eremitorio: &

Adolph⁹ Holsatię comes presbyter ordinatur.
Literarū dispēsationis copia.

in Hamburgo, loco primo comitatus sui, in quadragesima, publice apud fratres minores die Gregorij celebrauit. Filij autẽ eius Iohannes & Gerhardus, iam ex academia Parisiensi redeuntes in Holsatiam, ditionem diuiserãt. Incessit per ea tempora grauis indignatio regi Danorꝫ Erico, in fratrẽ suũ Abelem Slesvvici ducem, comitum Holsatię sororiũ. Accessere partibus fauores ex nobilitate proxima. Nam regi militabãt, Gũcelinus de Zuerino comes, & Burevvinus iunior, cum fratribus, Magnopolenses, principes: Abeli inheserant propinqui sui, comites Holsatię. Guncelinus, satis inmemor beneficij, quod nuper illi impenderat dux Abel, cum illum recõciliaret fratri suo Danorꝫ regi: recordãtis ꝙ Guncelini pater, amborꝫ Erici & Abelis patrẽ VValdemarũ regem cœpit, in carcere tenuerit, & ęre magno emũxerit: quod in Dania diximus. Antiquauit eam memoriam Abel, & fratri ex animo excussit, recõciliãs regi Guncelinũ: Nunc idem Guncelin⁹ arma, ꝓducit in Abelẽ: nam cum regi placere cõtenderet Guncelin⁹, cum principib⁹ VVãdalicis mouit in Todeslo opidũ, quod Iohanni Holsatię comiti pareret: & congressis, qui ibi in prędidio steterãt Holsatis, nõnulli cęduntur, alij capiuntur. Hoc initiũ belli: Ceterũ cum rex fratrem grauius persequeretᷣ, in id excreuerũt odia, ut Abel in necem fratris molitus, pergit, ut in Slesvvico captus, in nauim abduceretur: ibiq; gladio cęsus, periret: quod in Dania sumus pleni⁹ exequuti.

Simultas grauissima inter fratres.

Gũcelin⁹ Abelẽ inuadit.

Eric⁹ Danorꝫ rex obtrũcatᷣ

CA. XXV.

Admonitus hac VVãdalorum incursione Iohannes comes Holsatię, arcem cœpit communire in Todeslo, intra Trauenam, & Bestam riuos, ut imposito pręsidio, tutamen esset ab impetu hostili: Sed eius arcis nulla hodie extant uestigia. Ducto autem in lõgum bello, comites expeditionem fęcere in regem, quã in Saxonia signauimus. Hoc est illud temp⁹ anni quinquagesimi post mille ducẽtos, quo ministeriales ecclesię Bremensis, in flumine Lu, in fundo Harsueldensi extruxerũt præsidium, Homeborg uocitantes: unde posteris annis multæ sunt factæ excursiones in terram Luneburgensem. Quę res inditio est, quod crebre cõmemorationes arcis Horneborg, non hanc palustrẽ, nunc demum fundatam, sed illam super Albim, quę nunc est ditionis Luneburgensis, designarint: unde colluctatio crebra fuit archiepiscopis, & ducib⁹. Res uero nouitate sua mirabilis, a nobis pręteriri non debet, quę his diebus in Burgundia apparuit: rebus, ut ostendemus, VVandalicis, non aliena prouincia: Erat enim quinquagesimusprimus, cum nouo & inaudito miraculo in Burgundia imperiali, duo inuicem montes discessere: uallis amborum media, magno scinditur hiatu, per quinque, ut ferunt, passuum millia: Omnẽ plebem rusticã, in ipsa ualle, aut montium pede conmorantem, aut hiatus absorbuit, ut saxa montibus deuoluta, peremerunt. Ferunt illo ipso tempore in Toleto Hispanię urbe, cum Iudęus rupem uillę proximam, quę uineę imminebat, scindere pararet, ut amplificaret uineam, & solis radios admitteret, scissa cuneis rupe, reperit cõcauitatem cameratam plenissimam, inq; ea librum ilignis folijs inscriptum, ad longitudinem psalterij: ibi tribus linguis Hebraica Gręca & Latina legebatur, de triplice mũdo,

Pręsidiũ Horneborg erigitur.

Mõtes prodigiose dissiliũt

Aliud prodigium.

ab Adam: initio tertij, nasciturus esset Dei filius: & quod tempore Fernandi regis Castellæ, sub lucē uentur⁹ esset liber. Iudęus comperta tāta uetustate, mox cum omni domo sua est baptisatus. Cui non dissimilem rem narrant Romanę historię, de lamina inscripta, quæ in lucem prodijt, sub Hirene orientis Imperatrice. CA. XXVI.

Iudęus cū oī familia baptisatus.

Er ea tempora cum res Christiana plurimum augesceret in Liuonia, ecclesię, quod proxime diximus, suffraganeæ erigerentur, Albertus secundus, qui Lubicę per annos. VI. consederat, iam morte Nicolai sede uacuata, uenit in ecclesiam Rigēsem, iam archiepiscopalem decreto Innocētij. IIII. factam: primus ipse archiepiscopus: cum ante eum quatuor episcopi Liuoniēses extitissent, Meynerus, Bertoldus, Albertus, Nicolaus: ipse iam secundus Albertus, ordine episcoporum quintus, sed in archiepiscopatu primus ecclesiam regebat metropolitanam. Ordo Gladiferorum fratrum iam stabat in ea prouincia: strenue uero rem administrabant bello: Sed cum hostiles incursiones a Letuanis multiplicarētur, audirentque fratres Teutonicos in Prussia uicinis gētibus cum plurima laude & prosperitate colluctari: operæprecium putauerunt maiores illorum uires implorare. Itaque missis nuncijs orauere, ut uenientes, terram protectione sua tuerētur: fratres in suum ordinem coaptarent: se suaque omnia illis permissuros. Non erat res quę multa supplicatione esset extorquenda: facile impetratur, quod magis commodat rogato, quam roganti. Venerant fratres Teutonici ex Prussia in Liuoniam, prolatata ditione, etiā illam suscepere prouinciam defensandam. Iam urbes fundatę, arces erant communitæ, iacta bonarum rerum optima fundamenta. Sed nos tempus admonuit commemorare, quo ordine, quoue tempore, memorati ordinis Teutonicorum fratres in Prussiam peruenerūt. CA. XXVII.

Gladiferorū ordo i Liuo.

Gladiferi frēs Teutonicos accersunt.

Frēs Teutonici Liuoniā suscipiūt defensandam.

Eutonicorum ordinem militarem, titulo beatę Marię, in ipsa expeditione principum, sub Imperatore Friderico. I. terrā sanctam magnis agminibus transeuntium, post mortem eiusdem Imperatoris, ab officio pietatis in terra sancta sumpsisse principium, ante dixim⁹. In eum multi se contulere militares uiri, fortiter in terra sancta pugnantes: obtinuitque secundus Fridericus ab Honorio summo pontifice eum ordinem cōfirmari: deditque fratribus per Germaniam disseminatis, Prussiam prouinciam, gladio ad Christiana sacra perpellendam: ut nihilomin⁹ memorati fratres, suū haberent agmen in terra sancta, quotiens opus uideretur. Huius ordinis magister sub eodem ad huc Friderico Imperatore, ibat nauigās Ptolomaidā, cum expeditione Brūdusij coacta: quam Fridericus, destituit nauigātem. Cunque rem in Asia Christianam per inducias Damiatę cōstitutas, cum intercœptus esset rex Frācię cum multa nobilitate, perque Friderici perfidiā torpescere uideret, & cum ipso Friderico redijt in Italiam: Massanensi archiepiscopo, & eodem magistro, oratoribus Romā missis, pacē Fridericus ac ueniā suplex orauit. Pontifex tū his conditionibus est assensus: uiginti centūque millib⁹ auri uncijs eo bellorum in

Origo ordinis Teuton.

Ordo ab Honorio cōfirmatus.

Frid. Imp. ueniā a pont. orat.

Italia impendio cõsumptis, in ecclesię erariũ relatis, Fridericus benedictione apostolica restitutus Imperator & rex utrobiq; in Sicilia & Germania appellaretur. Dum ergo rebus Asię nullo sunt usui fratres Teutonici, amplificandis in Prussia rebus intenderũt: & fœlici auspicio terram omnem sibi parere, populũq; sacrũ subire baptismũ, coegerũt. Aucta est optimis incremẽtis ibi res Christiana: & usq; ad Liuoniã, quod dicere cœpimus, fratrũ memoratorũ est ditio propagata.

Frãs Teutoni ci Prussiam subegerunt.

CA. XXVIII.

Iarimarus in Zielãdiam.

Hoc etiã tempore Iarimarus princeps Rugianorũ, qui ex multis annis Danorũ regno paruerat, tũc perarmata classe, infestus contendit in Zielandiã Danię: cum foueret, nescio quid, simultatis, in Danię regem Christopherũ: pertęsum est enim aliqñ Danorũ imperij gentẽ Wãdalorũ: cum cernerẽt omnes congentiles suos, qui aliqñ Danis suberant, iam subductis iugo ceruicibus, solum iustis in sua gente principibus parere. Iarimarus aũt tum opidũ Nestwede expugnauit, diripuitq; & longe lateq; excurrens, incendia miscuit depredationibus: Contraxit tantum perinde in gente Danorũ odium, ut ne nomẽ eius audire sine stomacho paterentur. Mendici aliquando, ut fit, peregrinatũ egressi Dania, declarauere gentis suę longęuam in hũc Iarimarum indignationẽ: Nam in Rugiam descendentes ex his nõnulli, si quis pro salute defuncti Iarimari illis exhiberet eleemosynam, cõtempsere: cum indignatione auersi. Hũc ego Iarimarum primi illius, qui a Waldemaro primo uictus est, filiũ esse contendo: Nam eundem hunc esse, ratio temporũ non patitur. Rugia circa annum Christi septuagesimũ post centum mille, ad Christi fidem conuertitur. Iarimarus tum frater regis Tetislai in armis fuit: & iam annus est sexagesimus post mille ducentos, cum ista in Daniam excursio memoratur: Interuenientes ergo anni nonaginta, non patiuntur eandem personã in utraq; expeditione militasse. Sed per hęc tẽpora Dania in illum cõtemptum peruenit, ut facile a quouis impugnaretur. Christopherus suis inuisus, ejicitur regno: potuit tum pro illo restituendo, illa fieri Rugianorũ in Daniã expeditio: Sed nihil est opus in obscuris diuinare: satis est rem nosse gestam, etiã si ex quibus causis, ignoretur.

Nestwede expugnatur

Perpetuũ Danorũ i Iarimarũ odiũ

Rugia qñ ad Christianismũ cõuersa.

Christopherus Danorũ regno pulsus

XXVIIII.

Odoacer in gente sua Bohœmorũ adhuc regnũ tenuit, omnium regum potentissimus: qui imperium suum protulit ad mare Sarmaticum, quod nos appellamus Germanicũ: Cornelius Tacitus dixit Sueuicũ: Fũdauit in eo littore maris, prẽclarã urbem, cui nomen indidit ut Monsregalis diceret. Sedes nũc, magni magistri ordinis Teutonicorum, posteaq; bello Polonico patrum nostrorũ memoria, Mariebur gum arcem ornatissimã amisere. Sed per eam, quã nũc scribimus, temporis seriem: Belo rex Vngarię, magno bello, hunc regem lacessiuit. Ille aũt magno rex animo, hosti, licet potenti, cedendum non putauit: perarmatis ergo copijs, duxit in hostem: cõgressi durissimo prẽlio, diu pertinaces acies cõstitere in aduersum. Sed tum Belo rex Vngarię, acccepto uulnere excessit acie, cœpitq; inclinare fortuna Bohœmis, nam Vngari iam len-

Monsregalis opidũ fũdatur.

Belo Vngariæ rex in Odoacerem.

tius pugnantes, pedem retraxere: inde etiam multis cadentibus, fugam iniere: sequuti Bohoemi, urgebant terga fugientium. Cunctiq; ad ripam intercedentis fluminis peruenirent, nec parata inuenirent quo transponerētur nauigia, & quę aderant, festinatione, ac trepidatione prementium impleta mergerentur, ex omni numero ad sedecim millia Vngarorum (præter eos qui in acie, & fuga ceciderant) ibi perierūt. Victor Odoacer, incolumem reduxit exercitum. Mirum si in rege tanta sit uiuacitas, ut usq; in hęc tempora, idem ille regnum continuarit: qui a Philippo Romanorum rege coronam regni sui percœpit: Philippus autem intercidit ad annū octauum post mille ducentos. Iam ad minus habebat Odoacer annos uiginti: & iam tangimus annū Christi. LXX. post milleducentos: Ergo prope erat nonagenarius, cum hoc prælium conficeret: Memoraturq; hoc tempore uxore repudiata, superduxisse filiam regis Musgouię, siue Massouiam dicere uelint: Ea est enim pars Poloniæ, cum Musgouia sit in remotissimis Russiæ prouincię latissimę. Non hoc facile recipitur de uetulo nonagenario: sed de iuniore, qui potuit eius nominis esse filius eius. Hanc tamē rem in medio relinquim⁹; si forte manifestiora deinde eius rei indicia, in sequētibus deprehendamus: Potest enim uiuax senecta, quod arida iuuēta multorum negat.

Vngari fugiunt.

XVI. millia Vngarorum pereunt.

Massouia Polonię pars.

CA. XXX.

Scribit in Bohœmia sua Aeneas, Odinkarū (sic enim uocat, quē Latini Odoacrem) regem uocatū ad Imperij cœtum, uenire contempsisse: cum palam dictitaret, regem Bohœmię, nihilo esse minorem Romanorum Imperatore: Magnitudo enim ditionis, quam, ut diximus, tenebat, a Carinthia, Carniolaq;, per Bauariam, Bohœmiam, Slesiam, & Prussiam, animos faciebat. Rodulphus comes de Habspurg preerat Imperio: qui cum pridē regis Odoacri curię magister fuisset, minoris a rege pendebatur. Misit ergo Imperator legationem regi, Austriam, Carinthiam, cum cæteris Romani Imperij prouincijs reposcens: quando nec Austria muliebre feudum esset: nec Vlricus prouincias illas iniussu Imperatoris uendere poterat. Recusat rex: & armis tueri parat, quod legitimo accœpisset titulo. Erant qui se interponerēt uiri sensati bello, quod exoriri timebat. Effecerant inter utrosq; reges serio tractantes, ut Bohœmus modestior factus, Austriā redderet Imperatori: qui filiā regis Odoacris cōiugē accœpit: uicissimq; filio regis Wentzeslao, Impator reddidit suā filiā in thorū: Dotē accœpit Imperator de manu regis, prouincias alias, quas Bohœmus teneret, Romano tamē Imperatori debitas. Ita rebus constitutis, bellum uidebatur auersum: sed aliunde recrudescēte superbia, renascitur. Rex in uerba Imperatoris, ut Imperio subdit⁹, iurare urgetur. Serio negat: q tanti regni maiestatem non pateretur inclinare ulli mortalium. Imperator ab Imperij uiribus discedere non patitur. Nouū bellum in foribus: apparantur arma in alterutrum, coguntur agmina, educuntur exercitus, acies instruuntur. Rex tamen priusq̄ confligerent, missis oratoribus, offert se iuraturum: si modo honoris sui ratio habeatur: liceatq; in-

Bohœmiæ rex ad Impij cœtū uenire recusat.

Impator Imperij prouincias reposcit.

Impator regis filiā uxorem ducit.

Renascitur bellum.

Rex Impatori iuramētū offert.

tra tentorium coram paucis præstare iusiurandum. Accipitur conditio: Instruitur tribunal apparatu magnifico. Sedet Imperator in maiestate: ex latere, qui aderāt, electores, aliiq́ magnates: Procedit rex Bohoem⁹ cum paucis, suggestum petit, pedibus prouoluitur Imperatori: iuramentum quod exigebatur, hominij, & fidelitatis, de more præstat. Interea ex composito, dum ille iaceret ad pedes Imperatoris, quatuor partibus discissum corruit tentorium: Sic enim paratum fuit, ut innoxie caderet, & patefaceret cunctis, quod geri putabatur in occulto. Duobus exercitib⁹ monstratur rex ad pedes Imperatoris. Gratulantur tripudiantes Teutonici: mœsti indignantur Bohœmi. Rex & si intelligat quid agatur, premit iram, dissimulat in breue tempus. Vbi ad suos reuertit, fremunt cuncti: indignat, & stimulos facit imprimis uxor regina. Mox cūctorum procerum uoluntate, bellum indicitur: & capitis periculum denunciatur præsenti Imperatori, q̄ fidem non impleuerit expromissam.

Odoacer hominiū præstat.

Corruit tētorium.

Odoacer Imperatori bellū indicit.

XXXI.

Stabant utrinq́, ut diximus, parata agmina. Stabant ordines in acie, nihil expectatur nisi signum. Volēti ergo regi, impiger Imperator concurrit. Vbi cecinere signa, atrociter confligitur: multis utrinq́ cadentib⁹: sęuit per agmina Mauors. Sed rex Bohœmus dum irę nimium indulget, incautius pugnans, opprimitur. Quo cadente, in fugam respectant Bohœmi. Victor Imperator, illis fugientib⁹ aliquandiu iubet instari: demum canit recœptui. Sic perijt rex potentissimus, & ęuo grauis: qui si idem fuerit qui Philippo regi conflictauit, iam supra nonagenarium erat: Nam Rodulphus septugesimotertio peruenit ad Imperium: Philippus autem octauo post milleducentos occiditur. Qua ergo fuerit ętate, qui ambobus conflictauerit, facile inuenitur. Ex hoc rege redibat dotis nomine ad Rodulphum Bauaria: Austria quoq́ uacuata circa ea tempora, redibat ad feudum Imperij: permissaq́ ab Imperatore patre, filio eius Alberto, qui secundus post patrem imperabat. Wentzeslaus autem Odoacris filius, regno succedit paterno: cuius tanta fuit uirtus, ut Imperatore Rodulpho moriente, illi ab principibus Romanum deferretur Imperium: sed qua uirtute promeruit, eadem modestia recusauit: asserens satis superq́ satis sibi laboris esse, paternam ditionem ęquis legibus gubernare: externis se libenter abstinere, cedereq́ dignioribus: uir tanto Imperio magis donandus, quo magis a se abegit: Res quę in paucis inuenit exemplum. Fatigant cęteri cœlum & terram, ut imperent: Ille manibus pedibusq́, oblatum recusauit Imperium, regno suo contentus: quod tamen non diu post patrem tenuit, morte absumptus. Reliquit autem filium sui nominis: qui coronam adeptus, ordine regum septimus, non diu rebus pręfuit: nam dum in Morauia domo priuata spaciaretur, nihil mali ueritus, erat qui obseruaret, obtruncaretq́ regem. Deprehēditur homo Turringus cruento gladio, & priusq̄ de cōiuratis, deq́ modo rerum institutarum, ac omni scelere patefaceret, ab imprudenti populo laceratur. Ita factum est ut grāde hoc malū, quod nō paucos, neq́ leues haberet autho-

Odoacer opprimitur.

Wētzesla⁹ patri succedit.

Wentzeslaus Imperiū recusat.

Wētzeslaus Wētzslao patri succedit.

res in occulto remaneret: Nec ab re fuerit suspicari, conscios emolitos, ut patrato scelere occideretur: Vir non satis patri uirtute cõpar: & ideo multis inuisus: qui paternã in eo probitatẽ desyderabãt. XXXII.

Hẽric⁹ Carĩthię priceps rex Bohoemiæ creatur

h Enricus Carinthię princeps, per id tempus Pragę cõmorat⁹, rex creatr Bohoemiæ. Albertus Imperator, qui per mediũ Adulphũ patri in Imperiũ erat surrogatus, filium suum Rodulphum in regnum, pulso per arma Henrico, prouexit. Arbitratus, quod leges habent Romanorum, & regum consuetudines, ut uacuatum morte Wentzeslai absq; hęrede mare regnum, ad Imperatorem iure beneficij reuerteretur. Sed hic Rodulphus filius primo anno regni sui rebus excessit humanis: redijtq; Hẽricus memorat⁹ ad sceptra: iam enim Albertus Imperator absumptus est: cęsusq; ab proximo suo. Rodulphus, Rodulphi Imperatoris erat filius, Alberti Imperatoris germanus frater: Is accepta coniuge filia Wentzeslai, germana sorore filij Wentzlai Agnete, genuit ex ea filiũ Iohannẽ: Is cum sequeretur in armis Albertum Imperatorẽ patruũ suũ, nullam sui ab patruo, in cõferendis regni beneficijs, indoluit haberi rationẽ. Cõtulit multa multis Imperator: solus Iohãnes ex fratre nepos, præteribatur. Id acer iuuenis non iuueniliter animo uoluẽs, trãseuntẽ per Reni ripã Imperatorẽ Albertum, minus iam armis tutũ, confodit, & elabit: Postea facti poenitens, adijt sedem apostolicã, ut gratiam mereretur patrati apud Deum & homines, atrocissimi sceleris. Papa illum remisit ad Imperatorẽ, ut eius arbitratu de scelere satisfaceret. Is erat Henricus. VII. de Lutzenborg. Ad quem cum Iohannes a põtifice missus, uenisset, atrocitatem sceleris in supremũ dñm secum reputans, & coniunctissimi principis necem, animo uoluens, iniunxit, ut armis dimissis, ingrederetur eremitarum diui Augustini ordinem: ibiq; quãdiu uiueret poenitentiã impleret: quod ille uolens factitauit: Sciebat enim nusq̃ sibi in sęculo tutum, uiuere: inter acerba odia tantæ nobilitatis. Henricus autem Imperator non ęquis aspitiens oculis, regnare in Bohoemia Henricum Carinthiæ principem, accersibat e regno Elizabet nouissimi Wentzlai filiam: & eam Iohãni filio suo adulescenti optimo, Spirę dedit uxorem: armisq; ualidis misit in Bohoemiam Vbi expugnata Praga, quam tenebat Henricus, fugere illum, & redire coegit in Carinthiam suã. In ea domo per aliquot successiones mansit Bohoemia, usq; ad ętatem nostram. CA. XXXIII.

Hẽric⁹ Regnũ restituitur.

Io. Imp. Albertũ patruum suũ confodit.

Iohãnes ordinẽ D. Augustini igredit

Hẽric⁹ fugat

Dorsow arx.

Arcis custos cæditur.

i N terra Obotritorum, quę nunc Magnopolis est, per eã ętatem arx erat sita ad intimum maris sinum, qui de mari magno tractu terram ingredit: & cui de mediterranea obui⁹ fit riuus: Ad hũc sinum arx erat, Dorsow illi nomen dedere: extat hodie opidulum rusticum nomen referens: Ea tum paruit comitibus Holsatiæ, incertum quo iure, armis capta, an ex foedere tradita, uel forte æra coempta. Habitatores, & arcis custodes, clam comite receptauere, ut fit, publicorum itinerũ insidiatores: Id non passus Iohannes Adolphi religiosi uiri filius, comes Wagriæ, cum aliquando adequitans, noxam deprehenderet, iussit arcis custodem publico iudicio damnatum, gladio cædi. Nec tamẽ illo ceden

te, res factæ sunt meliores. Ciues autem Lubicenses earum rerum impatientes, cum Iohanne Obotritorum principe, quem tum pro consuetudine suæ gentis, Wandalica lingua Knese Ianike appellauere. Aderat filius ei⁹ Henricus, qui deinde in peregrinatione terræ sanctæ captus, diu fuit inter Saracenos, quod dicemus: Pater & filius, ciuibus Lubicensibus colloquuti, societatem oppugnationis in dictam arcem inierunt: iunctisq; armis & animis, eam expugnauerũt, ac solo deiecerunt: dederuntq; principes memorati, ciuibus Lubicensibus priuilegium, ut eo utentur riuo, ad aliquot millia a mari, supra opidũ memoratum. Q; q; nemo in perpetuum firmaret arcem, aut præsidium, ad eius riui utrinq; ripas, & ad certos limites ciuitatis memoratæ. Quo tempore Wismaria nouũ opidum, ut totum ex lateritijs instauraret, perijt incẽdio: quod plerisq; maioribus prouenit urbibus, quæ in floridiores emicuerunt: mansissentq; in reliquijs primæ uetustatis, rusticeq; uilitatis, nisi purgator ignis, renouari ædes cõpulisset. Circa eadem tempora, Guido cardinalis de latere, missus in Daniam, componendis rebus, inter regem & archiepiscopum Lundensem, per Germaniam quoq; prouinciam suam, multa constituit, quæ extant: de Lubica aũt transfretauit in Daniam: multam ibi impẽdens operam, ad liberationem archiepiscopi Lundensis, quẽ Ericus rex uinctũ tenebat in carcere. Cũq; diu laborans, nihil proficeret, festinauit egredi, regem excommunicãs: interdixit diuinis per omne regnum. Excreuit iste legatus, in quartum Clementem summũ pontificem, qui per omnes gradus euectus ad summum sacerdotium. Erat iurisperitissimus aduocatus, in concilio regis Franciæ: uxorem tum fouens ac liberos: uxore defuncta, factus est episcopus Podiensis, inde Narbonẽsis archiepiscopus, quo ex gradu factus est cardinalis Sabinensis, & in eo functus est legatione in Angliam, & Daniam: absens mortuo Vrbano, electus est summus põtifex. Is cum uideret Coradinum nepotem Friderici. II. ex Conrado filio, magnis multorũ fauoribus duci per Italiã, miserat⁹ adulescẽtis sortem, fertur dixisse astãtibus: ducitur iste ad certam mortem, ut bos ad uictimam ignarus, quod ita euenit: nam capt⁹ cũ duce Austriæ, a Karolo Gallo uictore, per ignauiã Romanorũ, cæsus publico gladio interijt. Hic Karolus comes in prouincia, ab Vrbano pontifice inuocatus, contra Manfredum Friderci bastardum, regnum Siciliæ uictor obtinuit.

Colloquium inter Obotritorũ princip. & Lubicẽ. — *Wismaria crematur.* — *Guido cardinalis legatus in Daniam.* — *Quib⁹ gradib⁹ Guido i Sũmũ põt. excreuerit.* — *Coradin⁹ cæsus.*

CA. XXXIIII.

Ex primi Burewini per Henricum filium, qui præcessit morte patrem, nepotibus, primus Iohãnes filium habuit itidem Henricũ, Is ad nouã in terrã sanctã expeditionẽ, quã Gregorius. X. absens creatus pontifex, cum primum potuit edixit, anno septuagesimosexto post milleducentos se accinxit, crucem accipiẽs, in terram sanctam cum cæteris peruenit: Et cum ad prædam cum aliquantis exisset, a militibus Saracenorum Saldani captus, per totos sex & uiginti annos, quæ magna pars est annorũ uitæ, in seruitute permansit. Infœlix peregrinatio, & omni pro Christo morte grauior. Anastasia autem uxor eius, cum ignoraret quid marito accidisset, cæteris redeuntibus, nec omnino certum aliquid

Henric⁹ expeditionẽ in terrã sãctã init. — *Capt⁹, annos xxvi. detinet.*

de eo renunciãtibus, ipse non rediret, incerta, uiueret necne: Captũ audierat, sed an in eo statu diu superfuerit, nosse non poterat: de consilio patris sui, Bernaim ducis Stetinensis, Luigardã amborum filiam Pribislao Duci Gneznensi despondit uxorẽ. Erat ea annis nouem in contubernio mariti, puella insignis, & bene morata: Qualis enim uixerat, mira post eius mortem opera prodiderũt: Maritus zelotipus, cum, nescio quid, suspicaretur, obijceretq; puellę, eam in cubiculo clam strãgulauit: Sed uitę innocentiã, testata sunt ad tumulum eius facta miracula: Interim pater in captiuitate permãsit. Per quę tẽpora, iterũ Lubica insignis ciuitas, proprio per negligentiã incendio cõflagrauit, iam quarta uice. Nam primo sub Adolpho, secũdo uix bene cõsummata, cum eam acciperet Hẽricus Leo: deinde du centesimonono, cum usq; ad quinq; dom⁹ periret: tertio circa annũ quadragesimũ, pro parte media: nunc uero post milleducẽtos anno sexto & septuagesimo. Ex hoc aũt nouissimo incẽdio, eo qui nunc cernitur ordine instructam, cõpertum habemus: ut in longum, uelut per dorsum duę tenduntur platee: Ex lateribus autẽ uelut costę deriuent uiculi, hinc ad Trauenam fluuium inde ad lacum Wokenissam: qui utrinq; ciuitatis muros alluunt tutanturq;.

Marit⁹ Polonus strãgulat uxorẽ sanctã

Lubica quater cõflagrauit.

Platee Lubicae.

CA. XXXV.

Nicolaus ex nepotibus Burewini, per filiũ Henricũ in distributione patriarũ ditionũ, sortitus est Wandaliã, uberẽ frugũ prouinciã, opidis non cõtemnẽdis plenã: Duxit uxorem filiam comitis de Anehold: ex qua reliquit filios Hẽricũ, & Iohannẽ: nam tertius Bernhardus dormiuit ante legitimos annos. Erant Nicolao per sua tempora multa cum marchionibus cõterminis bella: Timor Dei & circumspectio sollicita tutũ illum præstare inter ardua uidebant, mores, & uerba futilia quę nullum prę se ferre põdus uideretur: sed erat prudẽs, & uirilis, in corpto cõstantia: ludicra, & leuia, & inania uidebãtur quę dixit: Sed in exitu apparebat prudẽs cõsilium. Marchiones Brãdenburgenses, insigni tunc, ut nũc electuræ principatu, Wandalorũ principes, suos habuere satellites: uestem illis curialem, quomõ domesticis misere: Eam honorifice excepit Nicolaus: & cum prodiret in cõspectum, ea tectus ibat. Erat cõtrouersia de finibus, uentũ est in cœtum ad tractandũ super rebus: male sibi timuit Nicolaus: Nouit superbiã maioris principat⁹: Armauit ualidã suorũ manũ, & clam habuit tectos umbris, & nemorib⁹: iussit tñ expectare signũ: stare suspẽsos: ut cum ille pileum suum proijceret ludibũdus in altũ, erũperẽt. Cœperunt tractare magnates super cõtrouersijs: Ille de suorum cõsilio, quod uisum est, in rem iussit responderi: Ex uerborũ alterna cõtentione, cœpit indignatio marchionũ clarescere: Nicolaus risu excepit rem: Quantũ est, inquit, si illustres uos marchiones, hominẽ tenuem Wãdalũ, uestra ueste tectum, opprimere contẽdatis? Sit æquũ, sit iustum inter nos iudiciũ: Alioqui, si uim paratis, indecorũ est, uestra ueste contectum, accipere iniuriã. Si omnino, ut apparet, indignantes sęuire paratis: sinite honoris gratia, ut uestem ponã, quam dedistis: ne crebrescat rumor domesticũ marchionũ per uim oppressum: Cum murmur cresceret, & alti⁹ irę spira-

Wãdalia frugum ubera.

Wãdalię dñi Marchionũ satellites.

Vafriti Wandali risum.

rent, reputantiū ſibi illudi: uiſum eſt Nicolao, prope eſſe, ut uim intētaret: Putabat non expectādum: ſed ludens de ſuo more, pileum ſuū proiecit in aera: Accœpere ſignum, qui latuere, & incurſione facta, nudabant arma. Marchiones non tam ad arma parati ſeceſſerūt: nec tñ ſine cęde, & ſangui ne trāſigi potuit: Capti ferūtur aliquāti militares: Sed Nicola⁹, qualicūq; cōſilio, ita rem peregit, ut ſua tueretur: Ioculares nōnunq̄ pretuliſſe leuita tes uidebatur: ſed nō degenerauit exitus a ſapienti prouidētia. Stabat ali quādo in cōſpectu marchionū, ad ſimiles cauſas de finibus cōtrectandas: & cum quadrare ſibi reſpōſa non uideretur, detracto pileo, ecce inquit cal uus Wandalus: rurſus repoſito, ecce audaciſſimus miles: Cachinno exci pitur a magnatib⁹: ſed tam illius iocos, q̄ aliarꝝ grauitatē uerebātur. Le gimus Ironem, Socratē, Aeſopū fabulatorē: ſed inerat reb⁹ ludicris ſum ma prudentia. Nicola⁹ ad annū. LXXVII. peruenit, poſt milleducētos: tumulatus cum patribus in Dobran. Iſte Nicolaus reliquit filios Iohan nem, & Hēricum. Iohānes ex uxore filia comitis de Lindow, genuit filios Nicolaū, Iohānem, Gunterū, Hēricū, & Bernhardū: quorꝝ duo nouiſſi mi ordinem predicatorꝝ in Robel ingreſſi, ibi finierūt: Gunterus in cano nicatu Magdeburgēſi moritur: Pater defecit. LXXXIII. Nicola⁹, & Io hānes, paternā ditionē regunt. Hēricus Iohānis frater, genuit Henricū, & Nicolaum parricidas: eo ꝙ pater tranſierit ad ſecunda uota, cęſus ab illis in Rugia ad uillam Zale cum capi non pateretur, preter intentionem, ut ferunt cedentium.

Nicolaus in morib⁹ leuis, in factis grauis.

Duo illuſtres ordinis predicatorum.

Duo illuſtres parricidæ.

CA. XXXVI.

Er quę tempora, in principatu Roſtockcēſi erat Burewin⁹ terti⁹, p Hērici, quē ſtirpē nobilitatis facim⁹, fili⁹, primi Burewini nepos: iſq; ex filia regis Danorꝝ Margareta, genuit filios Ericū, Henricum, Waldemarū. Burewin⁹ in ętate ꝓuecta cœcus degebat. Filij illum Ericus & Hēricus cœcitate percuſſum cōtēpſere, non abſtinētes iniurijs: quapropter iuxta ſcripturę cōminationem, non erāt lōgæui ſuper terram, mortui ſine prole. Burewin⁹ aūt peruenit ad annum Chriſti. MCCLX. & mortuus ſepelitur in Dobran cum patrib⁹ ſuis. Filius aūt Waldemar⁹ accœpta coniuge comitis filia Holſatię, ſuſtulit ex ea filiū Nicolaū, quem puerum cognominauere: quia puer diu agebat ſub tutorib⁹. Acceſſit altera cauſa, ꝙ pueriliter inter coniugia uariabat, ex trib⁹ ſponſis: filia comitis de Lindow, filia Alberti marchionis, & filia ducis Stetinēſis Bugſlai: ſolam tertiā accœpit coniugē: que illi, ac terrę ſuę fuit multorꝝ cauſa laborum. Sed & ibi pueriliter rem gerebat: quia cum ſe ſubiecíſſet Erico Danorꝝ regi ad protectionē, poſtea pueriliter receſſit ab eo, bellum intentās in eū infœliciter, cum ſuis Roſtockcēſibus. Sed ad Waldemarū patrē redeam⁹: Hic habitabat & dñatus eſt, quiete, & tranquille, in ſuo Roſtockio: Peruenit ad illum Danię regina, matertera ei⁹ Margareta, matris ei⁹ ſoror, & in uiduitate deo diu ſeruiens, monaſteriū fratrū minorꝝ extruēs cum nepote: Eodem anno obdormierūt in Chriſto, poſt milleducentos. LXXXI. ſepulti in Dobran, in maiorū ſuorum ſepulchris: & inde cœpit dñiū Nicolai pueri, ad annū uſq;. XLV. poſt trecētos. XXXVII.

Filij patrē cœcū ſpernunt.

Nicolaus ex trib⁹ ſponſis tertiā accœpit cōiugē.

Monaſteriū minorꝝ Roſtockij ſtruit.

A tempestatē motus erat ingens in Magdeburgēsi diocesi: cum duo in discordia electi,pro archiepiscopatu cōtenderent: Ericus frater marchionū de Brandēburgo,Ottonis atq; Iohānis in par te erat: cui opposuere alij Bussonē de Queruorde comitē: q̄ male afficerent ad domū marchionū antedictorū:qui diu graues imminebant eccle siæ memoratæ. Cūq; electi iura sua non iure,sed gladio tuerent,asperū bel lum exarsit:diu inuicē irrogata sunt damna,abactæ prędæ,mixta incendia leuib⁹ prælijs,uicissim multi capti,ac cæsi:interuētu deinde bonorū utrinq; uirorū,pacata in eam formā res est,ut utriq; electi cederēt:accepta in cō pensationē damnorū pecunia: Cūq; super ea re cōuenisset inter partes,electus denuo Gunterus de Swartzeborg comes: Sed marchiones statim a cōuentis resilierūt: multi illis in circuitu principes adhęsere. Albert⁹ dux de Brūswico,cum aliquātis comitibus:Albert⁹ q̄q; dux Saxoniæ ab hac parte cōsistēs,occupauit arcē Aquēsem:Cūq; ciues sine fine multis ac ma gnis rebus a marchionibus damnificarent,interceptis currib⁹,quę merces per publica itinera cōueherēt, egressi ciues cum armatura sua,atq; pō tifice Guntero,sequuti ducē de Anehold comitē, Albertū Saxonię ducē arce fugauerāt,exuerātq;: Capti sunt ibi comites, & nobiles plurimi. Fe runt inibi ex Holsatię comitibus unū interceptum. Marchio ubi audiuit Magdeburgenses grassari per agros,arma contraxit, & mouit in hostes, ipse quoq; grassabūdus incedēs: Cōcurrunt agmina non lōge ab opido Vrose: ibi magno ardore est decertatū, totis est uiribus pugnatū: Capit inter alios Otto marchio: cadit comes de Arnsten, cum multis nobilib⁹: marchio captus abducit:sed non longe reperit fideiussores,ut pro septem millibus laxaret:mysteriū iniquitatis operabat,ut essent in parte archiepi scopi,qui fauerēt marchioni: nam expromissam pecuniā minime psoluit. Renouat bellū de integro:Otto de Anchold comes,& Otto Hildesemēsis episcopus,steterāt pro archiepiscopo. Albert⁹ aūt dux Brūswici,de par te pugnabat marchionū:& cū iterū Iohānes copias ductaret,in Stafford tęlo per galeā ictus,ferrū diu portabat in capite: Inde ducto uocabulo,ut diu marchio sagittarius diceret. Sed Gunterus archiepiscopus, ubi quid ageret psensit,dimissa ecclesia,redijt in terras paternę ditionis: uix explēs annū in pōtificatu: & successit Bernhardus de Welpe comes: Nec tum quieuerūt marchiones,ius fratris psequētes: magno deinde cōgressi pręlio,Magdeburgēsis ecclesię milites succūbūt: capti primores cū trecentis, qui stratis uectabant iumētis. Hac ruina res ecclesiæ extenuant: Sed tum intercepta est res treugis: peruenitq; tota cōtrouersia in man⁹ arbitrorū: in quib⁹ permāsit sine fine. Nouus electus Romā petijt: Sed Ericus demū ad ecclesiā illā puenit: satis postea fœliciter gubernās.

Electio in discordia de archiepatu Magdeb.

Bellū oritur

Eligitur tertius facta inter duos concordia.

Capti comites & nobiles

Otto marchio capitur

Archieps dimittit ecclesiam.

Magdeburgēs uincūtur

XXXVIII.

Irca hęc quoq; tempora Burchardus Lubicēsis episcopus,uir an nis grandęuus,sed uiribus recēs: qui octuagenarius elect⁹,quadraginta & uno sederat annis: causam ecclesię defendit aduersus fratres mēdicātes: qui iam tum,cum essent adhuc hesterni,cœperāt in ecclesiā erigere cornua; occasione sumpta de sepulturis,quas liberius sibi uē

B. octuagenari⁹ in epm eligitur.

dicabant,q̃ iure permitterent. Interdixit episcopus in ciuitate diuinis offi
cijs. Qua de causa,cum populus fratribus,ut solet,in clerũ astipularet̃,cle
rus urbe secedere cogit̃. Fratres interposita appellatione,cõtinuarũt diui-
num officiũ. Causa deuoluit̃ ad Romanã curiã: ubi quid peractũ sit, infe
riora docebunt. Quo tempore Hamburgũ Stormarię uetus opidũ,olim
archiepiscopatu insigne,quē honorē nulla sua culpa perdidit,incēdio con
flagrauit: & multos suis rebus extrahendis occupatos,flãma intercœpit.
Hoc etiã tempore marinus piscis,ad ultima Iutię (Scagen uocãt) capit̃,leo
ni similis. Prodigiũ fuisse,multi tum interpretabant̃. Prodegit hoc mon
strũ Gallis: nã illi tum implacabili odio omnes cęsi sunt in Sicilia: Panhor
mi facto initio: Mulieres a Gallis prægnãtes interęmptę sunt, extracti fœ
tus,ne quid Gallici nominis maneret in prouincia. Durabat bellũ Mag-
deburgēsē,q̃d ante cõmemorauimus: captus in prælio Theodericus mar-
chio,de Landesberg: nam & arcē Wolmerstede,Bernhardus archiepisco
pus ui expugnãs,cœpit: adięcitq; ecclesię. Magnũ & diuturnũ malũ,eam
ditionē,& uicissim Marchiã attriuit: ducatũq; Brunswickcēsem non me-
diocriter afflixit: Nam Albertus dux Ottoni, & Iohãni marchionib[9] in-
hęsit: quorũ fratruelis Albert[9] marchio,stetit pro ecclesia. Cum aũt Bern
hardus archiepiscop[9] nõ diu superesset,iterũ ecclesia uacãte,canonici me-
moratũ Ericũ,marchionũ fratrē,pacandarũ rerũ gratia, denuo elegerunt:
indignãtibus ciuibus,qui marchiones oderãt,& imprimis Ericũ: q̃ ille di
uturnis malis causam præbuisset: tumultuãtes,opprimere uoluerũt electũ
in ciuiate: nisi elapsus per cloacã,nauiculę impositus, Wolmerstede perue
nisset: postea tñ memorabili charitate cum ciuib[9] uixit: adeo,ut cum præ-
lio q̃dã captus teneret̃,nec fratres eius relaxationi multũ intenderēt,ciues
beneficiũ in eo,suo dño collocãtes,ære uirũ cõportato,quingētis illum ar
genti marcis redemerũt. Idem põtifex cum obsedisset opidũ,& arcē Ga-
tersleue,Otto frater,fratri tulit suppetias: Cũq; in longũ tēderet̃ obsidio,
archiepiscopus cum fratre,custodibus & præfectis exercitui adhibitis,re-
creãdi animi gratia cõcessit in Caluen: Custodes excubias negligētius ser
uauere: Hostes qui erãt ex ministerialib[9] ecclesię,superuenientes incautis,
cœpere multos ex Marchia: in quorũ redemptionē cum urgeret̃ archiepi
scopus,terrã Lusatię in pignus tradidit,pecunia suscœpta. Qui hui[9] inua-
sionis erat ductor,dñs Falco miles,a marchione non diu post, cædi iubet̃
Magdeburgi in ecclesia sancti Pauli: cæsus extrahit̃ per capillos in uiam
latam. Ita principibus quod libet,licet.

CA. XXXVIIII.

Annus erat a nato Christo. LXXXIII. post milleducentos,cum
inter dños Iohannē,& Henricũ, filios Hērici principis Magno-
polēsis,in captiuitate manētis Saracenorũ,ex una,& marchiones
de Brãdēburgo Ottonē, & Iohãnē (erat in his quoq; partibus de Misna
marchio,insuper Saxoniæ, & Luneburgi duces) ex altera parte,bellũ de
finibus,deq; alternis iuribus esset. Cõtemptui erãt tãtis principibus iuue
nes illi,patre orbati: Sed illis tum pro patre fuit,ut ferunt,diuina,ptectio,
quã illis matris,Deo deuotissimę fœminę,preces,ac lachrymæ procuraue

Fratres men dicãtes cēsurã cõtem pcora.

Piscis leoni similis capit̃.

Vespere Siculum.

Eligitur Ericus marchio in archiepm̃.

Ciues ęre suo archiepm̃ redimunt.

Lusatia datur in pign[9]

Bellum de finibus.

runt. Intrauerant hostes magno agmine terrã Magnopolensem, igne, ac gladio undiq; ſeuientes. Iuuenes illi nobiles, quibus poterãt, uiribus contractis, obuiam hosti contenderant. Inter opida Greuesmolen, ac Gadebusch, obuia sibi agmina fuere: prœliũ paribus animis, & si nõ uiribus initur pari fiducia: cum hinc de parte aduenarũ hostium uires maiores fiduciam crearent: illinc patrię defensio, iusti respectus confidentiã augebat: Diu fortiter confligũt: & inclinabat fortuna, quo minime casura putabatur ab omnibus. Nã iuuenes Magnopolenses, fugato hoste, multos inde captiuos eduxere. Nõ alia magis tum res nocuisse principib⁹ aduenis in conspicuo est, q̃ hostilis apparatus ipse cõtempt⁹: qui causa fuit ruinę plurimis. Dum enim cõtemnitur aduersarius, min⁹ circũspicitur, min⁹ omnia prouidentur: cũ ille interim angustijs pressus, cogitat, quę aduersarijs in mentẽ nõ ueniunt. Ea uictoria pfecit: ut totus principat⁹ Stargardię, qui dubio iure uidebatur esse inter marchiones & Magnopolẽses, ex hoc die cederet Magnopolensibus: Nam preciũ redemptionis captiuorũ, dotalitia pecunia, quam ex Alberto marchione, cuius filiam primã alter ex fratribus Henricus accœpit coniugẽ, accœpisset. Sed & stipendiũ militię ex rege Bohœmię, cui militauit in Rudolphũ Imperatorẽ: hęc omnia collata sunt marchionibus: ut a iure discederent principat⁹ memorati. Fuit iste Henricus, magnitudine animi, & fœlicitate bellorum Leo cognominat⁹: a quo descendit posteritas principũ nunc florentiũ: quorꝫ lineam suo loco & tempore numerabimus. Per eam ętatẽ, mendosus quidam senex, quem Fridericũ Holstuch dixere: alij Tile Kolup cognominãt, de Colonia exortus, uenit Nussiam, inde in Westphaliã, mentiens se esse Fridericũ Imperatorem. II. qui nõ ut credebatur mortuus, sed peregrinandi gratia fuerit profugus, multa edixit intersignia, quib⁹ nõnullis fidem credulitatis fęcerat. Sed tum Rodulphus Imperator iussit in quęstionẽ abripi hominem, in qua plane cõfitetur, se ista cõfingere: ꝙ olim in curia Friderici fuisset: igne cõcrematus est iussu Imperatoris tant⁹ falsarius. Nõ hinc longe, alius quidam nebulo, eadem prętensa imagine, uenit Lubicã, & primũ quidem secreto loquutus, cauere putatẽ internosci: Inde, ubi creuit audacia in populo credulo, palam se prædicat esse Fridericũ quondã Imperatorẽ: uenisse in urbẽ, quam ipse creasset Imperialẽ: Persuasit credulę plebi, ita ut subuectũ equo, ducerent per ciuitatẽ, cunctis uisendũ dominũ suũ. Erat uir industrius inter proconsules, Henricus Steneken: qui in legationibus crebrius alloquutus Imperatorẽ, multa de persona, multa de statu Curiæ eius peruidisset: Secreto cœpit super multis compellare hominem. Ille ad omnia uacillabat: Cõperta falsitate, effectũ est, ut euanesceret, nemine sciente, quo abisset.

Hostes in terrã Magnop.

Hostis cõtẽptus ruinæ causa.

Redẽptionis precia.

Henricus cognominatus Leo.

Senex Fridericum. II. se mẽtitur.

Ali⁹ eũdẽ se falso mẽtitur.

Falsari⁹ interpellat⁹ aufugit.

CA. XL.

Marchiones de Brandẽburgo, atq; Misna, iunctis armis & uirib⁹ per ea tempora duxere in Poloniã: cum haberent de finibus, nescio quid, controuersiarũ: Et cum occultius rem tegerent: sciẽtes Poloni regis consuetudinẽ: Rex ei⁹ temporis, male dispositis excubijs, in loco non tuto pernoctabat: nõ enim urbib⁹ & arcibus multũ cõmunitis

Marchiones in Poloniã.

hoc regnũ floret, ut ęqualibus uiuãt. Ibi occupat⁹ ab hostib⁹ rex, dum capi non patitur, ab improuidis opprimitur. Opida, quę erant in conspectu, immunita, accœpere facile dedita. Flexere agmina sua in Prussiã: Ibi q̃q; occupantes magnam terrę partem, quam firmatis pręsidijs cõmunierunt: appellarũtq; nouã Marchiã, usq; in hũc diẽ: Sed eam tamẽ fratres de domo Teutonica, cum Prussiã tenerẽt, magna ab marchionibus pecunia redęmerunt: ut illis pareret cum reliquis ditionibus. Sed patrum memoria cũ magno bello laborarẽt fratres a Polonis, initio sumpto a ciuitatib⁹ ad mare Sarmaticũ, quæ iustis (ut ferũt) causis declinarũt a dñis suis, armorum indigui auxiliantiũ, eã terrã rursus pignore obligabãt dictis de Brãdenburgo marchionib⁹: quod suo tempore, non erit in obliuione. Sed eo tempore, quod nũc cõmemoram⁹, Iudęi in Bohœmia urbe Praga, monstrorũ semper propagatrice, die sacra parasceues foribus clausis, quẽdam Christianũ hominẽ Iudęo ob inopiam seruientẽ crucifixerũt: in cõtumeliam Christi Domini & Christianorum omniũ: impletis in eo omnib⁹, quę didicerãt in Christo Domino peracta. Populus Christian⁹ ubi comperit iusta indignatione correptis armis, sęuijt in perfidos: extruxitq; duas basilicas in honorẽ noui martyris, quẽ in causa Christi, hostes antiqui Christiani nominis, crucifixerunt. Per uicina tempora, hoc est circa nonagesimum post milleducẽtos, Iohãnes de Magnopoli nobilis princeps, Henrici adhuc captiui filius, coniugem accœpit Helenã filiã Wentzlai, domini Rugianorum, quę matrẽ habebat de sanguine ducũ Brunswickcensiũ: Nuptię cum magno tripudio celebrãtur in opido Sterneberg. Hoc etiam anno, molendina quę ciues Lubicenses cõstruxerãt, apud maiorẽ ecclesiam in austrũ, uolutari cœperũt, quę fuit in causis dissentionũ, inter clerum & populũ, uel una de maximis: q̃ prętenderet clerus, in ecclesię solo ędificatum, iuribus cedere ecclesię: Sed causa diu in Romana curia uentilabatur sub Burchardo episcopo, quę secundę fuit secessionis ratio, uniuerso iterum clero: cum pontifex supra centenariũ, Romam peteret: & ecclesię suę per quadriẽnium ibi sedulus adest, uictor reuersus: Sed, quod necessitas imperauit, passus est, accœpta pecunia, rem cõpositione dirimi: quod postea dicemus. Quo etiam tempore Henric⁹, Hẽrici captiui filius, Iohannis germanus frater, sacra nuptiarum inijt: duxitq; filiã Alberti marchionis de Brãdẽburgo cõiugẽ: solẽnib⁹ pactis in opido nouo Brãdẽburg.

Rex ab improuidis opprimitur. *Redimitur Marchia noua.* *Iudęi Christianũ crucifigunt.* *Erigũtur Basilicæ in honorem noui martyris.* *Molẽdina dissentionũ causa.* *Celebrãtur nuptiæ.*

XLI.

Rectis & ędificatis per littora maris Germanici urbib⁹, florescẽte imprimis Lubica, cum negotiationes & mercaturę a mari oriẽtali ad occiduũ multiplicarent, cœperunt itinere publico merces inter Lubicã atq; Hãburgũ deuectari. Militares aũt homines de uicinis prouincijs, presertim Wãdalicę originis, quib⁹ pene natiua est uis latrocinandi. Assueti presertim per tempora multa, hostilib⁹, quę bello gerebantur, depręda tionibus, in pace publica iam ęgẽtes hostes sibi creauere, qui rebus uidebãtur fortunatiores. Aggressi uijs publicis mercatores, finem latrocinãdi nullum fęcerũt. In ducatu inferioris Saxonię, tum erant multa pręsidia, quibus recœptarẽtur latrocinãtes. Id cũ ciues Lubicẽses apud

Wãdalis natiua uis latrocinandi.

ducem sæpe quererentur: Dux aūt uel non posset, uel non satis attēderet, eam rem auertere, memorati ciues cum in fœdere essent cum principibus de Wādalia, eorū ope accersita, copias perarmarūt, iūctisq; uirib⁹ duxerūt in Raceburgū: a capite rationē deposcentes. Dux ubi uidet rē ad arma puenisse, submissis oratorib⁹, iussit interpellare hostiliter uenietes, Quid se immeritū, nunq̄ in eos hostilia molientē, armis peterent: arma sibi imprudentiam auerterēt: Si qui in sua ditione manerent, quorū comperissent maleficia, facile passurū in illos impeterēt. Ciues iusta in illum postulare rati, duxerunt in præsidia, quibus nouerāt publicos hostes receptari: pessimū enim hoc genus hominū receptatorū, ut Imperator ait, in eādē recidit culpam, cum latronibus: Ergo adorti ciues nota latronū receptacula Walrow, Klockstorpe, Karlow, Mostin, Dusow, Slaweckestorp, Linow, & Nannendorpe, a solo subuerterūt: cum sibi fuga, qui inerant, per paludes & inuia consuluissent: Igitur subuersis latronum latibulis, onustum præda reduxerunt exercitum: cum dilapsi hostes, eorum manus euitarint. Ciuibus autē in sua redeuntibus, multæ ex deiectis munitionibus denuo instaurantur: q̄ principi suo se de impositis criminibus legitime, ut putabatur, purgassent: Permansit aliquādiu eius rei memoria, ut latrocinijs exteri, & receptationibus propinqui abstinerēt: Sed temporis tractu cum urgeret inopia, facile ad ueterem quæstum redierunt.

Lubicēn. du cūt in Raceburgum.

Subuertūtur latronū receptacula.

XXXXII.

Emansit a uetusta memoria, principatus in gente Wandalorum, qui solus generale totius, ac latissimæ gentis uocabulū seruaret, ut usq; in ea tēpora, & nunc quoq; principatus Wādaliæ diceretur: interceptus Magnopoli ducatu, Stargardiæq; principatu: nūc principes tenēt Magnopolēses: cuius sunt opida Gustrow, atq; Parchim. Hoc loco oportunū, immo ad intelligēdā successionē pene necessariū est ab initio repetere principū Magnopolensiū lineā, & partitionē principatuū, qui ex quatuor riuis, iam in unā domū Magnopolensiū concurrūt. Henricus filius Burewini, nepos Pribislai. I. in hac gēte Christiani principis, stipes est in hac nobilitate: Nam frater eius Nicolaus, obrutus ruina domus in Godebusch, nullā reliquit prolē. Hic ergo Hēricus ex uxore Sophia, filia regis Sueciæ, sustulit filios Iohānē, Nicolaū, Burewinū, Pribislau, diuisores terrarū in quatuor principat⁹, non æquos tñ: Nā senior Iohānes accepit Magnopolim, a quo est successio principū hodie florētiū. Nicola⁹ accepit in Gustrow principatū Wādaliæ, Burewin⁹ dñatū Rostockcēsem, Pribisla⁹ Richēberge, cū opido Parchim, & cōiacētib⁹: Ex his est quadrifaria partitio: ceterū Stargardēsis principatus postea accessit. Nominabimus successionū capita: res gestas suis locis coaptabim⁹. Iohānes Hērici filius, dñs Magnopolēsis, diu literis institit apud Parisios, fact⁹ in Theologia magister, reuersus in terrā, irrisione suorū, literas cōtemnētiū, appellatē patrio nomine Knese Ianike: ex uxore de Hēnēberge genuit sex filios, quorum exitū supra memorauim⁹. Hēric⁹ aūt solus posteritatē habuit, & successionē ex omnib⁹ ei⁹ filijs. Reliquit ille filios Henricū, pro magnitudine animi, & rerū dexteritate, Leonē, & Iohānē fratrē ei⁹, qui plē nō reliquit:

Opida ducat⁹ Wādaliæ.

Linea principū Magnopolensiū.

Wādaliæ terra in principat⁹. IIII. diuiditur.

Magnopolēsiū posteritas

Primi duces Magnopolē.

& pro ingēti fratris gloria, ille omnino silet. Hēric⁹ filios reliqt Albertū, & Iohānē, primos ducali titulo insignitos. Albertus. III. tres filios reliqs reliqt, Hēricū, pro zelo iusticię cognomēto suspensorē, Albertū regē Suecię, & Magnū. Iohānes dux, Alberti frater, reliqt Vlricū, Iohānē, Rodulphū, & Albertū. Rodulph⁹ primū Scarēsis in Suecia, deinde Zuerinēsis epūs fuit. Albert⁹ in Tarbatēsem Liuonię elect⁹, post ānū interijt. Hic prim⁹ sedit in terra Stargardēsi: ibiqꝫ reliqt filios Vlricū, & Iohānē. Vlric⁹ reliqt Hēricū: & is Vlricū: in q̊ defecit linea. Cęterū Iohānes Vlrici. I. frater reliqt Iohānē, in q̊ & illa linea defęcit: & uenit principat⁹ ad Magnopolēses. Alberti. I. ducis lineā attingam⁹: Is reliqt Hēricū suspēsorē: q filiū habuit Albertū: in q̊ stetit illa linea. Secūd⁹ fili⁹ erat Albert⁹ rex Suecię, q filiū habuit Ericū: in q̊ stetit & illa. Cęterū Magn⁹ est ꝓpagator posteritatis in hodiernū: q reliqt filiū Iohānē: Is Hēricū, & Iohānē: Iohānes sine ꝓle defęcit: Hēric⁹ genuit Albertū, Iohānē, Magnū, Baltassar: tres abeūt sine ꝓle: sol⁹ Magn⁹ reliqt Hēricū, Ericū, Albertū: hęc est Iohānis successio. q in diuisiōe fratrū accœpit Magnopolim. Cęterū secūd⁹ Henrici, quē stipitē inuenim⁹, erat Nicola⁹: Is in partitiōe hęreditaria accœpit Wādaliā: quę ex omnib⁹ latissimarꝫ nationū, ꝓuincijs, sola uerū & antiquū nomē retinuit, ut Wādalia diceret. In ea sunt opida Gustrow, Plawe, Malchin cū cęteris. Is reliqt filios Iohānē, & Hēricū: Iohānes reliqt Nicolaū, & Iohānē. Hēric⁹ reliqt Hēricū, & Nicolaū parricidas, ideo nō crescētes. Nicolaus, Iohānis fili⁹, uindicauit patruū in patrueles. Iohānes frater ei⁹ peruenit ad annos Christi. MCCCXVI. q multa ęgit cū Iudęis in mirabili sacramēto. Is reliqt Nicolaū, & Bernhardū: Nicola⁹ reliqt Laurētiū, & Iohānē. Iohānes sine ꝓle. Laurēti⁹ reliqt filios Baltassar, Nicolaū, Wilhelmū, omnes sine ꝓle. Bernhard⁹ in Warle reliqt filiū Iohannē: is Nicolaū: is Iohānē: & in eo defęcit linea: & redijt tot⁹ principat⁹ ad Hēricū Magnopolēsem, Magni patrē, Hērici, Erici, & Alberti auū. Terti⁹ Hērici stipitis fili⁹

Posteritas Iohānis, Vlrici I. fratris.

Magni posteritas.

Nicolai, secūdi Hērici filij posteritas

Burewini, tertij Hērici filij, posteritas.

Burewin⁹, terrā Rostockcēsem accœpit: & ad ānū Christi. MCCLX. ꝑuenit. Is reliqt Waldemarū: q ꝑuenit ad ānū. MCCLXXXI. Is q̄qꝫ Nicolaū, cognomēto puerū: in q̊ stirps defęcit: & redijt ad Hēricū Leonē, in Magnopolim. Quart⁹ stipitis fili⁹ erat Pribisla⁹, q accœpit Richēberg, & Parchī, cū ꝑtinētijs. Is reliqt Pribislaū: prędia partī pignorata, partī diuēdita, redegerūt illū in pauperiē: ideo cū uxore cōcessit in Pomeraniā ad socerū: ubi in arce ꝑmissa, sine liberis obijt in paupertate: & agglutinat̄ portio ei⁹ Wādalię. Hęc summatī dicta, hūc teneāt locū: cęterū de reb⁹ singulorꝫ gestis, q̄ tradita sunt nobis, suo tēpore recordabimur: Sed q̄m pauca de duob⁹ Pribislais legūt̄, eaipsa huic narrationi cōtexam⁹. Resedit in patre nōnihil gētilitij erroris: nā imaginē D. Mariæ in clypeo pictā deferēs pro numine uenerat⁹ est. Rodulph⁹ Zuerineñ. eps̄, arcē in Butzow extruxit: Pribisla⁹ diurnū op⁹ noctu iussit demoliri: Cūqꝫ nec sic epūs a cōmunitione cessaret, euntē per prouinciā cœpit epūm, in equo cōstituēs militē sęculi, ac pontificē: nec dimisit nisi ęre suo redemptū militariter. Epūs seruiebat tēpori. Cūqꝫ in lōgū duraret cōtrouersia, contēpsit recōciliationē

Pribislai, q̄rti Hērici filij successio.

Pribisla⁹ p̄r d. Marię imaginē ꝓ numine colit.

Capitur eps̄ zuerineñ.

Pribislaus. Nūciatur episcopi pręfęcto, uiro militari, inermē tendere Pribislaū per uicina loca: aggressum armis capit, reddens uici uicem: ut se ca ptiuitate laxaret, dimisit patruelibus, accepta pecunia, Parchim, Plawe, Goltberge: nec remāsit in eius dominio aliquid, pręter opidū Sterneberge, cum pertinētijs: quod postea dimisit Hērico de Magnopoli: Ita se exuit omni principatu, nō sano capite. Filius patri cognomin⁹, accepit uxorem filiā Mestini ducis Pomeranię: & in dotem dedit pater filiæ opidum Bolgarde: quę fuit omnis possessio patris, ac filij, in qua defecerunt, in paupertie, sine prole morientes.

Capitur Pribislaus.

Pribisla⁹ fili⁹ i paupertate deficit.

CA. XLIII.

Hunc principatū Wādalię tum tenebat dn̄s Hēricus princeps modestus, ex nepotib⁹ Burewini primi. Iste Hēricus cum filios insolentiores haberet, Hēricum, atq; Iohannē, eosq; crebri⁹ super insolētia increparet, nec permitteret usibus eorꝫ plenos sumpt⁹, stringeretq; frena libidinis: ut paternis monitis ad frugaliorē uitā redirēt: improbi iuuenes, pessimo cōsilio, patrē in uenatione agentē, sumptis armis oppresserunt: quo maturi⁹ ad principatū, rerūq; administrationē peruenirēt: Sperarentq; rem atrocissimā aut occuli posse, aut casibus uenationis, qui uarij sunt imputari. Sed uicini principes Magnopolenses, rem exēplo, & facinore perniciosissimā, non passi trāsire inultā, propinquos suos armis aggressi, terra eiecerūt. Illi fugati, ad patruū Nicolaū, qui Parchim incolebat opidū, se cōtulerunt: multa questi in fratrueles suos de Magnopoli: purgationē impositi criminis attulerūt: persuaserūtq; homini, ut quāta po tuit arma, reducēdis illis cōmodaret. Nec defuit illis Albert⁹ dux Saxonię, qui innoxios crederet: alioqui pniciosissimū fuerit, atrocissimos parricidas, in quos lex singularē excogitauit pœnā, armis tutari. Sed dux ab illis tum persuasus, misit eorū auxilio unū ex pręfęctis suę ditionis, armis satis stipatū. Cōgrediuntur Magnopolensib⁹, & inclinante illis fortuna, propinquos suos in fugā uerterūt, captis ex eorꝫ satellitio trecentis. Ann⁹ erat nonagesimusquart⁹ post milleducētos, cum hec agerētur: permāsitq; res atrocissimis digna pœnis tum inulta. Nam Magnopolenses, eo tum uulnere accepto, conquieuerūt: Mirū quomodo res una, diuersis narrationibus texatur. Annales Magnopolensiū, quibus fides in ea re maior est, sic habent: Cęso Henrico patre, Nicola⁹ Iohānis primogenit⁹ parricidarꝫ fratruelis iunctissim⁹ erat uindex, de nece patrui: occupat, quas potuit munitiones parricidarꝫ, Zwaen, Lawe, Warne, cum se illi, ut poterant, tuerētur. Morit̄ in eo luctamine Nicola⁹ alter ex parricidis: Henric⁹ Magnopolensis se rebus immiscuit: ut terris uelut ad prędā expositis, partē detraheret. Interueniūt tractat⁹ Rostockij, opera Wislai Rugiani principis, & Bugslai Stetinēsis ducis: Cum parricida reposceret sua, Nicola⁹ indignū diceret successione parricidā. In hac contētione disceditur. Nicola⁹ clausa licet ciuitate elabit̄, & noctu peruenit in Gustrow. Sequit̄ eū Rugian⁹ princeps, pacis sequester, & uelut hostis ab Nicolao capitur. Cōgrediuntur inde Nicola⁹ & Hēricus Magnopolēsis, luctati de ditione parricidę: Prelio uictor Nicolaus, multos capit: Inde circūfert exercitū Nicolaus:

Hēric⁹ modest⁹ princeps.

Opprimunt Hēricū improbi filij.

Fugātur parricidæ.

Fugātur Magnopolēses.

Variāt annales

Nicola⁹ parricida morit̄

Capitur Rugię princeps

Hēricus Magnopolēsis iam uisus est tueri partes Hērici parricidę: non tñ oblitus suorū cōmodorū, uicissim & ille multa occupat: opidum Warne duo Hērici occuparunt, fraude clerici, qui clauiū formas coera expressas, tradidit illis. Nicola⁹ per lacū ex Rabele, & Plawe, & Russus a terra oppugnās recepit opidū: captis, qui inerāt presidio. Pacantur deinde res inter Nicolaū & Hēricum Magnopolēsem: Parricida aūt, ut dignū fuit, in tenuitate sine prole permāsit. Quo etiā tempore, mortuo Wilhelmo duce Brunswickcensi, uix ex ephebis ueniente: Henricus & Albertus fratres eius, quorū Hēric⁹ maior natu dñatū in Embeke, cum adiectis ditionib⁹: Albertus terram Gottingēsem, quę dicitur Trāssyluana regio teneret: facta prius inter fratres familię herciscūdę exequutione, in urbe Brūswico: eā partitionē, cum antea approbasset publicū ei⁹ urbis cōciliū, magistriq; fraternitatum, Geldas uocāt, subscripsissent: mors interueniēs fratris iunioris, qui Brūswicū teneret cū parte sua, quasi in paterna domo minor perseuerās, priora subuertit cōsilia. Magistri fraternitatū, societatūue, in Hēricum seniorē inclinauere: cui etiā literas dedissent, inq; urbē uocassent, reclamāte publico ciuitatis cōcilio, q in Albertū, modestiorē principē, magis propēderent. Ergo, cum in manib⁹ Henrici urbs esset, illicq; infrunita multitudo accederet, per magistros societatū: senat⁹, uel effecit uel ut fieret, dissimulauit: ut noctu ingressus Albertus, per portam nouę ciuitatis, pretoriū eius partis insidere cœpit, pro arce. Henricus mox sibi fuga cōsuluit. Albertus tum rerū potitus, captis memoratis fraternitatū magistris, quadraginta ex his proscripsit: duodecim sceleratiores destinauit ad necem: e quib⁹ unus paulo ante peregrinat⁹, non redibat: undecim neci adiudicātur: iugulati decē: undecim⁹ miserationis temperamēto ceditur gladio. Ea, & si nihil ad Wandaliam, quia tamē tempori incidunt, hunc teneant locum.

Clericus clauiū formas cera expssas tradidit.

Moritur Wilhelmus dux Brūswick.

Fraternitatū magistri mutāt cōsilium.

Henric⁹ occupat Brūswicum.

Proscribūtur uiri LX. caeduntur XII.

CA. XLIIII.

Er eadē tēpora, cum latrociniorū publicis itineribus nullus esset finis, ciues Lubicēses, quos potissimū damna feriebāt, renouatis fœderibus cum uicinis principib⁹ de Magnopoli, deq; Wandalia: ut uno animo publicos omniū hostes insectarētur, equestri familię suę prefectū, uirū militarē, animo & manu promptū, cum expeditis misere in terras Wādalorū, ut insectarētur predones. Ille ignar⁹ uiarū, ductorem accœpit, qui per cōpendia, perq; semitas illos perduceret in hostes. Ductor ille duplex animo, uir totus neq̄, cum fidē iurasset, precessurū se pollicet, speculaturūq;, quid apud hostes ageretur: Sacramētum eius malignū animum non mutauit: Credidit uir fidelis homini perfido: Ille profectus ad hostes, omnia Lubicēsium consilia detexit. Tanta manu in illo loco affuturos edicit: si modo uiri sint, omnes se facile perempturos. Illi accœpto, quot superuenirēt, aucti numero, & armis, in locum a proditore constitutum adequitāt. Ibi Nicolaū Lyndowe prefectū Lubicēsiū, cum expeditis suis excipiūt: numero aūt prestātes & ferocia, minorem Lubicensium manū oppresserāt, ut ne un⁹ superesset. Vigebat tum in urbe Lubica controuersia, inter episcopū, & populū, de causa fratrum, deq; maiori, quę ac

Lubicēses foedera cū uicinis principibus renouāt

Ductor agmē pdit Lubicēsi.

Cędūt Lub.

cesserat causa molarum, de proprietate earum. Interdixit iterũ põtifex diuinis per ecclesiã officijs: Populus interposita appellatione, fratres habuit adhęrẽtes: qui ut solẽt populũ a clero distinere, nunc in causa populi, inhęsere populo, quomõ in priori populus inhęrebat fratrib⁹. Sẽsit iãdudũ ecclesia murẽ esse in pera, qui etiã Romanę ecclesię foi midinẽ inijciat. Archiepiscopus Bremẽsis Giselbertus, excõmunicauit fratres, interdicti ab episcopo positi uiolatores: Interdixit terminorum suorũ (ut uocant) quęst⁹, per districtus suffraganeorũ: nihil ea re facti sunt emẽdatiores. Ciues absentium canonicorũ curias, primũ spoliatas, subuerterũt. Ita triumphat populus insolens in clerũ, cum nihil minus habeat diuinũ officium per fratres. Vide otiũ quid prestet, & cib⁹ alien⁹, ait Comicus.

Fratres populũ solẽt a clero distinere

Ciues canonicorum curias subuertũt.

XLV.

Enric⁹ interea dñs de Magnopoli, qui per annos triginta sex, hoc est a passagio, quod ad annum sextũ & septuagesimũ Gregori⁹ X. indixerat, in hũc usq; annũ primum, post milletrecẽtos, in captiuitate permãsit, hoc anno incolumis redijt in sua. Quo tempore, famulus un⁹, qui indiuisus semper dño comes adhęsit Martinus, artem textoriam perdidicit, in sericis, & auro operatus, dñm q; secum eo labore sustinuit: Iam enim ueteres captiui, min⁹ cœperãt custodiri. Vnde factum est, ut uaria fortuna, sępe & multũ per itinera delitescens, Romã perueniret: Ibiq; reperit scribã cõcilij Lubicẽsis, Alexandrũ. Ille comperta principis fortuna, quẽ iamdudũ sui interijsse suspicabãtur gemẽtes, sumptibus pro eo in itinere factis Lubicã usq; perduxit: Ibi uenerabiliter exceept⁹ a clero & populo, per aliquot refocillat⁹ dies, iumẽtis, uestib⁹, & insigni familia decoratus, remittitur in sua: Noua ibi gaudia, inaudita tripudia, filiorum de patre, & iam nepotũ de auo, totius populi de principe. Pendebat a collo cõiunx charissima, non passa diuelli: Affuere nurus gratulabũdę: nam qui perijsse putabať inuẽtus est: & qui ab omnib⁹ iam inter mortuos deputatus est, cum uiuẽtibus uiuere cerniť. Quãto illi gratior restituta patria, & ille uicissim patrię, q̃ si nũquã fuisset amissa. Sic se res habet: Rei preciũ iustum nemo dicit, nisi postq̃ ea diuti⁹ caruerit: Miratur multa per absentiã suã diuturnã innouata: Videt nepotes ex filijs: Audit casum filię luctuosum: Cõponit quę uidebãtur ordinẽ egressa. Rei nouitas a me impetrat, ut aliã q̃q; eius rei narrationẽ, & si non tam uerisimilem, tñ magnis authorib⁹ proditã, non omnino pretereã. Ferũt in seruitute iam senescentem, interpellatũ a Saldano domino suo, tum primũ in eã dignitatẽ prouecto: Erat aũt uigilia Dominicę Natiuitatis: Vellesne in honorẽ Christi tui, cui⁹ iam Natalitia inter Christianos instãt, liber esset? Ad quod ille: In manu tua est dñe facere de seruo quod uoles, uerũtñ redire ad meos quis dabit? Vxor mea, liberi mei, iam me dudũ inter mortuos deputauere. Non est ita inquit ille, cõperi ex peregrinis tuę gentis, omnes incolumes, tuo tabescere desyderio: Et ut intelligas me tuorum nataliũ, & rerum, esse cõscium: Meministi, cum sub parente tuo in Liuonia militares, magistrum quẽdam machinarum, magnã parenti tuo in hostes operã nauasse, & magnã sæpe in hostes stragẽ fecisse: Ego sum ille, qui postea inter Tarta-

Famul⁹ Henricũ textoria arte sustinet.

Miro gaudio Hẽric⁹ rediẽs a suis excipiť

Alia de manumissione H. narratio.

Machinarum mag? Saldanus factus.

tros magnã assequut⁹,pectionẽ,nũc, ut uides, maiorẽ in hac gẽte teneo: liberũ te esse cõstituo: dans etiã uiaticũ,ob uetus cõmilitium. Ille gratias agens,proficiscitur: & ab urbe Ptolomaida nauigans,iterũ in mari capit̃, & uelut fugitiu⁹ reducit̃. Saldan⁹ reductũ, iterũ dimittit in Cyprũ, quo in loco amicã fertur reperisse nuptam regi: quod supra memorauim⁹,quę refocillatũ mittit ad sororẽ in Massilia: Ibiq; per dies morat⁹,mittit̃ inde in Heneberge,materni generis cognatos: a comitib⁹ cõmendatus senatui in Magdeburgo: Ille misisse illũ fert̃ in patriã cũ honore: Reperisse Henricũ filiũ in oppugnatione arcis Glesme: Sed ille ad primã uocẽ nõ credidit redire patrẽ,bis ante delusus, cum matre,ab adulterinis: qui se diuisis temporibus fingerẽt Hẽricũ: ambo digno exitu perempti: alter aquis, alius igne cõsumpti: Pater oppugnãtes hortatus,iubet erigi furcã, ut terreantur latrones: Ad cui⁹ cõspectum,demissi animis,aut lentius pugnantes capti,aut in gratiã se dedentes,numero. XL. sunt appẽsi. Interim seniores ex militarib⁹,qui Henricũ familiari⁹ nouissent,missi ab uxore & filio,conspicãtur,si uerus sit,qui speretur: Vbi renũciatum est esse, gaudio pleni occurrũt, & in oscula ruũt,lachrymas miscẽt,dãt gaudia fletus Hęc est altera narratio a prima: sit liberũ lectori de rebus iudiciũ. Mihi hęc nimiũ uidetur,ad studiũ efficta: Nã in alia narratione mox sequit̃: Anno non longius proximo,audit ex arce Glesme multa fieri latrocinia,legib⁹ & bonis moribus obuia: Ea cum non nisi armis reformari posse uideretur,contraxit copias: Occurrit ad ei⁹ oppugnationẽ, Alberto de Brãdenburgo marchioni,cuius filiã alter ex filijs tenebat cõiugẽ: expugnãt, & solo linquũt ęquatã. Eisdẽ copijs duxit in Wismariã,cui⁹ ciues iam in bonũ modũ aucti,cum sentirent opes de mari crescere,cõtumaciam quoq; in suos principes crescere illi senserunt: Nam ueterẽ arcẽ Mekelnborg,cuius opidũ iam paulatim euanuit,de uicina ciuitate euerterũt: sed Henric⁹ perpulit armis, ut in quẽ uellet modũ renouarẽt: ciusq; rei fide facta,dimisit exercitũ. Interim Albert⁹ Brãdẽburgẽsis marchio,oppugnabat dominũ de Rostockio,eo q̃ filiã iam despõsatam cõtempserit,acceperitq; coniugẽ,relictam Bugislai principis de Wolgasto: Pulchra nimirũ cõpensatio: Olim marchio uetuit filiã Bernhardi ducis Saxonię dare Wãdalorũ principi, quem ille canẽ uocitabat: unde etiã multa tum prouenere mala: quod diximus supra suo loco: nũc rebus cõuersis,princeps Wãdalus, cõtemnit filiã marchionis. Sed cum ille armis cõtemptũ suũ uindicare cõstituisset,dominus de Rostockio regi subijcit se Danorũ: ut ei⁹ defensione tutior esset. Eric⁹, rex rem tantã nõ leuipẽdit: sed exercitũ misit per mare,quẽ opposuit marchioni: Aliquot excursionib⁹ preliatũ est: sed facile peruenit res ad cõpositionẽ: ubi maiores ex aduerso eluxere uires: permãsitq; principatus aliquandiu in subiectione.

Manumittit Henric⁹ Magnopo dñs.

Hẽric⁹ filius patrẽ redisse nõ credit.

Suspensi uiri XL.

Arx Glesme expugnatur.

Wismariẽsi arcẽ Magnopoli euersã restaurare cõpelluntur.

Dñs de Rostockio subijcit se regi Danorum.

CA. VLVI.

Moritũ Wentzlai duo.

W Entzesla⁹ Rugianorũ princeps, per ea tempora cõcessit in fata, filium sibi ęquiuocũ relinquẽs in principatu: Alius q̃q; Wentzlaus rex Bohœmię moriẽs,ut supra ostendim⁹, filium sui nominis heredẽ reliquit. Sed ille eodem anno cęsus a suis,filiũ,non reliquit,peruc-

nitq; regnū iure feudi ad Romanū Imperium. Albertus tum Imperator, propinquū suū, & quod alij annales habent, filiū, cui maiorem ex filiabus Wenzlaí despōdēs, uelut Romani regni feudatariū, prouexit in regnū. Eam cōiugē cum annis nouē tenuisset, & iam Albert⁹ morte esset absūmptus, regina cōtempsit maritū, moribus degenerē, uirib⁹ impotentē, patri per omnia dissimilē: Eiectus ille regno, etiā ecclesię iudicio duortiat a muliere. Iam Henric⁹ de Lutzēburgo comes, Alberto successit in Romano Imperio: Is filiū Iohannē, euocata Spirā puella, illi maritū reddiditr, eāq; duxit per arma in Bohœmiam: Ita peruenit corona Bohœmię ad sanguinem Lotharingię: Hęc repetēda putaui, q aliquāto diuersi⁹ in nostris annalibus, q̄ apud Aeneā in Bohœmia legerētur. Videbat in Henrico Romanū Imperiū pulchre profecisse, cum etiam Bohœmię coronā sanguini suo commēdasset: ita perpetuo futurā sub Romana ditione. Sed q̄m nostris dieb⁹ obedientiā Imperio Bohœmia retraxit, non iniuria hac tempestate cōtemnitur, in Romani principis electione. Lubicā interea urbē, Otto dux de Luneburgo, non ęquis aspectabat oculis, indignatus illi ex causis, quas annales non cōmemorant: Vnde factum est, ut trecentos equites emiserit, uicina eius urbis deuastare. Fecere illi, quod solent, egressi ad urbes territādas, prędā undiq; collectā, pauci abegere: cęteri latuerūt in insidijs. Armis pręfectus eques in urbe, cum ea, quā potuit derepēte expedire, manū, equitib⁹, peditibusq; stipatus, egreditur, & incauti⁹ prouectus, excipitur a latentibus, cum ille persequeret abigentes pecora: ibi fortiter pugnās cadit, cum centū ciuib⁹: cęteri male saucij dissipātur, & in urbem reuertūtur. Militares aūt ducis aliquot amissis equis, & nōnullis cęsis, captisq;, redeūt uictores in sua. In Liuonia interim, defuncto apud ecclesiā Rigensem secūdo Alberto, Iohānes comes de Zwerino, frater Helmoldi ad archiepiscopatū prouehit: Iam enim nobilib⁹ per Saxoniā, ea prouintia cœpit esse cōspicua, postq̄ iam per annos centū, frequēs in eam fuit militaris expeditio, crebriorq; mercatorū, ad sua lucra negotiatio. Illoq; per mortē absūmpto, circa annū Dñi. IIII. post milletrecētos, papa illi ecclesię prouidit, q forte esset electio minus legitima: pręfectusq; est Io. Brand curialis. Interim Lundensi ecclesię, diu sub tyrānide regis laborāte, archiepiscopum dedit pontifex, Isacium quendam, legatione quondā pontificis functū in Daniā, in causa eiusdē ecclesię, iam suę. Portēta per ea tempora memorant: Nam ad opidū Vredeland ueteris Marchiæ in solo Wandalico, in die sancti Remigij cecidit grando de cœlo, in qua igniti lapilli, qui plurima excitauerūt incēdia, ubi stramina, & paleas, aut aliam arsurā materiā inciderunt: Nihil fuit innoxium, quod illis contingeretur: Tecta rusticarum domorū, fenū in horreis, cum frugibus, concrematur: Ipsa in agris pecora ledebant: res prioribus seculis incōperta. Quo tēpore, cum annus ageretur. MCCCVI. cum iam multis uicibus, per multa tempora intētata terrę sanctæ recuperatio non proficeret, milites hospitalarij sancti Iohannis, insulam Rhodi, expulsis qui tenuere Turcis, cum adiacentibus aliquot occupauerunt, & usq; in hodiernū cōseruauerūt. Hac etiā tempe‑

V

Bohœmia feudi iure redit ad Ro. Imperiū.

Bohœmiæ rex regno eiectus.

Bohœmiæ corona ad Lotharingię sanguinē.

Abiguntur pecora Lub.

Cadit Mgr eqtū Lub.

Io comes de Zwerino eps Rigensis.

Isaci⁹ Lūdensis eps.

In grādinib⁹ igni lapilli.

Rhod⁹ p hospitalarios S. Iohānis occupatur.

state, Philipp⁹ rex Franciȩ exosus perfidiã Iudȩorũ, omnibus regni finibus, iussit excedere. Sed nobis paulo retro redeundũ est. XLVII.

Vm in Romanorꝫ Imperio adhuc permaneret Albert⁹, Rodulphi filius, Wentzla⁹ rex Bohoemiæ, non satis faciebat imperata: redibat in memoriã amplitudo paternȩ ditionis: ut quomõ pater, ita & fili⁹ minoris cœpit, ac debuit, pendere Romani Imperatoris iussionem. Tedebat quoqꝫ Bohoemiȩ populũ, libertati, ut putabat, natũ, amplius, q̃ uni suo regi parere: Vnde bellũ exarsit non mediocre: Wẽtzlao uenere suppetiȩ aduersus Imperatorem, ex Marchia Brandẽburgensi, & omni Wãdalia maritima. Aderat Albertus Brãdenburgensis marchio, Imperatori suo oppositus: Venerãt cum illo Iohãnes, & Hẽricus domini Magnopolẽses, & Vlricus de Wandalia: quȩ sola uetus nomẽ seruat: Etiam eum in modũ aucta erãt arma Bohœmi, ut uideretur terrȩ sanctȩ oppugnãdȩ exercit⁹ esse copiosus. Albertus aũt Imperator, totis Germaniȩ reliquȩ uiribus, incubuit pertinacẽ regẽ ad obedientiã reuocare: Inerant agmini suo Austrij, olim Norici, Bauari, Sueui, Franci: non dico Gallos: Cunqꝫ sub aspectu mutuo starẽt agmina: uidẽs Wentzla⁹, quia multum superarẽt hostiũ multitudine, euitans grãdem, quȩ imminebat sanguinis effusionẽ, submisit, qui placato Imperatore, rem per ȩquas cõditiones intercíperent: Id factũ est. Octauo tãdem anno post milletricẽtos, Burchardus Lubicẽsis episcopus cum clero suo iustificat⁹ in Romana curia, recœpit possessionẽ ecclesiȩ & prediorꝫ ei⁹: nec tñ iactare potuit de lucro: Piscatũ erat aureo reti, & illo amisso: Ea fuere litis impendia, ea plebis in res ecclesiȩ uiolẽtia, ut non facile lucra damnis cõpensarent: Et tamẽ decorũ est, immo etiã debitũ, pro iure ecclesiȩ, & eius libertate, ad saguinem usqꝫ decertare. Sic factus est Christo martyr Thomas Cãtuariensis. Proximo anno per omne regnũ Franciȩ capti sunt Tẽplarij, annitente Clemẽte. V. Romano põtifice: qui hoc secretis apud reges Frãciæ, & Hispaniarũ, nuncijs egit, cum detecta esset eorũ perfidia, & in Crucifixũ dominũ blasphemia. Nemo leuem putet occasionẽ subuertẽdi ordinis, quẽ ante Romana ecclesia tantis euexit priuilegijs. Regibus Franciȩ, Angliȩ, Hispaniarum, apud q̃s in regnis demorabanť, extrusi terra sancta, ea primũ usania prolaruit. Illi nũcijs apud Clementẽ detexerãt, põtifice mirãte: sed uicit eũ consonũ, a trib⁹ regibus testimoniũ: & ut res fieret cõspectior, pertracti sunt ex his nõnulli ad põtificẽ, qui execrationẽ Christianismi faterẽtur: Alij tamẽ quȩstionib⁹ subiȩcti, nihil omnino fateri uoluerũt: nec poterat a robustiorib⁹ ulla quȩstionib⁹ cõfessio extorqueri: Vnde factũ est: ut multi fabularenť, propter prȩdia, & arces, quas tenuerãt in regnis, reges in eos cõspirasse: Sed uanũ uulgus ȩque ad crudelitatẽ, fabulationẽqꝫ, promptum est, atqꝫ temerariũ. Magister ei⁹ ordinis, cum aliquot fratrib⁹ Parisij publice cõcremat⁹ est: Cȩteri per regna, ne bellũ, aut grauior aliquis tumultus fieret, uno die capti, oppressiqꝫ sunt. XLVIII.

Em a multis sȩculis retro cõmemoratã, de Barbarie, in qua uetuli, etiam parentes a filijs mactãtur, & senes iam labori inutiles ad

Marginalia: Wentzlaus nõ satis paret Ro. Imp. — Wẽtzlai copiæ. — Reliqua Imperatori Germania militat. — Intercipitur bellum. — Burchardus Lubicẽñ eps — Tẽplarij per Frãciã capti — Tẽplariorũ mgr apud Parisios concrematur.

mortem urgentur, hac tempestate quidã ex rustica Wandalorum gente, qui in durissima seruitute, uix panẽ excudũt, omni labore, & sudore quotidiano, cõprobauit. Nobilis domina, uxor comitis de Mansueld, filia comitis de Luchow, cum parentes inuisere cõstituisset, iter faciens per mericam Luneburgẽsem, in uicino fruticeto, audiuit uocẽ gemẽtis, & miserabiliter precantis: missoq; uno, ac altero, ex familia, iubet cõtemplari, quid esset: nec demorata reditum, cum morã facerent, ipsa aditura iussit aduerti currũ. Cõspexit senem iam annis pressum, labori inutilẽ, ligatis manibus eiulãtẽ, orare, ut uitę ei⁹ parceret. Iuxta uidit uirũ, scrobẽ effodere: quẽ interpellãs rogat, quid moliatur? Ille nihil ratus illicitũ, plane confitetẽ, patrem suũ, iam labori defunctũ, & inutilẽ, quicq; panẽ suũ quęrere non possit sepulturũ: Illa redarguit impiũ, q̃ parẽti non parceret. Non times inquit improbe Deum, cui⁹ est mãdatum, de honorãdis parẽtib⁹, & de nemine occidẽdo, minime uero patre? Ad hęc ille suspiciẽs: Non possum, inquit, o domina, auferre panẽ paruulis, quos multos alo domi, & dare inutili seni: utrisq; aũt enutriendis, non sufficio: quid faciã? Tum ingemiscens domina, respexit in suos, dixitq;: Videtis quę sit horũ pauperũ conditio? quib⁹ nemo impendit misericordiã, magis emunguntur ad sanguinẽ: Illa prolatis aliquot argẽteis, dedit filio, ut patri uitã permitteret: Pollicetẽ ille, quoad durauerint argẽtei, patri prospecturũ. Illa abiẽs pauperũ secũ sortem humanit⁹ miseratur: multa loquens inter amicos, de pressione misera rusticę plebis: Sed nemo percipit corde: Quãtos putamus ea conditione emori coactos?

Narrado de impio filij 1 parẽtẽ cõatu

Interpellatur a nobili matrona.

Respõsio filij ad matronã.

promittit ul tã quoad durẽt argenteĩ.

CA. XLVIIII.

Iohãnes marchio Brãdenburgẽsis, cum uicinis Wandalis per ea tempora luctatur assidue. Ingressus aũt principatũ, qui nũc dicitẽ Stargardię, oportuno loco firmauit arcẽ: quam gẽtis uocabulo Lubitze appellauit, ab arce, & opido. In hac aũt molitione idẽ Iohannes uitam finiuit: & germanus eius Otto rem a fratre inchoatã cõsummauit. Quo etiã tempore, in terra Holsatię, in solo Wagriorũ Wandalorũ, in opido Vthin: quod iamdudũ ecclesia Lubicẽsis in proprietatẽ tenuit, fundatur collegiũ canonicorũ, quod durauit in hodiernũ, diuq; perstat, ut cõfuditur permãsurum. Fũdator erat senior ille Burchardus, qui, ut diximus, octogenarius peruenit ad episcopatũ, & sedit anno uno & quadraginta: multis interim litibus, & laboribus fatigatus, sed non fractus. Fratres aũt in urbe Lubica, iam ad ius suũ restituti, quartã mortariorũ deposcẽte, nescientes quid hoc esset, dare recusarũt: nõdum satis promulgata Clementina cõstitutione desuper edita. Deuoluitur causa ad Romanã curiã fratres instruũtur ut iuribus pareãt: Illi queruntur se esse deceptos, q̃ causam dederint in man⁹ aduersariorũ: Iam deputãt aduersarios, quos ante congnouerãt suos fundatores: postea tamẽ uaria priuilegia, & nouissime mare magnũ accipiũt, in quo, si fieri posset, ecclesiam omnẽ demergerẽt. Per eadem tempora, cum Otto Brãdenburgensis marchio, bellũ in Wandalos perseuerãter ageret, arcemq; a fratre inchoatã perfecisset, domũ reuersus, diem suũ & ille obijt. Iohãnes aũt filiũ reliquerat paruulũ: Sed Wal-

Io. marchio ichoata arce Lubitze obijt

Fũdatur collegiũ canonicorũ i vthim op.

Frẽs epo q̃tã mortariorũ dare recusãt

Otto marchio Brãdeñ moritur.

Waldemarus rem guberna cula fubijt.

demarus amborũ frater german⁹, subijt gubernacula, nepotem ex fratre enutriẽs. Is rem super cõcordia, & foedere cũ rege Danorũ Erico, ab Ottone fratre inchoatã impleuit: ueniẽs cum splendore multo ad opidũ Rostockiũ. Sed cũ neq; rex a mari, neq; marchio a terra sinerẽt urbẽ ingredi, q; uererẽtur ciues opprimi suã libertatẽ, in uicino urbi loco (rosariũ uocant) tetenderũt: ibiq; rem curialẽ multo splẽdore: quod in Dania scripsimus, peregerũt: creatis a rege militib⁹, quod erat cõstitutum, & donarijs largissime per omnes gradus nobilitatis distributis. Eã tñ rem ab urbicis diffidẽter regi, cui suberãt, impositã, per suspitionẽ opprimẽdę libertatis: postea, quod suo loco dicem⁹, rex magnifice in Rostockcẽses uindicauit. Sub eo sydere fundatã ferũt eã urbẽ, ut uix trãscat unã Saturni reuolutionem, sine manifesta purgatione.

Principes in rosariũ sedẽt

Rostockiũ malo sydere fundatũ.

CA. L.

Enricus dñs de Magnopoli, filius captiui, cum iam secũda uota iniret, accepta coniuge germana, Rodulphi ducis Saxonię nuptialẽ solẽnitatẽ in sua urbe Wismaria cõstituit peragere. Sed ciues exemplo Rostockcẽsiũ, se in eã proteruiã erexere, ut portas seratas haberent, timẽtes suę libertati frenũ inijci. Indignat⁹ ille, quomõ uindicaret suorũ in se cõtumaciã cogitauit: Oppugnauit urbẽ terra mariq;: cinxitq; obsidione, duo ad orientẽ, & occiduũ erigẽs prẽsidia, quib⁹ affligeret urbem: suos nihilomin⁹ inde tutatus. Rex Danię Eric⁹ armatã illi misit classem, ut arceret a mari: Sed uicinę urbes, suã perinde causam arbitrãtes uicinũ incẽdiũ, armarũt illę q̃q; naues, ut regijs occurrerẽt, & uarijs casib⁹ sunt cõflictatæ. Dux aũt terra perurgẽs obsidionem, elicuit ciues ad pugnã, ostentãs illis bene gerẽdę rei occasionẽ: Illi procurrũt, ut solẽt, sine ordine auide ad pugnã, quę illis polliceret ex aspectu rei uictoriã: Stratagemata militãtiũ non intellexere. Effusi portis intercipiũtur, mactãt, urgentur in lac⁹, ut mergant: Ita insignẽ ciues accẽpere cladẽ. Cũ uero Danorũ rex scriberet Rostockcẽsib⁹, ut sub obtentu gratię suę, & sub amissione bonorũ omniũ, quę in regno teneret Hẽrico principi parerẽt ad omnia, portas, & munitiones non claudẽtes, quẽ ille faceret tutorẽ Rostockcensem: Subiecit enim ille se principat⁹ regi, ut tut⁹ esset a uicinis. Ea res consternabat Wismariẽses. Igitur Waldemarũ ducẽ Slesuicensem, & Nicolaũ principẽ de Werlo interposuere tractatores: qui rem his cõditionib⁹ cõpacarũt: Iuraret senat⁹, cum parte ciuiũ, non se cõtumelię gratia, sed iusto timore, ne urbs in alterã recideret ditionẽ, clausas illi habuisse portas: Quę a dño suo tenerẽt, iure pignoris, redderẽt absq; omni redemptione: debita quæ princeps inter ciues cõtraxisset, laxaret senat⁹: claues portę in Magnopoli esse nt in manu principis, ut liber esset illi ingressus, & egressus, die, noctuq;: Inde ut curia principis eo loco per Rostockcẽses deiecta instauraretur: Sed in capite uacillatũ est, cum cõtenderent ciues hoc in pactis non cõuenisse. Patiunt tamẽ, ut princeps, suis sumptib⁹ instauret, & portã erigat in Werekamp: cui opposuit alteram q̃q; turrim, & reddidit claues portæ Magnopolẽsis: Nam tũc habuit, q̃d quęrebat, ut esset adit⁹ & abitus illi liberrim⁹. Rex Danię Eric⁹, iam ob similẽ causam Rostock-

Wismariẽses principi urbis portas ẽcludunt.

Eliciuntur ciues ad pugnam.

Iubẽtur Rostockcẽses parere Hẽrico.

Quib⁹ cõditiõib⁹ sit pactum.

Vacillant ciues i pactis.

censibus hostilia,& periculũ capitis nũciauit,cum omnib⁹ principib⁹,qui superiori anno ad ei⁹ urbis uicinia,regis curiã honestabãt. LI.

Hic regi Hẽricus se cõiũxit,societatẽ iniẽs belli: q̃ a mari,in quo rex dominaretꝰ,potissimũ possint urgeri. Primũ ergo principes, iunctis armis,ducũt in Rostockiũ: Rex quidẽ tonabat a marri: Marchio cũ uicinis principib⁹ purgebat a terra: Obsidionẽ ciues leuipendere, q̃diu portũ haberẽt a mari patentẽ: Eã uiã interclusuri principes, ad ostiũ Wernouiæ castra mouent. Ibi ad utrãq; ripã firmãt pręsidia: Ostiũ maris immersis nauigijs, & grãdib⁹ saxis, occludere pertẽtarũt: & ad tuenda pręsidia,militib⁹ impositis,reducũt exercitus: Quib⁹ dilapsis, ciues cum apparatu bellico egressi, oppugnarũt munitiones ad ostiũ fluminis, facileq; deiecerũt. Iam uero fluminis impet⁹ facile dispulit obstacula,quę deiecta erãt: & rediit res ad statũ pristinũ. Ciues q̃q; tutãdi port⁹ gratia, & ut emineret nauigãtib⁹ noctu lucerna de sublimi,turrim in sublimi erexerãt cõmunierãtq;: Sed Eric⁹ rex Danorꝫ,proxima ęstate adnauigãs,cũ apparatu bellico,ad ostiũ Wernouię sese collocabat: turrim oppugnans machinis,& petrarijs,facile expugnat: auctaq; munitione,quatuor per totidẽ angulos præsidia collocat,fossatis ꝓfundissimis,uallisq; cõmuniuit: ut ab insultatione securi sint urbicorꝫ: & imposita ualida manu,quę tutandis satis esset, cõmeatuq;, & armis impleta munitione,reduxit classem in regnũ. Ciues ubi ꝓspexere se inclusos,q̃ neq; terra, neq; mari sinerentur egredi,fęcere,q̃d solent irritati canes, in proximũ uersi se,uindicant. Itaq; tumultuãtes,in senatũ suę urbis,arma uertũt: pro arbitrio fingẽtes,quaslibet causas. Multos ex eis cõtrucidarũt,paucis per amicos clãculo seruatis donec ira deferuesceret. Mãsit ei⁹ plãtarij radix diu amarissima: quę semel imbuta sanguine,difficulter euellitꝰ. Erat aũt tertiusdecim⁹ post milletricẽtos a nato Christo ann⁹. Demũ missis ad Danorꝫ regẽ nũcijs,gratiam ei⁹ implorarũt,quãdo regnis ei⁹ ad faciẽdũ quęstũ carere haud poterãt. Sed proderit ista ab origine explicare. CA. LII.

Operępręciũ est, diligẽti⁹ statũ illorꝫ tẽporũ intueri. Cũ per eam ętatẽ Nicolaus, cognomẽto Puer,dñio Rostockcẽsi preesset,& iam circũspiciẽs cõthoralẽ,ꝓsõsam primã comitis de Lindow repudiasset,& alterã,quę filia esset Alberti marchiõis nõ accœpisset, sed filiam Bugslai ducis Stetinẽsis: marchio cũ comite contẽptũ sui, armis uindicauere: placati tñ ęre,& imposito terrę tributo, reduxerũt exercitum. Sed cum tęderet tributorũ,sumpsere cõsiliũ: ut Nicola⁹ cum suis se subijceret Erico Danorꝫ regi ad defensionẽ: Simul, ut securi essent ab Hẽrico Magnopolẽsi,quẽ metuebãt. Ea tũ causa esse poterat, ut urbẽ Rostockcẽsem iam subditã, nõ premeret rex tã magno nobilitatis & principũ cõuentu: Sed pro tẽporꝫ ratione,in solstitio ęstiuali,mallet celebrare in tẽtorijs, q̃d nobilitas ipsa magnificẽti⁹ ducit,q̃ in fumosis urbib⁹ demorari,& curiam instrueret. Sed tũ infensus erat rex Rostockcẽsib⁹,q̃ bello Wismariensi, literis ei⁹ non paruissent, sed uicinis tulissent suppetias: Ergo mouet rex in eos: illa molit⁹ cũ Hẽrico Magnopolẽsi, quę proxime dixim⁹. Sed tum se

Obsidetur Rostockiũ.

Ciues munitiões demoliuntur.

Danorꝫ rex q̃tuor pręsidia locat.

Ciues arma i senatũ ṽtũt

Nicola⁹ Rostockij dñs regi Danorꝫ se subijcit.

Magnificẽti⁹ est agere in tẽtorijs,q̃ ur bib⁹ fumosis

Rostockcēses a Danorū rege deficiūt.

immiscuere maiora mala: Nam tumultuati ciues, pessimo cōsilio discesserunt a rege, cui essent sacramentis addicti: & Nicolaū dominū suum duxere in prętorium: ut de sublimi suscipiat ciuium suorum in foro stantium sacramenta: Quid, inquiunt, opus est seruire extraneo, quando legitimum principem habemus in medio? Refragati sunt quoad poterant uiri cōsulares, prospicientes futurum: sed raptabantur inuiti, ut nolentes, uolentes, facerēt quod cęteri, nisi protinus mori mallēt. Inde facta est oppugnatio munitionum in Wernemunde: & reparauere munitissimā, ut putauere turrim, ex lateribus demolitę turris, ad ędes diui Petri: & quotquot undecunque corradere poterant, nauibusque circumpositis cum armatura, cōmunierāt. Rex ubi audiuit uocat ad arma principes sui fœderis, ut uniuersi in diem Iohannis ad solstitium, in zabulum maris Baltici, ad Wernouiā armati assistant: misit ille ualidam in classe manū: Venere cęteri, & imprimis Henricus Magnopolensis: Ibi primum fame pugnandum erat: pro magnitudine enim munitionis, non facile poterat expugnari. Trib⁹ fere mensibus durabat oppugnatio: cum interim fame laborarent, fęcere deditionem. Tum clamor in urbe exoritur: Senatū proditione reum occulte sentire cum rege: iussu eius traditam munitionē: Mox capiuntur, domus deprædantur, confiscantur bona. Gladijs & rotis sęuiunt in captos. Henrico Runge nomen erat primipilario: quod infaustum ideo commemoratur, quod nostra ętate rediuiuū nomen eidem esset urbi uelut renatum ab inferis. Germanum habebat in senatu, uirum bonum, pro quo apud improbum interuenere nōnulli: Potes, inquiunt, germanum eximere periculo: Ille crudeliter, uadat, inquit, socius cōplicibus. Aspirabat sanguinarius in eum locum, quem illo uiuo tenere non poterat. Interim urbs oppugnatur: Multa fiūt leuia prędia, nihil magni geritur: Sed ex promisso ęre, res quietatur. Dum hęc aguntur ad Rostockium Iutię proceres pro sua consuetudine conspirant in regem, literis desuper confęctis. Moritur inde dux Lalandię, & relicta eius, literas regi consignat: Sæuitur in coniuratos: quod in Dania diximus.

Oppugnantur munitiones in Wernemundæ.

Rex uocat ad arma confoederatos.

Fit deditio.

Tumultuantur Rostock.

Rostockium oppugnatur

CA. LIII.

Rostockcēses noua statuta condunt.

Rostockecenses, uelut mare motum non facili consistit, neque ipsi constitere, bono ciuitatis cōcilio partim eiecto, partim cęso: Noua condidere statuta, quod nemo allegeretur in conciliū publicum nisi ex consensu seniorum in societatibus (Aldermānos illi uocant) quod nulla mulcta indiceretur ciui ex eorundem consensu: quod nemo ciuium fidem interponeret pro militari: essetque inualidum, si quid contra tentaretur. Publico sigillo iussere placita communiri: ferro, & clauib⁹ multis, literas inclusere. Interim eięcti consules ęgerunt apud Henricum dominū de Magnopoli: ut quoniam uicariū illum rex fecerit in terram Rostockcensem, iusticiam illis impartiretur, paratis excipere, & reddere, quod iusticia deposceret. Audit ille iustas preces, & cōmonefacit, efficiant ope intus amicorum, ut porta una, nocte illi pateat, uenturum cum armis, ut uiolentos compescat. Obseruant occasionem, cum portę sancti Iohannis custos abesset, qui in urbe principis nomine prefectus esset, clam portam cum suis

Pulsi cōsules sufsidium ab Hērico petūt

apprehendit: suspicãte nemine quid ageretur. Erat uigilia Dominicę Epiphanię instãte. XIIII. anno post trecẽtenũ. Venit in uesperum clausis portis uir militaris, nũcians stare ad portam duos currus, subuehẽdo cõmeatui in Dobran principi: ne qua mora fieret expectanti, aperiretur: Qui claues seruauit, nihil suspicatus, mandat seruo, curet ut currus inducãtur: Introeuntes rotam dilabi curauere, ut staret referata. Aderant equites, peditesq;, qui urgerẽt ingressum, & iam emẽsi dimidiũ itineris ad forum, se in ordinem contulerunt pugnaturi. Ciues ad arma conclamant, occurrunt, repellunt. Creuit ad portam pugnantium multitudo, abintus, & deforis: cum accederẽt, quos princeps pręmisisset: Ibi de sublimi portę deiectis saxis ciues retruduntur: Hostes denuo urgẽt ingressum: Pugnatur utrinq; acriter: & iam princeps propinquabat: Sed & maiores in urbe excitati, interposita publica fide, sciscitantur ex his qui uenerãt, quid peterẽt: quid ageretur: Et cum starent utriq; ad pugnam parati, ut & magna sanguinis cõmixtio in oculis esset, responsum est de parte principis, uenisse se regio mandato ut iusticiam redderet cuiq;, pro suo iure, etiam si id poscerẽt Lubicensi. Henricus Runge, ascenso curru carbonario ciuibus edicit, uenisse principem: ut sine armis, sine sanguine, iusticiã redderet, quã nemo bonus recusaret: fecit armorũ motus, ut iusticię nomen non recusarent. Ille autem primipilarius, male sibi conscius, festinabat abire, & elapsus est. Princeps diuertit in hospitium, & cęteri pro cõmodo. Centum armati mãsere in publico ad principis custodiam. Orta luce deputauit ex suo concilio quatuor uiros, qui iusticiam exhiberent. Venere propulsi sub aspectum, parati respõdere querulãtib⁹: Nemo accusabat: Absoluti sunt, & suis redditi rebus. Tũ illi accusauere nõnullos, quorũ alij iam dilapsi, alij pręsentes proscribuntur: alij etiam gladio feriuntur. Ita rebus quietatis, Henric⁹ pro rege solus omnia administrat, quod portum maris, cum pręsidio regij, & marchionum manus, & ipse Henricus iunctis uiribus tenerent.

Rostockium dolo occupatur.

Pugnatur ad portam.

Edicitur ciuibus uenisse principẽ.

Absoluuntur propulsi.

LIIII.

b Vrchardus interea Lubicensis episcopus, uir multis ex reb⁹ memorabilis, ad hoc diu dilatus in terris, ut fratrũ rebellionẽ & sæuientis tumultuantisq; laici populi in clerum temeritatem cohiberet, castigaret, reprimeret. Iam tertio interdixit in ecclesia diuinis officijs, quod fratres minores de ecclesia sancti Iacobi, tumulo iam extructo, & cunctis ad funeralia in ea ecclesia parrochiali preparatis, corpus cadauereum rapuerunt, impressione facta per ciues. Episcop⁹ iam grandęu⁹, iam malis assuetus, tertio clerum urbe ejici indoluit. Erat autem quintusdecimus post annos milletricentos. Sed non durauit ea controuersia, cum cernerent implacabile pectus pontificis, non cedere malis: sed contra audẽti⁹ ire. Eodem tempore magister Templariorũ, cum quodam preceptore, ad ea usq; tempora seruati, si forte resipiscerent, quia incorrigibiles erant, Parisijs publice concremantur. Et ne quid desit mali, etiam in Polonia exorti heretici, ecclesiam turbauere in opido Znidenitze: Multi ex his cõuicti, flamma uitam finierũt, missi ad diuturniores ignes. Quo etiam tempore, Philippus rex Francię, cum compertum haberet, leprosos inficiendis per

Tertio Lubicæ sacris interdicitur.

Tẽplariorũ mgr̃ apud Parisios crematur.

prouincias fontibus, operam impendisse per omne regnum: iussit omnes capi, ac flammis ultricibus consumi. Cum autem ea tempestate, Henricus Romanorum Imperator, ei9 nominis. VII. in Italia edomanda laboraret: ciuitates Italicę, retinētes, antiquę sub. II. Friderico cōstitutę diuisionis memoriam, in se mutuo sęuirent, facile fuisset Imperatori, ad omnia quieto, uidere Italos suis se uiribus lacerātes: Sed cum omne illud studium, in edomandis Florentinis impenderet, iamq; satis attenuati uiderētur, ut pene in deditionem Imperatoris uenire cogerentur, fame pressi: exquisita solitæ sibi artis industria, uenenum parasse feruntur: idq;, q̄occultissime per minime suspectos magistros ingerebant: Ille fatis absumitur, dum ad balnea quęrit frustrata remedia.

Hēric9 VII. i edomādo Italia laborat.

Florētini Imparatori uene nū parant.

FINIT LIBER VII.

INCIPIT LIBER OCTAVVS.

VM IAM IMMINERET NOVI ROmanorũ regis electio, congregatis ad eam rem in Francofordia principibus, Waldemarus Brãdenburgẽsis Marchio, cum adesse uel nollet, uel non posset, instructum misit procuratorẽ militem cum mandatis, inclinãte in Fridericum Austriæ ducem, Alberti Imperatoris filiũ marchione: dedit oratori suo sigillatã sine scriptura membranã, ut si in alterã cerneret personam rem omnẽ inclinari, inscripta quã tenebat membrana, nomen eius insereret, quẽ cerneret uotis exuperare. Iam uentũ erat ad electionẽ: scindebant̃ electorũ uota: in Ludouicum Bauarũ uidebatur pars maior propendere, quæ si marchionis uox si Friderico accessisset, magnũ illi adiecisset põdus: nam Rudolph⁹ dux superioris Saxoniæ, quia aderat electioni proximæ, factæ superioribus annis, nunc pertinere uidebat̃ ex placitis cõuentis ad ducẽ inferioris Saxoniæ: sed tum nũcius Marchionis cum in partem Ludouici tradidisset instrumentũ, domini sui sigillo cõ munitum, illius res iam præpõderabat̃. Cum aũt marchio intelligeret, suũ ad electionem missum procuratorẽ, non satis egisse ex sententia sua, uinctũ proiecit in carcerẽ, & fame extinxit. Ea tum electio magnas in regno fœcit cõmotiones: nam habuit pars quæq; assertores suos, principes enim qui pro Friderico senserant, cum obtenderent Marchionis absẽntiã, Rudolphi Saxoniæ ducis impertinentẽ præsentiã, iterare constituerũt electionẽ: euocato ad eam Erico duce inferioris Saxoniæ, qui cum creassent Fridericũ, iam biceps aquila duobus per Germaniam regibus inuolitabat. Fiũt plurima per Germaniã inde mala, magnis sæpe motibus cõcurrunt, donec Fridericus bello captus, in man⁹ perueniret Ludouici perinde uictoris. Sed eam rem in Saxonia plenius peregimus, nunc ad hoc solũ cõmemoramus, quia Marchionis facto ea tum est nata controuersia.

Waldemar⁹ Marchio.

Bauarus rex

Vicissitudo in eligendo.

Aquila biceps.

CA. II.

POloni sicut & Bohœmi reges habuere, per interualla creatos, a Romanis Imperatoribus: sed cum illos tederet geminæ subiectionis, omissis regibus duces creauere. Lakoldus hac tẽpestate dux erat Cracouiæ, & qui per omnem Poloniã facile principaret̃. hic a Iohanne Pontifice Romano suscepit coronã, q Ludouicũ quia execrabat Papa, non duceret legitimũ Imperatorem: euitãs etiã ne per eam occasionẽ subiectus Romano imperio censeret̃: Iam enim pontifices in eam uenerãt maiestatẽ quam principes sæculares dicũt præsumptionẽ, ut reges crearent: citãtes uerbũ primi post Christum pontificis: Ecce (inquit Petrus) duo gladij hic, Contra quod principes ipsi, uerbũ æterni pontificis: Mitte gladiũ tuum in uaginã: de gladio carnali, humano, & sæculari interpretant̃: quasi non liceat Sũmo pontifici in eo pugnare, Vtcũq;. Romani pontifices iam cœperãt reges creare: quod dudum in Patrimonio (quod uocãt Diui Petri) cœptũ, cum prosperaret̃, in alios quoq; exequũtur. Tentauit ante hæc tẽpora. VIII. Bonifaci⁹ in rege Franciæ destituẽdo, ut Albert⁹ Ro. rex ea lege Imperator esset, ut pariter regem se Franciæ & gereret & defenderet:

Reges Poloniæ & Bohœmiæ uasalli imperij.

Imperator excõicatus.

Ro. pont. creãt reges.

Sed ea tum pontificis molitio illum habuit exitũ, ut omisso pontifice cum minis atq; promissis suis, fieret Imperator gener regis. Lakoldus autem a pontifice rex nominatus & cõsecratus, ut uideret Ecclesię gratus, omne regnum fœcit Beato Petro tributariũ, ut per singula quotãnis capita, soluatur num⁹ unus, qui appellat̃ Sancti Petri. Fœcit idem ante hęc tẽpora longe Karolus Kasimirus ex monacho rex: quod suo ostendimus loco: Sed tempoꝝ intercapedine res, ut fit, in abolitionẽ uenerat, nunc renouata per Lakoldũ, cõmonitione proculdubio Pontificis, priusq; coronã illi imponere uoluisset. Idem in Anglia reges factitarũt: ergo quod medij temporis negligentia intermisit, huius regis diligentia renouauit: ne sancto grauius suũ ius exigente, pœnas luerent sacrilegij: si (quod est in ꝓuerbio) sacris suam cerã subducerent. Quid uero rerũ gesserit hic rex, quia non tenemus, transire cogimur. uerũtamen eius fiet per sequẽtia, suis locis, iusta cõmemoratio. Iam uero dudũ fratres ordinis Teutonicoꝝ sub Friderico imperatore. II. terrã Prussię accœperant, cõmendatã a uicinis principibus: ut gentem incredulã ad fidẽ pertraherent, & in ea cõseruarẽt, amplificarẽtq; fines Christianisimi per uicinas Letuanoꝝ prouincias. CA. III.

Regnũ Polonię tributarium.

Monachus rex.

Qua de causa Prussia data ordini.

Per hęc tempora, cum ann⁹ a Christo nato decimusnon⁹ post mille trecentos ageretur: Iohannes rex Bohœmię, Henrici Imperatoris filius, iam multis prœlijs per Italiã clarus, iunctis fratrib⁹ memorati ordinis Teutonicoꝝ, terrã Letuanoꝝ magnis agminibus inuadit. Massagethę uetus genus barbaroꝝ in finib⁹ illis fœcere reliquias: hodie corrupto nomine uocãt Samagethas. In ea gẽte munitiones perfregerãt: nobiles terrę cœperant, nullis alijs cõditionib⁹ se redẽpturos, nisi ut Christi fidem susciperẽt, eãq; ex animo tuerentur. In eas cõditiones dimissi plurimi, baptisati sunt: & in religione sancta ꝓficientes, usq; in finẽ uitę perstiterunt. Quo tempore etiã nostris in finibus ad littora Baltici maris graue bellum insurgebat, inter Danoꝝ regẽ & Waldemarũ Brandeburgensem marchionem, antea memorabili exemplo iunctos amicitia, quo nũc tristior erat belli facies: Sed tum inuenit pars queq; auxilia sua. Regi militabãt Ericus Saxonię dux, Wentzlaus dñs Rugianorũ, Gerardus & Iohãnes Holsatię, & Henricus de Zwerino, comites. Ciues Gripeswaldenses urbẽ suam regi, ut adnauigaret, exhibuere. Marchio ducebat in agmine Ottonem de Stetino, Werslaũ de Wolgasto, fratres duces, cum urbib⁹ Rostockio atq; Sundensi. Lubicenses, & si uocarentur utrinq; in partes, neutrales tñ cõstitere: q; eum regẽ per decenniũ defensorẽ accipiunt suę urbis, quod in Dania scripsim⁹: & marchioni ex aduerso propter imperiũ, cui suberãt, repugnare nõ oporteret. Multa uicissim irrogata damna: multa leuia fuere prœlia: multę (ut fieri solet) predę. sed plurimos labores bellũ diremit mors utriusq;: nam proximis diebus ambo in fata cõcesserunt. Waldemarus aũt marchio moriens nullũ reliquit hęredem. Mira rerũ conuersio ac reuolutio: nõ multos ante annos nouẽ & decem erãt huius tituli marchiones, adulti, ac minores ętate: nũc in eam orbitatẽ uenit ꝓuincia, ut sine principe terra recideret, uelut feudũ in ius Imperatoris Ludouici Bauari. Ergo

Massagetę.

Cõditio pijssima.

Bellũ oritur.

Belli socij.

Lubicenses neutrales.

Marchio sine hęrede.

Marchię desolatio.

solenni principũ conuentu in Numburgo habito. Ludouic⁹ Romanorũ rex, Ludouicũ filiũ suũ de marchionatu inuestiuit. Hęc est secũda huius principat⁹ in nouam familiã trãslatio. Nam ab Henrico primo, Romanorum rege institutus marchio, transmisit illũ ad filiũ: inde ad nepotem Thedericum: qui sub Hẽrico. II. per occasionẽ superbę increpationis in principem Wãdalorũ, tota gente rebellãte, exutus omni principatu: cum gens omnis ad paganismũ relaberetur, amissã ciuitate & omni ditione, ad prębẽdã uiueret in Magdeburgo. Sed reparatis post interualla reb⁹ in Wãdalia, Otto de Balenstede & de Anehold comes, Insigni⁹ aũt fili⁹ eius Albertus, reparauere principatũ: iam tum sub Friderico. I. cui⁹ successio ad hęc usq; tempora peruenit.

Côuent⁹ in Numburgo

Princeps uiuit ad prębẽdam.

CA. IIII.

Henricus, Henrici captiui filius, pro magnitudine animi, & rerum omniũ dexteritate, cognominat⁹ Leo, mortua breui prima coniuge Beatrice, filia Alberti marchionis de Brãdẽburgo, ex qua unicam sustulit filiã, Mechtildim, post nuptã Ottoni Luneburgensi duci: accœpit secundã coniugẽ Annã, germanã Rudolphi ducis superioris Saxonię, ex qua sustulit Henricũ, in puericia decędentẽ, Albertum & Iohãnem, successores, & geminas filias. qua etiã decędẽte, iam senex duxit tertiã relictam Wislai, principis Rugianorũ. hui⁹ pręclarũ facinus est terrã Stargardensem primo tulisse gladio de manib⁹ marchionũ: inde etiã, coemisse precio ad securitatẽ posterorũ, q̃uis nec; sic cõquiescerẽt marchiones. militauit non sine gloria regi Bohœmię in Rudolphũ Imperatorẽ. Marchiones renouabant ueterem quęstionẽ de Stagardia & magno agmine duxere in prouinciã: cœpere arcẽ Vorstenhagen: opidũ cinxere Waldegge, ibi pertinaciter oppugnatio gerit̃ & defensio, cuniculis rem secreto tentãt hostes, obsessi intelligunt eque taciti. ubi rem pene uidebantur explesse: obsessi locorũ gnari, occurrunt, & reserato desuper foramine, aquam immittunt, & omnes pręfocãt, qui inerãt, milites marchionũ. Mota inde castra, & peruenere in urbẽ Brandẽburgũ, eiusdem ditionis, in Stargardia: inerat Henricus, domin⁹ Magnopolẽsis, cum Rudolpho duce Saxonię, sed qm̃ needũ conuenit exercitus prodire in aciem, non intentarũt. missis tñ quibusdã leui prœlio congrediunt̃, & capti sunt ex agmine marchionũ, triginta militares. inde quoq; mouentes, transierunt uadum in Vorstenzee, ibi quoq; nouissimũ agmen carpebatur ab insectantib⁹, & capti sunt militares sexaginta. expectabat domin⁹ Magnopolensis agmina sua, in quibus erant comites Holsatię, Iohãnes & Gerhard⁹, & de Zwerino: obuiũ habuere uenientes dñm Iohãnẽ Wãdalię principẽ, qui tum de Werle titulũ habebat, nã Wãdalię titul⁹ olim honoratissimus, tum cœpit in contemptũ uenire. Nicola⁹ ei⁹ german⁹ alio agmine diuerso itinere ducebat: militabãt aũt marchionib⁹. Iohãnes collata obuiis manu, comitem cœpit de Zwerino, sed cum iterũ per occasionẽ cõgrederent̃, capt⁹ est ipse Iohãnes de Werle princeps, & protractus in conspectũ domini Henrici, & in redemptionẽ suã dimittere cogitur Hẽrico Malchin, iussus deinceps sequi Henrici castra. Ita ubiq; cessit fortuna Magnopolẽsi. Dum res in cõpositionẽ adducitur, red

Henric⁹ Leo

Waldegge opidum.

Aqua mittitur in cuniculum.

Titulus principis Wãdalię.

Captĩ princeps Wãdal.

Cõpositio belli.

Couēt⁹ multorū pricipū

didere marchiones inuasam terrā, literis & priuilegijs rem fulciētes: Proximo anno Henricus de Magnopoli, inuitauit in urbē suā Wismariā, Ericū Daniæ regem, Waldemarum de Brandēburgo, Marchionē, cuius de morte proxime per āticipationē dixim⁹, ut sępe necesse est in historia, Ericū & Iohānem duces Saxoniæ, Iohānem & Iohannē dn̄s de Werle, Gerhardū & Iohānē comites de Zwerino & Witteburgo, facta est ibi reconciliatio per Hēricū, regis & marchionis, qui occultis simultatib⁹ laborabāt. Discedēs inde Waldemar⁹, febre corripit̄, nec diu superat reb⁹: cōperta ei⁹ morte Hēric⁹ secreto mādauit partis suę prefecto, curaret de munitione Wernouię callide excludere prefectū marchionis, tenebant enim cōmuni triū iure clauē maris. Imminebat tum expeditio comitū Holsatię Gerhardi & Iohānis in Thietmarsiā quę infoeliciter cessit: cęsi ibi plurimi, inter alios comes de Wunstorp, sed dominus Henricus & ipsi comites, cum tenerēt stationē, retrocesserūt, cęsis qui introrsus excurrebāt. Vix redierat Henric⁹ in terrā suam, audiuit marchionitas nouos motus post Waldemarū cōnsciscere: nam Wartislaū, Stetinensem principē sibi sociauere. Ille uero uocatis in belli societatē Holsatię comtib⁹, aggreditur perduellis, obsedit Tempsim, & cœpit, nōnullas ibi firmauit arces, ut in fide cōtineret uacillātes. Nec lōgum tempus in medio, cum in munitione Wernemūde dissiderēt prefecti principū, Henrici prefectus eiecit regiū, & tenuit inde solus maris presidiū, processit in ducem Stetinēsem, & erexit arcē Verrade inuito duce, ac tenuit: Ioannē de Werle patruū, sibi perpętuo iure deuinxit, data illi arce Wredenhagen: inde quoq; dissidiū erat, quod creuit in graue bellū, inter eundem Henricū & Wislaum de Rugia, principē. Inuicē erexere fortalitia ad confinia Rebenissę, & in mutuā prędam excurrūt, conspirauere in Henricum omnes in circuitu principes, & condicta die, uastarunt terrā: peruenerāt Magnopolim, & omnia subuerterūt, Hērico ad omnia quiescēte, quia imparatū occupauerant. Quibus in sua digressis, ad proximos uertit, & Wādalię reddit uices. Cūq; Rugię princeps decederet sine liberis, Henricus, & dux Stetinensis, & Iohannes de Werle, ingressi terrā, gladio illam sunt partiti.

Thietmarsi uictores.

Belli socij.

Arx Verrade erigitur.

Rugię princeps sine liberis.

CA. V.

Obsidetur urbs Stralesunda.

Capit̄ dux Saxoniæ.

Er eadem fere tempora memorabilis illa obsidio multorū principum, ad urbē Sundensem, intentata est: Christopher⁹ Danię rex erat in foedere principum, memor q̄ ea urbs prisco bello steterit in fratrem suū Ericum, cum partibus marchionis fauisset, eam nūc rem ultione prosecut⁹ rex, uenit a mari classe ualida adnauigās: a terris aūt domini de Magnopoli, & comites imminebāt Holsatię, sed omnes oppugnaturorum copias agmine suo pręuenit Ericus dux Saxonię, qui prim⁹ adequitans, locū castris uenientiū, metabatur. Ciues hunc solū cernentes, cōcepta fiducia egressi, pugnāt in eum priusq; alia man⁹ aduentaret: collata manu dux ipse capit̄, & in ciuitatē pertrahit̄. Superuenientib⁹ a mari & a terra cceteris ad oppugnationē, cecidere animi, intētauere tn̄ ad quod uenerāt. Ciues fisi munitionib⁹, urbē suā tutati, nichil tn̄ incōmodi accipiētes, ducis enim captiuitas, quę debuit accēdere pręliantes, fecit segniores. Aliquan

tis ergo oppugnationib⁹ factis, exercitus nihil sperantes, reduxerũt: mirũ in tanto multorꝫ principũ agmine, tantã tum fuisse ad res gerẽdas tarditatem: aderat enim rex Daniç Christopher⁹, magnis regni sui uirib⁹, Brigerius rex Suetiç, cum non contẽnenda classe: Albert⁹ dux superioris Saxoniç, Eric⁹ inferioris sol⁹ ut diximꝰ infoeliciter capt⁹, Sueno dux Sleswicensis, Kanut⁹ Pors, dux Hollãdiç, Gerard⁹ & Ioãnes comites Holsatorum, Adulph⁹ comes de Scowẽborg, Guncelm⁹ comes de Wittẽburgo, Henricus comes de Zwerino, & Henricus dñs de Magnopoli, Pribislaus dñs Wandaliç. Magna ꝓculdubio manus conspirantiũ, in perniciẽ unius ciuitatis. Sed tum nihil dignũ memoratu a tam magno agmine est peractum. Captum aũt ducem, ciues tradiderũt principi suo Werzlao duci de Wolgasto: qui illũ peruenire curauit in manus Ludouici marchionis de Brandẽburgo: nec ante trienniũ laxata est captiuitas eius. tum enim pro redemptione fertur exoluisse argẽti puri marcas sedecim milia. Magnũ profecto ęs, quod exhauriret diuitis arcam principis. CA. VI.

Multi principes cõspirant in unũ opidum.

Dux captiuus dat principi.

Ec longũ tempus in medio, cum bellũ graue exarsit inter Ludouicum marchionẽ, & Henricũ dominũ de Magnopoli ex finib⁹, ut est cõiectura ditionũ, produxere in inuicẽ armatas acies, cõcurrerãt ad opidũ Granzoi, in terminis Marchiç, ibi collata manu confligũt pertinacissime, captus aliqñ marchio, peruenit in manus hostiũ, sed glomerati milites eius, ad nihil aliud contenderũt, ꝙ principẽ suũ de manib⁹ hostium extortũ, reducere: perfoecit improb⁹ labor, ut manib⁹ illũ hostium extraherẽt: capti de exercitu marchionis, de Regensten, & de Mansuelde comites: ediuerso capt⁹ est a militib⁹ marchionis, Iohãnes Holsatiç comes, qui exacto in captiuitate triennio, ea demũ lege relaxat̃, ut accipiat uxorẽ, Katherinã relictã Iohãnis marchionis de Brãdenburgo, dos erat redemptio captiuitatis: non grauis conditio sic capti, qui lucro tulit uxorẽ, quanti pugnauere capitis periculo, nõ hoc cõsequuti quod ille capt⁹. Per quod tempus, cum cõtrouesia inter Danorꝫ regẽ Christopherꝫ & Henricũ dñm de Magnopoli ex quibusdã causis suborta durasset: rex finẽ reb⁹ dare cõstituens, permisit in compensatione damnorꝫ, quę memorato dño fuissent irrogata, omne ius, quod in Rostockcensi dñio illi esset: Submiserat enim iam dudũ se dñs Rostockij Danorꝫ regi: cũ a marchione, quod supra diximus, sibi timeret: quo iure, mortuo dño de Rostockio sine prole, puerũ eum dixere: siue ꝙ ab ea ętate defoecisset, siue ob aliam causam hoc illi nomen inderetur, peruenit dominiũ ad successionẽ dñorꝫ Magnopolensiũ. Quo constituto, rex exornata classe nauigauit in Trauenam, ad locũ, qui Denscheborg dicit̃, tentoria fixit: expectans Romanorꝫ regẽ Ludouicũ: qui se ad colloquiũ occursurũ per nunciũ significauit. Cõcoeperat enim filiam suã regis Ludouici filio despondere. Sed cum aliquãdiu rex Ludouicus expectatus nõ ueniret: rex Daniç, pansis in altũ uelis, uestigia retro legit, reuersus in regnũ: ne dignat⁹ quidẽ inuisere Lubicã, ꝙuis ex tam propinquo cõstitisset. Ante oculos illi erat ius, quandoꝗ regũ Daniç in eam urbẽ regno detractũ, reiectũqꝫ iugũ subiectionis: de quo aliqñ reuocãdo

Oritur bellũ

Captꝰ Marchio.

Captus armis recupat̃

Pulchra & utilis dos.

Transactio.

Trauena flu.

Lubica olim iuris Dano.

iam secum cogitabat, non passus subijcere oculis urbem quam sine recordatione iniuriç cernere non posset.

CA. VII.

Ostockcenses aũt ciues cum intelligerẽt se in ius dñi sui Henrici Magnopolensis peruenisse, iam forte dño eorꝫ uita functo, uel ꝙ eius potentiã ad ea, quç poscebant authorisanda, imparẽ putarẽt, orauere, ut liceret eius permissu demoliri munitionẽ, quam rex Daniç Ericus, firmasset ad ostiũ Wernouiç. Ille, ut nouis ciuib⁹ gratificaretur, accepta ingenti ab illis pecunia, permisit: passa fuit, immo exegit ratio tẽporũ, ꝙ tunc impetrarẽt, quod posteriorib⁹ sçculis, & potissimum nostra çtate, nullo auro cõpensarent: frçnũ erat in maxillis proteruientiũ ciuiũ, sed tum ciues ad uota impetrato quod poscebãt, mox solo çquarũt omne çdificiũ, usqꝫ ad solã turrim, quç specula remansit adnauigantib⁹ de mari, ut noctibus inde lucernam cernerẽt, cauentes terrç propinquare, simul ut portum inueniant, alioqui inuentu non facilem. Idem dñs Henricus, cum grãdi pecunia indigeret, nec sufficerent prouent⁹ suorũ dominiorꝫ, a monasterijs suç prouinciç, & omnib⁹ ecclesiasticis, deposcit unius anni prouẽtus: ilico omnes uno ore ecclesiastici, reclamarũt. ꝙ non liceret deo dicata usib⁹ prophanis applicare, nec liceret nisi summo desuper cõsulto põtifice, in talibus quicqꝫ constituere: ille uero cum instantius urgeret, iam manum intentãs quadã ui, ut inuiti facerent, quod sponte facere recusarẽt: interdictũ est sacris per omnẽ terram. Tum mansuefactus Henric⁹, coepit esse tractabilior, egitqꝫ cum patrib⁹ Cisterciensis ordinis, qui soli in eo habitãt principatu, ut accepto molendino in Godebusch prçsenti onere principẽ supportarẽt, alleuarẽtqꝫ inuenta undecũqꝫ pecunia. Circũspiciẽtes illi reperẽrũt qui pecuniã numeraret, ut rugientis clamores leonis cõprimerent. Erat aũt tum uicesimustertius post mille trecentos annus, cum gelidissimo frigore mare constringerẽt ut pedestri per glaciẽ itinere de littore nostro in Daniã inqꝫ Prussiam mare transirẽt, dispositis per oportuna loca in glacie hospitijs, si quid cõmeantibus interuenisset. Propinquabãt Henrici Magnopolensis nouissima tẽpora, ubi sensit urgeri se ad mortẽ, ut omnia uitç tempora fortiter ac strenue perçgit, uolebat ultima non negligere, ubi çternitatis inest ratio: igiẽ uocatis proximis, pro testamẽto ordinauit construi monasteriũ Sanctç Clarç, in curia sua opido Rebenisse, cui prçdia ad sufficientiã delegauit: monasterio Dobran, in sepultura patrũ suorꝫ, se condi iussit, legans monile, licitatũ ad quadringẽtas argenti marcas, dextrariũ quoqꝫ suũ, centum argenti marcas prçcio çstimatũ. arbitror illa tempestate marcã argenti cum usuali tum incidisse, quod longe contra est in dieb⁹ nostris, ubi usualis ascendit ad duodecim, ut çquiparet unam argenti. Iussit aboleri idem Henricus, impositionem ruricolis inolitam, canum fruges uocãt, & quieuit cum patribus suis.

Demolitᷓ arx Rostockcẽn.

Specula Rostockij.

Sacra nõ applicãda pro phanis.

Hospitia in glacie.

Testamento cõdit mona sterium.

Mutatio ualoris marca rũ argenti.

CA. VIII.

Vm Wandaliã, ueteri nomine in ea regione prouinciam, administraret Iohãnes Nicolai proximi Prçsidis german⁹ frater, Iudei, qui ab antiquo ibi mãsitabãt, piaculare crimẽ (ut sçpe alias) commisere in uenerabile Christi Sacramentum, in Craconẽ eius ditionis opi-

Iudçorum crimen.

dulo,effractis ecclesię foribꝰ,& sacratis inde postibꝰ, furati sunt tremēdū
Christi Sacramētū in pixide, multis sacratis ad causam infirmorꝝ hostijs,
quasdā pūctionibꝰ torserūt, alias scissuris lacerarūt in cōtumeliā Christi: Iudęorꝝ impietas.
cceteras ut conculcauerūt, sparserunt publico itinere, ut Christianorꝝ etiā
pedibus calcarent: Sensere primi sacerdotes furtum,& quid suspicarentur
nō habebant,detulere rem maioribꝰ in opido: perlata est ad Gustrowen-
se Capitulū. Clerus indicto ieiunio postulauit a deo reuelari, quid factū Indicitur ieiunium.
esset de uenerabili Sacramēto: furem ne argētū,an sacramentū inuitasset.
Cum deferret res ad dñm Iohannē pręsidem,cœpit statim suspicari quod Prudēs pręsul.
erat,iussitq; rapi Iudeos in questiones: statim fatentur crimē, detegūt con
scios,corripiūtur omnes noxij in prouincia,sacratę hostię querūtur in za-
bulo,crebrescunt miracula, fit populorū cōcursus, ex uotis piorū instruitę Miracula.
capella,Christo laudes personāt: Iudęi exquisitis supplicijs fracti, rotis ne
cantur: Nec longū tempꝰ in medio, ad annū Christi tricesimū post mille Alia Iudęorū impietas
trecentos in Gustrow,similis execratio Iudeorꝝ detegit,hoc ordine: Erat
Iudęa mulier,ad Christū suscepto baptismate cōuersa,obuiā habuit in ui
co Iudęā,germani sui coniugē Eleazari,ea inuitabat conuersam in domū
suā, humanitatis specie, at illa,deum inquit meum timeo,ideo me retraxi
a cōmunione Iudaica: stomachata Iudęa refert,quia pro facinore & flagi-
cio exclusa es a Synagoga,ad Christianos te cōtulisti, ut laxiꝰ luxurieris,
Quid, inqt illa, dicis o uenefica: cogit me calūnia tua fateri quod nunq̃
fassa sum,cur a uobis discesserim: meministi, cum uenerabile Christi Sa-
cramentū a Christiana muliere coemptū, pungeretis in Synagoga astāte
me,& uelut infantis uagitū audiēte; terruit me iniuria, mouit me rei mira Iudęa cōuersa miraculo se.
culū,uisitauit deus cor meū,ut protinus fugerē a uobis in ecclesiā, assecuta
misericordiā cum baptismate, quam utinā tu & tui omnes ex animo requi
reretis,hęc erat uera a uobis declinādi causa,non quā odiosa fingis. Audi-
uere nōnulli uerba mulierꝝ,& cœpit obseruari Christiana ad ueritatis in-
dagationē. Res peruenit ad Iohannē principem,& zelo dei feruens, excla
mat: Num perfidū genꝰ potest a cōtumelia cōditoris cohiberi: ilico iussit
omnes in urbe teneri Iudęos & adhibitis questionibꝰ,cœpit indagare ue- Iudęi ad questionē positi
ritatem,sed adeo callum pectoris in gēte obduruit,ut q̃uis res in uero fu-
erit peracta,neuter sexꝰ,nulla ętas fateret. Adducta est Christiana mulier
quę uēdiderat,profugerat enim,cum audisset rem detegi: in cōspectu dñi
Iohānis cōfessa est crimē suum,uitā deprecata,quia fallente diabolo corru
isset,emēdatura uitam salutari pœnitētia: Erit,inquit ille,digna operis tui
remuneratio,tantū deprecare deū,ut propiciatꝰ,tibi ueniam largiatur: ius-
sitq; mox cōcremari: Tum missis militibus ad maiorē gētis Eleazarꝝ,sua-
deri fecit,ut detecta hostia,quā male extraxerint,saluet se ac gentē suam,
suscepto baptismate: Ille respondit,nunq̃ se contra ueritatē dicturū,etiā si
ignominiose sibi ac suis sit moriēdū: nobilis uxor Iohānis interpellabat cō
iugē eiusdē,si ea flexa uirū emolliret: quod ubi perspexit Iudęꝰ, exclamat,
cōstās esto mea Methilda, nihil te terreat, pro ueritate morietes in sinum Exclamatio grādis Iudęi
Abrahę mox euolabimꝰ, iussit apparari in cōspectu pyrā ingētē,ut pręsen

ti supplicio terreant, omnes cōcremādos, nisi detegeret uenerabile Christi Sacramentū: nemo mouetur, iussit cœteros in ignē proijci, seruato Eleazaro cum uxore: nūc, inquit Iohānes, tuū est eligere quid malis, uiuere in honore, an mori in cōtumelioso supplicio: detegenti quod requiro, & deinde baptisato, copiosam facio prouisionē, ut cum uxore uitā agas nō iniucūdā, indurat⁹ aūt cōcremaberis. Ille quassans caput, nihil dicit: proijcitur uxor in ignē, non mouet: mox & ille cōcremat, cum se cōtra ueritatē loqui non posse, testaretur. Mirat⁹ Iohānes, cœpit intra se cogitare, ne forte sacerdos qui cōuersam baptisarat, odio in Iudęos flagrauerit, cum muliercula rem cōfinxisset: utrocp aduocato, dixit: nisi fuerit a uobis detectū quod detulistis Sacramentū, iam compertū habeo a uobis compositā fabulā: proinde, Iudęorū innocuā necē sanguis uester expiabit: Territi, respexere in alterutrū: tum sacerdos, Habes pręsentē quę fatet quid uiderit: audisti uenditricē, quę non negauit: ad me crimē quid pertinet? qui nihilū ac debui, feci: audistis, ait ille, decretū. mulier nihil diffisa, ait sacerdoti: modo sit nobis ingressus in fratris Synagogā, inueniem⁹, miserāte deo, q̄d quęrimus: deuotissime se negocio coaptarāt: pręmisso ieiunio, ac sacra cōione cū pręcib⁹, & assumptis uiris grauib⁹ ex opidi cōsularib⁹ foderūt diu: demū cū iā obrepsisset desperatio, inuenerūt uitro tectā peplo inuolutā, hostiā, quatuor locis cruentā. aduocat clerus, pulsantur campanę, in laudes Christi ora laxātur: capella in loco inuētionis, de oblationib⁹ accurrentiū, erigit, ecclesiastica stipendia fundant, ad cōcinnandas deo laudes. Permāsit capella in annū tertiū, post quingētos ac mille: tum enim cōflagrante opido ab igne fulguris, cum ecclesia parrochiali, deperijt: in uigilia apostolorum Petri ac Pauli.

Cōditio oblata p̄cinaci Iudęo. *Responsio Sacerdotis.* *Inuenit Hostia sacra cruenta.*

CA. VIIII.

Letuanię ps Christiana.

LEtuania, terra hactenus (nisi ex quadā parte, Christi fide illustrata) cum maiori parte prouinciarū, uanis adhuc ritibus insordesceret, idolis dedita, per hęc tempora spem suę conuersionis pręstare uidebatur: Nam Frideric⁹ Rigensis archiepiscop⁹, certo nitens fidedignorum testimonio, scribit Iohāni. XXII. summo pōtifici, tum in Gallijs Auinione curiā fouenti, propter Romanorū tumultuationē, dignetur sua sanctitas mittere Episcopū & abbatem ad postulationē Letuanorū, in quibus ostiū fidei uisus sit aperire Deus: Nam eius gentis principes hoc polliceri uidebant, si Romani pontificis illis accederet authoritas: erigere ecclesias, fundare monasteria, in animo haberet. Nihil cunctat⁹ pontifex, ānuit postulatis, mittens episcopū cum abbate & clero cōpetenti: qui ubi in Liuoniam peruenere, perducti sunt ānitēte archiepiscopo Rigēsi memorato, in cōspectum Letuanię principis, exposito legationis suę mādato: Cum barbarus uir iam animū mutasset, in hanc sententiā fert respondisse: Papā uestrum nec noui, nec nosse cupio: fidem ac religionē, quā paterna traditione accœpi, in ea permanebo: certās pro illa a sanguine uscp ad mortē. Legati ubi audiuerāt, deiectis in terrā frontibus, non lęti redierunt: tantū itineris tantū periculorū, per mare, per terras, emēsi. Sic se res habet, Antiquus ille hostis, princeps tenebrarū, Aegypti tyrānus Pharao, non dimittit populū

Responsio pricipis Letuanorum.

dñi,nisi in manu forti. Fratres domus Teutonicę nō illis erant uiribus,ut sine proximorū regum auxiliarib⁹ armis gentem Barbarię ferocē & multitudinem innumerabilē inuaderent. Poloni enim tum alijs impliciti bellis,rem sinebant intactā:quę totius regni uires deposcere pro sui magnitudine uideret. Oratores summi pontificis sine fructu redierūt: Ipsi tñ mercede sua apud dñm non fraudati. Scriptū est enim: Reddet deus mercedē laborꝶ sanctis: laborꝶ inquit nō euētuū:nō enim est in hoīe uia eius. X.

Akoldus interim rex Polonorū memor,quid regnū suum aliqñ a marchionibus de Brandēburgo pateret, cum incursione facta rex caperet, & Marchia noua regno adimeret: in eam rem armis ulciscendā,uires multas collegit. Accessere illi Letuani,quorꝶ regis filiam tenebat uxorem. Accessere Vngari, ꝙ rex illorum filiam Lakoldi coniugem haberet. His agminibus cinctus, mouit in Marchiā. Fratres Teutonici iter tum incolume pręstitere Letuanis, ꝙ bellum a gēte in se auertere non auderet: pręsertim,cum in auxiliū prodirent regis Polonorꝶ: pretenderant aūt marchioni quietis suę causam ijdem fratres,ꝙ a summo pontifice,qui patrē marchionis Regē Romanorꝶ excōmunicatum haberet,literas ea de re accœpissent. Ergo Poloni his aucti uirib⁹,nec ullis tardati repagulis, in Marchiā duxere: pędis & captiuitatib⁹ omnia uastātes. Abducti uiri,mulieres,iuuenes, uirgines,senes cum iunioribus, sine numero: pecora cum omni suppellectili. Obsessa ab illis urbs Prinslauia,& aliquādiu oppugnata. Erat inter Polonos,qui illam Christiani populi pręsertim ab infidelib⁹ Letuanis cladē miseraret,sciēs ꝙ onerosus ꝙꝙ odiosus esset rex Dawida Letuanorꝶ,suę ditionis Christianis. loco ad insidias prouiso, eundē regē Ploscouia egredietē,admisso equo infestissima hasta incurrit, & gladio pfossum,extinxit: citissime cursum uertēs,ut celeri ad cursum iumēto, hostiū uindicū manib⁹ eriperet. Hic erat exit⁹ pfidi regis,qui Christianismū suscipere contēneret,illuderetꝙ uanis promissis de lōgissimo uenientib⁹ itinere: quiꝙ subiectis Christianis grauis immineret. Poloni eua stata prouincia,cum nemo prodiret in aciē ex aduerso,agmina sua reduxere. Sic etiā hodie res geruntur in eis regionibus: non stataria pugna totis cōfligunt acieb⁹: excursionibus agūt inuicē,& redeūt,idem passuri ab hostibus sequētib⁹,posteaꝙ illi exercitū suum iam dimiserūt. Ita Russi, Letuani, Turci, Tartari, hodie pugnant: nisi uilm casus faciat obuios, non demorantur hostem donec prodeat in aciem. CA. XI.

Lakold⁹ rex in Marchiā.

Vastat Marchiā.

Trucidatur rex infidelis

Quib⁹ mos pugnādi per incursiones.

Vo tempore, cum Henricus Magnopolis dñs, bellum renouaret in Iohannem Wandalię dñm, quoties antiqui uulneris memoria recrudesceret, infestis cohortib⁹ concurrerūt ad cōtermina pagi, quod dixere, Frederckstorp: Ibi multis in prœlio captis, Henricus Iohānē cōiecit in fugam, coegitꝙ malis in eum plurimis, ut domi quiet⁹ maneret: non enim equis aut uirib⁹ aut simili ad prœlia erat fortuna. Per idem tempus Nicolaus de Wittenburgo comes (pars est ea comitatus Zwerinēsis per partes diuisi, cum multi essent filij cohęredes) quo cōsilio, nō est omnino dicendi locus, Sed tñ si principat⁹ per Germaniā indiuisi manerēt, lon-

Detestat diuisionē principatuum.

gꝫ formidabilior eſſet uirtus eius, ꝙ̃ ſit modo, cum ſit multis partib⁹ dimẽbrata: ut crebrius in ſe uerſis uiribus, abutatur euiſcereturq́ꝫ, ꝙ̃ ab exteris ſuperet̃: Non ſic Francia, quę ſemper ſtudet unico per omne regnum principatui: unde fit, ut crebriorib⁹ uictorijs illuſtretur, min⁹ ciuilib⁹ bellis lacere t̃. ſed hęc alias. Nicola⁹ comes de Wittẽburgo (quod dicere inſtitui) tum rebus excedens humanis, duos reliquit filios, Nicolaũ & Guncelinũ quod in eam rem ab annalib⁹ recoeptũ cõmemoratur, ut uideam⁹ quibus tum ſciſſionib⁹, etiã comitat⁹ unus eſſet diuiſus: cum alij de Zwerino, alij de Wittẽburgo, comites cenſerẽtur. Qua etiã tempeſtate, iam de eccleſia Caminenſi erat cõtentio: uetus palęſtra litigantiũ. uacuata erat, morte epiſcopi cathedra, Canonici elegerũt de ſuo numero, Iohannẽ de Gottingen uirum pręſtantem & illo in eccleſia loco dignũ. Papa prouidit eccleſię, de quodã fratre Io. ordinis pędicatorũ: ꝙ uel electionẽ pręueniret, uel quid in ea uitij deprehenderet, aut ꝙ plenitudine ſuę poteſtatis, ut ſolent, uteretur: nondũ extãtib⁹ principũ Germanię cõcordatis: quę repagulũ obijciunt. Hic frater ueniens in eccleſiã tam erat gratus, ꝙ̃ ſus, ut ferũt, in uicũ Iudęorꝶ. quid enim nũc facerẽt? qui cum ſuis, deq́ꝫ ſuo corpore electis, uix agunt pacifice: quid facerent de alieno? Sed Papa ubi intellexit, litem diremit: ut prouideret memorato fratri Iohãni de eccleſia Verdenſi tum uacãte. patientiores illi uidebãtur ad alienũ põtificem ꝙ̃ Camineſes.

Frãcię unus princeps.

Comitatus diuiſus.

Frater mendicãs ingratus in eccleſia ſęculari.

XII.

Enerat tum Lubicam, Bertoldus de Hẽnenberg comes. nobiliũ ſolẽni ſecũ apparatu ducto: ſecũ etiã adducẽs Ludouici marchionis puerũ nouẽnem, filiũ: ut inde traijceret in Daniã, deſponſaturus puero filiã regis Danorꝶ Chriſtopheri: ad eam ſolẽnitatẽ honoris gratiã, multi euocati principes, uenerãt: Inter quos Henricus dñs Magnopolẽſis, acer in armis, qui magnã Marchię Brandẽburgẽſis ſibi partem, per arma cõquiſiſſet: interpellat eum rex ſecreto, uelut caſſib⁹ in regno clauſum: incertũ an comitis memorati cõſilio, ut accepta pecunia, eam reddat ditionem marchioni: aut, ſi id mallet, in man⁹ regias. Sciens Henric⁹ graue eſſe pernegare illi, qui etiã cogere poſſit, cum eſſet in alieno: Reſpõdit regi: una ſe nocte deliberaturꝶ, facile de his rebus cum illo trãſigere. Ille mox ubi ad ſuos redijt, iubet ſub noctẽ expediri nauim: ſecreto, feſtinuſq́ꝫ redijt in terram ſuam: Comes ubi expletꝶ in Dania negocio ſuo Lubicã redierat, euocat Henricũ principem memoratũ: cũq́ꝫ illo agit, ut Henric⁹ acceptis uiginti marcarũ milibus, Brandenburgẽſis monetę, reddat principi ſuo terras ademptas: inſuper fœd⁹ perpetuę pacis inierũt: ut in reliquũ tempus, ſuo quiſq́ꝫ cõtentus, cõmunes hoſtes iunctis uirib⁹ perſequerent̃: inq́ꝫ eas conditiones diſceſſere. Quo etiã tẽpore Werſla⁹ dñs Rugianorꝶ excedẽs e terris non reliquit ſui corporis hęredes: cuius terrę dominiũ, uicini principes omnes ambierunt: rex Danię, dux de Wolgaſto, dñs Magnopolenſis, princeps Wãdalię: pro ſe quiſq́ꝫ, cõtẽderũt. Sed regi, ꝙ maiorib⁹ eſſet uirib⁹, ꝙq́ꝫ antiquũ in eo feudũ collocaſſet, maior eius pars tum cõceſſit. Nomẽ enim (quod diximus) habet illa inſula & uet⁹ & illuſtre: ꝙ Gothi primũ egreſſi Suecia, diu ibi habitantes, in magnã gentẽ coaluerũt. Lõgo

Matrimonium inter pueros.

Graue illi negare qui poteſt cogere.

Rugianorꝶ dñs ſine hęrede obit.

socia arma cōuertimus in infideles. Conuenit inter eos ut Magister arces duas obsidū loco regi traderet: Dobrin atq; Brandēborg. In eas tum conditiones rex reduxit exercitū. Interim Magister ipse, cum non satis fratribus placeret: ab eorum uno in arce metropoli Marienborg, trucidatur. Assumpto deinde per electionē nouo magistro: renouatur bellica expeditio: & primo arcem Brandēborg regi obligatā armis recuperāt, ui bellica fulminātes. Inde ducūt in Poloniā, & quę priscis superfuere uastationibus euertunt: Opida & arces uorax ignis cōsumpsit: peragrātesq; nullas regis copias experti obuias, prędis onustum exercitū reduxere. Vix se in sua dispersę recœperāt, rex iterū sequut° redeūtes, cōpensat quę fœcerāt: sed fratres pertęsi damnorꝫ, aliqñ aciem opponere regi constituunt, digladiaturi cum Polonis. Igitur educūt in hostē. Cōcurrentes aūt magno prelio, decertant: cecidere utrinq; plurimi: sed maior pars ex Polonis. Erat quidem incertum ubi uictoria cōstitisset: sed ubi erat, cruenta fuit. nam mutuis cędibus oppressi plurimi, superstites reliquere fatigatos. prōptissim° quisq; ex ordinis pręceptoribus in acie cecidit. Ea strage peracta, aliqñ rebus per cōditiones cōpositis, utriq; quieuerunt. Magister trucidatur. Prelium cruentum.

CA. XV.

Enricus dñs de Magnopoli, per hęc tēpora circa tricesimū post mille trecentos, cōcessit in fata: relinquēs duos paruulos, Iohannē & Albertū. Cōmendabat autē moriens urbium suarū primariis Rostockij atq; Wismarię pręsidib°: ut tutelā filiorum impuberū, suorum principū, fide credita implerent: quoadusq; iam adulti, nossent reb° ipsi suis preesse atq; prospicere. Albertus aūt prior uxorem duxit, germanā regis Suecię Magni. Ipse tum gubernacula apprehendēs, prudenter & fortiter terrā suā gubernabat. Vix duo intercessere ex hoc tempore anni, & recrudescbat bellum inter Polonos & Prussos. nam rex Lakoldus memor accœptę cladis in Prussia, uindictā exercere cōstituit (Fœlix superq; si sudorem & sanguinē pro Christi religione amplificanda tantū profudisset) magnis iterū agminibus cōtractis, Prussiā ingreditur: Ipsi fratres iam prospicientes regis molitiones, auxiliaria etiā ipsi arma contraxerunt. militari enim genere nati omnes, qui arma portāt facile cognationē quisq; suam ad arma deuocabat: ostensis magnis de pręda premiis: occurrūt uenientibus ex aduerso hostibus. tum uero ubi concurrunt, acris pugna cōsurgit: magnis utrinq; uiribus: magnis animis, & odiis cōcertarūt ingentibus. Stabat diu anceps uictoria: Ipsę acies pertinaces, certe non cedere: diu paribus certauere uiribus. cecidere hinc atq; inde plurimi: sed tum uictoria Polonis prouenit. cęsi, ex Aduocatis Russe de Plawis, & iunior comes de Honsten: comes de Aldenburgo graue uuln° accœpit in faciē. multi uicissim tum capti: sed exuperabāt damna fratrū. O quātus poterat eo saguine parari Christo exercit°? Sed non hoc agit, ut semper uiciniora saluti, gerant inter homines: etiā si hoc ab initio profiteant. Hoc erat illud tempus, quo sub Iohanne eius nominis. XXII. scindebat ecclesia, de uisione separatarū animarū: cum nōnulli ex fratribus minorib° pertinaciter tuerentur, illam differri usq; ad nouissimā diem: quibus multū inhęrere uidebat pontifex Obiit Magnopolensis. Bellū recrudescit. Victores Poloni. Scinditur ecclesia.

Sed fratres ex aduerso predicatores, docebant, mox resolutã corpore animam iusti, cœlos ad beatã uisionem penetrare: quibus prelati & doctores fere oẽs, in palladio Parisiẽsi subscripsere: qui etiã ea de re misere lr̃as pontifici. Scripsit & rex illoꝝ tempoꝝ Frãcię Philipp⁹. Tergiuersationes diu erãt plurimę multoꝝ: cũ fratricelli garrire nõ intermitterẽt: sed preualuit ueritas dicẽte Christo ad latronẽ: Hodie mecũ eris in paradyso. XVI.

Fratres garruli.

l Etuani pro magna parte in perfidia natiui erroris permanẽtes, pacem habuere, dũ Poloni atq; fratres Teutonici ordinis colluctarentur. Quibus rebus post multa ac diuturna mala iam pacatis: marchio Brandenburgensis Ludouicus Romanoꝝ regis filius, & Henricus dux Bauarię, magnis agminib⁹ adunatis, mouere in Letuaniã. Accessere illis tam magnis copiarũ ductoribus fratres Teutonici ordinis, & armis iunctis, iam sue professionis negociũ agere instetẽrut: obuias quasq; munitiones demoliunt: deditionis nulla est alia cõditio, q̃ ut sacrã Christi fidem suscipiant. Profitentes, ex more Christiano baptisant: Mult⁹ populus in ea barbarie accepit conditionẽ. Nobilitas cessit retro, non ausa opponere uenientib⁹ aciem. Hẽric⁹ memorat⁹ dux Bauarię, ut magne & laboriosę ac sumptuosę expeditionis monumentum relinqueret, in hostica terra: erexit & cõmuniuit arcem: quã de sue gentis uocabulo, Bayerborg appellauit: impositoq; presidio fratrũ ordinis Teutonici, uictores tum exercitus reduxere. Sed nõ erat unius expeditionis negociũ, tantã barbariẽ ab inolitis errorib⁹ tam cito reuocare: Iterũ atq; iterum urgẽdi cõmouendiq; erant armis, nõ modo exteris, sed uicinoꝝ de regno Polonoꝝ, qui q̃diu rem dissimulanter egerũt, nihil stabile, nihil permansurũ, in ea prouincia poterat cõstitui. Vix prima terrę limina senserant motũ. nam nobilitas quę presentibus cessit, facile reuocauit infrunitum populum ad consuetos errores. CA. XVII.

Expeditio in Letuaniã

Arx Baierborg erigit.

Per dissimulationẽ nil stabile.

u Enerant per id tempus Romanoꝝ regis oratores Lubicã: Iohannes de Henneberg comes, & duo milites, cum mãdatis & literis: ut ipsi quibus possent uiribus instarent, senatusq; Lubicensis anniteretur: ut Otto frater regis Danoꝝ Waldemari, nuper capt⁹ prelio a comitibus Holsatię, bonis cõditionibus laxaretur. Ostenditq; senat⁹ se coo perationi spontaneũ: effecitq;, ut super ea re apud comites instantia fieret: peruenit aliq̃n res in tractatũ & disceptationẽ, nec inueniri poterãt uię ad eius relaxationẽ: tam difficiles fœcere cõditiones: tãta allegabant pro suo iure. Frustrati oratores cum Lubicensibus, infecto negocio redierut. Erat tricesimusquint⁹ post mille trecentos, cum prodigij loco habitum est cete grandia innatasse Trauenã, peruenisseq; ad urbis uicinia, lõgitudine octo & decẽ, uiginti, quatuor & uiginti pedũ: quę fuit necdũ adultoꝝ, sed media etate crescentiũ, magnitudo. Quo etiã tẽpore cœpit inter reges Francię & Anglię diuturna illa de regno Francię conflictatio. obierat sine mascula prole rex Frãcię Karolus: successit Philipp⁹ de Valesia comes: proximus, ut ferebãt, ex masculina heres linea: sed propior erat ex matre rex Anglię Eduardus, cuius erat genitrix filia regis Francię Philippi, cognomẽto

Oratores Cęsaris.

Cete grãdia.

Bellum sup regno Franciae.

pulchri. Id bellū in multa tempora est protractum: per multorꝫ regum successiones: in quo infinit⁹ sanguis profluxit. Erāt quidē & antea de Normādia inter reges memoratos bella grauissima: sed nullū huic, magnitudine odiorꝫ, & temporū diuturnitate, cōpar. Tempora signasse, nobis sit satis. Nam Frācorꝫ res scribere non suscepim⁹: cōtenti professis. XVIII.

Vdouicus interea Brandēburgensis marchio, uxore defuncta, respexit ad secūda uota. Erat puella insignis, hęres unica Stirię, forma & pudicitia singulari: iam nupta filio regis Bohœmię. Ea cū uiri quęreret impotentiā, matercꝫ esse uellet: ęgit occultis apud Ro. regē literis: ut filio eius marchioni iam uiduo uxor esset: dotem allatura nō uulgarem. Placuit res regi, filiocꝫ suadet, ut eo animū inclinet. Ille raptū detestatur: esse in regno plurimas suo thoro dignas, uirgines, ac uiduas: nuncꝫ se per scelera inire thorū. Pater contra: non esse raptū, ubi mulier agens lege, cōtendit iure diuortiari. Quid multa? persuadet filio: Ille uolentē rapuit puellā: quę ubi in tutū peruenit, a priori diuortiata marito, per sententiam iungit coniūx Ludouico marchioni. Non tulit iniuriā rex Bohœmię Iohānes: cōtrahit ex Vngaris Franciscꝫ ingentia auxilia, ac ducit in Ludouicum marchionē. Ille nōn imparatus, copias ingentes in armis habuit: excipit Ioannē regē cum agminibus uenientē: & manu collata, Bohœmū agit in fugam. Serpsit in longā memoriā ea iniuria, nec facile potuit obliuione deleri, quę tam atroci facinore, sumptucꝫ infinito ei cōstiterat. Iohānes rex magno bello inter reges Francię & Anglię se immiscuit: ibicꝫ pugnās acri prelio perijt. Wentzlaus iniuriā suam exequut⁹ est post patrē: sed cum interim defuncto Ludouico Romanorꝫ regi successor quęreretur: Wentzlauscꝫ rex Bohœmię, filius Iohannis, mutato nomine, ut Karolus diceretꝫ: in eum dignitatis gradū proueheretꝫ: excitauit Karolus Ludouico emulum: qui se diceret Waldemarū marchionē, nō uita functū, sed peregrinatione subtractū, cum pro eo ex cōposito aliud cadauer tumularetur. Cum multi principes astipularentur, tam multis & magnis rerum indicijs, ille falsitatē conceptā peruestiuit: Romanorūcꝫ rex nō inuitus audiuit hosti emulum esse excitatū: Itacꝫ filū cōceptę inter eos amaritudinis in longū ducitur. Cum aūt Ludouicus marchio, patris hęres, imperij teneret insignia, cōmunium interuentu amicorꝫ, ea re gratiā sibi Karoli comparat: ut ea tradat regi iam electo. Karolus eo pręstrictus beneficio, antiquat aboletcꝫ iniuriā: coniugē quam tulit habere permittit: inuestitcꝫ de Brandenburgēsi, decꝫ Stiria utracꝫ Marchia, & de Bauaria paterno principatu, posthabito adulterino marchione: de quo plura in Saxonia. Sed hęc per preoccupationē dicta longo tempore sunt subsequuta. XVIIII.

Puella quęritur impotentiam uiri.

Rapitur puella uolens.

Fugit rex Bohœmię.

Adulterin⁹ Marchio.

Abolentur iniuria.

Er ea tēpora cōuenit Lubicā memorabilis cœt⁹ principū inferioris Saxonię, qualis ex omni hominū memoria nullus extitit. Conuenerant enim archiepūs Bremēsis, Brādenburgēsis, Swerinēsis, Raceburgensis, Lubicensis, & Halberstadensis, episcopi: & ex ordine sęcularium, Brandēburgensis marchio Ludouic⁹, de Brunswico, de Luneburgo, decꝫ Stetino, de Wolgasto, de Saxonia duces: de Holsatia, de Zwerino, comi-

Magn⁹ principū conuētus.

tes: de Magnopoli, deq; Wandalia, dñi. Milites militaresq; sine numero. Colloquiũ fuit de generali terrarum pace, deq; innocuo itinerantiũ transitu, ut interdicantur latrocinia: iurataq; pax est in sex annos. Hunc aũt tam celebrem cõuentũ illustrauere nuptię dñi Nicolai, principis Wãdalię: cui Albertus Magnopolis dñs, germanã sororem dedit cõiugem. Anno deinde proximo rediit in eam urbẽ Ludouicus marchio memorat⁹, literas preferens imperiales, quę illum declararent esse defensorẽ Lubicę: quod longe posita in ultimis imperii finibus, multis undecũq; afficeretur incõmodis: pro qua re cẽsum illi annuũ Imperator ab urbe deputauit. audierat enim quia ciues superioribus annis, in eam causam Erico Danorum regi, pecuniã dederint. Ille tum a ciuibus permagnifice excipit: & exquisitis honoribus, per dies quibus apud eos commanebat, habitus est: cum multa gratitudine se semper urbis futurũ spondet, & protectorẽ, & prouectorem. Venerant eo comites Holsatię Henricus & Iohãnes: cum quibus inter alia egit ut Waldemarũ Danię regem, Christopheri filium diu regno exulantẽ, per Gerhardi comitis nuper in Dania cęsi, factionẽ, reducerent in Daniã: idq; pollicitii comites, perfecerũt. Waldemarus aũt Slesuici dux, pridem rex appellatus, his nũc rebus accedens in Sunderborg, regi despondet germanã suam, coniugẽ: ubi etiam nuptiis regali luxu peractis, regem dux deducebat in Wiborgũ: eo totius regni proceres euocati, sacramẽta renouãt: abolitis omnibus iniurię fomitibus.

Pax in sex annos.

Marchio defensor Lubicę.

Nuptię regię.

CA. XX.

Hoc est illud tempus, quo in Hamburgo perniciosissima clero, turbatio uigebat: exorta de prędiis & domibus, in urbe clero quouis titulo obueniẽtibus. prętendebat clerus, deberi quoq; sibi ius ciuilitatis: non dissimile laico populo, quod sacerdotia publicis reb⁹ inessent: Senat⁹ cum ciuibus repugnabat. miscuerũt se ciuilibus causis (ut fit) nonę nulla iniuriarum capita in clerũ: cum populus non contentus iure agere, uim inferebat: prępositus in ecclesia publice cõuitiat⁹, puluereq; in contumeliã aspersus: quod ille iurisdictionem in quosdam adulteros, seuerius intendisset: decanus etiam gladio petitus in ecclesia diceret: alii sacerdotes affecti uerberibus & plagis. Itaq; interdicitur in urbe sacris, cedit Capitulũ loco, fratres cum laico populo proteruiũt: prędicatores tñ in uiam redeunt primi: minores diuti⁹ insaniũt. Archiepiscopus Bremẽsis, loci ordinarius, Burkardus: cœpit rem totius cõtrouersię serio cum suis tractare. Aderãt cõsulares nuncii cum mandato etiã in scriptis, pręter suam cõsuetudinem. Fit ad plenũ cõcordia, literis desuper editis sub sigillo eiusdem archiepiscopi: mittuntur Hamburgũ: approbantur a senatu: & ex superabundãti, literę de rato remittuntur, si quid ab oratoribus supra mãdati formã uidetur approbatum. Omnia in trãquillo esse iam putant: ecce recrudescit uulnus, subito resiliunt a prioribus placitis, ciuiũ obtendunt dissensum, qui non sinant in eam formã durare cõpositionẽ. deuoluitur causa in Romanã curiam: diu ibi litigatur. missi ex capitulo, missi ex senatu duo cõsulares: duo inuicẽ germani altrinsecus tuentur aduersas partes. Clerus iustiori causa ad uictoriã peruenit. decernũtur literę, accipiunturq;. Interim populus sęuiens in pre-

Cler⁹ & populus Hamburgẽsis dissentiunt.

Mendicãtes cõtra clerũ.

Concordia.

Populus resilit.

Cler⁹ Romę uictor.

dia ecclesię, armatus exiuit: incendio, gladio, prēda, sęuit in agros ecclesię, & omnibus peruastatis, reducit abrepta in urbē. in decimūoctauū annum durauit ea cōtrouersia: & in fine post multos labores, post longa exilia, impensas litiū graues, post damna irrogata ecclesię, a nō magnis personis res intercipitur, tractatur, cōponitur. Clerus, & imprimis capitulū, resilijt a iure suo. tradunt̄ literę: fit ad eam, quę placuit laicis, formulā, rerum cōpositio. Sic se res habet. ubi populus dei timorē & iusticię respectū posthabet sola ui nixus, magno detrimento laborat clerus. Cler⁹ resilit a iure.

CA. XXI.

a Lbert⁹ de Magnopoli funct⁹ legatione regis Suecię, leuiri sui in Thuringiā, ut nuptias cōciliaret, a Guntero comite de Swartzēborg cum omni suo capitur comitatu. Erat, ut conijcit̄, cōtrouersia de ueteribus patrū simultatibus. Sed cum ad Romanorꝛ regem eo itinere transiret, suę putauit rex integritatis, ut incolumē prēstaret & liberū. Tentauit hoc literis & nūcijs: quę ubi nihil peregerāt, expleuit armis, ut laxatus in sua rediret. Hic Albertus tres ex cōiuge sustulit filios: Henricum natu maiorē, qui postea coniugē accœpit Ingelburgā filiā Waldemari regis Danorꝛ. Albertū, qui in regem Suecię excreuit: coniugē aūt duxit Rixam, filiā Ottonis comitis de Zwerino. & Magnū, qui filiam Bugslai ducis de Wolgasto Elizabet uxorē habuit. Filias uero duas, quarꝛ natu maior Ingelburga nupsit Ludouico marchioni Brādenburgēsi. Alterā Annam, quam accœpit Adulphus comes Wagrię in Holsatia. Sed filius Albertus Hērico nat⁹ ex filia regis Danorꝛ, quanq̄ morte aui materni Waldemari Danię rex declararet̄, eamq̄ Karolus rex Romanorꝛ sua sententia fulciret: non potuit tn̄ in possessionē peruenire: q̄ Margareta altera regis filia, ingentis spiritus fœmina, plusq̄ uirili animo Daniā sustinuit gubernare: perfœcitq̄ industria singulari: ut tria regna post multorū memoriā sęculorꝛ, fœmina, quod diui uiri nō poterant, cōiungeret. Sed hęc per anticipationem quandā sint dicta. Cœterū decursus rerū, alia in tempora incidit: quod in Dania signauimus: nūc uero contenti cōmemoratione principalium nuptiarū, reliqua suo ordine exequamur. Capt⁹ Magnopolēn. Alberto Magnopolensis tres filij. Mulier ingētis spiritus.

CA. XXII.

a Lbertus aūt & Iohānes fratres, cum primū Karolus. IIII. in Romanorꝛ regem esset assumptus, solēni comitatu curiam regis, quātum Pragę in Bohœmia fouerat, adierunt. Aucti sunt a rege ducali dignitate: ut duces in reliquū Magnopolenses & scriberent̄, & essent: multis congentiliū suorum ducib⁹ potentiores. Reuersi in terrā suā questionem mouerūt Ottoni de Zwerino comiti super terris & ditionib⁹, quas Hēric⁹ Leo ante ducētos & supra annos, tulisset Pribislao tritauo suo. Sed longa possessio aliquot sęculorꝛ, quomodo potuit iure submoueri? Iam tn̄ superiorē se gerens Albert⁹, pro aucta dignitate, a comitib⁹, feudi dn̄s uoluit recognosci. Qua ex re opidū cum arce Wittenburgū oppugnās cœpit. Creuerat per ea tempora in immensum opinio adulterini marchionis, Waldemari, quē excitabat fouebatq̄ occulte Romanorꝛ rex Karolus: ut laborē crearet Ludouico, qui olim illius fratri Iohāni, quod dixim⁹, tulit uxorem. Induxisse ferunt, eundē regē, qui ad se uenerant, in quib⁹ Alber- Magnopolis fit ducatus. Wittēburgū expugnat̄.

tum ducẽ Magnopolẽſem & quos poterat principes inflãmabat ad robo-
randas partes falſi marchionis: facile credunt omnes quod uerum eſſe cu-
piunt, qua ex re Albert⁹ dux, placẽs Karolo, cum defenderet partes adul-
Adulterin⁹ Marchio. terini marchionis: Ludouicũ & omnes ei fœderatos in ſe prouocauit. Rex
Danię Waldemarus, Ludouico ſtudens marchioni, utpote ſororio ſuo in
Wandaliã duxit a mari: inſulam Pole ad Wiſmariã, deprędatus. Sed ad-
Rex fugit. ueniens cum expedito agmine Albertus dux, regem fugauit, cõpulitq́ in
naues redire: multis ante, uel in ipſa trepidatione dimerſis, uel in cõgreſſio
ne gladio cęſis. Iam creuerat exiſtimatio de adulterato marchione, ut etiã
urbes Marchię, inductę principũ authoritate, illũ ſuſciperent. Archiepiſco
pus enim Magdeburgenſis, Rodulphus dux Saxonię, Albert⁹ dux Ma-
gnopolenſis, fuere cœteris credulitatis authores. Quem enim non caperet
tantorum principũ authoritas? etiã ſacramenta pręſtita ſunt huic fantaſmati,
ſiue magis idolo. Vindicabat ut poterat eã rẽ Ludouicus: perierũt utrinq́
multi: ut non impune cęderet, quod rex intentarat. Sed Ludouic⁹ iam ter
Romulus Marchio. ris Bauarię & paterna hęreditate cum dote Stirię cõtentus, Romulo fra-
tri, qui hoc nomen Romę natus accœpit, Marchionatũ tum permiſit. Ille
uiribus cõtractis, adulterinũ illum marchionẽ terris ſuis expulit: profugi-
entem in terras comitis de Anhold, in opidũ Deſſow: Ibi latens in calami
tate moritur, fumo diſcuſſo, poſtq́ omnes illũ deſeruiſſent. Quo tempore
Iudęi fontes uenenarunt. Iudęi per Germaniã grauiſſimo odio laborabãt: ꝙ dicerentur uenenaſſe
fontes, fidem faciebat grandis illa quę tum ſęuiebat in omnes mortalitas.
alij hoc auaricię principũ (ut fieri ſolet) inter fabulandũ dedere: ut Iudęos
propter opes, quas multas cumulauerãt, inſectarentur. Mirũ fuit cernere ala
Iudęi alacres ad mortẽ. critatẽ miſerorum ad mortẽ: choreas ducebant, & primũ paruulos, inde uxo
res, poſtremo ſeipſos pręcipitarunt ad incendia: plauſere miſeri, ſeruientes
oculis aſtantium, ne qua in re cedere uiderentur Christianis martyribus.
Martyrem uero non facit pœna, ſed cauſa. CA. XXIII.

Per quod tempus cum itinera publica inter urbes Lubicam, Ham
burgum, Luneburgũ, crebris incurſionibus latrocinantiũ eſſent
Latrocinia crebra. turbatiſſima: eaq́ de re ſuſpecti uehementer haberentur uicini mi-
litares: ꝙ aut conſcij eſſent malorum, aut receptatores improborũ: apud co-
mites Holſatię Nicolaũ & Henricum crebrius accuſantur. Sed illi (ut rem
precioſam) ſuum tuerentur honorẽ, perſtabãt, pernegantes omnia de qui-
bus inſimularentur. comites non deſtitere propugnãtibus honorẽ ſuũ: per
uenitq́ res in multam controuerſiã, uſq́ in apertũ bellum. quam rem quia
in Saxonia dixim⁹, hic trãſilimus. Sed circa idem tempus, duo ex Wãda-
Duplex affinitas. lię principibus, affinitatem inierũt cum Iohãne Largo, comite Holſatię in
Wagria, ductis duab⁹ eius ſororibus in cõiuges: per quã affinitatẽ factũ
eſt, ut laxaretur uinculis Otto filius regis Danorum Chriſtopheri frater Wal-
demari, quem prœlio captũ Holſati diu tenuerũt. Miſerunt autẽ illum ad
propinquũ ſuum Iohannẽ Wagrię comitem. Ille aũt laxatus uinculis, cũ
in conſpectu eius eſſet, uniuerſum Danię regnũ, unde facile cõſequeretur
Filius regis fit religioſ⁹. ducatũ, qui in eo multi fuerũt olim: maluit accœpta ueſte ſacrę religionis,

deo atq; diuę Marię in ordine fratrum Teutonicorum militare: idq; ex sententia perficiēs, fratri Waldemaro reliquit soli sceptra regni: in quo defecit sanguis regius. Nam filius eius Christopherus, quod in Dania diximus, inito prelio trāsfigit bōbarda, tum recens inuēto bellico tormēto. Filia uero eius Margareta, cum ex rege Norwegię filiū aleret: noluit germanę filium ex ducibus Magnopolensib⁹ ad successionē admittere. Vnde factū est, ut post eam ad exteros sceptra peruenirent.

Defecit sanguis regius Danorum.

CA. XXIIII.

Nicolaus dñs de Werlo erat ex ueteris Wandalię nobilib⁹. Is inter alia tenebat in sua ditiōe opidū Grimme, de quo illi mota est cōtrouersia a ducibus Stetinēsib⁹: qui clam missis satellitib⁹ opidum occupauere. Ille Albertū ducē Magnopolensem propinquū suū interpellabat, q; nō satis fideret uiribus suis quib⁹ impar erat hostibus. Albertus implorantē non putauit deserendū. Cōtractis ergo copijs cum apparatu bellico, ad oppugnationē contendit opidi memorati, ab hostib⁹ capti, ut recuperaret. Violentissime oppugnans, igne iniecto, & omni telorū genere nō cessante, tandē expugnauit, recepitq;. Inerat ualida militū manus, ab ducib⁹ immissa memoratis. Pars capta, pars oppressa incēdio, pauci elapsi manus uictrices euaserūt. Primariū eius opidi uirum, cuius traditmento opidū peruenit ad hostes, in conspectu omniū dux iussit cōcremari. Idē Albertus, cum iam dudū indoluisset ex comitatib⁹ de Wittenburgo & Raceburgo latrocinia publicis itinerib⁹ fieri, in societatē belli sumpto Henrico de Zwerino comite, dictas terras expedita manu peruagat: latibula quę receptare, aut forte emittere latrūculos solebant, euertit: & ut futuris tēporibus uiam obseraret incursionibus, in solo Raceburgensi fortalitium erexit: per crebras tñ pontificis querimonias, cum nollet ecclesiasticis rebus pręiudicare: munitionē a se erectā postea euertit: cūq; dux inferioris Saxonię Ericus iniquo animo ferret memorati Alberti uim in suo, hostiliter in eum inuehit. Sed Albertus idem cum esset iusticię tenax propugnator (ut erat) etiam uideri uoluit publicę securitatis: interpellato Ottone de Luneburgo duce, quem in societatē belli deuocauit, terrā memorati ducis, maioribus etiā uiribus adoritur: ut ejciat latrunculos, publicos omniū hostes. penetrauere arma eorum in Darsing, peruasere opidum Raceburgū: totum quod erat obuiū grassantibus cessit in prędā: inmune tñ permansit eius loci cœnobiū. Tacitus prętereo militariū nomina, quę sunt in annalib⁹ de improbitate notata, ne maiorum noxa inurat maculā honestati posterorum: quibus annaliū priorum scriptores, male cōsuluerūt.

Duces Stetinenses.

Expugnatio opidi

Cremaī traditor.

Euertītur latibula latrunculorum.

Tacet noīa latronum.

XXV.

Per occasionem ducis Stetinēsis hic memorati, continuanda est nobis series ducum & nobiliū eius regionis, intermissa. Ad annum Christi millesimūtrecentesimū, Bugslaus quartus tum rebus pręerat. qui mortuo fratre Bernaim sine prole, reliquit filium Werzlaum, moriens ad annū nonū post mille trecētos. Nullas res gestas, quę plurimę & quidem clarę fuere, cōmemoramus: q; postulantibus & requirētibus nobis, nullę sunt allatę ab eius regionis hominibus, antiquitates. Si nobis inuident, ipsi fœlicius exequanī maiorum suorum clara facinora annalibus tradi-

Bugslaus quartus.

ta: si tñ ante operis editionẽ ad nos peruenerint, propitio deo locum suum assequent. Bugslaus, quem diximus prҿter Barnaim sine prole morientẽ, fratrem habuit Ottonem, qui peruenit ad annũ quintũ & quadragesimũ post trecentos, & tum moriẽs, reliquit filiũ Barnaim: Is reliquit Ottonem & Casimirum: Otto. II. sine prole transijt, septuagesimoseptimo post trecentos. Casimirus reliquit filium Zwanteborũ, in quo defœcit illa linea. Werslaus, quartus in linea recta principum Stetinensiũ, reliquit filios, Barnaim, fundatorem ecclesiҿ Sancti Ottonis in Stetino: qui uixit ad annum LXVIII. post trecentos: huic erat frater Bugslaus quint⁹, qui ex uxore, regis Poloniҿ filia, reliquit Bugslaũ & Werslaum, in quibus successio nulla fuit. Cҿterũ, idem Bugslaus filiam Caterinam dedit coniugẽ Karolo Bohœmiҿ regi, Imperatori Romanorũ, eius nominis. IIII. qui genuit ex ea filium Sigismundũ. ex alia eius filia natus est Eric⁹ dux Pomeraniҿ, postea rex Daniҿ: erant enim Sigismũdus & Ericus consobrini. Bernaim, quem diximus eius nominis. IIII. reliquit filios Zwanteborũ, Bugslaum, & Casimirum: quorũ nouissimi duo, sine prole decesserũt. Cҿterũ Wersla⁹. V. alius frater. IIII. Bernaim, reliquit filios Werslaum & Bernaim. Barnaim reliquit filiũ sui nominis in quo stirps defœcit. Zwanteborus. IIII. peruenit uiuendo ad annum. MCCCC. reliquit filios Casimirum, Albertum, Ottonem. Albertus & Otto sine prole obierũt. Casimirus peruenit ad annum. XXXIIII. post. MCCCC. & reliquit filium Ioachim, qui peruenit ad annũ. LI. & reliquit filiũ Ottonem. IIII. in quo linea illa defœcit: trãsiuitq; ducatus Stetinẽsis ad duces tum Pomeraniҿ Ericum & Werslaum: Quorũ linea hҿc est. Barnaim. IIII. fundator ecclesiҿ Sancti Ottonis, prҿter Bugslaum, de quo supra, fratrem habuit Werslaum. V. qui reliquit filios Barnaim & Werslaum. Barnaim, quod ante dixim⁹, reliquit filium sui nominis in quo linea stetit. Werslaus. VII. reliquit filios Werslaũ. VIII. & Bernaim, in quo iterũ defœcit successio. Werslaus aũt. VIII. genuit Ericum & Werslaũ, ad quos peruenit ducatus Stetinẽsis: sed erat illis magna & diuturna lucta & cõcertatio cum marchionibus Brandenburgensibus, Friderico primũ, deinde Alberto fratre: res aũt post diuturnũ bellum, pactionibus est dirempta, nostra memoria: quod suo tẽpore cõmemorabit. Werslaus iste genuit Hartmarũ & Zwanteborum in puericia deficiẽtes. Ericus reliquit Bugslaum, huius tẽporis ducem magnificũ: nam cœteri filij Werslaus, Barnaim Casimirus, in adolscentia defœcerunt. Filiabus aũt contigit, in illustres dom⁹ collocari: nam fratribus Magno & Balthassar, Bugslaus geminas dedit sorores cõiuges: tertiã accœpit Hẽric⁹ dux Brunswickcẽsis. Bugsla⁹ ex filia regis Poloniҿ cõiuge, Casimirũ, Georgiũ, Barnaim, Ottonẽ, Bugslaũ, sustulit: filias Annã, Elizabet, Sophiã. XXVI.

Fundatio ecclesiҿ S. Ottonis Stetinensis.

Defecit linea ducũ Stetinẽsium.

Bugsla⁹ pomeraniҿ dux

Eges tum Bohœmiҿ & Vngariҿ, zelo diuinҿ religionis attacti, contumeliã Creatoris in uicinis Letuanis non dissimulãtes, iunctis armis terrã inuadũt: Christianis sacris, qñ aliter fieri non poterat, gentem per arma aggregaturi, multã late uastitatẽ ediderunt. nemo uisus est ex aduerso aciẽ opponere: sed omnis nobilitas iam in angustiã co

Expeditio regũ in Letuanos.

tractata, cessit in munitionem fortissimã: cui natura loci plurimũ fidebãt. ad eam oppugnandã reges cõtenderunt: obsidetur, oppugnatur ualidissime. Cum magister ordinis Teutonicorũ per Prussiã uel familiaritate nobilium obsessorũ, uel inuidia longinquorũ regum, quibus eius terre dominiũ inuideret, nec facile permitteret: cogitauit quomodo solueret obsidionẽ. Scribit regibus memoratis in castra: magnis terram Prussie gentis oppugnatẽ agminibus inuadi: esse periculũ, nisi occurratur in tempore, omnẽ Prussiã sub illorũ iuga uenire: se esse imparẽ tantis hostiũ copijs. Reges ubi audierunt, succurrẽdũ esse rati terris Christianis, ne rursus in gẽtilitatẽ recidãt, soluũt obsidionẽ: ducunt in Prussiam, eo uenientes, nihil audiunt hostile: sero intelligentes quid ageretur. Interim obsessa nobilitas Letuanorũ elabitur. reges qui pridem cassibus incluserũt eam, frustrati: reducũt exercitus, magnis laboribus & impensis in uentũ factis. Fratres ipsi, ubi regum in se iustam indignationẽ, & sui magistri (Ludero nomen erat) occultã machinationem intellexerũt: in ipsum quod fecerat uindicant. detrudũt magistratu, carceri includunt: quam fere in omnes suos pœnã, quoties seuiunt, detorquent: sic enim beant suos indignati preceptores. Prodigiũ tum uisum ferunt supra opidũ Prinslauie. Nocte intempesta Sancti Thome apostoli, uisa est crux sublimi cœlo, ad caput opidi memorati, longitudine pedum quadraginta: colore cœlesti ad lasuriũ. Visum est portẽdere marchioni, illũ maximũ, qui per eam tum prouinciã excitabatur, tumultũ. Quo etiam tempore inferioris Saxonie duces Ericus iunior & Albertus patruus eius, non unum sentiebant super latrocinijs publicarũ uiarũ: Nam Albertus ea pro uiribus insectat⁹, ope finitimarũ urbium, que illius signis accesserant: expertus est sibi nepotẽ in ea causa aduersantẽ. Albertus quoq; dux Magnopolensis, singulari tum affectu respexit in finitimas urbes. Lubicã imprimis fouebat: sepe in ea diuersatus, cõuentus ibi principũ agebat, tam gratus ciuibus, q̃ illis inclinatus. nec erat qui rem in ullam sinistrã pertraheret suspicionẽ. Nunc sumptuosum uisum est principibus negociũ, in preclaris urbibus conuentus agere: ideoq; patentibus in opidis crebrius solent conuenire.

Iniquus cogitatus Magistri Prussie.

Magister carceratur.

Prodigium.

Patruus contra latrones, nepos pro eis.

CA. XXVII.

Estones, gens est in Liuonia ad mare habitans, iuxta Reualiã, iam dudum ad Christi fidem coacta: hoc tempore cœperũt rebellare. urgebat miseros grauissima, qua premebãtur seruit⁹, ut se in libertatem uẽdicarẽt: agmine facto, proximos primũ, deinde lõginquos, quotquot repererant Teutonici nominis, interemerũt oppresserũtq;: euersis & incensis opidis. Iam enim in eam multi se mercandi gratia, terrã collocauere mansuri Teutonici: alij non pauci per tempora morã faciẽtes in ea, questui instabãt: ex cõmodo redituri in patriam. sed tum omnes extra opida munita, & arces inuentos, oppressere: munitionẽ sibi firmabant ad mare. Sed cum bruma iam horridior appeteret, ut paludes, & inuia pridem, loca transiri poterãt: fratres Teutonici ordinis, qui illam quoq;, ut diximus, terram tum tenuere: superuenere rebellibus: & rusticã illam manũ facile armis perfregere: multis dum repugnarent mactatis, alijs captis: principula-

Estones in Liuonia rebellant.

Opprimunt Teutonicos.

Mactantur rebelles.

rios aūt, & qui capita & authores extitissent rebellionis, exquisitis perdidere tormentis: & ad pristinā seruitutē cœteros retraxere. Canes nostri tolerabilius pascunt illis hominibus: tam misera seruitute premūtur. Ferūt qui dominantur, nisi in manu forti non posse populū illum in fide cōtineri. Similis erat cōditio nostris quoq; locis Wādalorū: qui nisi tributis supra uires fuissent onusti, ad rebellionem toties non peruenissent. Interim uero Waldemar⁹ Daniæ rex cum Erico Saxoniæ duce iuniore tum Lubicā uenerat: ibi se triduo rex ad nauigationē instruebat, transitur⁹ in Prussiā, expedita suorū manu: habebat enim, q̄d dixim⁹, Ottonē fratrē iam in ordine Teutonicorū. constituit aūt cum memorati ordinis fratribus inuadere Letuaniam, Christo militatur⁹, & Diuæ Virgini. Sed q̄m uel treugæ erant, uel aliis iustis causis, expeditio tum nulla parabat, dimissa ibi militari manu, Erico duce, & decenti familia, ingressus est longinquā in terram sanctam peregrinationē: perueniensq; ad Dñicum sepulchrū, ibi de manu Erici ducis, factus est miles Christi, qui ante fuit rex sæculi: auratum enim cingulū rex deferebat: nec intelligo, quid sibi uelit in principe, præsertim rege, minoris dignitatis accessio, si non est respectus Christianæ pietatis XXVIII.

Misera seruitus. · *Rex Daniæ i Prussiam.* · *Rex peregrinus in terrā sanctam.*

¶ Secta flagellātiū tum uehemēter increuit per prouincias, incertū quo authore primū instituta: nisi illo, quem cœteris non uigilantibus, tradit euangeliū superseminasse zizania: unde & Acephali hoc est sine capite, sunt appellati. Homines rudes, qui per Germaniæ agros flagellis se attriuerant: cruces in ueste præferebāt: ad urbes gregatim ibant processione disciplinata: capitum operimentis ad oculos demissis, luminibus in terram fixis: tristes, & mœsti semper cernebātur. flagella tribus restibus erant trinodia: nodi, ferrum in crucis formā eminēs, habebant: liuētes ex crebris ictibus ac uulneribus scapulas & dorsa prætulere. Ecclesiam ingressi, positis uestibus, subligacula linea ab umbilico demissa, sumebant. Ita egressi per cœmiteria nudi, sternebantur: alii proni in faciē, alii in latus, nōnulli in dorsum: quidā extentis in altum palmis, pœnitētiæ formā ad singula peccatorū genera, in gestu significabant: progressus ex omni numero unus, singulos tāgebat, dicens: Det tibi Deus remissionē tuorū peccatorū: Surge. Inde in ordines digesti, præcinentibus duobus, uersum chor⁹ iterabat. ubi Dñicæ passionis in cātu quedā incidisset mētio, mox una protuūt in terram: non ut solemus primū geniculantes, sed uno impetu, uelut præcipitata ligna uel saxa, ruebant: quem quisq; stans locū forte habuit, scrupeum, lutosum, in eum nihil cedens se proiecit: tum signo dato, surgebant. Ferrea corda mollibāt cōspecti hominū gestus. Neminē rogabāt aliquid; oblata sponte cum gratitudine sumebāt. His tn̄ religionis signis, uicia tegebant, & alebāt occulte. Aliqn̄ a duobus fratrib⁹ ordinis prædicatorū interpellati, quid nemine mittēte, docere & prædicare præsumerēt: Indignati, in eos inuehunt: & cum ali⁹ sibi fuga uix cōsuleret, uelocissimis fret⁹ pedibus: alium lapidibus obruerūt, iuxta Mosam. XXVIIII.

Secta flagellantium. · *Mœsti flagellantes.* · *Absoluerūt a peccatis.* · *Mollibant corda.* · *Lapidarunt religiosum.*

¶ Vbi nimis tum Magister ordinis fratrū Teutonicorū per Prussiā, uocatis ad arma fratribus, etiā de Liuonia, ualidissima manu in-

troiuit Letuaniā, ipſo die purificatę uirginis: uſus beneficio brumę, trāſe-
undis alias inuijs paludibus. Ieiunauerat omnis exercitus in ſolo pane & aqua, ut pro ſui nominis gloria Deus, interuētu Diuę Genitricis, de perfido populo uictoriā cōcedere dignaretur. Tracken uocāt munitiſſimū oppidum, cum impoſitā arce. ibi hoſtes fidei adunati, auſi ſunt obuiā prodire uenientibus: congreſſi, fortiter pugnāt: ſed tñ ceſſit uictoria fratribus, octo milibus hoſtiū proſtratis. per proximā ęſtatem, ne protinus reſpirarent, renouauere expeditionē: & facta per terrā ingenti pręda, ad duo millia mortalium, ſecū in Pruſſiā pertraxere, ut baptiſarent, & ritus perdiſcerēt Chriſtianiſmi: quo facilius ad ſuos reuerſi, oſtenderēt, quid pietatis, & quantū ſuauitatis, nihil oneris, haberet formidata ab illis religio: de multis auſteritatibus in ea gente diffamata. Annus erat quinquageſimuſprimus poſt mille trecentos, cum grandis ubiq; per Germaniā ſęuiret epidimia. Lubicę tum pręſagiū mirabile ferunt moriturorum extitiſſe in cōuentu prędicatorum: quod nouitate ſua narrationē a nobis impetrauit. Audiuit frater ex cōuerſis, qui curā haberet pre cœteris coquinę, nocte una ſubter ſe cum in ſtrato eſſet in hoſpitali domo, ſtrepitū: & interea uocem loquētis ad feneſtram coquinę: Coce parā cibū abituris fratribus. & ille deintus: quot ſunt tranſituri? Tum ille: Trigintaſex de cōuentu, & duo aduenę cum illis profecturi. Miratus ille frater, de intempeſtę noctis cibo & quid illi talium rerum, curam habenti nihil tale, eſſet a priore inſinuatum. cepit cum horrore cogitare, eſſe fantaſticā rem quę gereretur. Tum curioſitate ductus, deq; lecto ſurgens intuetur per foramen, quod uiſum admittebat in domū hoſpitalem, uidet aſſidere menſę in albis numerū fratrū quem audierat, uelatis frontibus, ut fieri ſolet iam tumulādis: horrens de uiſionis forma, rediit in ſtratum, nec erat cui rem detegeret. Sed cum euentus omnia probaſſet: funeratis trigintaſex de conuentu, fratribus: & duobus qui de Hamburgo uenerāt: iam palā edixit quid ante uidiſſet.

Ieiunat exercitus.

Octo millia hoſtiū cęſa.

Epidimia per Germaniā.

Pręſagium mirabile.

XXX.

n

On ceſſabant per ea tempora publicarum latrocinia uiatū inter Lubicam, Hamburgū, & Luneburgum. Ericus dux Saxonię, cum a multis inſimularet, de fauore & occulta intelligentia rerū, ipſo facto oſtendit ſe oſorē: nam militię ſuę prefectū Hartwicū Ritzerow, quē honoris gratia nomino, cum equeſtri Lubicenſiū familia, cui prefuit Henricus Lutow, miſit in terrā Wittenborgēſem, ibiq; ſubuerti mādauit munitiones receptatrices latrūculorum, preſertim eam quę dicebat Nyēkerke. Fecere mandata ueri fideles, & quos receperūt ex noxijs, contrucidabāt: quia capi non patiebātur. multos ibi repererūt uinctos miſerabiliter, mercatores; quos itineribus extractos, improbi ut emūgerēt ęre, ibi tenuerūt. Pręſidia erant alijs quoq; locis, eadem infamia conſperſa: Teſſin, Kennin, Keiſſin, eodē omnia ſunt terrore deiecta, q' tum fauebāt principes latronū inſectatoribus. Quo tēpore ferūt rem oſtētui ac prodigio ſimilē in Hachmolen opido ad Weſeram cōtigiſſe: quę ideo in cōmemorationē adducitur, q' ſimilis ętate noſtra cōtigerit. Quidam in area cum foueā teneret rebus ſeruandis, frugibus, aut alijs idoneam: eam iam uetuſtate obſoletam

Ericus dux oſor latrociniorum.

Mercatores captiui per latrones tenti.

Aer corruptus in fouea

innouare cõstituens, immisit fossorẽ qui purgaret. Ille, nescio quid passus, subito intercipitur mortuus. descendit alius, ut uideret quid prior pateretur, & ille quoq; statim expirauit. mirati qui supra stabãt, cum clamorib⁹ nemo responderet, & hunc mortuũ intellexere. Tertius fune immissus, iubebat ad primũ signum se retrahi: uix mediam peruenit in specum, & iam spiritu cœpit intercipi, clamãs ut extraheretur: eductus, uix spiritũ retinuit multos postea dies elanguens. Basiliscum inesse putabãt, qui uisu interficeret immissos. Cũq; idem proximis hinc annis Buxtehudę opido Bremensis ditionis accidisset: Physici causam dixerũt aerem in imo corruptissimũ, qui cõcretis humoribus pessimis, magis atq; magis putrescẽs, adeo cœperit esse uenenat⁹, ut flatũ draconis, aut uisum basilisci superaret. Et, qñ ostentorum incidit memoria, illud quoq; referam⁹, quod per eam gratẽ in opido Wittenburgo ferunt cõtigisse. Incendiũ ędium furtim procuratũ, imponebatur in eo opido innocenti: Ille q̃ sancte iurans, eius se culpę non esse affinem, purgationẽ afferebat uulgarem de ignito ferro: quam iuribus interdictam, aut ignorauere, aut cõtempsere, qui iudicio preerãt laici. Ferrũ ergo ignitum ille deportat, itinere nõ paruo: tum manibus excutiens, nihil lęsionis pręferebat. Euanuit ferrũ ex oculis mirantiũ omniũ. Annus pene totus intercesserat, cum alius iam silicibus uiam straturus in opido publicam, in arena loci manũ uertit, & inuento ferro, adhuc ignescentẽ dexterã adurit. mirati qui astitere rem, pręferunt loci pręfecto: Illi mox incidit suspicio, illum esse hominẽ criminis reum, quod innoxio imponebat. mox iubet ad quęstionẽ abripi: cõfitetur crimen, & ultimo supplicio, fractis rota cruribus, interimitur: ita diuino iudicio est proditus noxius.

Periculum mortis in specu.

Ostentum post ãnũ de ferro ignito.

Reus ultimo supplicio punitur.

XXXI.

CVm magno inuicem bello cõflictati essent Albert⁹ dux Magnopolẽsis, & Romulus marchio Brandẽburgensis: cum se pro marchione rex Danorũ Waldemarus interposuisset: magnis est prędijs sępe cõflictatum. Nam rege Danorũ magno suorũ agmine in Marchiam ducẽti, Albertus dux se opposuit: sed cum audiret alia de parte non minori exercitu aduentare marchionẽ, ne inter hostiles exercit⁹ clausus interciperetur, dimisso rege, obuiã pergit Romulo: cum quo manũ cõferẽs, uictor cœpit supra quadringentos ex agmine marchionis. Audiuit interea regẽ obsidione opidi Berlin demorari: in quẽ ducẽs Albert⁹, cũ eo q̃q; parat confligere. Sed interueniũt, qui rem placidis tractatibus intercipiunt; utrũq; principem eo inclinãtes, ut arbitratu Magni Suecię regis, cui⁹ germanam tenebat Albertus coniugẽ, omnis cõtrouersia sopiretur. Cui⁹ deinde interuentu res ita finijt. Marchio remittat ius omne in terra Stargardię: filiam accipiat Alberti ducis indotatã: dos sit redemptio quadringentorum ab Alberto captorũ, cũ opido Lentze. (Leontium dixere Latini.) Cœterũ donatio propter nuptias (uitalitia uocant) opida Werben, Zehusen, Parlberge, Arnsborg. Inde, quia res de adulterino marchione needũ sopita erat, rex Waldemar⁹, Romulus marchio, Ericus dux Saxonię: Ro. regem Karolũ conueniũt: expostulantes, cur tantũ excitauerit bellum per occasionem busonis, hominis utiq; impurissimi. Ille se principũ sacramẽtis

Marchionẽ Romulum uicit dux.

Concordia.

Conuenitur Karolus rex.

adductū asserit, Ottonis Archiepiscopi Magdeburgēsis, Rodulphi ducis Saxoniæ superioris, Alberti comitis de Anhold. Tum illi, Potest quidē res fucata aliquādiu prætendi: sed ueritas inuicta permanet, & qm̄ cōpertū habemus de luce ueritatis, hominē esse nebulonē, decernat Romanorū rex irritam esse sententiā, quā pro illo cōtra Romulū tulit, iubeatq; omni omniū odio esse persequendū. Nihil morat⁹ rex Karolus, facit, quod postulatur. Sed iam se nebulo cōdidit in tenebras suas in opidū, ut diximus, Dessow. Multæ eius generis fuere fictiones & erūt nō pauciores. Sic illudi tentabatur Augusto Cæsari: Sic est tentatū de multis. Sed facile umbra discedit, ubi lux clarescit ueritatis. Iam in suam quisq; ditionē ex principibus, quos ille error agitauit, concesserant. — Ro. rex irritat sententiā p se latam.

CA. XXXII.

IN regno Poloniæ Bulco dux Zuidinicēsis, cū neq; regi suo, neq; Karolo Ro. ac Bohoemiæ regi satis pareret, Karolus eum statuit ad iuga reducere, audet ille occurrere in armis, & cōferre manum, sed prælio rex superior factus, eo perpulit ducē: ut illi cederet ditioni. Permittit tñ quoad ipse uiuat rebus præesse: sed morte eius ad regē reuertatur: inq; eam rem obsides traditi, litē diremerunt. Interea lancea Christi, dexterū brachiū sanctæ crucis, cum uno clauo, mensale Christi, quo fertur usus in nouissima cœna, gladi⁹ Karoli magni, qui Gaudiosa diceret, & ossa eiusdē Karoli, cum multis reliquijs, de Nurenberga urbe per Karolū regem in Bohoemiā sunt translata, ac in regiā arcem, quæ Karlsteen dicit, recondita. Sic paulatim explumat aquila. Mirū dictu, Rex Karolus ad subigendos barones & nobiles regni Bohoemiæ, usus est opera & cōsilio uni⁹ fratris religiosi de ordine Cisterciensiū (nomē illi Theoderico Kagelwid) cœnobio Leuin erat innutrit⁹. Cuius cum esset industria regi cōperta, magnus cœpit haberi apud illū: usq; adeo, ut curiā ei⁹ multis annis rexerit. Ita ingenio, prudentia, & rerū dexteritate pollebat. Perpendit de minimo rex hominis industriā: Arci præfecit, quæ tenui erat prouentu: & trāsiens e uicino rex, experiri cōstituit, quid faceret ille arcis suæ præfectus, & si ex tempore cōsulere posset necessitati. Nihil ante præmonito superuenit cū regio comitatu. Iubet apparare mensam. Ille subitū accœpit consiliū. Mittit, qui ad proximā uillam cogant omnes sues: quarū aures caudasq; præcisas iubebat introferri. Paruū erat detrimentū uillanis, quib⁹ suus numerus in pecudibus cōstabat. Accœptas aures cum caudulis, mox iubet coquū uario genere impiperare. & quanto potuit celerius ac promptius regi ad mensam importari. Delectatus rex hominis ingenio cum urbanitate (nam ex ridicula rē pauit tum regē cum familia) eum deinde maioribus rebus præfecit. Vbi iam aliquot annis rem omnē ex dignitate gesserat, suū peculiū nō mediocriter adauxit. Nō potuit inuidiā euadere uirtus. Inuēti sunt, qui calumniarent apud regem, carperentq;, q̄ frater unus, tantis auct⁹ opib⁹ regiam administrationē non satis ex fide ageret. Crebrescūt accusationes, aggerit quisq; suū, crimina cumulant in unū caput. Rex sciens hominē facile se ingenio suo expediturū de obiectis difficultatibus, iubet adesse: cunctis eius calumniatorib⁹ in cōspectu regis astantib⁹, Præfinit illi diem rex: quo

Bulco dux rebellis.

Reliquiæ ex Germania in Bohoemiā translatæ.

Monachus magister curiæ regis.

Subita & ridicula mēsa.

Pulcher calculus.

de sua administratione calculũ ponat. Ille sub hoc: Quod serenissime rex: precipis in diem fieri: possum etiã hoc momento expedire. Expectabat rex: quid faceret: iussitq; q̃n uellet, poneret ratione. Nihil morat⁹ Theodericus, ait: En breuis est calculus. Ad te ueni rex simplici religionis habitu, & pauculis in loculo denarijs: quę si mihi pmiseris, omnia reliqua, quę teneo, tua sunt: tibi rex habeto. Exhilarat⁹ Karolus, hominisq; facetia, simul & facilitate delectat⁹ ait circũstãtib⁹. Quis ex uobis est, qui talẽ mihi suarũ administrationũ faciet rationẽ? Illi uerecũdati, deiectis in terrã uultib⁹, siluerũt. Ea de re charior cępit esse regi: primũ ad ẽpatũ Mindeñ. deinde etiã Magdeburgeñ. prouect⁹. Sed ille utroq; relicto, redibat ad regẽ. XXXIII.

Calcul⁹ breuis.

Rex monacho charior episcopatib⁹

O tempore ciues Lubicẽses, cum nullus esset finis latrociniorũ in uijs publicis, ducẽ Magnopolẽsem Albertũ interpellarũt: ut eius permissu & auxilio latrones psequi, & sineret, & curaret. Ille non modo placide, sed etiã cupide est assensus. Expeditoq; agmine iunxit arma ciuib⁹: & euersa sunt latronũ illa latibula, Dusow, Lassow, Radewin, Domnitze, Meyenborg, Muggenborg. Quotquot uero in his deprehenderant criminũ reos, mox ultimo affectos supplicio, appenderũt in uicinas arbores. Quo etiã tempore, moriente Ottone comite de Zwerino, cui cognomen Rosę indiderant: peruenissetq; comitat⁹ ad fratrẽ eius Iohannem de Tekeneborg comitẽ: ęstuabat miro desyderio dux comitatũ illum sibi adiũgere: q; natus esset filio eius Alberto, qui postea rex fact⁹ est Suecię, filius, ex filia eiusdẽ Ottonis de Zwerino comitis: qui hereditario posteritatis iure, ad illũ spectare comitatũ putabat: Itaq; armis intentauit occupare: firmauit obsidionẽ: erexit pręsidiũ aduersus opidũ & arcem, ut impediret ingressum & egressum. Sed lacus adiacẽs, magnã dedit ciuib⁹ facultatem exeundi, importãdiq;: ut non solũ pro arbitrio, quę uellent, inueherẽt & eueherent: uerũetiã ausi sunt ludificare obsidentes. nũc muliebri ueste, nunc piscatorũ habitu fallebant hostes. uisi sunt ad pisces prehendẽdos exisse, hostes captos traxere in urbẽ. Ita obsidionis labor fuit sine fructu. Tẽtata est tractatib⁹ res omnis cõponi: & conuenit, ut Iohãnes comes acceptã ingenti. quę tum expromittebat pecunia, cederet iuri suo. Fideiussores interuenere, qui nisi cõstituto tempore ęs expromeret: ipsi captiuorũ loco, uel obsidũ, uocati uenirent in domũ comitis antedicti. Prouenit iusta duci in comitẽ querela: cui⁹ pretextu expromissum ęs ad plenũ nõ solueret. Ius q̃q; in hodiernũ prętendere ferunt comites memorati. XXXIIII.

Euerunt latronũ latibula.

Cõtentio de comitatu.

Ludificatio pulchra.

Vbicenses interim ciues latrunculis publicarũ uiarũ infesti, hoc omni agũt conatu: ut eorũ receptacula demoliant, principũ fauore, aut, q̃d min⁹ erat, cõniuẽtia. Perniciosum illud latibulũ Gorlose oppugnant, circũsedentes diu. Stat sentẽtia nõ cedere loco, nisi sit euersum. Qui intus fuere, satis fidebant tueri ab armis, si a fame securi essent. quorũ unus cum reb⁹ diffideret, extrema tentauit. dissiliẽs enim muro, uidentibus qui obsiderẽt, inuitis omnib⁹ elabitur. nouit ille semitas sequentibus incompertas. Hoc aũt euerso fortalicio, in Stauenaw ęque noxiũ furum receptaculũ duxere. Inde egressi duo fidentiores aduersus quatuor

Extremã tẽtauit latro.

decim, qui primis castris adequitauere metādis, conflixerāt: & qm̄ ultimus timor, qui dare solet uires, perurgebat, fortissime dimicātes, man⁹ eorꝝ cua sere: cęteros in utroq; repertos noxios, suspēdio necauerūt. Cōtēderat tum rex Karolus in Italiam, ut Romę ex more coronā acciperet: ante hoc uero tempus iamdudū Summū Pontificem in Auinione cōsalutauit: Sed Romanorꝝ futurū Imperatorem Roma uidere debuit. Igit̄ ex Herbipoli quā tum obsederat, moturus per Bauariam, mittit ad Ludouicū pridē marchionem iam, ut putabat recōciliatū, ut incolume illi per terrā suā iter prębere. Non satis, quidē ex dignitate regia uidebat̄, in proprio regno a quouis poscere securitatē: nam is tum erat regni status, ut non indignū putaret̄ sibi consulere ad securitatē. Ludouic⁹ dux per cōtumeliam excepit uenientes: improperās, nihil eorꝝ quę sibi rex pollicit⁹ sit implesse, non se agnoscere regē qui ipsum non haberet ducē: mirari, ꝙ faciē illi pretenderet amicam, cui hostilia omnia demonstrasset in facto. Rediere ad regē uacui oratores. Tum ex consilio principum remandat duci: aut incolume iter per terram prestet ituro, aut ad pugnā se paret. Id uero quid opus fuit in mādatis preferre: ferro iter fuit aperiēdū: sed nouit ille Ludouici potētiā. Regressi ergo ad ducem regij, mandata exponūt: Ille cachinno excipit: non se credere dicens, regem ea esse temeritate ꝙ Bauarū impugnet: uanū esse metum quem tentet incutere, quomodo erant uana promissa quibus eum hactenus lactauerit.

Vidimus timor purget

Roma debet uidere Ro. Imp.

Lud. Dux cōtumelios⁹

Cachinno excipit oratores.

CA. XXXV.

Alibus responsis dimittit nuncios: & nihilominus omni qua poterat armorū copia se preparat, ut regi si infestus ueniat occurrat.

Duxit rex in ducem octo armatorꝝ milibus stipat⁹: sed ubi cōperit ducem supra milia uiginti in armis habere, atterere uires mutuis prelijs consiliū non fuit. Erant inter principes qui rem tractatibus cōponendā sibi desumpserūt: Suadent Ludouico deferat regi, honorem illius esse generalem omniū principū prouectionē: non conuenire rebus regni, ut principes regi rebellent. Si quid illi a rege poscendū uideatur, iure non armis agat: se annisuros, ut ab rege ęqua omnia impetret. Regi quoq; persuadēt, ut ducem suo dignetur honore: promissa implens, ad iusta omnia sit exorabilis. Spondet rex omnia se ex cōsilio principum gesturū. Igitur flexus Ludouicus, regem non solū ire sinit, sed etiā copijs auget, usq; in urbē deducturis regem. Ita rex per Italiā quam satis cōpertā habebat, ducit exercitum: nam sub patre Iohāne Bohcemię rege, quem Itali Henrici Imperatoris aui sui fideles, sub rege Ludouico inuocauerāt: Hic Karolus diu copias ductabat. misit aūt Pontifex Auinione cardinales Romā, qui Karolū corona donarent Imperij cum cōthorali. Quod cum solenni apparatu esset impletū: sciens Karolus quid ex se Romani essent petituri, ut quędam ueteris obseruātię instituta roboraret, in pręiudiciū Romani Imperij & ecclesię: cumq; postulanda dare nec posset nec uellet, firmassetq; animū aduersus preces: & si quid forte uiolentius intentare uoluissent, simulauit aliquantā se inter eos moram facturū, uenandi specie urbe egressus, iubet paulatim copias consectari, ita Romanorum manibus elabitur. Erat tum quinquagesimussextus

Principes suadēt pacē.

Lud. Dux flectitur.

Card. Romā mittūt.

Rex simulat erga Romanos.

post mille trecentos annus. Quo tempore diuinū officium decem & octo annis in urbe Hamburgo intermissum, redditur: ex causis supra suo loco memoratis. CA. XXXVI.

Conuentus principū in Lubica.

IN Lubica tum omnes uicini principes celebrē cœtū habuere ad mutua interloquia, super generali terrarū omniū statu, tranquillitate, & pace. Aderat rex Daniæ Waldemar⁹, eius cōuentionis institutor, Romulus marchio Brandenburgensis, Eric⁹ dux inferioris Saxoniæ, Casimar⁹ dux Stetinēsis, Werslaus dux Wolgastēsis, Eric⁹ dux Slesuicensis, Nicolaus & Henric⁹ comites Holsatiæ, Adolph⁹ comes Wagriæ ad Holsatiā. Salubriter ibi omnia cōstituta, grauissimis pœnis sunt sancita in eos præsertim, qui fouerēt, receptarēt latrocinātes. Ibi de more ludi militares: hastis incurrunt inuicem quotidie: choreæ dominarū & apparatus ubiꝗ splendidi. Quo tempore mercatores in Flandria, diuersantes ex urbibus orientalib⁹ (ut illi uocāt) cum Bruggensib⁹ grauem habuere simultatem: quæ usꝗadeo inualuit: ut populariter locū deferentes, in Dordracū Hollandiæ opidū se cōtulissent, ibi publicū emporiū cōstituentes. Tribus annis eo loco cōmorant. Flandrenses aūt, præcipue Bruggenses, cum satis intelligerent, quid Flādria, & quid potissimū urbs eorū haberet incremēti ex mercatorib⁹, & quid ea demigratione haberēt detrimenti, Lubicam se cōtulerunt: quo etiā cæterarū urbium euocatis oratoribus transigit super omni cōtrouersia, & in antiquū statum redit emporiū. Nūc stapulā uocāt mutuato de Germanica lingua (ut in alijs quoꝗ sæpe fit nationibus) uocabulo: Aggestionē & comportationē sic uocant merciū omniū: quæ id genus sunt, ut seruādo seruari possint. Miserūt aūt urbes orientales duos ex consularib⁹ uiris, omniū nominib⁹ oratores: qui reponerent mercatores in pristinam fruendarū libertatū possessionē: alterū de Lubica, alterū uero de Turiaco, Prussiæ quondā celebri opido: nūc, ut aiūt, per incrementū Gdani ruente. Hoc est illud tēpus, quo Karolus iam Imperator reuersus de Italia, Constitutiones fecit de omni gradu & ordine principū, deꝗ electione regis: renouauit & reformauit uetera principum placita: qua de re diximus quantū uidebatur satis in Saxonia. Extat Bulla aurea, quæ cuncta plenius eloquitur. CA. XXXVII.

Mercatores Hās; migrāt

Trāsactio.

Karol⁹ edidit aureā bullā.

ASsiduū erat illo tēpore bellū Magistro & fratribus ordinis Teutonicorum in Prussia, pro suæ professionis debito, in perfidā Christo gentē Letuanorū: Sæpe congressi miscuere prælia, & man⁹ conferentes, illum habuere exitū, ut rex ipse gētis Kinstock captus, perueniret in man⁹ Magistri memorati: ducituꝗ in Burgū Mariæ (Marienburg uocant) māsit ex die Palmarū in profundam hiemē: sed tum corruptis ære custodibus, elabitur. Magister aūt magna collecta manu, fugitiuū insequitur: priusꝗ resumptis uirib⁹ grauior incumberet: omnibusꝗ peruastatis, peruenit ad obsidionē arcis munitissimæ Kanwenpelle: sciens ibi regis inesse filium cum multa nobiliū manu: & cum nemo oppugnātes impediret, arcē expugnauere: captūꝗ regis filiū mādat ac custodiendū permittit duobus ex proceribus, & omni populo militibus: uictorem exercitū cum captiuis

Rex Letuanorū capit.

Capit regis filius.

reduxere in Prussiam. Hôcetiã tempore Lubicę per incuriã famulorꝝ sucã censum pretoriũ, conflagrauit: nam de camino uehementius & incautius incenso, scintillę cadebant frequentes in loca carbonũ repositorꝝ, & ignitis omnibus priusq̃ cerneretur, inextinguibilẽ promicuit incẽdiũ. alij de pulueribus de salis petra exortũ ferũt ignem, sed ad illos quomõ peruenit nisi consulto immissus ignis non facile capitur: ea est custodiendorꝝ impẽsa diligentia. Albertus per ea tempora dux Magnopolensis, ut sępe alias, cõtro uersiam tum quoq; fouebat aduersus Ericum Saxonię ducem: sed interueniente rege Danorꝝ Waldemaro, res pacatur: cũq; conditionibus ab rege prolatis male pareretur, renouatur bellũ, quod in Saxonia scripsim⁹. Maritimę tum urbes, quarũ pręcipua, & quędã uelut regina Lubica, apertum tum bellũ indiexere Danorꝝ regi Waldemaro: q non sineret innoxios in regno mercatores sine nouis impositionibus agere: nam prisci reges cum hoc maxime contenderẽt, ut aquilonis regna mecatoribus frequẽtarenť: unde & regibus uectigalia, & regnis incremẽta prouenirẽt: inuitauere alienigenas in ea mercatores, datis immunitatib⁹ & priuilegijs: quę rex tum Waldemarus non inuiolata sineret. qua de re ciuitates illę pro suis mercatoribus hostilia regi nunciauere, & nauibus expeditis duxere in regnum. Nec segnior rex, nauibus impositũ exercitũ obuiam iussit proficisci: cui filium suum pręfecit Christopherũ. Congrediuntur nauali pugna fortiter certantes: durassetq; in longius tempus pugna, nisi regis filius Christopherus, ictus bombarda grauiter uulneraret: quo accepto incõmodo regia classis se pugnę subduxit: uictoriãq; non incruentã, sine magno quoq; fructu, reliquit hosticus. Christopherus accepto ex uulnere breui diẽ suum obijt. Classis aũt urbiũ non contenta hostes in fugam ęgisse, ad prędã in terras applicuit: & expositis copijs in longinquum excurrebant. Regij oportunitate accepta, cũ cernerẽt classem ciuitatũ egressis militib⁹ nõ satis custoditã, inuadũt: & sex ex omĩ numero maiores naues impositis suis abduxere: redeũtes aũt qui prędatũ abibãt, ęgre reliquis in nauib⁹ omissa prȩda, reuertuntur: Eius classis prȩfectus Iohãnes de Wittenburgo procõsul Lubicensis, reuersus publice de negligentia & incuria accusatur: productusq; in iudiciũ, capitalem accepit sententiã, publico gladio cęsus. Seuerum reuera iudiciũ, si malign⁹ aberat animus.

Pretoriũ Lubicę conflagrauit.

Vrbes marĩtimę indicũt bellum regi Danorum.

Naualis pugna.

Victoria cruenta contra Danos.

Mala custodia nauiũ.

Sentẽtia capitalis in pręfectũ classis.

CA. XXXVIII.

Am Theodericus Kagelwyd, de quo pręfati sumus, frater ordinis Cistercij, adeo cõmendat⁹ Karolo Cęsari, primũ ad episcopatum Mindensem peruenit: deinde ubi Otto Magdeburgẽsis episcopus diem suũ obijt, canonici Ludouicũ Halberstadẽsem episcopum postularũt: cui rei magnopere ciues reclamabãt: iam bellorꝝ per Ottonis tempora pertęsi. Venerat interea nuncius a sede Apostolica, qui literis productis in mediũ, ostendit ad instantiã Imperatoris Apostolica prouisione ad ecclesiam istã esse translatũ Mindensem episcopũ Theodericũ. Ciues rem maximis uotis probauere: q scirent consilia pacis esse in homine. Canonici duras partes fouebãt: nam postulationẽ quã fecerãt, de mera Sũmi pontificis gratia pendere cognouerant: nec reluctandũ sibi esse, quod Papã &

Prouidetur ecclię Magdeb. de pręsule.

Militares grauiter sub sunt plebeis

Imperatorem in ea re unũ sentientes, sibi experirẽtur aduersari. Itaq; Theodericum qualicũq; animo suscepere: uirum plebei generis de Stẽdalia natum. Id solet cõmouere gen⁹ hominũ militare: grauiter enim talibus subesse patiunt: Ille aũt prudẽter rebus omnibus compositis, quę pristino bello extra ordinẽ reperit disiecta. Vbi intellexit se minus gratis oculis aspici a capitulo & ministerialibus, prudenter rebus suis consulens, ecclesiã commendabat Capitulo, terrã aũt militaribus & senatui Magdeburgẽsi: ipse ad Imperatorẽ rediit in Bohœmiã: affuturũ se suis repromittẽs ubi opus uideretur. Itaq; septẽ annis ecclesiã suã absens gubernabat: prius tñ q̃ abiret ecclesiam maiorẽ renouatam ipse dedicabat. Per quod tempus suborta de nuptiis Elizabet germanę sororis comitũ Holsatię, grauissima controuersia: omnes regni proceres Suecię, ex fœdere pacto transierũt ad Henricum Holsatię comitẽ, cum nuptię de parte regis non procederẽt: quod in Saxonia inq; Suecia explicuimus. cum Henricũ comitem proceres Suecię regem suũ esse uoluissent. Ille uero misit eos ad Albertũ Magnopolensem ducem, unũ ex tribus eius filiis quẽ mallẽt optione proposita deligerẽt: q̃ essent illi nati sorore Magni regis Suecię. Illi uero ad Albertũ, triũ per ętatem mediũ, inclinarunt: quem etiã pater suus prouexit in regnũ. Hęc est illa ueteris Wandalicę gẽtis renouata gloria, q̃ non solum Aphricę olim regnauerit, uerũetiam Russię, Polonię, Bohœmię, Dalmatię, Bulgarię imperitent: nunc uero transmisso mari, regnum suum in Sueciã usq; perduxerit: & imperiũ suum usq; ad omniũ aquilonariũ nouissimos Phinnos, prolatauerit. nam ea fuit prima iam regis Alberti in ea gente, expeditio militaris. Per ea quoq; tempora, tanta fuit Erico duci inferioris Saxonię in senatum Lubicẽsem confidentia, ut per aliquot menses absutur⁹ prouincię (transire enim in Daniã ad regem Waldemarũ cõstituerat) senatui Lubicensi omnẽ suam permitteret ditionẽ: orãs, ut fideliter illius ac sua tuerent. Illi suscipiunt: efficiuntq;, ut q̃uis Erico male uellent & Magnopolẽses & Holsati: eo tñ respectu conquiescerẽt, q̃ scirent non passuros ciues rem suę fidei permissam, labefactari.

Archiepiscopus vii. ãnis absens.

Noua gloria Wãdalorũ.

Cõfidentia ducis Saxonię in Lubicenses.

CA. XXXVIIII.

Scholaris vii. ãnis dormiuit.

Suspẽt ossa.

Rem incõperta nouitate mirabilẽ, silentio prętereire nõ oportet. Fertur iuuenẽ scholasticis disciplinis Lubicę intentũ, secretius, ut sine interpellatione dormitaret, se reclusisse nemine sciente: cum nõ appareret quid de illo esset actum: requisiere: non inuenientes, arbitrati sunt clam urbe profectũ in patriam: transierũt septẽ illo sopore anni: iam per casum euenit, ut quispiã scrutaretur curiose, quid cõcamerato in muro capsa contineret, uidit iuuenẽ soporatum: & cum ignotus illi esset, grauiter concussum exciuit de somno. Iam redegerunt in memoriã, qui illũ prodire uiderant, ante septenniũ disparuisse iuuenẽ: quem eundẽ non mutata, nõ macerata facie, certissimũ iudicarunt. Stupor apprehendit omnes: Ille miratur quid stupeãt: arbitratus se noctem unã cum parte diei somno cõsumpsisse. ubi audit factũ, stupet cum stupentibus: nec edicere potuit quid amplius esset passus, q̃ solẽt homines profundo somno (lethargũ uocãt) soporati. Viderint physici, si poterat humidus ille locus fouere & cõtinuare tam di-

iuturnum somnũ, sine cibo & corporis maceratione. Hoc est illud tempus, quo Summ⁹ pontifex Gregorius. XI. curiã suã de Auinione Galliarũ urbe reduxit in urbẽ Romã, per occasionẽ quã in Saxonia dixim⁹. Quo etiã tempore ciues Lubicenses durã habuere controuersiã cum familia Holsatiæ militariũ de Boeckwolde: cõniuentibus ad omnia comitibus, cum illos minime audirent. Erat boni nominis honestus ciuis Lubicensis, cognomẽto Moerkercke, qui cum in prędijs memoratorũ de Beeckwelde redditus cogmisset, literasq; de more accœpisset: ꝙ retardatã solutionem ipse sua autoritate pignorationibus extorqueret: hoc cum semel atq; iterũ faceret, indignati sunt memorati, prędictorũ prędiorũ dñi, ꝙ in suo ciues tam agerent imperiose: in insidijs se collocant, cum quanta poterãt manu, ut ad simi lem causam exciperent uenientẽ: cũq; ille pro consuetudine pignoraret, illi de insidijs prodeuntes, inuadunt, cędũt, capiunt, abducũt: & uinculis constringentes, memoratũ ciuẽ, multis cõtumelijs afficiũt. Ferũt expandisse hominẽ in chordas, despuisse in faciem, & omnibus probris & cõtumelijs affectum, uiribus omnibus exinaniuisse: interuenere deinde ex amicis nõnulli qui fidem interposuere: uiuũ aut mortuũ se reddituros, ut in sua domo recrearet. ille ex uulneribus & iniurijs multiplicibus contabescẽs, cum dies propinquaret eius reducendi, spiritũ efflauit. qui fidem suã obstrinxerant de reducendo, mortuũ retulere. Illi recœpto cadauere, ꝙ non poterãt in uiuentẽ, in mortuũ sęuierũt, defectũ caput palo infixerũt: quomõ solent ciues agere in prędones. Tota cognatio, immo urbs uniuersa fremuit ob iniuriam: & qm̃ non publicũ erat bellum, sed priuatũ latrociniũ: hoc uindicare cõstituentes ciues, urbe educũt, & omnia euastant memoratorũ de Boeckwolde prędia: euertũtq; presidia igne iniecto, aliquot ex his captis: presertim quos tanti facinoris authores sciebãt, publico gladio cęciderũt: quasi itinerum prędatores, & publicę pacis nuper a principibus constitutę uiolatores.

Curia Ro. redit Romã.

Sæuitia maligna.

Sæuitia in mortuum.

Vindicta fit iure.

CA. XL.

Vrauerat per hoc tempus bellũ in regẽ Danorũ Waldemarũ, urbium quas uocãt Wãdalicas. Nauigat expedita ad militiã classis in Daniã: fiunt excursiones, oppugnãtur arces, capiunturq; Copenhauen, Elschenor, Nicoping, Falsterbode, Schonoer, Alsholm: aberat rex non cito, quod in Dania diximus, rediturus. Opinionẽ illi indidere, ꝙ ueneno eum sui insectarẽt: quocirca magnũ foris tempus cõsumpsit. Proceres regni rem in colloquia deduxere: conuenerãt ut ciues redditis, quę nunc militari manu sumpserant, arcibus, Scaniã per annos sedecim teneant cum omnibus obuẽtionibus regijs, in cõpensationẽ damnorũ quę rex mercatoribus irrogauerit: ut interposita fide publica de literis sigillatis, exacto tempore memorato, pignus ciues redderent accœptũ: inq; eas cõditiones tum est pax firmata. Lubicẽses ex suo numero prefecerũt Scaniæ quos uoluerunt. Per quę etiã tempora Letuani quibus perpetuũ erat bellum cum fratribus de domo Teutonica per Prussiã, hoc anno. LXVIIII. post mille trecentos, magnis agminibus ingrediuntur Prussiã uastabundi: non erat fratribus tanta uirium aut armorũ copia, ut illis obuiã prodire cõsideret.

Bellum.

Arces per urbes Wãdalicas in Dania captæ.

Pax firmata.

Letuani in Prussiam.

sed arcibus & opidis cõmunitis, sua ut poterãt tutabãtur: tres tñ arces expugnauere hostes, & sublata prẹda ignem iniecerũt, equarũtq; solo. progressi in Masouiã, opidũ Polchos occupauere, in ipsum seuerissime sęuientes, ut neq; religioni, neq; sexui, neq; ętati parcerent. omnia illis paria fuere: uorax gladius, & sequutus ignis omnia perdiderũt. Firmauerãt fratres arces suas, nouam Gadeswerder appellauere: eam nouã munitionẽ Letuani inuadentes, q̃ necdũ esset satis confirmata munitio, occuparũt: & imposito, quod satis putauerũt, pręsidio retro abierunt. Sed rigescente bruma cum peruię fierent alias intrãsibiles paludes, fratres agmẽ immisere suorũ: unde expugnato, & occiso trecentorũ hominũ, quod Letuani imposuere, pręsidio, locũ recœperũt: & aucta eius munitione, in reliquũ tempus tenuerunt. Cũq; proximo anno Letuani in Prussiã redissent agmine magno, ipsiq; fratres iam aucti uiribus arma tenerent multorũ auxiliaria, ausi se credere campo, hostibus occurrunt in Rudow, non longe ab urbe Monteregio: ibiq; consertis prẹlio manibus, magna utrinq; strages peracta est: sed maior infideliũ, ut non dubia, sed cruenta esset uictoria fratrũ. cecidere ibi aliquot prẹceptores, prẹcipue Marscallus uir ad arma fortissimus. Nam quod fieri solet, in magnis periculis promptissimi quiq; corruũt primi. ducenti tum fratres desyderati sunt, cum multis militibus ac militaribus: sed impar erat ea stragi Letuanorũ Russorũq;, qui illis auxilio uenerãt. XLI

Sęuitia magna. *Gadeswerder arx capitur.* *Letuani in Prussiam.* *Cruenta uictoria.*

Albertus dux Magnopolẽsis certamẽ de finibus ditionũ habebat cum uicinis de Stetino atq; Wolgasto ducibus: congressiq; sunt in loco de quo illis contentio fuit iuxta Dangarden: ibi cum multa fortiter fieret, & aliquãdiu staret incerta uictoria, Albertus mox uictor emicuit: ducibus memoratis in prẹlio captis: multi prẹterea capti militares in quibus Widekindus de Buggẽhagẽ Marscallus: non pauci ex fortissimis eo prẹlio utrinq; ceciderũt. Dum uero hoc bello implicit⁹ teneret dux Albertus, obseruãs hui⁹ oportunitatẽ temporis, Magnus dux Brunswicensis multis inter auxilia ductis, Albi trãsmisso, ripariã terram Alberti cœpit euastare: conglobati quos tutandis finibus hoc metuẽs reliquerat, hostibus se obiecere: magnisq; animis cõnisi, retro ad naues coẽgerũt: ibi dũ trepidant, multi merguntur, alij capiũtur: inter quos duo de Depholt nobiles dñi, ipse Magnus uix cum paucis elabitur, primo trãsmissus nauigio: Ita uno tempore diuersis locis, duplex Alberto prouenit insignis uictoria, cum principes & nobiles multi capti traherentur. Nec diu post idem Magnus cõgressus Ottoni de Schowenborg comiti, sororio suo, satis iniquo bello, q̃ neq; dotẽ, neq; parafrena permitteret Ottonis coniugi: Sed tum mercedẽ accœpit, cęsus in prẹlio: quod in Saxonia retulimus. XLII.

Capiuntur duo duces in prẹlio. *Capiuntur duo ex dñis de Diepholt* *Albert⁹ dux cadit in bello iniusto.*

Seuerissimo tum in suos ciues iudicio Lubicenses sunt abusi, dum Holsatorũ querimonias student excludere. Erat uir honesti nominis ciuis, qui episcopũ Lubicẽsem Bartramũ sẹpe interpellaret super redditibus, quos in illius prẹdijs habebat exoluẽdis: obsurduit episcopus, nec ullã prẹbuit aurẽ monẽti: ille uero accẹpto, ut putabat, nutu unius ex procõsulibus, uocatis in societatẽ facinoris duodecim ex cõuicaneis

Episcopus obsurduit.

In prędiũ episcopi Koldenhoff, contẽdit: inde pignorationẽ faciẽs pro retardatis censibus: querulat' super ea re episcopus grauissime, uiolasse ciues iuratã pacem: & q̃ in alios soleant districtissime uindicare, iam ipsos commisisse: comites quoq; Holsatię eam rem ingrauarũt, frustra queri ciues de militaribus, q̃n etiã ipsi ab iniurijs sui põtificis non temperẽt, quem rectius ipsi ab aliena ui tuerent. Quid faceret senatus? graue erat innoxios uiros qui rem non insolitã, neq; per leges illicitã fecissent, ultimo supplicio perdere: pręsertim q̃ permissi ab uno, ut ferebant, proconsule (quod tñ ille diffitebatur) dicerent: grauius uisum est in se admittere nobiliũ ac militariũ cauillationẽ assiduam, ubi de uiolatione cõstitutę nuper pacis & depredatione publicarũ uiarũ quererentur. Igitur turbata licet omni ob eam rem ciuitate, apprehensis tredecim illis ciuibus, q̃uis permissionẽ superioris prętenderent, quã ille non fateretur in quem proclamauere, publico iudicio condemnati, suspendio perimũtur. Seuera nimirũ & nulla miseratione temperata districtio, utcũq; ferẽt ea facta minores: uincet amor patrię. Nec longum tempus in medio, cum ex militaribus Holsatię quispiã maiorẽ etiam uim intẽdisset uni ex ciuib', querulati ciues apud comites, ut exemplo suo statuerent in eum, qui publicã pacem uiolasset. multa in tergiuersatione dicta, sed erat responsi tum formula. Si cum arborũ folijs excrescunt abunde in arboribus ciues uestri, constituatis in illos quod uisum fuerit; nostri ministeriales magno nobis constãt, multis laboribus & periculis in uiros euadunt: nõ tam facili momẽto perdẽdi. Quo tẽpore cũ Summ' põtifex Grego. XI. ex omni omniũ prouinciarũ clero, decimã deposceret, restitere tres archiepiscopi de Reno, clerũ suũ prohibitione cõstringẽtes, ne quid soluẽretur: satis emunctã argẽto Germaniã: iam omne aurũ a barbaris (ut erat Italorum iactãtia) subtili se ingenio abstulisse. Obierat per id tẽpus archiepiscopus Mogũtin': Papa ut haberet qui illi in tribus archiepiscopis uel unus gratificaretur: prouidit de ecclesia illa episcopo Bambergensi: sed capitulum postulauit Spirẽsem: qui etiã prediorũ & arciũ possessiones prior apprehendit. Alius tñ magna Misnensiũ marchionũ ortus familia, multis damnis, incẽdijs, & depredationib' terras infestabat. Erat Imperator Karolus in parte Ludouici Bambergẽsis episcopi: omnẽq; Turingiã, ecclesię Moguntinę parentẽ uastabat: Erphordiã arctissima obsidione premebat. Intrat Adulphus de Nassow Spirẽsis episcopus, nũc postulatus: ciues ille in fide continebat: lacerabatur inter medios infoelix ecclesia: quę his malis nata est, q̃ in diebus etiã nostris Adulphus de Nassaw cum Diethero de Isenberg decertaret pro illa, cum ciuitas ipsa caperetur: quod suo tempore in cõmemorationẽ deuocabimus.

Querela Episcopi.

XIII ciues suspẽdio necantur.

Responsio notabilis.

Petita p Papam decima negatur.

Duo contendũt de ecclesia Mogũt.

CA. XLIII.

Bohœmię regnũ tum cœpit administrare sub patre Karolo filius eius Wentzlaus, quem pater non contẽtus uni regno hęredẽ relinquere, uoluit etiã Romani post se moderatorẽ esse, iuuenẽ inertem, & in quo paternus amor fecit non cernere uerum: melius etiã nunc haberet Bohœmia, si nat' nunq̃ fuisset homo ignauus: sub cui' torpore increuit illa grauis Christianismo diuisio de secta Hussitarũ, quę durat in ho

b

Wentzlaus iners.

diernum. Sed hęc postea. Tum uero Imperator cœlũ ac terrã fatigauit, ut inclinaret principes electores ad surrogandũ etiã se uiuo regẽ Romanorꝝ: successione non contẽtus, etiã accessionẽ agitabat. melius aliquanto Fridẽricus, nostri temporis Imperator: qui annitentibus hocipsum de filio eius Maximiliano principibus, quod tñ postea permisit, diu ferẽ restitisse. Sed tum Karolus grãdi ęre expromisso, in suam traxit principes electores sententiam. Scribit aperte in Bohcemia sua Aeneas postea Pius Papa. II. centum aureorꝝ milia cuiqꝫ electorum a patre Karolo constituta, & in pignus tradita, quę sunt ad Renũ uectigalia, certissimũ quondã Imperij patrimonium, nunc electorũ principum diuisa hęreditas. Sic explumatur Aquila. Suscœpere in pignus, sed inde firmauerũt: ut sacramentis prestitis, ab Romanorum rege nunqꝫ liceat reposci. Iamdudũ antea credidit Blondus Romanũ Imperiũ (cuius ille declinationẽ scribit) corruisse: poterat stetisse uideri, qꝫdiu tanto fulcireť uectigaliũ patrimonio: posteaqꝫ ita illud direptũ est, si antea corruit, nunc iacet obrutũ, & ruinis suis sepultũ. Hęc dolentes referimus: qñ non superest spes recuperandi. Igitur Fridericus Coloniẽsis archiepiscopꝰ suo in nouũ Romanorꝝ regẽ functurꝰ officio, coronat Wẽzlaũ Aquisgrani: adhibitis cõsuetis, & nuper a patre Karolo in aurea bulla constitutis, apparatibus. Erãt tum per autumnũ grauissime tẽpestates: magnam turriũ partem uehementissimus turbo deijcit: euersa in nemoribus per saltus arborea robora sine numero: pręludium id erat in urbe Lubicã maioris in populo tempestatis & tumultuationis. Nam populus tum discessit a patribus graui tumultu: qui nisi prudenter anteuersus fuisset, magnum urbi inuexisset incõmodũ. Sed eam rem tum exequemur: si, quę fuerit rerum occasio, a nobis prius explicabitur.

Accessio ad imperium.

Aquila explumatur.

Wenzlaus coronatur.

Populus discedit a patribus.

FINIT LIBER VIII.

INCIPIT LIBER VIIII.

I

Am Lubicensis ciuitas Wandalię totius corona, in eum excreuerat modũ, ut & Imperatori desyderium uidẽdi creauerit: multis in circuitu ad inuidiam usqꝫ prouecta. Erat aũt LXXV. post mille trecẽtos annus, cum Karolus Imperator omnes Imperij obiens prouincias, Wandaliam quoqꝫ sua cõstituit uisitatione illustrare: Romanorum Imperatorꝝ secũdus, qui Lubicã inuiserit: Nam primus, Fridericus, bello insectatus Henricũ Leonẽ, armatus illam obsedẽrat: cum nec sexagesimũ a prima fundatione, toties incẽdio cõflagrata, implesset annum: deditãqꝫ accœpit, ingressus pacifice: auctis eius urbis insignijs & priuilegijs. Deinde uero Otto. IIII. filius Hẽrici Leonis, & si frequenter in Saxonia esset, & usqꝫ in Hamburgũ descenderet, Lubicã inuisere non dignatur: qꝫ per sua tempora regi Danorꝝ pareret: cum quo illi certa essent fœdera in ęmulũ Imperij Philippũ. Amborꝝ aũt prędecessor Lotha

Karolus rex inuisit Lubicam.

Otto. IIII.

rius qui Imperiũ teneret poſt Henricũ .V. ideo adire diſſimulauit, ꝙ uix
prima tum haberet Lubica a Critone Wãdalo iacta fundamẽta, neq; ad-
huc in memorãdis urbibus nomẽ habebat: nam ſub Henrico primũ Leo-
ne caput extulit, qui nat⁹ erat matre Gertrude, filia Lotharij Imperatoris
memorati: auiam quoq; habebat filiã Magni ducis, qui ex ſtirpe Herman
ni ab Ottone .I. ſublimati erat nouiſſim⁹. Igitur Karolus .IIII. Romanoꝝ
Imperator, Imperialẽ urbem Lubicam ſua dignat⁹ uiſitatione, magnifice
excipitur: quã rem quia in Saxonia explicuim⁹, nihil eſt opus iterare. Sed
per hoc tempus, quod dicere cœpimus, tumultus grauis ſeceſſione plębis
a patribus Lubicæ exoritur. Multas & magnas fecerat ſenatus impenſas,
Iam crebris expeditionibus per mare per terras, iam ſuſcipiendo pro digni
tate Imperatore, æs cõtraxerat alienũ nõ mediocre. Inſtituerat ergo ut ſu
pra ſolitã, quã faciũt annuã ciues collectã, per ſingula ciuiũ capita ſoluerẽt
una Lubicẽſis marca: & ut futuro tẽpori proſpiceret, aucta eſt parumper
menſura, quam molẽtes publicis uſibus ſeruiturã detraxerãt in molendi-
nis. eã rem acerbiſſimis animis accœpere plębei: pręſertim artiſani, qui ma
nibus quęſtum faciunt, aut minutis ex rebus panẽ conquirũt: euiſcerari ſe
quęruntur, ſanguinem prius q̃ pecuniã daturi. Concurritur in ędem Diuę
Katherinæ, fratrũ minoꝝ eccleſiã: ibi quantũ poterat cõſtare inter tumul
tuantes, omniũ poſtulatio & concors deſyderiũ erat, impoſitũ onus detra
hendum: non ſe ſuſcipere nouũ iugũ, ni deſtituat ſenatus inſtitutũ: nouo ſi
bi conſilio opus eſſe. Incertus multoꝝ, ut fit, clamor, cõuitia & iniurias im
miſcuit: Sed cum graues ſe uiri patribus ac plębi interponerent, priuſq; ad
uim & arma currerent, rem experiri pacatis ſtatuerunt tractatibus. placu-
it plębi, priuſq; diſcederet, in eam cauſam congregata, euocari proconſu-
les, & ab illis deſtitutionem noui oneris poſcere: ſi annuant, habere quod
optant: ſin minus, tum ſe nouũ capturos conſiliũ. Vocati proconſules, ad-
ſunt: tum audentior unus ex cęteris, cuius aluerant fiduciam, iubentes pro
omnibus loqui cęteri: poſtulat pro omnibus, iugum quod ante ciues ſatis
importabile ferebant, non aggrauari, nouitatẽ deſtitui: ſatis eſſe patribus
ꝙ perpetuo magiſtratu & imperio quodam fungãtur in omnes: non etiã
hauriãt plębis uiſcera, ſudorẽ extorquentes, alioqui cruorẽ ſequuturũ: iam
inter omnẽ plębem cõueniſſe, niſi ſolitis rebus ſint cõtenti, nouo ſibi opus
eſſe cõſilio. Tum placide procõſules: nihil ſe niſi pro cõmuni utilitate, im-
mo neceſſitate urbis cõſtituiſſe, ſi patiantᷣ ciues ratũ eſſe: alioqui ſcire ſe ni-
hil inuitis ciuibus aut uelle aut poſſe: quę in pręſentiaꝝ de uoluntate ciuiũ
eſſe cognouerint, fideliter ſe relaturos in conſiliũ: nihil ſe dubitare ſenatũ
boni conſulturũ: ciuibus ſuis non reluctaturũ: idq; ſe ſpondẽt proconſules
mox anniſuros. quę reſponſio emolliuit diſſoluitq; cõgregatos, abit in ſua
quiſq; pacatior: publicũ deinde urbis conſiliũ, ciuium ſuoꝝ uoluntati con
ceſſit: & interijt, magno ſpiritu & molimine ſuſcœpta cõſpiratio. II.

Lubica ſub Henrico Leone caput extulit.

Karolus .IIII Lubicã uenit.

Cẽſenĩ capita ciuium.

Plębs cõcurrit.

Perpetuus magiſtratus Lubicæ.

Reſponſio mollis pacat

Ec erat pacatior res in eccleſiaſticis ibi: nam etiam de pontificatu
n eius eccleſię cœpit eſſe controuerſia. Obierat per id tempus anni
LXXVII. Bertramus Lubicenſis eccleſię epiſcopus: & eligitᷣ Io-

Cõtrouerſia de ꝑſanu.

hannes Clendenst Decanº, qui ex itinere in urbē deflexit primū ad Impe ratorem in Bohœmiā, ab eo accepturus literas ad Summū pontificē com mendatitias: sciebat nunc pontificē Germaniæ prælatis super denegatione decimarū auersum, non facile sine Imperatoris nutu ānuere electioni: cūq; ibi esset, audit iam a Summo pōtifice esse prouisum ecclesiæ, de fratre quo dam ordinis prædicatorum. Ita tum Romani pontifices electionis arbitrium ad se deuocabant, ecclesijsq; abstulerūt eligendi facultatē. Hoc cum intellē xisset uir per omnia modestus, uertit iter retro, non perditurus operā & im pensam tanti itineris ad urbē: & frater ille breui post cum literis descendēs ita excipitur, quomodo inter fratres secularis prælatus illis imperaturº ex ciperetur. Sed quid facerent? Apostolicis mādatis parendū fuit: cūq; se mi nus acceptū & clero & populo uidisset, præcipue, ut ferunt, cum cerneret urbem non esse de temporali, quod sperabat, episcopi dominio, in patriam aspirabat: prouisionē accipiens de ecclesia Misnensi. Et q̄m semel in manus Summi pontificis peruenit Lubicensis ecclesia, Papa ad instantiā Impera toris cedēte Nicolao ordinis prædicatorum fratre, prouidit Conrado de Gi zenhem, eiusdem Imperatoris secretario: qui ad eam perueniēs ecclesiā die Dñicæ Ascēsionis primā in ecclesia sua pontificalē missam peregit. Arcem Dānenberge per hoc tēpus in solo Wādalico tenuerūt comites, inde titu lum mutuantes per suā successionē: quorum interitu recidere uidebaē feudū ad proximū principatū uel marchionis, uel ducis Luneburgensis: occupa uerāt aūt militares, qui uel emptionis, uel aliū quēuis coloratū titulū præ ferrent. Sed cum ad Imperatorē Karolū res esset perlata, alijsq; uijs ad iu sticiā, qui occupauere, pertrahi nō possent, eratq; fama, latrocinātibº publi co itinere inde fauorē ostēdi, indicta est ab Imperatore uicinis principibus expeditio militaris, ut munitissimā arcem obsidentes oppugnarēt: aderant cum expeditis hi principes Albertus de Luneburgo & Saxonia dux, Ro dulphus de superiori Saxonia, Wertzlaus de Wolgasto & Ericus inferio ris Saxoniæ duces, ipsi quoq; Lubicenses Imperatoris iussu DC. eduxere armatos cum bellico apparatu ad oppugnationē, quem tum habebāt mul tis principibus opulentiorē: nec poterat diu arx obsistere tātis uiribus: ue nere in deditionē, qui tenuerunt: Imperator ipsam arcem cōsignauit Lunē burgensi duci, cui etiam hodie paret. Interim concessit in Tagermūde Ka rolus: ibi in conspectu memoratorum principū disceptātes super electoria di gnitate, Rodulphū & Ericum Saxoniæ duces, ita cōposuit, posteaq; rem omnis controuersiæ ad planū audiuit, ut alternis eligerēt uicibus, nunc hic nunc alter, titulūq; haberent cōmunē: & durauit ea cōpositio ad tempora usq; Sigismūdi: qui uacantē superioris Saxoniæ principatū, dedit nepoti suo Friderico Misnēsi marchioni, exclusis inferioris Saxoniæ ducibº. Sed illi a quæstione necdū quieuerūt: quod suis locis cōmemorabit. Quo tem pore cū in urbe Lubica necdū esset abolita memoria cōtrouersiæ superiori anno initæ: Cōmunitas ipsa nouū inijt cōsiliū: nam cōtributione facta per fraternitates & societates officiorum, solennes ac splendidas instituere epulas in domo spaciosa ad forū carbonariū, senatūq; omnē ad epulas inuitatum

Denegatæ de cimæ.

Frater mendicans Epus

Imperatoris Secretarius eps Lubicēsi

Arx munitissima obsidetur

Compositio sup electora tu inter Saxoniæ duces

Coitas Lubicēsiū cōtribuit

humanissime exceperunt: ut omnis amaritudo de cordibus stirpitus & funditus euellatur.

CA. III.

Letuani per eam ętatē, fratrib⁹ Teutonicę dom⁹ per Prussiā colluctati, magnis copijs hostilem terram ingressi uastant, diripiūt, cędunt, incendūt. Non erat ea uis fratrib⁹, ut egressi, hostib⁹ se obijcerēt. Arcē pręcipuā Sithen obsiderāt, breuiq; expugnauere hostes. Hinc mouentes Munsterberg cōtenderunt: obuia cuncta sternentes: magnā ex hominib⁹ pecoribusq; pręda abigētes in sua redierunt. Anno qui proximus erat, fratres quāta poterant manu, undecunq; cōtractis auxilijs, duxerunt in hostem. Regem tum habuere Letuani Allegertū, uirū industrium, & qui ingenio potius q̄ uiribus pugnandum arbitraretur. Vidit ille magnā hostium manum: perpendit si ad cōgressum perueniatur, non sine magna strage rem dirimi. Occurrēdū putabat, si posset, dolo treugas submissis oratoribus postulauit: ostendens inter alia, se nō habere animos alienos Christianismo: facile credidere fratres Teutonici, q̄d uer̃ esse cupiebāt Cōcessere inducias treugar̃. Quo tempore simulās rex se de legib⁹ pacis acturū, inuitat Pręceptores, fide publica interposita, in tētoriū: ut apud se ępulentur. Non detractant illi, sperantes sine sanguine rem omnem trāsigere. Incertū si interim obsides accęperint, dū apud hostē epulantᷣ. Magna fides Teutonici generis: Italici ne inter amicos securi sunt ad epulas. Dum illi sedent ad mensam, rex iam submisit ualidam suor̃ manum: quę intercipere omnem hostium cōmeatum. Id fiebat sedulo, cęsis qui ad custodiam erant deputati, Venerat qui sedentib⁹ ad mensam fratribus nūciaret, treugas esse ruptas a Letuanis. Rex irā in suos pretendit: hoc se nec iussisse nec ratum habere: Proinde in malam rem prouenire uiolatorib⁹ suā temeritatem. & fratres illusi, interceptis omnibus cōmeatibus & esculētis, cum robore reducūt exercitum: frustrati magnis in eam expeditionem impensis. Venerat eodem dux Austrię Fridericus cū expedito suor̃ agmine. Duo milia ductabat in armis, ut fratribus auxilio esset ad subigendam perfidā Letuanor̃ gentem. Aucti illis copijs fratres aliasq; auxiliares uires accęperant: Suos quoq; perarmātes & fratres suos de Liuonia euocātes, ducūt in hosticā terrā. Grogil Pastow opidor̃ sunt nomina, ad quę tum est depugnatū. Elicuere barbaros in aciem, & cōgressi magnā eorum multitudinem prostrauerunt, uindicantes proximam illusionē, pene ad internecionē cęsi sunt, qui tum se illis in aciem opposuerunt. cęterum prędā onusti redeunt in sua.

Letuani in prussiam.

Allegert⁹ rex letuanorum

Rex simulator.

Magna fides prandere cū hoste.

Fraude adēptus cōmeatus.

Victores fratres Teutonici.

CA. IIII.

Polonię per ea tempora pręfuit dux, quē album cognominauere: pro eo q̄ pridem candidā ordinis Teutonici uestem suscępisset. Sed qm̄ principat⁹ omnibus regij sanguinis uiris morte subtractis ad eum deuolut⁹ est, redijt ad sęculū: non inuitis fratribus, si forte tātā ditionē ordini suo supponeret. Sed ille cum Vngaror̃ rege pactū inijt, ut acceptis in pręsens duodecim aureor̃ milib⁹, & annuis mille, ordinē, quē dimiserat, spōte recipet. Idq; cū omī ex parte placuisset: dimisso tā magno principatu religionē regno pręposuit. Nō destitere interim fratres Teuto

Frater ordinis Teutonicorum Dux Polonię.

nicę domus per Prussiam, Letuanis Christi hostibus ire obuiam, quoties auxiliũ aliquod affulsit ab exteris Christianis. Aderant tunc cum expeditis copijs Florẽtius, dux Lotharingię, & ex Italia nepos Vrbani pontificis pro remedio peccatorũ suorũ aduersus infideles arma moturi: cum quibus memorati fratres expeditionẽ ingressi, terram hostilem petierunt. Letuani proceres cum agminibus suis ausi obuiam ire se in campũ cõtulerunt, pugnę sortẽ experturi. Collatis ergo acieb⁹, cõflixerũt duro prælio: sed affuit Christianis desursum auxiliũ: ut profligatis hostibus, ad octingẽtos ex nobilibus habuere captiuos. Qua elati uictoria exercitũ uastationibus oecuparunt: & multis exaduerso cõsurgentibus cęsis, ingẽti pręda onusti, uictorem in tuta reduxerũt exercitum. Captiuos aũt, qui nõ Christianismũ sponte subirent, quia non est legis nostrę, inuitus ut quis cõuertatur, acceptа pecunia relaxarũt. Quo tẽpore cũ ageret. LXXVIII. post mille trecẽtos annus, mercatores orietaliũ (ut uocant Flandrẽses) ciuitatũ: hoc est nostrarum, qui illis sumus orientales urbiũ, Bruggis male habiti in captiuitatem pertrahũtur (lapidem uocant carcerem publicũ) Comes Flãdrię Wilhelm⁹ cum suis assisteret, grauis imminebat mercatorib⁹. Querimonia fuit de priuilegijs ab olim cõcessis, quibus exteri mercatores inuitati, ad perquirendas eas terras uenerant. Et quoniã in uim cõtractus iam isse uidebãtur, irreuocabiliter deberi mercatorib⁹ asserebãt. Lõge inde altercationes multę ambages sequẽtib⁹ annis uix enodatę. Ferũt tum Gandenses cõtra morem suũ propensiores fuisse mercatorib⁹ orientalibus. Venerant proximo tempore Flandrensiũ nuncij in urbem Lubicã, controuersiam illã dirempturi. Aderant cæterarũ oratores urbium. Prętenderãt Flãdrenses in sui purgationẽ, non esse suũ hoc factum quod acciderat: sed comitis mãdatum, cui parere habebãt necesse: ostensis literis eiusdem comitis. Sed cum multa ultro citroq; dicta essent, in utranq; partem: ille fuit exit⁹ ut ipse urbes, missis quatuor ex suo ordine primarijs uiris, de Lubica, de Turrena Prussię, de Tremonia, ab Hamburgo, singulo de loco procõsule uno, rem omnem pro dignitate terminarent. Venerant in opidum Bruggense, stirpitus cõplanarũt, quę erãt in quęstione, restitutis mercatorib⁹ ad usum & possessionem antiquę suę libertatis.

Auxiliares copiæ. — *Christiani uictores.* — *Mercatores de Hãsa, male tractati.* — *Gandẽses pro mercatorib⁹* — *Mercatorib⁹ restituitur libertas.*

CA V.

Albertus per ea tempora dux prim⁹ Magnopolẽsis, princeps insignis, & uictoriosus, iam grauis annis, cum intelligeret adesse finẽ uitæ, uocatis filijs Herico atq; Magno, nam Albertus terti⁹: iam rex in Suecia rem gerebat. Videtis inquit filij, cursum meum fatis laborio sum, per multa ego bella, pacem uobis cõquisiui a uicinis principibus, uos partã seruate, iusticiam ad omnes implete, quę sit uobis pro muro: itinera publica (quod in uobis est) secura sint: urbium uicinarũ intelligentiã ne cõtemnatis: Nam subditę parebũt ad ęqua omnia, facile hostiũ eritis uictores: si cupiditatẽ, ambitionẽ, & cętera in uobis uitia uiceritis. Morte patris insequuta, Henric⁹ senior gubernacula subit: princeps memorabilis, pater nę uirtutis imitator strenu⁹. Quo tẽpore in urbe Lubica excitato incẽdio stabulum iumentorũ publicorũ cum omnib⁹ inclusis equis conflagrauit.

Dux moriturus docet filios. — *Lubicę stabulũ flagrat.*

Hãburgenses tum ad ostiũ Albis fluminis, ꝑpter nauigãtes excitarũt turrim, ut signũ esset de mari quęrẽtib⁹ portũ: sed tum ex eorũ negligẽtia qui inerãt cõflagrauit. Quo periculo cõmonefacti, totam fecere lateritiã, ne tã facile cibus igni daretur. Cõmunitas tum etiam Lubicẽsis memor, ꝙ proxima impressione ad arbitriũ suũ essent destituta, quę senat⁹ cõstituisset: nõ nulla iam susceperãt capita quę a cõsulatu simili more impetrare, aut etiã extorquere, constituerant. Primipilarij erant mechanici artisani, & in primis lanij: qui distrahendis in urbe carnib⁹ ad cibũ, quęstum faciunt. Mercatores urbis, & primarij ciues familiare, stabãt ad causam medij inter senatũ & plębẽ. cõuenerãt in ædem, ut ante, diuę Katherinę: Ibi ad unã partem stabat cõsiliũ ciuitatis publicum: ad alterã plębs ex mechanicis, quos uel artisanos uel manuales uocant: utrorumqꝫ medij ibant primores urbis ciues, qui rebus ad mediũ reductis in certa capita deduxerunt placita plębis. annueratqꝫ senatus, cesseratqꝫ ciuium uolũtati. Sed in eo fuit controuersia, ꝙ cõmune literis, ad perpetuam rei memoriam, sigillo publici cõsilij roboratis, rem firmari uoluit. Senatui satis est uisum, inscribi, ad memorialem librum ciuitatis: idqꝫ prompte pollicetur. Sed cum uulgus grauius urgeret literas exposcens: senatus non expedire ratus ad omnẽ plębis cõcedere libidinẽ, in cõtrouersia res permansit. Armãtur mechanici tumultũ & impetum facturi: mercatores quoqꝫ, cũ primorib⁹ urbis oportunis quatuor in urbe domib⁹, armati, secreti⁹ cõuenerant: staturi pro senatu si quis se cõmouisset. Qua ex re repressi mechanici nihil intentarunt. Sed ad tractatus denuo reditur. Tum graui⁹ increpitũ uulgus a maioribus ciuib⁹ dimisit animos: ubi uidit pro senatu stare inter ciues pręstãtiores: reditqꝫ res ad priora capita, quę memoriali ciuitatis libro, ad perpetuã rei memoriam, inscriberent. Tum uero lanij qui cœteram plębem cõcitauere, iubẽtur humiliati poscere ueniam a publico cõsilio. In pœnam cõstituitur ad publicã utilitatem, uiginti equites, quoties iubeantur, expediant: idqꝫ non onerosum illis, cum alias equitem quisqꝫ ministrum domi alat: qui per uicinia loca bobus & agnis importandis inuigilet.

Signũ ad ostiũ Albis.

Mechanici in Senatũ.

Senat⁹ cedit ciuiũ uoluntati.

Cõcurritur ad arma.

Vulgus increpatur.

Lanij petũt ueniam.

CA. VI.

WEntzlaum Bohemię regem, per ea tempora, Romanũ etiã regnũ sustinuit principẽ, non pręsidentẽ, sed desidentẽ: & qui ut dixim⁹ magno cõstitit Romano Imperio, propter illũ distracto Imperij patrimonio. Chare nimiũ emptus etiam optimus princeps poterat uideri. Nunc uero ignauũ pecus, ne inter homines, minime principes & reges numerandũ: cui⁹ tot sunt fœda facinora, quot clarissimorũ omniũ possunt numerari uirtutes. Scelestissimorũ hominũ probauit consortia: uilissimos habuit in delicijs, ferũt (quod dictu quoqꝫ nephas est) couiugẽ propriã, in lupanar iussisse prostitui: optimã uero fœminam flagicia mariti execrantẽ cum se alias in libertatem uendicare nõ posset, inedia sibi finẽ fecisse uiuendi. Interim publici Pragę gymnasij cõtrouersiã neglexit cõtempsitqꝫ: Homicidia in urbe non uindicauit. Grauissimam Bohemorũ suorum & Germanorum lętalem dissensionem dissimulauit: unde ortum est initium execrandi scismatis Hussitani, sępe cum cerneretur ab omnib⁹ non solũ inuti-

Wentzlaus rex nõ pſidẽs

Scelera regis Wentzlau

Fuit occasio sectę Hussitę

lis, sed etiam dānosus regnis & Bohcemię & Romanorū, a zelosis uiris tentatus est ueneno: sed ille semper superauit ueneficia uomitus beneficio. Immanis illa belua perire non potuit: ubi alij in quibus momēti aliquid uideretur multi perijssent. Sed seruatū est pecus hoc ad perniciem multorū capitum, immo animarū. Quo tempore a Summo pontifice Vrbano. VI. desecerunt Cardinales, tyrannide eius cōspecta mirabili, & quod per impressionem Romanorū creatus diceretur: unde nouum & magnum ac diuturnū in ecclesia cōsciscitur scisma. Miserabilis tum Christianismi status, qñ neque in ecclesia neque in Imperio esset, qui catholicę paci, & reipublicę Christianę studeret. Hoc etiā tēpore flagellantiū secta de qua supiori libro diximus, increuit (quod enim malū non augesceret sub talibus Christianismi capitibus) & per orientalē Frāciā diffusa multiplicabatur. Sed erat tum in Germania cardinalis de latere legatus, qui omnes eius secte fautores, nutritores, defensores, mucrone ferijt ecclesię, cōtemnētes & nihilipēdentes. VII.

Vomitus cōtra uenenū

Deficiunt Car dd. ab Vrbano.

Secta flagellanciū creuit

Cōtinuatur bellū in Letuanos.

Conradus magister domus Teutonicę in Prussia, bellū diu ante cœptū in perfidos Letuanos perseueranter egit: factaque expeditione ualida, in terram hostilem expugnauit arcem non cōtemnendam Anenpil: inque ea quadringētos pręsidio impositos cœpit, secumque abduxit. Inde progressus cum agmine, proximū fortalitium defensoribus uacuū reperit. Nam uiso hostili agmiue diffisi suę munitioni, nō putabāt expectandum. Incēsum ergo ipsi potius quam hostes ęquauerūt solo: Ita per multā eius regionis prouinciā, uictorem circūducens exercitum, nullā expertus est aciē ascendere ex aduerso. Magna tum erat & inaudita uermiū in aere multitudo: adeo ut muscę, cinifes, bruci, & id genus noxiorū uolatiliū operiret intercluderetque solē, ne ad nos dimitteret radios. Magna sequuta est, quod necesse fuit ex putredine, aere corrupto, mortalitas. Ludouicus rex Vngarię tūc aduocās Lupoldū ducē Austrię, & in suppetijs habēs Genuēses, perpulit Venetiarū urbē ut imperata faceret: ut quātum exposceret, illi ęs numerent, multa cētena milia aureorū. Perpulit, ut mutatā sigilli inscriptionē qua se dominos maris iactitarēt in reliquū preferret: Marchiā darēt Teruisanam Austrię duci. Credo hoc in annalibus Venetorum nō legi: quod ea, que superbo populo ad ignominiam sunt, silentio pretereunt, damnantque fastis. Nam omnia aut in gloriam suam obuertunt, aut si non possunt, iubent silentio premi. Quo etiā tēpore, inter Russos & Tartaros, maximū a memoria hominū habitū est prelium, in loco qui dicitur Flawasser: ut solent ambe nationes magnis agminibus, non stantes, pugnare: sed incurrentes iaculari & ferire mox retrocedere. Ferunt ducēta mortaliū milia eo cōcidisse prelio. Russi tñ uictores predam non paruā abduxere in pecoribus nam reliquā pene nulla possident. Nec tñ diu letati sunt ea uictoria Russi Nam Tartari Letuanis in societatem accitis, sequuti Russos, iam reduces, & predam, quā amiserāt, retulerunt: & magnā in Russos stragem peregerūt. Erat aūt annus. LXXXI. post mille trecētos a Christo nato. Quo etiam tempore in Lubica cœtus agebatur & cōuentus urbiū omnium de societate, quā Hansam dixere; Ibi Brunswickcenses, iam per annos octo ab

Multitudo uermium.

Veneti humiliati.

preliū inter Barbaros memorādū.

Victores uincuntur.

Cōuētus urbium.

ra societate disclusi, nec in ulla mercatorum societate, a cõmunione intus uel foris admissi, cum recõciliari poscerent de seuissima tumultuatione, in qua senatus sui partẽ occiderãt, partẽ eiecerant urbe, publicã pœnitentiã & satisfactionẽ peregerunt. Qui ad hoc cõmunitatis nomine missi sunt iussa fecere, hac formula. Nudis pedibus, nudo capite cereos de ecclesia beatæ Mariæ in prætoriũ publice cunctis spectantibus detulere: & genubus nixi, ueniã suæ cõitatis noĩe postularũt, & meruerũt. ex quo tpr̃e denuo admissi sunt in cõionẽ Hansæ, hoc est, ad participationẽ priuilegiorum quæ in quatuor emporijs, in Flandria, Bruggis: in Anglia, Londonijs: in Norwagia, Bergis: in Russia Nouguardiæ permissa sunt olim mercatoribus, ab retro principibus & terrarum gubernatoribus, uniuersis eius cõionis participibus. VIII.

Pœnitẽtia publica p Brũsuicen.

Restitutio ad hansam.

I Liuonia per eam tempestatem iam ecclesijs insignita, tum passa est quod solent locupletes iam uacuatæ sedes: ut de successore contendatur. Tarbatẽsis ecclesia tum uacabat: ad quam canonici de suo gremio elegerãt Iohãnẽ Damerow: quẽ cõfirmauit Romæ Vrbanus. VI. sed fratres ordinis Teutonicorum cũ cõtẽderẽt illã quoque ecclesiã sub candidũ uocare palliũ, amplificãdis rebus suis, pcurarũt: ut Clemẽs. VI. in Frãcia cõmoratus Auinione, magno illo scismate quendã Iohannẽ Hebet præficeret ecclesiæ memoratæ: eumque fratres cum literis uenientẽ, per arma imposuere arcibus ecclesiæ, ut uiribus eorum prouectus, in ecclesiam non cunctaretur sacri ordinis subire communionem: Aliquandiu conflictatum est, super ea re, sed nihil profecerũt. Cõtendũt iamdudũ Teutonicæ domus fratres, omnes si fieri potest episcopatus terræ, ordini suo inserere. Iam archiepiscopatum Rigensem cõplexi sunt, & Curoniensem. de Osiliensi & Tarbatensi & Reualiensi, sæpe frustra tentauerunt. Illa tamen ætate Rigensis archiepiscopus necdum erat inscatus: nam illius ope ac uiribus, exactus est cliens ordinis memoratus. Ploscaw urbs est Letuaniæ nõ longinqua Liuoniæ quæ tum in id superbiæ excreuerat, ut principem suũ Sirgallũ multis in urbe cõtumelijs affectum: iumẽto per cõtumeliam impositum urbe eijcerent: imprecatione terribili facta si unquam rediret. Ille contumeliam irrogatam questus, amicis in circuitu, & omnium iudicio reprimenda uidebatur ciuium cõtumacia. Igitur Sirgallus Russorum, Liuonũque armis cõtractis urbẽ memoratã obsidione premebat. Aderat magister fratrũ Teutonicorum per Liuoniam, huic obsidioni: secreto ab intus ad illum misso nũcio, ciues se illi permisere, si tueretur: Ille ut bonũ uirũ decebat, hoc respõdit Non esse integritatis suæ, illum in castris deserere propter quem in arma uenisset. Igitur frustrati ciues obsidionẽ fortiter pertulere, nec potuit tum capi urbs memorata, rebus infectis cum nullus fructus speraretur, soluta est obsidio, in aliud tempus ultione dilata. Obierat per id tẽpus Hẽricus Magnopolensis dux, Alberti primi ducis filius, princeps optimo ad iusticiam zelo: qui tãto insectatus est odio publicorum itinerũ latrones, ut nulli deferẽs nobilitati, quotquot eius culpæ deprehendit affines, nullius usus ministerio, nec expectata ad expurgandã conscientiã oportunitate: dictitans, ut apud Deũ pœniteat, meliori nũc moriturus exitu, q̃ si in cõflictu a mercatoribus

Cõtrouersia de ecclia Tarbatensi.

Q ui epatus in Liuonia regulares.

Contumelia fit principi.

Magna integritas uiri.

Princeps in latrones seuerus.

Princeps alli gauit iugulandos.

cęsus periisset: ipse suis manibus alligauit iugulādos: unde improbi ducto cognomine, ducē illū iugulatorē, siue suspēsorem appellauere. quod illi in contumeliā, boni omnes, ei uerterunt in gloriā. Successit in principatu frater Magnus. Reliquit Henricus ex filia regis Danorꝝ Waldemari, cōiuge filium Albertū, bonū principē & regno dignū: nisi Margareta, altera eius regis filia, relicta regis Norwagię, iam uidua, regnādi auida, Albertū exclusisset. Sed necꝗ diu erat in reb⁹ humanis Albertus. Magnus uero Henrici & Alberti regis germanus, fratri morienti succedens in ditione, ex uxore, quę fuit soror principū de Rugia & Wolgasto, sustulit filiū Iohannē, spem generis. Nam ex eo sunt moderni principes, per Henricū Iohānis filium. Magnus aūt cum Alberto de Luneburgo duce, profect⁹ deuotionis gratia Aquisgranū, cum inde rediret, febre correptus rebus excessit, ad annum Christi. LXXXV. post mille trecentos.

Mulier regnādi auida

Principes peregrinantur.

CA. VIIII.

Letuania attrita.

CVm per id temporis Letuania, magnis & multis afflicta cladib⁹ & damnis attrita satis uideretᷣ, inflexa ad suscipiendū populariter Christi sacrū baptisma: ut malis, quę paterētᷣ finem faceret: idꝗ reges fratres Iagail & Stirgail missis nuncijs ostendissent, designato loco in insula Kirsemil: Cōradus fratrū ordinis Teutonici Magister, uerū credēs, quod cupierat, quodꝗ euidētibus signis persuadere sibi poterat: expedito tñ in omnē euentū suorꝝ agmine, coassumptis duobus episcopis qui rem sacram facerēt, in locū contēdit cōstitutū: ubi prestolat⁹ triduo, cum ad prefinitum tēpus nemo adesset, suspicari cœpit, quod res erat, dolos sibi machinari, & strui insidias: quarꝝ insimulabat matrē regum memoratorꝝ: mulierem origine Russam: quę inuideret Teutonicis, ꝙ imponerēt iugū filijs suis: idꝗ compertū iam pene habēs euidētissimis argumētis Magister memoratus, redijt in Prussiā: & nouis copijs undecūꝗ adauctis, fretus etiam auxilio Vitoldi, uni⁹ ex primorib⁹ Letuanorꝝ: cui⁹ patrē Kinstotū memorati reges perdiderūt: quo capite hostibus regū fratribus dom⁹ Teutonicę per Prussiā se coniūxit: necē patris perinde uindicatur⁹. duxerūtꝗ primum coniūctis armis in arcē & opidū Trackem: quibus non difficile expugnatis: eiectisꝗ, & partim cęsis, qui inerant, imposuere suorꝝ, quod satis putabāt presidiū: inde profectus cum agmine suo Vitold⁹, obsidione cinxit opidū Villę: quod non difficulter expugnatū, diripuit incenditꝗ: magnam inde hominū pecorūꝗ uim abducens. Cum aūt ille exercitū iam in sua reduxisset, Letuani reges adunatis uirib⁹ arcē Trackem recepturi, cingunt obsidione: tāꝗ duris insultibus perurgebant custodes qui defenderant, nisi incendio uel fame perire mallet, deditionē facere cogerentᷣ: pactis uestibus & incolumitate corporꝝ: quibus abeuntibus, arcē reges recipiūt. Prima uero nocte conquassatis muris per crebrā oppugnationē, & eneruatis uiribus per tonitrua bombardarꝝ omnia corruerūt: oppressis aliquāto pluribus ex Letuanis, ꝗ̄ esset numerus abcedentiū. Eodē tempore Melchior dux Brunswickcēsis, frater Ottonis Neapolitani regis, ex Trāsiluanis ducibus, episcopus factus Zwerinēsis, toxico perijt fraude suorꝝ, medoni quē ille cupide in opido Rostock biberat, mala uenena miscuere. Ille ubi

Mulier inuida

Vitoldus cū Christianis.

Ville opidū expugnatᷣ.

Arx Trackē deditur.

Eps ex ducibus toxicatᷣ.

male sibi sensit ex potu, profect⁹ in Butzow, arcē ecclesię, cœpit cruciatibus magis ac magis distorqueri. Cernēs aūt fraga uenalia ad opidū suū, quod ignorabat ille: addito ueneno facerent ipsum furere, iussit cōparari: & absumptis ad refrigeriū magna ui fructib⁹ illis, adeo intumuit, ut uentrē uix uestes cōtinerent: crepuitq́ʒ spiritū efflans. Hic fuit exit⁹ nobilis uiri, inter pontifices nō cōtemnendę religionis. Per quod etiā tempus in urbe Vratislauia Slesię primaria, sęuiēte populo, & a clero extorquēte, quod ille, nec deberet, nec uellet pręstare, nec posset, nisi summo pontifice cōsulto persoluere, urbe ejicit: cōsentiēte, & omnia in peruersum authorisante ignauissimo rege Wētzlao, omnia tum cleri bona sunt confiscata. Ad quē tum refugeret oppressus clerus? Romana ecclesia uacillabat, errabatq́ʒ inter duos pontifices: Romanorꝝ rex tum author uidebatur & caput omniū malorum: nō erat opus alia tum re q̄ patientia. CA. X.

Mors miserāda.

Bona cleri Vratislauiēsi cōfiscata.

S Igismundus & ipse filius Karoli. IIII. Marchiā Brandenburgensem a patre, qui illā ab nouissimo Ottone, quod in Saxonia diximus, comparauit: non magno accœpit. Sed moriēte per hęc tempora Ludouico Vngarię rege deuotissimo, cum filias tm̄ duas relinqueret, & nullū marem hęredē, Sigismundo permisit primā coniugio: eumq́ʒ post se designauit Vngarię regem. Sed maximo interim labore, cruentisq́ʒ pręlijs ad eam possidendā peruenit. Obijcerāt se ex regni proceribus non pauci, dedignati Bohœmū regē: euocarūtq́ʒ Italia Karolū Neapolitanū cui sceptra deferebant: sed Sigismūdus inuicto per omnia animo, hostibus colluctat: peruicitq́ʒ, ut regē illū suū, Vngari agnoscerēt: sed ea res tantū laboris & impēsarū habuit, ut cogeret Marchiā Brandenburgēsem Iudoco Marchioni Morauię, propinquo suo in pignus & hypothecā, pro accœpta ab illo grandi pecunia, tradere: apud quē memoratus principatus aliquādiu permansit. Hadewegis erat altera regis Vngariæ Ludouici filia, quā pater ante desponderat Wilhelmo Lupoldi ducis Austrię filio: dos erat Polonia: quod id quoq́ʒ regnū erat in manib⁹ Ludouici regis: coemptū, ut diximus, auro ab duce Candido: qui sacrū Diuę Marię ordinē antepo suit sceptro. Erat in Polonia Wilhelmus aliquādiu se pro rege gerens: priusq́ʒ in thorū acciperet puellam memoratā. Non sunt passi Poloni, Teutonici generis hominē sibi regem: pulsumq́ʒ, pariter speratis nuptijs priuauere: circūspicientes aūt, aliū sibi regem, futurū puellę maritū, inuenere. Erat ex regulis Letuanię Iagail maior natu duorꝝ fratrū, expers Christianę religionis: hunc cum uirū strenuū, & iusti tenacē agnoscerēt, fęcere illi conditionē, si uellet sacrū subire baptisma cum religione Christi. & regnū illi, & sponsam regiā obtulere. Ille non diu cunctatus, magnas accœpit conditiones: baptisatus in ecclesia Cracouiensi, nomē accœpit Boleslai: quod in ea gente uetus, celebre, & regiū erat. Ita factū est, ut cum rege suo magna Letuanię pars ad Christianismū perueniret: inuitata præmijs, quæ nullis antea potuit impelli armis. CA. XI.

Ludouicus Vngarię rex obijt.

Karolus Neapolitanus.

Marchia in pignus.

Polonia in dotem.

Poloni refutant regem Teutonicū.

Nouicius in fide fit rex.

I N Liuonia per idem tempus grauiter tumultuatū est, cum Canonici ecclesię Osiliensis, Henricū episcopum suū caperent: captūq́ʒ

teneret in Hapsel: cumque non satis fideret arci, propter uim archiepiscopi Rigensis, quem timebant, transmisso mari in insulam Osiliam cum arci inibi ecclesiae Arnsborg uinctum incluserunt. Captus aut ideo perhibetur, quod ecclesiam in manus ordinis perducere conatus crederetur: nec diu post repertus est mortuus in latrina: incertum iniectus ab aliquo, an ipse euadere claustra conisus in eam sponte descendens, perierit: exitus pontifici ante incompertus.

Osilien. eps carceratur.

Vitoldus.

Quo tempore in Letuania Vitoldus Kinstoti filius, cum in arce opidi Ville commaneret: de patre suo, quem emuli captum occiderunt in carcere, uindictam meditatus, preuenitur ab opidanis: qui magis inclinarent fratribus reguli hostibus eius, qui filij essent Aligerti fratris Kinstoti: nam collecti ciues, stratagema excogitarunt: specie pretenta, quasi furem confugientem in arcem insectarentur: arcem perinde occuparunt: trucidatis qui cum Vitoldo inerant: ipso uix periculum effugiente. captam uero arcem memoratis regulis Vitoldi fratruelibus, in quos erant propensiores, consignarunt. Vitoldus aut, patrios circuiens amicos, auxilium implorabat: contraxitque eam multitudinem, ut iam fideret fratruelibus suis aciem obiectare: Illi aut cum in castris suis iam Christiani, haberent fratres dom⁹ Teutonicae de Liuonia, & ciues Villae, multosque praeterea auxiliatores, manus cum Vitoldo contulerunt: & caesis in medio plurimis, ipsum in praelio coepere Vitoldum: carceri in quo finierat pater eius mancipantes: de quo post aliquanta tempora pactis conditionibus laxatur. Hoc est aut illud tempus anni. LXXXIIII. post mille trecentos, quo cursus ille in Wilsenacum opidum Prignisse Wandalico in solo coepit per eam occasionem uulgari. Erant nonnulli ea regione habitantib⁹, uel hostes uel latrunculi, incertum enim reliquerunt qui signarunt annales: qui incensa uilla Wilsenaco, ecclesiam pariter in cineres redegerunt. Sacerdos cum ad proximam uillam confugisset: essetque noctu in strato: audisse fertur uocem. Surge praepara te sacris ministerijs: dicturus missam in altari exustae nuper ecclesiae. primam uocem arbitratus ludificationem, contempsit: repetita secundo, repetita quoque tertio: nec potuit negligere ita firmatam denunciationem. Surgit, & ex more soluto labiorum penso, ad ecclesiae locum proficiscitur. Stabat altare post incendium: duo ibi cerei ex latere utroque: in medio mundam uidit sindonem, inque ea trinam hostiam, quae uidebatur in unam coaluisse: eamque cruentam. stupefactus rei nouitate, unde hostiae cruentae post incendium. reuerenter inclinans, & componens quomodo poterat, concito petit loci antistitem Hauelbergensem: quid audierit, & deinde quid uiderit, enarrat. Miratus & ille, proficiscitur cum clero: uidet, miratur: cuncta percunctatur. ubi praeter diuinum miraculum nihil uidet, recondit hostiam chrystallo: & uicinis primum locis, inde remotioribus Dei mirabilia nunciantur. accurrunt undecunque populi, abusque Vngaria, Francia, Anglia, Scotia, Dania, Suecia, Norwagia. Multa fertur renouasse Christus Dns in reuelatione corporis sacri, sub altaris uelamento mirabilia: sed, ut fit, uanitate partim populi, accedente auaricia cleri, facta & infecta nunciantur. Fuere aliquando doctorum super ea re contradictiones. scripsere nonnulli quid uideretur: sed populus semel incalescens, aut deuotione, aut superstitione, non facile reuocatur: nisi quod clarescente nuper in Ster-

Arx capitur dolo.

Vitold⁹ captus.

Cursus in Wilsenaco.

Reuelatio facta pbro.

Trina hostia in unam.

Populi accurrunt.

Contradictio inter doctores.

neberg miraculo, cursus prior elanguit: quamquam is non omnino intericrit. Tum etiā monasteriū Præmōstratēsiū Sacræ uallis in opidū Luneburgū trāslatum est: ubi manet usque hodie.

Transl ... Monaste...

CA. XII.

Agnus dux Magnopolēsis Alberti filius, ea tēpestate rebus præerat in ducatu suo: princeps uiuacis ingenij, & qui non pateretur aut dissimularet ullā iniuriæ etiā significationē, non modo irrogationem, multos ipse præuenerat male sibi cupientes: unde factum est, ut neque subditis populis, neque uicinis principibus satis charus esset: cuius tñ temporibus nihil memorabile peractū, referūt annales. non malum hercle signū, neque obscurū de uirtute principis testimoniū: qui trāquillitatē temporum suorum promereretur. neque enim fieri poterat, ut inquic to sub principe, quietus esset rerū status. sed ille non diu rebus præfuit: paucis exitū eius cōploratibus: hærebat enim mētibus omniū memoria fratris Hērici, & patris amborū Alberti: quæ collata Magno, minus illū fecit esse spectabilem. Successitque principatui Albertus, filius Hērici: eius, quē cognominauere suspē sorem. nam alius interim Albertus in Suecia tum maxime rebus floruit: & Magnus filiū reliquit Iohannē. Erat aūt. LXXXV. post mille trecentos annus: cum ciues Lubicenses memores paternæ uirtutis, ad hunc Albertū mirifice afficerent: intelligentiā precipuā fouentes ad illū, ad persequēdos publicorum itinerum uastatores. Inierāt fœdus una expeditione: iūctis Wismariensium, Rostockcensiūque opidanorum, armis: latibula furū, & quos affines culpæ cognouerāt, subruentes: euerterūtque hæc tum in terris præsidia Storczow, Gemetow, Prensberg, Trutzem, Redem: his enim locis erant receptacula piscātiū publicis itineribus: quas munitiones tum memorati principis auxilio, urbiū dictarū emissarij subuerterūt, ac solo coæquarunt. Sed nunquā poterant tam acerbis odijs a quouis insectari, ut stirpitus euellerent. hoc cœlū hoc terra suggerit: alioqui nisi natiuū esset gēti uitiū, multis diu colluctationibus principum esset eradicatum: gigātibus confligit, qui aduersus naturam decertat.

Iustus princeps habetur odio.

Lubicēsium memores ... defuncti.

Latibula latronum ... uertuntur.

Cōflictus in gigantes.

CA. XIII.

Igismūdus rex Vngariæ, Karoli Imperatoris filius, de regno plurimum laborabat: nam Elisabet Bosnæ regis filia, relicta Ludouici socrus Sigismūdi, ac ipsa eius coniūx Maria, in Sigismūdū initio conspirarūt: & regno Vngariæ extruserunt: cum magna illis procerū pars inhæreret. & aduersus illum implorarūt Karolū de Italia regem Neapolitanum, legitimū sanguinis successorem. Is erat defuncti regis Ludouici ex fratre nepos. Illum ergo sibi regē creare in Sigismundū sunt connisi: mox enim ueniens in regnū, ab omnibus rex consalutatur. Sed quod multis ante acciderat, Karolus ipse euitare non potuit: elatus enim rerū successu, uerbis temperare non poterat: aperte gloriatus, se breui Romanorum regē futurum consalutarique Karolus. V. semper Augustus: nam paruo Wentzlaū negocio exuturū Romanorum regno, qui Sigismundū eius fratrē iam eiecerit Vngaria. ea uerba perlata Mariæ Sigismūdi cōiugi: & si per matrē auersa erat marito, cœpit tñ Sigismundi sortē cōmiserari: quē non satis esse uisum est Karolo exuere regno, quod per illā haberet dotale, nisi etiam absentē inse-

Coniunx in maritū conspirat.

Iactabūdus rex karolus.

ctaretur conuicijs. hic dolor cum altius descendisset in pectus fœminę, aliq̃n erumpẽs, significationẽ sui fecerat. Erat ex amicissimis Karolo regi, qui iam cõpertũ haberet, iactantiã eius multã illi apud plurimos congerere inuidiã, apertius familiariusq; super ea re conuenit. Ille ut erat superbia tumidus, amicissime cõmonentẽ, sublata dextera grauiter cecidit in maxillam: astabat famulus ei qui cederetur: non attendẽs esse regẽ qui ictum faceret: non expectata iussione dñi, educto gladio caput cedẽtis percussit: adeo, ut uuln⁹ descẽderet in oculũ. Relictę uiduę Ludouici hoc nõnulli suspicant esse consiliũ. Karolus uiuendi finẽ fecit. alij non uulnere, sed ueneno ferunt extinctũ. Sed hic tñ erat exitus, ut Karolus tum mortu⁹, locũ faceret redituro Sigismũdo. Italici qui cum rege uenerãt, male ab Vngaris habiti, periei unt: ipsum defuncti corpus diu stabat inhumatũ: q excõmunicat⁹ Karolus ab Vrbano. VI. diceret. Solent aũt principes seculi dum florẽt eam rem leuius pẽdere. Tum uero Sigismũdus in regnum redibat: quod & in Saxonia dixim⁹: & suo loco, quãtũ ea res deposcit, attingemus. XIIII.

Karolus rex superbus.

Karoli mors in excõmunicatione.

Vbicensis tum ciuitas magna ciuiũ & hostiũ quorundã conspiratione, pene sepulchrũ fuisset optimatũ: nisi miseratus Deus, proditionẽ institutã in lucẽ uenire uoluisset. Mechanici quatuor, q̃rũ alius glesi tornator, alius pelliũ uariarũ opifex, duo pistores, initiũ magnę cõiurationis in senatus & primorũ ex ciuibus capita fecerũt. pertęsum erat improbissimis latronibus, q sub gubernaculo senatus agerent: & non ipsi rem pro arbitrio moderarent: ipsi gubernacula apprehẽdere constituerãt perditissima uia: quocirca inire consiliũ atrocissimũ: quotquot uero ex ciuibus cognouere suis attẽtamẽtis idoneos cõsentaneosq;, quibus idẽ cum ipsis nouerãt inesse odium in senatũ (facile enim quisq; in urbe sui similem agnoscit) in societatẽ cõiurationis acciuere: sacramẽto pri⁹ adactos, ut quę essent audituri si non probarent, perpetuo tñ tegerent silẽtio. paucos reperere quibus non probabat institutũ: quippe delectũ ipsi habuere inter notos. Idem foris inter Holsatos quidam Detleuus Gudendorp, qui pessimo postea exitu se prodidit, factitabat: ut collecta manu improborũ equitum, ad constitutã diem irrũperet urbis portã: grassatur⁹ cum cõiuratis in capita & fortunas pręstãtiorũ ciuiũ: ut prędis explerent, & cõiugib⁹ atq; filiabus ciuium, ut in tali re abuterentur. Pręfinita est dies sabathi, quę fuit Lamberti Diui martyris ad cędẽ, hora diei octaua, cum portę paterent. Id tradimentũ, & si multorũ cõspiratione foris & intus ualidum esset, in urbe tñ secretum permãsit. Sed erant foris inter militares uiros, quibus detecta res horrorẽ incussit: tum miserati bonorũ uirorũ maximã perniciẽ, subuersionẽq; optimi in urbe status, ac innocentũ uirorũ necẽ miserã: tum fœminarũ & puellarũ miserabiles abusus: multis scripsere, sine nomine, ciuib⁹, ut uigilarẽt: cauerẽtq; ꝓximã urbis ruinã de intestino malo. nemo quicq; suspicat. Erat ex militarib⁹ uir cordat⁹, qui ꝑpẽderet in urbe nihil esse formidinis, parũ uigilãtię, nihil de propinquo malo suspicionis: suscepit rem tantam, proximo ante constitutũ diem, ut spere detegere: adequitat in uesperũ domũ proconsulis Iohannis Perseualen: prẽsentiã eius requirit: non adesse

Proditio detecta.

Socius cõiurationis.

Vir cordat⁹ detegit proditionem.

ſignificāt: occupatū publicis in prętorio cōſilijs. Tempus eſt, inquit, tēpus bonis omnino cōſilijs: filiū eius iubet aſſiſtere, iam uirū ętate maturę. Aſtabat aūt incognit⁹ a poſcēte: ubi cognouit adeſſe, quia uelata erat facie, qui uenerat: ante omnia, inquit, parentē adeſſe uellem tuū: ſed qm̄ ille deeſt, tu ſuſcipe quę dico: afferatur mihi potus, qui cōcitus ueni per uiā, ut bibam. Allato protinus uitro, guſtauit. Tum clara uoce: Tibi inquit uitro, nulli mortaliū dico: niſi caute proſpectum ſit, cras ante meridiem hęc urbs ſepulchrum eſt ciuiū ſuorꝝ, conſulariū, & primariorꝝ omniū: adeo omnia intus & foris ſcatent tradimētis. Et mox in parietem uitro proiecto cōcitus obuerſo exijt iumēto. Conſternatis omnib⁹ ad rei nouitatem: procōſulis filius ſine mora petit prętorium, admitti poſtulat: rem eſſe magni momenti & quę morā deteſtetur. Admittitur: quid acciderit, quidue audiuerat, plenius omnia exponit. Obſtupuere omnes. Statuerunt peruigilē agere noctē. Admonuere ciues bonos clanculo, ut eſſent in armis, ſi quid nouaret. Itaq̧ factū eſt, ut media cōſilij publici pars peruigilaret, circuiretq̧ in urbe perluſtrans, ſi quid cōpertū eſſet, portarꝝ clauſtra ſeruaret. Vbi diligētius intēdunt, magna deprehendunt manifeſtę cōiurationis indicia. Cūq̧ ipſi coniurationis principes, noctu per urbem equitātes cōſulares exaudirent, alter ex illis Iohannes Calefeld (nominandū enim eſt mōſtrū) piſtor in Clingēberg expergefactus, forēſes arbitrabatur, conſcios ſuę coniurationis. Vbi ſub luſtri lunę lumine, uidet cōſulares equites in armis, & familiā eius ordinis, cōſternat⁹ ait: Pręcioſe Chriſti ſanguis, diu nimiū eſt dormitatum. Sed primum cō crepare arma audita in domo tornatoris memorati: cuius mox oſtijs effractis, omnia inueniūt ad arma expedita. Apprehenſum latronem horrētibus inuadūt uerbis: Ille ſine mora ſcelus confitetur, proditq̧ mox tres primos cōiurationis ſocios: quorꝝ un⁹ ille pelliū tractator: ubi primum uidit peruigilare cōſiliū ciuitatis: mox, quod erat, cōiecit: detectū eſſe conſpirationis facinus: ſine mora per tenebras, ut potuit, in fugā ſe cōiecit. Captus primus, demittitr ſine gradibus, in ima tartarei carceris. Quo caſu breui exanimatur. duo alij mox uincti iungūtur. Vrbis portas ſtare diu clauſas iuſſere, ne quis elaberetur. Multi mox cōſpirationis participes aut detecti cōfeſſione captorꝝ, aut ſuis indicijs proditi capiuntur. Primi tres, quorꝝ unus iam mortu⁹, quadripartiuntr impoſiti rotis: Alij, cōfractis oſſibus rotarū colliſione, alij gladio cęſi, meritas pœnas luūt. Qui foris expectabāt irruptionē equites, rem in urbe detectā intelligentes, iter cū rubore flexerūt. Teſtati, qui importatis lignis, aut frugibus, ruſtici currus agebant, ſe uidiſſe mane primo per umbram equites multos: qui quid ſibi uellent, ignoraſſent. Per multos dies ſęuitū eſt in cōiuratos: ut quenq̧ alij detexere, pro qualitate culpę, aut rotis colliſi, aut gladio cęſi, perierunt: tanta multitudine, ut iam pigeret cædis ſenatū. Edixere ergo omnes ſibi culpę cōſcios ante ueſperū abire: qui mane reperirentur, hoſtiū loco habēdos. Ceſſere multi, de quibus nemo male ſuſpicaretur. Ita purgata improbis hominibus ciuitate: diem illū Lāberti quotānis diuino in eccleſia officio celebrem conſtituerunt; gratias agentes miſericordi Deo, qui grauiſſimam ci-

Pulchra tradimenti detectio.

Proditio nūciatur conſulatui.

Apprehēditr un⁹ ex cōiuratis.

Animaduertitur in conſpirantes.

Tot cæſi q̄ piguit cædis ſenatum Lubicenſem.

uitati perniciem auertisset. CA. XV.

Onradus sublimis magister Teutonicę dom⁹ per Prussiam per petuo bello Letuanos insectatur. Duxerat hoc tẽpore in Vitoldum regulum: cuius fratrueles, ut diximus iam Christo crediderunt. Hic aũt emissus ab illis carcere, omni crudelitate grassat̃ in Christianos: in illos uindicãs ab fratruelibus accoeptam iniuriã. Tum uero ausus cõcurrere prelio ordini memorato, iterũ capitur: & nullis alijs conditionibus impositis, libertati redditur, si modo iuret, idq; ex animo impleat, Christi sacramẽta subire. Ille leuissimo uir animo, per quicquid sanctum est, iurat, se omnia ex fide facturum. Sed quid nocet perfido perfidia, si non deus uindex est. Credulus magister, illi tres arces permittit iam Christianis infessas: ex quibus ducat in populũ suę nationis Christo lucrandũ: utq; gladio illum adigat sacram subire religionem. Ille omnia pollicetur. Magister ubi reduxit exercitũ: Vitoldus mox oppressis qui in arcibus erãt, Christianis incensas ęquat solo & ad suos in perfidiam reuersus, magis atq; magis insectatur Christianos. Magister ubi comperit, renouata expeditione iterum ducebat in hostem. Peruenit autẽ uastans ad fluuium Wargan: Ibi Stirgail frater regis Polonię male Christian⁹ magno agmine prestolatur eius aduentũ: ut transitũ uadi intercipiat. Sed collatis prelio uiribus, cessere Letuani, incolumem trãsitum magistro permittentes. Transmisso amne Christianus exercit⁹ omnia peruastat, & magna undiq; prẽda cõuecta reditum parat. Interim Stirgail, nouis fossatis deductis & deiectis, per saltũ nemoris, in trãsuersum roboribus arborũ, reditũ, ut sperabat, intercludere cõstituit Magistro cũ fratrib⁹. Exercit⁹ aũt Christian⁹ fortior erat ad inuadẽdũ, q̃ hostes ad intercludendũ. Quocirca factũ est: ut inuitis Letuanis hostib⁹, & ipsi trãsirẽt fratres: & prẽdã, illis uidẽtib⁹, abducerẽt. XVI.

Vitoldus de nuo capitur

Vitold⁹ periurus.

Redit ad suos.

Vastantur omnia.

Ic Stirgail frater regis Poloniæ, iã per Christianismũ pacatissimi ducatum administrabat in Letuania: cum Vitoldo fratrueli semper dissentiẽs, nisi cum exterus hostis perurgeret: tum aũt sensere unũ. Vir erat ferus animo, & qui reuerẽtia fratris, magis q̃ diuina religione, distineret̃ a persequẽdis Christianis: Nominetenus erat Christianus, quia sic fratri placere uidebatur: cętera cor inane ueri, a sua feritate non frenabat̃. Vnde factum est: ut proximis quoq; inuisum se faceret: dum non per modestiã illis preesset, sed per indomitã insolentiam magis premeret subiectos. Vnde factũ est: ut iuuenes quidã nobiles in caput eius conjurarent: sed nõ erat facile, circũspicientẽ omnia, circũuenire. Vrsam domi alebat iam mansuetã: quę ad constitutã horam cibũ de manu eius caperet. Ea bestia, uir ferus, plurimũ delectatus, cõsuefecit: ut ad tẽpus solitum cõclaui eius in quo maneret propinquãs, latera fricabat ad parietem: ita se adesse significãs: tum ille fores reserans, admisit illã, cibumq; porrexit. Id cum scirent cõiurati, obseruauere tẽpus redeũtis bestię, & ad eius cõsuetudinem latera ad parietẽ cõprimẽtes, strepitum edidere uelut fricãtis ursę. Ille deintus audiens, ratus adesse alũnam, fores pãdit: Iuuenes armati irruunt, & pauci solum, facile cõficiũt. Ita perit uir ingenio ferus, & manu promptus

Stirgail fer⁹

Coniuratio in Stirgail.

Stirgail necatur.

Vitoldo iam fratrueli latius parẽs imperium. Interim in opido Wandalliæ Tandem, quod Bugslao duci de Wolgasto pareret, res perniciosi exẽpli peragitur, parricidio in primores opidi: quem consulatũ uocãt. Lanij & pistores erant, qui odirẽt, & emulatione tangerẽtur, ꝙ forenses inueherẽt in cõmoda ciuiũ carnes & panes: idꝗ cum alias impedire non possent, in gubernatores opidi uindicare constituunt, crudeli cõsilio. Obseruant diem, quo omnes ad cõsiliũ euocati, cõsederent: effractis foribus irruunt: omnes ad unum trucidãt. Aberat unus, qui proximo die nuptijs peractis, duxisset uxorẽ: hunc cum parricidium in cęteros peregissent, in itinere obuium in caput ictum, socijs cõiunxerũt uno funere. Hoc tam execrandũ & omni pernicię execrabili⁹ facin⁹, Bugsla⁹ princeps nõ alia ꝑsequut⁹ est ultione, ut uel cõiurationis capita puniret: sed impunitate ꝑmissa, accœpit pecuniã aliquãtã, ut sanguinariũ eorꝝ cõsiliũ nouiter creatũ approbaret. XVII.

Cõsulatus trucidatur.

Negligens princeps.

Vdei per id tempus cõuentum celebrem habuere in Wissenfelde opido Misnensis Marchię. Cõuenerant eo ex loginquis terris secretius agentes cõsilium: nec uenere, nisi saluũ prius cõductum, & iter incolume, publicaꝗ securitatẽ per itinera, a principib⁹ impetrarẽt. Quidam militares (ut sunt multi tenui substãtia) cum obseruarẽt eorꝝ discessus in insidijs fuere: sciẽtes non leuẽ apud illos pecuniã inueniri: Captis omnibus, quibusdam, qui pertinacius resisterent, etiam cęsis, ingentem prędam cõfęcere. Sũma estimata ad quinꝗ milia sexagenarũ de grossis. Accusati illi apud principes de incursione publicorꝝ itinerũ: presertim ꝙ securitatẽ cõstitutam Iudęis a principib⁹ uiolassent: interposita fide publica, uenerãt ad respondẽdũ: Iussi causam dicere, quid ita Iudęos inuasissent: quidã ex eis promptior ait. Iure inquit diuino ac ecclesiastico, non discrepãte imperatoria lege, hostis ecclesię & ei⁹ uiolator, nulla debet immunitate gaudere. quis aũt nescit, quales sint Iudęi ecclesiarꝝ hostes, & Christi fideliumꝗ ei⁹ quib⁹ quotidie mala omnia imprecantur, execrationibus quotidianis insectãtes populum Christianũ: Et quoniã hostis terreni mei principis, hostis quoꝗ meus iure optimo censeri debet: multomagis hostis ęterni principis quẽ etiam patrem inuocam⁹, debet mihi publicus hostis haberi. Si quid ergo ex hoste publico retuli, optimi principes, inter iusta debet spolia cõputari: nec ad cuiusꝗ, præter passi, pertinere debet iniuriam. Delectati principes colorato militaris uiri responso, mox illum cum cõplicib⁹ absoluũt: Iudęis cum irrisione dimissis. Quo etiam tempore, fratres domus Teutonicę per Liuoniam, cum & ipsi operam nauare cõtenderẽt ad cõuertẽdam prouinciã Letuanorꝝ: assumpto in societatẽ belli Letuanorꝝ, de Ploscow regulo, cõtẽdũt in hosticã terrã, & magnis editis uastitatib⁹, ingẽtẽ hominũ ac pecorꝝ prędã eduxere: Erãt eñ mortaliũ tũ captorꝝ duo milia. XVIII.

Cõuent⁹ Iudęorum.

Iudęi spoliãtur.

Spoliatores accusantur.

Excusatio pulchra.

Spoliatores absoluuntur

Oniurationis Lubicanę, quã paulo ante descripsim⁹, consci⁹ Detleuus Gudendorp, iam detectus publicũ hostẽ agebat urbis illius: non parcens uiatoribus & undecunꝗ transeuntibus ciuibus. Sepe fugatus ab equestrib⁹ Lubicensiũ ministris: statuit per insidias aliqñ illos intercipere: misit ex suis, qui prędam agerent ex uilla Curow: Si quis

Detleu⁹ Gudendorp.

interim superueniret, illis maior uiribus cederet, pertraherentq; sequẽtes in locum insidijs cõstitutũ. Sero (ut fieri solet) abactio iumẽtorũ in urbe Lubica nunciatur: serius colliguntur armati. Nam & de opido Molne, aduocandi erant equites ministri. Iam gregati sex & uiginti de Lubica equites, prodiere, sequuti pręcedentiũ uestigia: sed nisi ad insidias stetissent hostes, iamdudũ in sua securi abissent. Turmas tres pręfectus ipse segregauit: nam ex utroq; latere dimisit octonas, cum mandato: ut obuij hostibus facti, ad medium, quod ipse pręfectus tenebat iter, inclinarẽt. Transierũt uiam multam. Ipse pręfectus, qui mediũ insectat⁹ est iter, uestigia hostium ex ungulis (ut fit) equorũ deprehẽdit: & iam inciderat insidiãtium latibula: decim⁹ ipse interceptus numero, q̃ duplo maior. Itaq; cum se uiribus imparẽ cerneret, adactis & admissis iumentis, opidum Kijl recto cursu petiere. Facile cursu supẽrãt sequẽtiũ uestigia, optimis uecti iumẽtis: sed iam opido propinquãtes: cum celerrimo cursu quiddam hostile pręferrẽt: nesciẽtes ciues quid ageretur, portas clausere, irrumpere tentãtibus. Cogũtur frõtes hostibus aduertere, quibus fortissime congrediuntur, aliquot ex eo numero prostratis: sed ipsi Lubicẽsium equites, iam pugnãdo fessi, cum lõge numero superarẽtur, ad unum omnes cędũtur. Post moram interpositam octoni uestigia sequuti perueniũt ad uicina opidi, cernẽtes ibi cõstratos socios decem, ingressi opidum coarguũt opidanos q̃ manibus latronũ inclusissent suos propugnatores. Illi pręferunt ignorantiã rerum quę gererentur. Itaq; acceptis uehiculis, sociorũ corpora Lubicã deuehũt. Visa est lugubris utriq; sexui, & omni ętati, illa suorũ equitum reuectio. Tumulati sunt solenni funere, in ecclesia Sancti Iacobi. Idem tñ ille Detleuus non multis post annis interceptus ab equitibus ministris Lubicensiũ simili exitu obtruncatur, multas cõcisus in partes.

Cautẽdũ ab insidijs.

Lubicenses equites cẽsi cędũtur.

Detleu⁹ obtruncatur.

CA XIX.

Hoc etiam tempore, hoc est a Christo nato ad .LXXXVI. annũ post mille trecentos: Lupoldus dux Austrię de genere Rodulphi Imperatoris, cum filio & omni nobilitate bellum inferebat Swiceris (Switenses uocãt alij, ueteres dixere Heluetios) feroci in hunc diẽ hominum generi, & in montib⁹ suis efferato: quib⁹ etiam ętate sua Gaius Cęsar Galliarũ pręses manus cõserebat. In eos tum ex quibusdã causis duxit Lupoldus Austrię dux, q̃ ab auis & attauis, uetus esset simultas in gente: rusticam libertatem liuẽtib⁹ semper oculis aspicit nobilitas: sibi natum, quicquid uiuit, rata. Totis principatus sui uiribus Lupoldus orditur bellũ, uicinis principib⁹ & nobilibus in societatem belli deuocatis. Swiceri & si magna mole uirtutis suę, se in hostem apparerent, tria tantũ milia in cõspectũ hostis emisere: ut per cõtemptũ in illos duceret. Reperit sine dubio oppositos sibi uiros: sed qui planis campis equitatu hostiũ premerẽtur. Cęsis primo pręlio aliquot suorũ Swiceri retrocedunt, pedem referentes, ut maioribus suorũ agminibus excipiantur. Austrij sequuti in montes, mox circumfunduntur hostium magnis agminibus. Non pauciores in armis habuere Swiceri triginta hominũ milib⁹. Intercepti ergo Austrij pene ad internecionem cęduntur; ualde raris elabẽtibus: dux ipse cum filio & sedecim pri

Dux Austrię in Heluetios.

Austrij cędunt.

meuę nobilitatis uiri comites atq; barones. ipsi principes, aut principū affines. Cruenti hui⁹ prę lij memoriā armis suis Austrię duces prę ferre credūtur, cum candidū clypei campum sanguineo colore in trāsuersum fusa planicies fuscet. Vindictam meditari tantę cladis, quam necdum peregerunt. Nam etiam hoc tempore, quod suo loco dicemus, insigni clade memorantur Austrij ab Swiceris affecti. Quo tempore in urbe Wismaria, insignē conuentum principū iussit sollicitari, Albert⁹ rex Suecię. Aderant omnes de popinquo principes: Wenzla⁹ dux Saxonię ac Luneburgę, Bugslaus dux de Wolgasto, Ericus inferioris dux Saxonię, Nicolaus & Adulphus Holsatorꝛ, Otto de Hoia, Gunterus de Rupin comites, Laurentius comes Wandalorum. omnis effusa nobilitas, milites, militares, uicinarꝛ urbiū honesti ciues, principū, nobilium, militum, militariū uirorū cōiuges. Omnia ad magnificum apparatum cōposita. Militares in foro ludi: dominarū in locis cōuenientib⁹ choreę canētiū in omni genere musicorꝛ lęta symphonia Omni genere urbanitatis, in medium certauere honestate uestium, robore uirium, alacritate iumentorū. Vox ubiq; letitię personabat: eminebāt multis in rebus plurimū: quisq; in suo genere decori. Octo cōtinuatis diebus solēnitas perdurabat. Inde in sua quisq; lęti & alacres rediere. XX.

Insignia Ducū Austrię.

Cōuēt⁹ principum Wismarię.

Apparatus magni.

Quo tēpore Conradus de Gisenhem Lubicensis episcopus, cum rebus excederet humanis, locum fecit Iohāni Clendenst decano ei⁹ ecclesię pridem electo, & iam renouata electione iterū assumpto: ciuis honesto inter suos inibi natus loco, & iam cōsequut⁹ benedictionem peruenit ad episcopatū. Anno qui proxime sequut⁹, idem Albert⁹ rex Suecię. Margareta regina iam & Norwagię: cuius fili⁹ Olauus proxime reb⁹ humanis excessit, matri relinquēs principat⁹, Ericus dux Saxonię, Nicolaus & Adulphus comites Holsatię, milites ac ordinis eius uiri, sine numero: multorꝛ principū, comitum, ac urbium uicinarꝛ oratores, Lubicā uenerant in coetū: causa potissima, tractare de cōmuni terrarꝛ pace, per mare quoq; seruanda: ut persequutio cōmuni odio fieret in publicorꝛ itinerū latrones. Ciues Lubicenses inter alia quęsti sunt, non licere sibi per comites Holsatię insectari publicos hostes, quib⁹ perfugia prębeāt, Cūq; comites respōderent: non mox esse publicos hostes qui uni⁹, uel alterius, leuissimorꝛ hominum fabulis, & suspicionib⁹ cōtaminarentur: odium sibi quoq; inesse malignorum, quos uera scelera noxios faciūt: non quos uana leuissimorꝛ hominum uox una cōtaminat. Ibi tum inter omnes cōuenit: ut sine ulla tergiuersatiōe, publicę odiosi homines insectarētur: nec a quouis, uel recepten tur, uel defendantur. receptores & defensores cōmuni cum illis odio insectandos. Hoc etiam tempore mandatum egreditur ab omnium cōmunis Hansę Teutonicę ciuitatū cōgregatis Lubicę oratorib⁹, ne quis mercator eius cōmunionis ullam societatem, aut cōmercium habeat cum Flandrensibus, ob causam sępe renouatā, q priuilegijs & immunitatib⁹ dudum cōcessis frui non sinerēt: quę cum inuitandis primū in eam terram mercatoribus data sint, nunc illis in usum deducentib⁹ reuocari nō possint: quia trāsibant iam in naturam contractus: facio ut facias. Eadem tum prohibitio fu

Vacat Lubicēn ecclesia.

Cōuēt⁹ principū Lubicę.

Prohibetur receptatio.

Hansa cōtra Flandreñ.

it de emporio Russie in Nouguardia Russie urbe tum potētissima. Sic se res uertūt: ubi tenuis primordiorꝝ status permitit uenietib⁹ immunitatem inuitās ut ueniāt: iam florescentibus rebus, qui inuitauere uix patiūtur secum consistere: desyderiū uertētes in contemptū, & deinde in fastidium. Nunq̄ tamē constās earꝝ rerum aut diuturna fuit permanētia: ut cum uoluentibus seculis noui mores, noue semper res placēt, prioribus antiquatis: Ita que in precio pridem fuerūt, inde uilescūt: que cum rerū fluxa uarietas sit, in omnib⁹ rebus humanis tum maxime apparet, seseq̄ prodit in mercaturis: que mille modis uertūtur. Vnde nouis semper opus est ingenijs ad rerum crebram uersuram.

Inconstantia rerum.

CA. XXI.

Igismundus Vngarie rex, iam emulo suo Karolo, de medio facto reuersus in regnū contemptui tñ fuit uxori sue quam fecit insolescere dotis magnitudo, & q̄ uirum profligatum, ipsa uel maxime curasset reuehi in regnū. Ausa mulier nouā cudere monetā iussit inscribi Maria rex Vngarie: Increpita tamē a marito per modestiā erubuit ac compressit insolentiā: cum procerꝝ nōnulli arbitrarētur, grauius perinde marito infensam, suggererēt illi de eius subuersione: q̄d in Saxonia scripsimus. Sed tamē labor fuit Sigismundi, non uulgaris, aduersus Ladislaū Karoli filium: qui post patrem de Italia ueniens cum non cōtemnendis uirib⁹, regnum ambiebat. Sed iam Ludouici relicta, primū aduersata Sigismūdo, iam uero recōciliata, pro illo cōtēdēs, regni, pceres inclinauit Sigismūdo. Vnde factū est ut frustra Ladislaus cōtenderet: qui ubi se frustra cerneret fatigari, Iaderam insignē ciuitatem, quā de regno tenebat pene solā, accœpta ab Venetis pecunia illis uendidit. Sic lacerātur regna. Quo tempore Bugsla⁹ dux de Wolgasto uxorē accœpit germanā Henrici de Brūswico ducis. filia fuit Magni, quē prelio superauit & oppressit Otto de Scowenborg comes. Ea primum habuit maritū de Mansueld comitē: quo mortuo ad hunc peruenit ducē: mulier, ut ferebant, incredibili pulchritudine. Nuptiarꝝ solēnitas in opido Tzelle implebatur, terre Luneburgensis. Magnifico nimirū & principe digno apparatu: quē non mediocriter illustrauere multorꝝ presentie principū. Wentzla⁹ interim Romanorū & Bohœmie rex, cum lœtaliter soporat⁹, preter uoluptatē nihil admitteret, inuisus esse cœpit omnibus: Captus a baronib⁹ regni, includitur, ne regnū ipsum pessundet. Sed ab Iohanne duce Lusatie & Procopio Morauie, uinculis per arma est exēpt⁹, & libertati reddit⁹. Sed nihil immutatis morib⁹, deterior semper euasit. A fratre deinde Sigismundo captus, & Alberto, Bauarie duci custodiendus traditur: sed dum negligentius in custodia teneret, corruptis custodib⁹, elabitur: regnoq̄ restitut⁹ est, nihil emēdatior. Cum aūt nulla in re posset ad cor redigi, principes electores cōgregati, hominē Romanorꝝ regno destituūt Ropertū Bauarie ducē reponētes.

Insolens regina.

Iadera Venetis uenditur.

Mulier mire pulchritudinis.

Wentzlaus captus.

Euadit carcere.

XXII.

Lbertus dux Magnopolēsis Henrici filius, optimi principis non degener proles, natus matre, que filia erat Waldemari Danorum regis: cum ille moreretur, materni generis iure regnum sibi arbitratur deberi. Sed quoniā magna imperia, non tam legibus, q̄ armis que

runtur, magno exercitu duxit in Daniã. Proceres diuisi fuere: pars fauebat Alberto, maior numerus propẽdebat in Alanũ, Margaretę filiũ: quę & ipsa erat dicti regis filia. Itaq; tum magis pactis, q̃ armis, arma, propulerũt: Sed Albertus, cum adhuc floresceret per ętatẽ, uiuẽdi finẽ fęcit, solum filiũ relinquẽs Iohãnẽ: cuius primũ tutores, deinde ubi adoleuit, ipse omnẽ principatũ, absente Alberto Suecię rege, cum Alberto Magni filio administrarũt. Nam regi sua portio, suũ semper ius saluũ remansit: ad q̃d etiã, cum regno extruderet̃, est reuersus: posteaq̃ uaria in regno iactatus fortuna, capt⁹, laxatusq; est captiuitate. Erat a Christo nato post mille trecentos. LXXXVIIII. annus, cum idem Albert⁹ rex iam diu fœliciter in Suecia regnans, implicaret̃ bello cum Margareta Danię Norwagięq; regina: orta simultate, q; dictus rex munitionẽ erexisset, oportuno loco, unde posset Danorũ in sua transitũ arcere. Regina aũt, nulli cedens uiro, prudentia, & animi magnitudine multos exuperans, non passa ullum ab rege pręiudiciũ, aduersus nouã regis arcẽ, in suo solo erexit aliã, unde cõmeat⁹ possent intercipi, in nouã regis arcẽ cõuehendi. His de rebus, primũ pręfectorũ iurgia, deinde etiã excursiones fiũt inuicẽ: quę adeo creuerũt in immensum: ut ipsi inter se principes, hinc rex, inde regina, totis regnorũ uiribus cõcurrerẽt. Eduxere acies, stabãtq; mutuo sub aspectu, diu minãtes. Palus erat in medio, quę dirmit exercit⁹. Spectabãt acies in alterutram: quę prior in aduersum transgrederet̃. Erat regis animus maior, q̃ qui ulla possit re deterreri. Prior ille eduxit: sed ea laboratũ est difficultate in trãse unda palude, ut facile Danis uictoria relinqueret̃. Capitur rex cum filio, & in arctissima custodia recludit̃: septẽ annis in carcere manẽs. Cum interim multa fierẽt, & tractatibus, & armis ad eius relaxationẽ, non poterãt ullę conditiones reperiri, quę nisi dimisso regno, fœmineũ animũ possent permollire. Multa mari pręlia, multa sunt Danię, per Vitalianos (sic enim appellabant satellites, propria sorte militantes) irrogata damna. Laxatus tãdẽ, dimissionẽ regni pactus, cuius maiorẽ iam partẽ regina occupauit: ut una fœmina, trib⁹ impitaret regnis. Rediit in Magnopolim suã, cũ filio Erico ad spem regni enutrito: reuersus autẽ coniugẽ duxit alterã: filio quoq; despõdẽs uxorẽ: q̃d suo tẽpore cõmemorabit̃.

Proceres Danię diuisi.

Regina prudens & magnanima.

Dani uictores capiũt regẽ cũ filio.

Vitaliani q̃ fuerint.

CA. XXIII.

Vlta interim in Letuaniã militariũ manus, longe aducta peruenerat: quę pro redemptione peccatorũ suorũ in perfidos militaret. Inter quos Wilhelm⁹ dux Gelrię, qui cũ expeditis egressus, diu fœliciter pugnabat in hostes. Demũ cõmuni marte, aliqñ inclinãte hostibus uictoria, captus est, & in arcẽ Valkenborg reclusus. Id molestissimũ fuit omnib⁹ Christiani nominis uiris, & in primis fratrib⁹ Teutonicę domus per Prussiã. Quocirca expeditione, quanta potuit maxima, facta, ducunt in hostẽ: obsidentq; arcẽ, qua ille captus teneret̃: pugnãtes, nec deficientes, quoad illam plurimo labore expugnarẽt: & tum in libertatẽ, captum ducẽ reduxerũt. Ille tñ militari ritu, se non est liberũ arbitratus, priusq̃ eius, qui illũ cœpisset, manu laxaret̃. Hoc procurãtes fratres memorati, laxatum cum honestate dimiserunt. Pragę interim in Bohœmia Iudęi,

Wilhelmus dux Gelriae captus.

Relaxaĩ dux Gelriae.

Iudaei caesi. ipso sacro die Paschae, expediti sunt, caesiqꝫ a Christianis ad internecionẽ: cum adhuc illa urbs ferueret, plena Christi religione: necdũ perducta ad superstitiosam sectã Hussitarũ: quę dissimulãte deo, usqꝫ nunc in ea obscur duit: ita ut Christi corpus & sanguinẽ pueris & demẽtibus tribuãt: inhęrentes (ut solẽt Iudęi) literę dicẽti: Nisi mãducaueritis carnẽ filij hominis, & biberitis eiꝰ sanguinẽ, &c. Sed tum ibat Christi sacerdos, sacrã Eucharistiã deferens, pro ritu Christiano ad ęgrotantẽ: ueniens autẽ ad propinquũ uicũ Iudęorũ, pueri Hebręorũ, nimirũ blasphemijs parentũ instincti, sacerdotem luto lapidibusqꝫ insectantur. Iam tum sub ignauissimo rege, omnia dissimulãte, nihil in ea urbe uidebatᷓ illicitũ. Indoluit plębs fidelis, quę ex more sequebatᷓ, irrogatã Christo & sacris eiꝰ, cõtumeliã: repressis pueris, & cũ cõtumelia abactis. Cũqꝫ adulti Iudęi pueros tuerentᷓ, primũ rixa, deinde orta est seditio: Efferuescẽte aũt Christiano populo, in deuotionẽ recẽter assumpti per sacrã Paschę diẽ corporis dñici, excandescũt in irã in Iudęos: & cõcursu ex omnibꝰ ordinibꝰ facto, imiscuere se plurimi, literis studentes, clerici, & sęuiẽtes in Iudęos, quicquid obuiũ fuit, prostrauerunt. Incensis aũt domibus eorũ, fœminę cum paruulis se sua sponte inięcerũt incendio: ne probris Christianorũ expositę, ad extremũ necarentᷓ. Illę uero ab tẽporali igne, gradũ sibi strauerũt ad ęternũ. XXIIII.

Pueri Iudęorũ dehonestant pbrm.

Domꝰ Iudęorum incisae.

Olislaus rex Poloniae, qui in paganismo dux Letuanorũ, Iagail nomẽ habuit, tum iniquo ferens animo, Letuaniã suã a fratribus Teutonicis, assiduis bellis pessundari: sperãs populũ per aliã uiã ad sacrã Christi religionẽ perducere: tum arcẽ & opidum Villę cõmuniebat. Duxere eo magno molimine fratres Teutonici, ut opidũ cum arce caperent. Omnẽ apparatũ expugnãdarũ munitionũ produxere: machinas, bombardas, & quicquid eiꝰ rei habuere: laboriosissime intẽtabãt. Sed memoratus rex ualidũ immiserat, quatuor miliũ armis expeditorũ pręsidiũ militũ: qui similibus freti ad defensionẽ rebus, peruicere, ut nulla tum insigni re peracta, infecto negocio, fratres reducerẽt exercitũ. Erat per id tempus magno bello implicita Brandẽburgẽsis Marchia: Nam Sigismũdus rex cum pulsus Vngaria, multis rebus ad recuperationẽ regni indigeret: eam, accepta pecunia, permisit marchionibꝰ Morauię, Iodoco, atqꝫ Procopio fratribus. Qui ubi audierãt per tẽpora uacãtis ducatꝰ de Luneburgo, mutatos limites ditionũ, & in ipsius Marchionatus ditionẽ esse terminos prouectos, magno militũ agmine descẽderãt, ad recuperanda, quę ad Marchiã ab olim pertinerẽt. Nõnulli militares, qui in annalibus ex nomine designantᷓ, relictis dominis prioribus, ad Marchiones trãsierũt. Datur & alijs pecunia principibus ex arca Morauorũ: ut uel duces bello distinerent, uel interim ab eorũ se retraherẽt cõmilitio, quiescẽtes. Captę aliquot arces, & uicissim damna sunt irrogata nõ pauca. Sed Marchiones sine magno fructu a cœpto destiterũt. Per idẽ tẽpus ciues Hamburgẽses, non satis annuẽtibus de Luneburgo ducibus Hẽrico & Bernardo, cum tñ militariũ, quorũ id solũ in iure fuit, accederet uolũtas, fortaliciũ erexere ad Albim, in locis palustribꝰ australi ripa fluminis, non lõge ab Horburg arce,

Opidũ Villę obsidetur.

Bellum in Marchia.

Capiuntur arces.

nūc ducatus Luneburgensis. nam diu archiepiscopis Bremensibus seruiebat: Glindesmor loco nomen est: Presidiū uero nouū dixere Morborg, nō magne munitionis fortalitiū: q magis ad speculā staret, q̄ ad presidiū exilem etiā nūc fructū importans possessoribus. CA. XXV.

Glindesmor

Iohannes de Stargardia dn̄s, fili⁹ erat Iohānis primi, cum Alberto fratre ducis Magnopolensis: qui in sorte suscepit terrā Stargardie, retinens tn̄ titulū ducat⁹ Magnopolēsis: tum magnis est annixus uirib⁹, ut captū Albertū Suecie regē uinculis exueret. Tentabat primū, ut regni pceres regi cōciliaret: sed nihil pfecit. Armis agendū fuit. Ita iam pridē regina callidissima foemina, pceres sibi inclinauit: ut mallēt foemine subesse, q̄ regi. Coepit eos fastidiū q̄dda Teutonici principat⁹. Sola urbs regni precipua, Stocksholm, emporiū terre unicum, in fide Regis permāsit. Sed prima expeditione, cum nauigaret Iohānes, seua est exorta tēpestas: que sub oculis cernētis quosdā suorū abripuit in pfundū: alios cōpulit in portus hostiles: ut manib⁹ eorū cōcedere cogerent. Vix ipse ductor, cum paucis cursum retro legēs, in pacata peruenit. Sed anno sequēti idem Iohānes, expeditione iterū instituta, filios secū duxit in hostē, Iohannem & Vlricū. Aderant, quanta poterāt uirtute, ciues Rostockcenses & Wismarienses, pro rege natiuo principe suo: omni nisu cōtendentes, ut captiuitate rex laxaret: maris insulas Bornholm & Gothlandiā, expositis in terrā militibus, populant: & predis conuectis in naues, iter coeptū continuant. Inde in Sueciā uenietes, reperiūt ad urbē, quā solā in fide diximus remansisse, Danos iam obsidionē firmantes, duo eregione erexisse presidia. Aggressi alterū, facile expugnant: alterum uero firmioribus nixū radicibus, q in rupe extructū emineret, facile, si perseuerassent, fame in deditionem perpulissent. Id ueriti Dani, qui inerant, colloquiū deposcūt: Treugas in sequētē annū cōstituūt, multa polliciti ad uincti regis relaxationē: Credidit princeps, & ab oppugnatione destitit: in qua si perdurasset, facile peruenisset ad optata. Magnū erat rerum momentū in ea urbe de toto regno. Sed cū nimis Iohānes ad reditū festinaret, ante formidatas ex tempore tempestates, rem magno molimine coeptā, & magna momēta habituram, turpiter euanescere permisit. Interim urbes Rostockiū & Wismaria pclamationes faciunt in suis & uicinis locis, quotquot sorte ppria nauigaturi sunt ad militiā in Danos & predas in tria regna facturi, portub⁹ & urbibus suis utant: ut malis uexati Dani cū Suecis, ad relaxationē capti regis inclinēt. Venit subito incōdita gregariorū man⁹, missiq; in mare excursiones plurimas fecere in Daniā, & caetera regna. Sed semel pmissa uenia in hostes, facile homines sine lege uiuētes, abutunt: sine discrimine, obuios q̄sq; in mari deprędātes: neq; ipsis memoratarū urbiū ciuib⁹ deferentes. Multa inde urbib⁹, puenere incōmoda, multe ab exteris querimonie. Nōnulle excitate ex illa radice in lite cause, que per iuris strepitū agerent, apud Imperatorē, per multa mox sequuta tēpora durauere. Sed prima fuere lucra duarū urbiū ciuib⁹, qui merces undecūq; raptas, uili precio, ab eius generis mercatorib⁹, cōparauere. Vitalianos se appellauere: qui non

Foemina callidissima.

Classis iterū in Suecos.

Expugnatur presidium.

Treugae ad annum.

Iniqua proclamatio.

Gregariorū man⁹ incondita.

aliã ob causam bello se immisceret alieno, q̃ ut uitalib⁹ alerent. Cõmeatũ enim hoc nomine appellarũt: qualis est etiã nostris tẽporibus peditũ militia: qui uenalẽ sanguinẽ per omnes circũferũt prouincias. XXVI.

Fossatũ fit per Lubicẽ

Fossatum ciues Lubicenses per id tempus aggressi sunt agere, ex opido Molne, ad eũ riuũ, quẽ Delmenow uocauere, excurrentẽ in Albim: Ducis Saxoniæ Erici cõsensus accessit: quod eius cõmodo res inseruitura uideretur: ex Lubica per riuũ Stekenissa, in Molne usque prouectæ merces: inde per dictũ fossatũ, in Delmenow riuũ: inde uero Albim transueherent. Sali importãdo de Luneburgo, plurimũ ea res inseruit, & ponderosis mercaturis: quæ nulla festinatione, minore aũt æris impensione, hoc itinere, per riuos, quam per currus deuehũtur: longo quidẽ circuitu sed sumptu modico ex Lubica in Hãburgum. Non considerauere per id tẽpus, qui rei præfuerũt, aut certe dissimulãter trãsiuerũt, quod eo fossato tãgerent terram Magnopolẽsem in quadam parte. Albert⁹ enim Sueciæ rex, tum agebat cum filio in captiuitate. Iohãnes Magnopolensis dux, adulescẽtior, quod suæ ditionis res non uideretur, silẽtio pertransiuit, Sed post ea tempora, iam labore cõsummato, cum Albertus rex in terram illã e Suecia rediret, cerneretque sibi preiudicatũ, non dissimulauit: sed literis & nũcijs rem agebat: ut quia sine nutu suam terram cõtrectabant, fodiẽtes, uelut cõstituturi sibi in alieno seruitutẽ: eoque uterentur itinere, dedit optionem, ut aut redigerẽt in pristinã formam, aut pro illius interesse cõstituerent, quod æquũ uideretur. Ciues cum se nihil in ei⁹ præiudiciũ egisse contenderent: neque terrã eius fodisse: sed solũ, quod ad ducẽ pertineret Saxoniæ, cõtrectassent, neque tamẽ rex cõquiesceret: sed armis ius suũ exequuturum se ostenderet: defensioni suæ aliquot gregariorum militũ ciues inuocauere. Nihil tñ, uel hinc, uel inde, armis attentatur: sed uanis imuicẽ minis se diu terruerũt: & quãto minori poterat princeps ille placari cum interim stipẽdijs impensis alerẽtur in urbe gregarij, & tñ interueniẽte bonorum uirorum consilio, res eo concessit, ut post multos sumptus in eam causam factos, regi constitueretur quo ille quietus esset. Sed hæc suo tempore: nunc ad nostra redeamus. CA. XXVII.

Cõmoditas ex fossato ꝓueniens.

Prætenditur præiudiciũ.

Minæ Vangæ

Concordia.

Sigismũd⁹ in Turcos.

Sigismũdus per ea tẽpora rex Vngariæ, cum iam quietus domesticis malis cõpressis ageret: in perfidos Christiani nominis hostes, Turcos cõuertitur: uocatis in societatẽ belli Iodoco atque Procopio propinquis suis, Morauiæ principib⁹. Et quoniã inexpectatus in hostica mouit, nullum reperit hostium agmen ex aduerso: quod se illi in pugnam obijceret. Igitur trãmisso Danubio terram omnẽ uastabũdus peruadit: Infinitã prædam cõuectans uictor exercitũ reducit onustũ. Vix ille exercitum suũ dimisit: & ecce Turci, Tartaros in cõmunionẽ expeditionis assumptos, secum trahunt in Vngariam. Quæ pridem in suo passi sunt Turci, in hostico tum exercẽt solo: maiora Vngaris damna, atque discrimina irrogantes, q̃ pridem ab illis suscepissent. Valuit ea diu diuersitas, sed tamen Sigismundus, sæpe renouata in hostes expeditione, eo rem perpulit: ut suis finib⁹ cõtenti, abstinerẽt alienis: quiescentes per tẽpora quibus

Turci & Tartari in Vngariam.

ille soli Vngarię presideret. Cum aūt maioribus rebus teneretur implicit⁹ Bohœmię & Romanorū regno iam districtus, audaciā resumpsere: q̄d su is per ordinē tēporib⁹ recēsebim⁹. Sed ut de Vngaria, ita quoqꝫ de sua, illi fuit Bohœmia laborādū. Per omnia quidē fortunę ludibria varię iactat⁹ sed tamē uictor animo semper euasit. Cum Vngarię proceres, qui cōtra se senserant morte mulctasset, perijssentqꝫ per eam occasionē decē & octo ex nobilitate primarij: euenit ut regina quoqꝫ Maria fato fungeretur: quę so la uidebatur obstare multorū conatibus. Tum uero captus rex, & in custo diam datus, mulieri, cui⁹ inter cęteros maritus perijsset, donec decerneret, qua illum morte perderet. Ibi tum regi profuit facundia linguę, & placidi sermonis eloquium: ut suaderet fœminę uincula sua laxare: quod illa non distulit. Ita regno reddit⁹ est. Deinde nihil minus de Bohœmia sua labo rauit: fratrē Wentzlaum cœpit & abduxit. Sed ille quoqꝫ uinculis elabi tur: male seruatus in Vienna Austrię. Pluribus prelijs cōflixit, parum ad uictoriā fortunatus Non enim respōderat anim⁹ uirtuti: corporis dignita ti, uiri fortuna: quę in magnis prelijs sępe illū destituit.

XVIII. proceres mulctati morte.

Sigismūdus rex capitur.

Wentzlaus captiuus.

XXVIII.

Erat annus a nato Christo nonagesimussecund⁹, post mille trecē tos: cum Iohannes archiepiscopus Rigensis graui mole urgeretur a fratribus dom⁹ Teutonicę per Liuoniam: hoc solum molientes ut ordinem diuę Marię, quē gerūt, in se ille & in ecclesiam suā desumeret. Cūqꝫ nulla ui perpelli potuisset: nec tamē quietē sibi futuram a memoratis pressuris cerneret, aut speraret, ingressus nauim, Lubicam petijt: anno inte gro ibi demoratus. Cūqꝫ nihil pacatū illi ex sua prouincia renunciaretur, cōtendit in Bohœmiā, Romanorū regem aduersus ordinē implorare: ut laboranti a fratribus ecclesię ferret opem. Vbi peruenit effecit per amicos quos in regis curia, aut reperit, aut sibi cōparauit: ut primum bona omnia fratrum & totius ordinis in Bohœmia ad firmā ponerent: ut eo incōmo do cōmoniti fratres, ad ęquas cum ecclesia cōditiones descēderent: misitqꝫ rex litteras Summo pontifici, exhortatus, ut ecclesiā & archiepiscopū eius a pressuris fratrū, suo gladio, tueretur. Non quieuere fratres quomin⁹ & ipsi oratores mitterent ad summū pontificē, ostensuros, quid cōmodi, quā tum salutis in eo cōstitutū esset: si Rigensis ecclesia, quę metropolitana sit, sacri ordinis ueste decoraretur: Tum unam futuram per omnē eā prouinci am manum, quę nunc sparsa sit: cui, neqꝫ Russi, neqꝫ Letuani, hostes, noce re possent: nūc sua quisqꝫ uia ducens, nec unum terra sentiens, facilem prę beret hostib⁹ aditum: aleret discordiam: augeret audaciam in circuitu na tionum: ut in ecclesiam Christi perinde fidentiores cōsurgerēt. Tam uero tum est causa apud Summū pōtificem exornata amplificataqꝫ: ut Iohanni archiepiscopo, de alia non minori ecclesia prospiceret, cōstituens eum nouę gentis Letuanorum patriarchā: Rigēsi aūt ecclesię pręficeret hominē, iam sacri ordinis participem. Tempore ex illo ecclesia cum suo pōtifice, sub or dinem uenit. Erant tamen exinde aliquot pontifices & prelati, qui ordinē sumere detrectarēt: sed nostris tēporib⁹ plena est absorpta ordinis Imperio ecclesia. Iam q̄d erat archiepiscopi, maioritatē in omni terra preferre, pro

Molestia archiepi Rigēsis.

Archieps cōfugit ad Imperatorem.

Causa agitur corā summo pontifice.

Papa cōposuit dissensiones.

uenit magiſtro. Magni quidem nominis umbra ſeruatur eccleſię & archi-
epiſcopo: ſed res tota cum imperio cõceſſit in ordinẽ, in perſonã Magiſtri.

Erectio ſtudij Erphordenſis.

Gymnaſiũ, ſiue palladium, ſeu publicã dixeris achademiam, tum firmatur
in Erphordia, urbe Turingię pręcipua, & per. VIIII. Bonifaciũ priuilegio
thelogicę facultatis adornatur: cum antea aliquãdiu ſine illa cõſtitiſſet. ꝙ
uererent põtifices hęreſum nouarꝫ pullulare uenena. CA. XXIX.

Bellũ inter fratres.

F Raterno tum bello marchiones Morauię ſunt cõflictati, Fratres
ipſos, duo alij fratres germani, maioris potẽtię & firmarũt & ani-
marunt. Nam Iodocum ad arma roborabat Sigiſmund⁹ rex Vn
garię. Procopio uero aderat Wentzlaus rex Bohœmię & Romanorũ.
Nunꝗ̃ acriora ſunt odia, ꝙ̃ ubi fratres certãt de pari imperio. Facit & ac-
cendit odia parilitas nataliũ & perinde excreſcens in alterutrũ cõtemptus.

Laceratur Morauia.

Lacerata perinde Morauia: incenſę domus & arces. Senſere uicinũ incen-
dium adiacentes prouincię: detonabãt, donec ambo malorꝫ feſſi fratres ſe
eſſe Germanos, recordarẽtur. Per quã ętatẽ ciues Sũdẽſes (ad mare ſupra
Rugiã noua urbe habitãt) cum ad ſe nihil pertinẽte bello, implicari tenta-
rent a uicinis: ipſiqꝫ per mare Vitaliani graſſantes, ciues eius urbis in mari
crebri⁹ adortos deprędarẽtur: ſumpta audacia, nauim bellicis apparatibus
inſtructã, impoſitis uiris nauticis, armauerũt, & in cõmunes omniũ prędo-
nes emiſere, Vitalianos. Cõſeruere in mari man⁹ & ipſi Sũdẽſes effecti ſu-

Sundenſes uictores.

periores: nauim unã gregarijs plenã cœperũt: inqꝫ urbẽ ſuã protraxerunt.
Non ſunt inuẽti carceres, quibus ea multitudo includeret: didicerunt ab
ipſis gregarijs, quomodo ſolerent captos includere mercatores. Vaſa quę
potui aptata ſunt & deinde mercibus, etiam cęteris iucludẽdis: tunnas uo-
cant: una extremitate ad capacitatẽ humani capitis emittendi perforarunt:
extante capite ſingulos ſingulis incluſerũt. Ita cõpoſitis in ordinem uaſis,
cum alteram ſuper alterã ex ordine cõponerent: donec publico iudicio con

Vitaliani gladio feriuntur.

demnatos, extra urbem productos, gladio cęciderũt. Quo tempore, maxi
ma mortalitas urbes Wãdalię finitimas: quas maritimas uocant ſine exem
plo peruaſit. Numerata ſunt Lubicę hominum capita octo & decem mi-
lia: numerus exercitui idoneus. CA. XXX.

W Entzlaus Bohœmię & Romanorũ rex: cum ſocordiã ſuam non
egreſſus ad curã reipublicę Romanę non intenderet animũ: Pro
ceres etiã Bohœmiæ pertęſi ignauiæ eius, & leuitatũ ſine modo,
captum aliqñ (quod diximus) tenuerũt in arce Pragenſi: Non enim incu-
ria ſola regno tulit incõmoda. Acceſſit grauis rerũ iactura: ut nihil dignũ

Dux Gorlitzẽ.

rege eſſet in homine. Iohãnes frater eius dux de Gorlitze, fratris dolẽs in-
iuriam, cõtraxit exercitũ: perurgebat proceres & pręcipue ciues Pragẽſes
ut captũ apud ſe regem relaxarent: aliquãto meli⁹ cõſultur⁹ rebus, ſi Went
zlao in uinculis manente, ipſe regni ſubiſſet gubernacula. Sed pręualuit in
eo reſpectus regij nominis: indignumqꝫ uiſum eſt facinus, regem ita a ſub
ditis coartari: quib⁹ ipſe ad iuga cogẽdis natus eſſet. Quo tẽpore ciuitas

Stockholm.

pręcipua regni Suecię Stocksholm, uel ſola in fide capti regis permanens
fame urgebatur obſidionẽ paſſa Danorꝫ inſtituto: ꝑ neqꝫ mari, neqꝫ terra,

filii quicq̃ posset impetrari. Ciues Rostockcenses & Wismarienses, pro rege laxando, multa (ut par erat) cõtendentes: octo, frugib⁹ & rebus ad uictum necessarijs, naues onerarũt: præposuerecp ex suis gregarijs manũ uali dam. Enauigãtes aũt sub brumã, ipso gelu cõprehensi in portu, glacie strin gebantur: ut Dani expugnãdis intenderent. Sed qui preerãt nauibus stra tagemata multa excogitãtes, quę in Suecia scripsim⁹: sese a Danis cõtinue runt: profeceruntcp, ut laxato frigore, naues incolumes perducerẽt in portum optatum, recrearuntcp fame laborãtes. Propulere aũt paulo ante hoc tempus, ciues Sundẽses senatũ suum: q̃ uulgi clamorib⁹ uanis & postulationibus iniquis non cederet: Sed iam saniore in sensum redacti, recœpere propulsos: & qui supererãt cum honore reductos, in suam restituerunt sedem. Erat uir primari⁹, qui cõsulatũ diu fœliciter gerebat, & iam diuturno fractus exilio, mortem obierat: eum extumulatũ cognati, in sedẽ cõsularem reduxere: id honori tribuẽtes familię ut innoxie pulsus, cum honore reductus, omniũ oculis cerneretur. Habuere tum ijdem ciues grauissimas cum quibusdã militarib⁹ simultates: q̃ insimularẽt eos fauoris, in publicorum itinerum latrones. Educentes igitur ciues memorati cum uicinis Gripeswaldẽsibus, arcem Gutzkow obsessam ab hostib⁹ suis, obsidione liberare cõstituerunt. Cõgressione facta cum obsidẽtibus, illos uertunt in fugam: aliquot ex illis cęsis, Qui profugerãt, iterum socia arma cõtrahentes iumẽta non diu post Sundensiũ abegerũt. Sequuti ciues, cum eos medio deprehendissent itinere, man⁹ cõtulere: ductorẽ eius agminis capiẽtes, secũ uinctum abduxere: qui cum hostilia, aduersus illos hostili de more, militariter egisset: ciuili non criminali iudicio subijciendus credebatur. Erat aũt tantę dissensionis inde fomes q̃ captos nuper in mari quosdã ex cognatis suis, qui iusto bello in hostes militassent, uelut publicos prędones gladio publici iudicij perdidissent. Sed q̃m militares uiri, dum in hostes uadunt, multos sibi hostes armorꝵ licentia cõstituunt, quibus hostilia non denũciauerunt: fit ut a ciuib⁹ intercepti, non iure militari, sed plebeio, inter prędones capti cum prędonib⁹ pereunt iudicati.

Stratagema ta pulchra.

Sundẽses se natũ pulsũ reuocant.

Mortuo das honor.

Iumentorũ abactio.

Militares ut plebei pereunt.

CA. XXXI.

Archia Brãdenburgẽsis iterum per hęc tempora innouauit principes suos. Peruenerat feudi iure ad regem Romanorũ Ludouicum pr̃ morte Waldemari decedẽtis sine prole. Ille permisit Ludouico filio, & ille fratri Romulo: unde peruenit ad Ottonem quendam: qui illum principatũ uili licitatus, uendidit Imperatori Karolo. Ille eũ permisit filio Sigismũdo: a quo peruenit ad Iodocum Morauię marchionem Hic iam eius dominio exaturatus, tradidit illũ, ut ferũt, in pignus Wilhelmo Misnẽsi marchioni: acceptis ab eo quadraginta milib⁹ sexagenarꝵ ex grossis Bohœmię. Sed Sigismũd⁹ postea q̃ ad Romanũ peruenit imperium, eam uel ęre redemptã, uel quouis iure reuocatam, permisit Friderico Burgrauio Nurenburgẽsi: quod suo tẽpore dicetur. Nunc illud sum⁹ cõmonendi: Iodocũ illum Morauię principem, etiam aliquãdo Romanorũ esse regem cõsalutatũ. Nam sępe ab amicis cõmonitũ: a principib⁹ stimulatum Wentzlaũ, cum nulla superesset spes reparandi, & ad sanã mentem

Deuolutio marchionatus.

Marchionatus ad Burgrauios Nureburgen.

redigendi, principes electores Francfordię cõgregati, solẽni decreto exau
thoratum, regno destituerũt. Et cum de nouo creando, non satis inter eos
cõueniret, archiepiscopi Moguntinus & Coloniensis, Iodocum Morauię
marchionẽ prętulerũt: alij Sigisinũdum Vngarię regẽ, Wentzlai germa
num fratrem, extulerũt. Sed ea tum res non alium exitum habuit. Audi
uit Wentzlaus, quid de se & Iodoco propinquo suo actum esset: & euoca
tum Iodocum ubi in penitiora perduxit, his interpellat uerbis: Etsi satis (in
quit) scio non esse e dignitate mea: quod in me ferũtur electores peregisse:
leuat tamen iustũ hunc dolorem meum q familiam nostrã non egressi, tibi
illũ honorẽ uicissim detulerũt: qui tibi fœlix proueniat. Nam nõ est mor
talium quisq, cui malim illũ prouenisse, Iodoc⁹ qui necdum electionis de
cretum, utpote imperfectũ, accœpisset, omnium ignar⁹, male sibi timuit ab
Wentzlao, homine uario & uafro: quę uitia cum ignauia permixta fuere.
Procidit ad genua regis. q sancte iurãs, nihil se eius rei, uel egisse cũ quoq,
uel ante sensisse: Orat, ne quid illi tale imputetur: quod an omnino fuerit
an quomodo factum sit, penit⁹ ignoret. Ille refert: pone metum mi Iodoce
nam neq Imperiũ inuitus depono, neq si illud retinere cuperem, iura in te
sanguinis uiolarem: bono sis animo, Imperiũq tibi mãdatum, alacris susci
pe: mihi mea satis est Bohœmia. uiris, armis, opib⁹ regni mei, tanq̃ tui, per
inde utere: lætumq ac donatũ a se dimisit. At ille sex tm̃ menses postea su
peruixit: in Brũna urbe Morauię specie regis tumulatus. XXXII.

Wentzlaus deponitur.

Wentzlaus uari⁹, uafer, ignauus.

Obijt Iodoc⁹ marchio.

Vgslaus dux Wolgastensis, eo tempore, cũ oportuno loco portũ
b & sinũ deprehẽdisset in littore suo, cœpit erigere munitionẽ: quã
fossatis uallisq firmauit: meditat⁹ aliqñ loci oportunitate, naues
de mari receptas, facile aduocare mercatores: qui nouã eo loco urbẽ mo
lirent̃. Id cõspicati Rostockcenses, &, q̃d res erat, facile cõijcientes, magno
urbi suę futurum pręiudicio: cũ apparatu bellico egressi, omnia fossata re
pleuere: erectum pręsidiũ solo ęquauere: ut ne uestigiũ appareret cœptarũ
ibi munitionũ: testati omnia se perpessuros, priusq noua ibi molitionis de
nuo iaci fundamẽta paterentur. Tulit eam rem princeps perq̃ indigne: sed
qñ maioribus implicãdus uideret̃, de incerto laboratur⁹ prudẽter dissimu
lauit, antiquauitq ex causis pristinũ institutũ. Erat tum annus a Christo
nato nonagesimusquint⁹ post mille trecẽtos: a captiuitate regis Suecię Al
berti, iam septim⁹: cũ de ei⁹ relaxatione multa uarijs locis placita haberent̃.
Tandem interuentu septẽ urbiũ, Lubicę, Sundensis, Gripeswaldẽsis, Gda
nensis, Turriane, Elbingensis, et Reualię: quę se uades in hãc rem interpo
suere: spondentes, ut rex laxatus intra triẽnium reginę uoluntatẽ expleret
de sua, filijq, ac concaptiuorũ redemptione: aut urbes sexaginta milia mar
carũ argenti persoluerent: aut, q̃d tertiũ fuit, urbem Socksholm cum per
tinentijs suis, in man⁹ reginę consignarẽt: Prospexere iam sibi ciuitates me
moratę: ut sigillo regis ac filij eius litterę signarent̃. quib⁹ memorata urbs
Stocksholm in omnẽ euẽtũ in arbitrio esset & manu ciuitatũ, suã pro rege
fidẽ obstringentiũ. In eas cõditiones rex cũ filio & cõcaptiuis laxat⁹, pro
ficiscit̃ in suam Magnopolim: non satis ęqua mercede munerat⁹ pro tanto

Rostockcẽn. pręsidium nouũ tollũt.

Albertus rex liberatur.

Vrbs Stocksholm in depositum.

labore administrati regni, per tempus non paruũ. Tum uero Vitaliani milites in mari digrassati, cum intelligeret de pace rem esse pene perfectam: uidebant regno suo & libertati finẽ iam imminere. Idcirco futuris cõsulẽtes tẽporibus, prędã ex Norwagia facere maturabãt: nauigantes in emporiũ Bergẽse, quod in Norwagia scripsimus. Cecidit per id tẽpus circa Assumptionẽ diuę Marię grando, humanę faciei pręferens imaginẽ: quod prodigij habuere loco, qui superstitiones persequũtur: Discreuere in glacie faciem uiri ac mulieris, barbati uirorũ, fœminarũ uero crispãtibus inuoluta peplis imago, in grandine cernebatur: fidem fecere uiri probati, qui manibus tenuere mirantes. Grando medio Augusto

CA. XXXIII.

Albertus Suecię rex, dux Magnopolensis, per absentiam suã cum esset in regno, disturbata multa uidit: quę uel in ipso principatus corpore, uel in propinquis dominijs erãt in deteri⁹ prolapsa. Qua de re cõuenit in opido Parlberge Wilhelmũ Misnẽsem iam Brãdẽburgẽsem Marchionem: colloquiũq; fuit inter eos, de rebus ad pacem pertinentibus. Affuere urbiũ Wandalicarũ oratores, idem agentes. Cõuenitq; inter omnes: ut pax ubiq; publica uigeret: itinera omnia securarent: cõmuni odio insectati ab omnib⁹ prędones, darẽt improbitatis suæ iustas pœnas. Et iam in dies Bachanales, siue Saturnales malim⁹ appellare (carnispriuiũ uulgus appellat) Albertus rex, cõiuge dudum uiduatus, secundis sibi Ericoq; filio quõdam cõcaptiuo, primis nuptijs, cõsulturus, celebrem uicinis principibus in Zwerino cõuẽtũ indixit: euocauitq; honoris gratia q̃plurimos. Cõuenere frequentes, accœpitq; cõiugẽ, dominam Elizabet uiduam, sororem ducũ de Luneburgo, Henrici & Bernardi. Filio autẽ dedit filiam Bugslai ducis de Wolgasto. Aderant principes ac dominę, regales nuptias mirifice honestãtes. Et iam omnibus ex cõdigno peractis, redijt in sua quisq;. Vxores ducum de Luneburgo, introierunt opidum Vltzen: E uestigio Henricus quoq; dux Luneburgensis, ne quis uel minimum suspicaretur, ingreditur post illas: primores opidi euocãs in pretoriũ, & instituto cum illis sermone: suis post paulo insinuat: ut morenẽ nec abire sinant presentes, q̃ad iusserit: ipse cum expeditis portam urbis cœpit incastellare, cõmunireq; fossatis, & uallis, in morẽ castelli: & imposito præsidio, iussit quẽq; in domũ suam descendere. Ipse mox Winsen petens, firmauit omnes naues sale onustas: omnibusq; per agros pręcepit ne quid adueherẽt, deueherentq; Luneburgensibus: pœna capitis cõstituta in cõtumaces. Statuit enim perdomare opidum Luneburgum, sibi ut putabatur, minus audiens & effrene: Ostia fluminis Delmenow, immissis grãdib⁹ saxis, fęcit intrãsibilia. Interim Lubicẽses & Hãburgenses uicinũ Luneburgi opidum, non deserẽdũ arbitrati: cum hostilia ducibus ex more nũciassent, Hãburgẽses obsedere arcẽ Horburg, instãtissime oppugnãtes. Interim tñ cõmunibus utriusq; urbis Lubicę & Hãburgi uiribus, obstructo per ducem flumini, fodientes alium & cõmodiorẽ exitũ in Albim aperuere: unde frustratus ducis conatus uideret. Obsidionẽ aũt arcis memoratę, non satis cõstanter Hamburgẽses (ut ferunt) fęcere: sed eam cum diuturnam prospiceret, dese

Conuentus pro pace.

Nuptię patris & filij.

Circũductio memorãda.

Luneburgi inuasio.

Horburg arx obsidet.

rentes, laxantesq; ad couehendā prędam excurrerūt, identidem fecere Luneburgēses: quarū rerum fastidio, duces ipsos ad pacē inclinauere: factęq; sunt treugę triennales, si forte intra id tēpus omnia sopiant. XXXIIII.

Ericus filius regis obijt.

Ricus Alberti Suecię regis filius, spes unica regni: q; de sanguine regum illorum, per matrem patremq;, prodiret: non diu post initas nuptias, cum in Gothlādia: quę adhuc Alberto patri parebat ageret, diem clausit extremū. Visus est tum rex animo recuperādi regni cōcidisse: iam uetulus: iam laborū pertęsus. Margareta regina ad eum nuncium defuncti Erici erecta: nihil intermisit, quod ad firmandos in fide regni proceres pertineret. Quo etiam tēpore, cum dominus Iohannes de Sinten quōdam Rigensis episcopus, tum patriarcha Letuanię, diem suū obijsset: canonici sex, qui propter ordinis suscepti grauamē, ab ecclesia exularunt: eundē Iohānem suū archiepiscopū reputātes, tūcq; primū ecclesiā uacasse arbitrati: nouam electionē fecere. Sed nihil ea profuit molitio: summo pōtifice pridē suam authoritatē interponēte, ad eum cōfirmandū: qui in ordinem Teutonicorū in sua persona ecclesiam redegisset. Circa quod tempus in Zwerinēsi ecclesia, non mediocris erat tumultus. Rodulphus enim episcopus, dnorū de Stargardia frater, a capitulo suo, omni administrationis honore, in temporalib9 & spiritualib9 destituit: arce ecclesię, Butzow, exuitur: sola illi curia permittitur in Zwerino, prębēdali portione illum munerantes, & nihil pręterea permisere. Qui ei rei pręerat ex canonicis unus ab Alberto rege capitur: carceri mācipatur, & iam seuerius in eum aliquid cogitabatur: quasi domini sui proditorē. Sed ille fœlici fato uinculis utcunq; elabitur, euanescēs ex omniū oculis. Interim fratres destituti pontificis, ex una, & Ericus dux inferioris Saxonię, & Albertus comes Holsatię diocesim ingressi, omnia canonicorū prędia uastant, diripiūt, incēdunt: abductis etiam colonis. Ea merces fuit pręcipitis in pōtificem cōsilij, principū enim filij utroq; gladio pugnātes, sunt cęteris formidabiliores: nec impune tāguntur. Nemo tamen dubitat magnas, tum perpulisse causas capitulum in illud consilium. CA. XXXV.

Patriarcha Letuaniæ obijt.

Epus Zwerinēsis spoliat.

Vastantur prędia capituli.

Egarij interim milites, qui se Vitalianos dixere, iam nauigationibus assueti, & prędis in mari opulētis, cum iam pax reddita orientali mari, non eos pateretur: in oceanū Britannicū dilapsi, Phrisię latera, pro domicilio habuere. Phrisij tum Hollādinis infesti eam gentē tum primū ad nauigādum ingressam oppugnauere. Inter Phrisios capitaneus erat Hitzke Prouest: qui quattuor ad mare pręsidia tenebat, prędonū receptacula, furum latibula, Bruke, Wimūde, Auribashotte, & Margēhoue, hoc pretextu multi mercatores urbiū Wādalicarū, decq; cęteris Prussię & Liuonię urbibus nauigantes, direptiones sunt nauiū atq; rerū perpessi. Quam rem urbes memoratę, ut dignū erat, indignissime pertulerunt. Capta est nauis de Reualia nauigās, inestimabilis precij, merces deuehēs, pellibus, cęra, cupro, perq; onusta. Qui inerāt mercatores, cum nossent, uel solū rerum precium, loquuti sunt prędonū magistris. Istas inquiūt merces, iam uestras, quia distrahere uobis in animo est, hoc saltē nobis, quōdam car

Phrisij in Hollādinos.

Capta nauis preciosa.

dominis, permittite: ut a nobis accepto æquabili precio, quod reliquũ est mercaturę, nobis lucrũ prouenire finite. Visi sunt ęquũ postulare. Igit' octo milia nabulorũ (genus est grãdioris ex auro Numismatis per Angliã Frãciamq;) constituũtur illis in precium. Erat uix quinta iustę ęstimationis: & receperũt merces illi suas, cõstituta pecunia ad eorũ beneplacita. Sed cum ea res crebresceret, pertederetq; ciuitates: euocati Lubicã cæterarũ urbium oratores de cõmunione: Wismariẽses autẽ & Rostockcẽses iam ꝓpter suos Vitalianos, qui omnium sine discrimine merces, undecunq; direptas, in ea loca deuexere, omniũ odio laborabãt: Iam alieni ab cęterarũ urbiũ societate. Decernit' in eo cõuentu, q; Lubicẽses e mari suo, & ciuitates Prussię ex oriẽte, maiores ad pugnã, cõmunib' omniũ impẽsis instruerẽt, mari latrocinijs purgãdo, naues, aut saltẽ suis incolumẽ pręstare nauigationẽ. Ea res aliquãdiu uisa est ꝓfuisse: sed maiorib' erat conatib' agendũ. XXXVI.

Mercaturã pulchra.

Wismarẽsi & Rostockcẽses odio habiti.

Obuiatur latrocinijs.

FRatres Teutonicę domus per Prussiã, qui hacten' terrestrẽ egere militiam: nũc etiã experturi naualẽ, fecere expeditionẽ in Gothlandiam: q; ciues urbium Prussię qui tum ordini parebãt, querebantur fieri crebras mari incursiones ab Vitalianis: qui eam insulã ab rege Alberto tenebant. Mortuo enim Erico filio, Albert' rex (ut dixim') possehabuisse uisus est regnum. Sed fratres cum expeditis nauib' ac militibus ingressi insulam: facile expulere gregarios: suisq; deinde iũxere ditionib': fœliciter redeũtes, cum reliquissent ibi militũ necessariũ pręsidiũ. Albert' autem rex, ubi comperit, assumpsit de Rostockio, Wismariaq; ꝓconsules, uiros marini iuris non inscios, nauigauit in Prussiam: querebatur sui iuris captam Insulam: eamq; sibi deposcens restitui: aut si magno ibi ordinis cõmodo eam putabitur incolere: soluant iustę precium ęstimationis, & se illis permittente, suo sibi iure possideant, si ruentq;. Fratres autem pretenderũt insulam a publicis hostib' infessam: cum iam in iure regis nõ esset: seq; ab illis iure gentiũ, bello cœpisse, & nũc iusto satis titulo possidẽtes: Satis ibi magno tẽpore digrassatos Vitalianos, omniũ detrimẽto nauigãtiũ. Q, si rex illos eiecisset, eius paterentur esse dominio: nunc autem rege quiescẽte: se illam ex manibus publicorũ hostiũ cœpisse: suo deinceps iure futuram: bene ꝓinde regem facere: si quod iure belli quęsierint, id illos patiat' possidere. Rex preter uerba nihil ab illis reportãs, inanis redijt in sua. Germani' interea dux Wolgastẽsis, ad mare habitãs, iam etiã naues non paucas tenebat, acceptas a suis Sũdẽsibus: mare ingredit', purgãdi eius gratia creditũ est. idq; omnes preferebãt, eijciendi gratia grassantes Vitalianos. Sed illis nõ inuẽtis, cum milites frustra egredi nõ paterent: passim obuios habuerẽ pro hostibus. Aggressi mercatorũ naues, quas in Nordsund deprehẽderant: capiũt, expoliãt, aut si minus, exprædãt: Sui iuris capta faciũt, & uelut iustam prędam in sua ducere cõnituntur. Iam de suo reditu disponẽtes, uident adnauigare classem de Lubica, quę Norwagiã peteret. Siue ergo illam inuaserint priores, siue ab eis in suspicionem prędatorũ uenerint (facile enim agniti sunt nõ esse mercatores) & ita a Lubicẽsibus sint inuasi, incertũ est: hoc tñ certũ est cõtulisse inuicem manus. Sed multis ante cæsis, Wol-

Gothlandiã sub fratrib' Teutonicis.

Albert' rex queritur de Gothlandiã

Excusatio fratrum.

Dux Wolgasti spoliat mercatores.

Cõferuntur manus.

gastenses dissipatę sunt naues, & uentis disiecta classis: Quędā in Norwagiam dispulsę, difficilē habuere regressum: alię in Phrisiā dilapsę: dimissis ibi nauibus, pedites, qui inerant, redierūt. Vna de maioribus in Daniā appulsa, octuaginta uehebat satellites: eam manū capi iussit regina, publicoq; cędi gladio: scisē, cui institerint, nauigantes questui. Ita palā illa fęcit, quo iure, quoue animo, ea classis in mari fuerit. Iā impleri cœperat trieniū: quo rex Albert⁹, reginę arbitratu, de sua captiuitate exiret: eiq; satisfaceret. Igitur septē urbes quę fidem interposuere, regem adeūt: optionē ex trib⁹ faciunt, quid malit: aut in captiuitatē redire: aut sexginta argēti marcarum milia numerare, aut urbem Stocksholm, & perinde regnū dimittere. Non erat obscurū quid eligeret, iam filio mortuo, ipse grādeuus, & laborum pertęsus. Itaq; minimo se laxans, urbem reginę permisit: cum reliqua regni iam illa teneret. Ita est regno ad plenū absolutus. CA. XXXVII.

Pyratæ cœduntur gladio

Stocksholm traditur.

Am Letuania labore bellorum plurimo, a Christianis fatigata, nihil intermittētib⁹ domus Teutonicę fratribus, per Prussiā atq; Liuoniam: annitēte presertim rege Polonię, iam Christiano, eadem origine (ut diximus) ex Letuania progenito. Cum Vitoldus dux Letuanorum, memorati regis fratruelis, iam Christi baptismate Alexandri nomē accœpisset: gneralis, ad omnes propinquas Christianę pietatis cōpotes prouincias nunciatur pax & tranquillitas: conuenitq; inter omnes, ut quas arces memorati fratres bello occupassent in terra, iure perpetuo tenerēt: cōmunibusq; armis adessent Alexādro, ad eas quę superessent perdomādas. Cūq; anno ium proximo, qui erat a Christo nato, post mille trecentos nonagesimusnonus: ingēs rigor brumę & a multo tēpore incōpertum frigus esset: ut a Lubica Sundis, & inde in Daniā, pedestri perueniretur itinere: fratres domus Teutonicę per Liuouiā nacti uiam, per paludes quę alias essent intrāsibiles, duxere in Samagethas (Massagetharum id gen⁹ ab olim arbitror) quindecim milibus suorum eductis, terrā ingrediūtur hostilē: obuios omnes diripientes, qui se defensioni parauerant: sternentes obuios, quatuor ex his milia perdiderūt: predā ingentē abduxerūt. Fratres quoq; ex Prussia, alia parte ingressi, sibi oppositis finibus uastitatē intulerūt. cōuenerat enim inter eos, ut medios amborum inuaderēt barbaros: ut malo perdomiti, Christianismū, quando alia non erat uia cogerētur amplecti. Indocile enim barbarorum genus, nisi per arma ad iuga Christi cogi, uel pertrahi, uel inuitari non potuit: Nimirū magnus est amor paternarum traditionū: Nam & Itali, diu pertinaces erāt, hominū gen⁹ ut sibi uidetur, omniū ciuili⁹ & honesti⁹ quāta milia martyrū pdiderūt priusq; Christo crederēt. XXXVIII.

Pax multorum

Frigus insolitum.

Samagethę

Modus cogēdi barbaros ad Christianismū.

Albertus iam inani titulo rex Suecię, dux Magnopolēsis, cōuentum celebrē habuit, qd anticipādo attigim⁹, in opido Perleberg, cum Wilhelmo Misnę & iam Brādeburgēsi marchione. Is enim data pecunia, pro rei magnitudine non magna, coemit a Iodoco Morauię principe, hūc Bradēburgensem Marchionatum. Sed cum interea uacaret (ut asserūt) imperio, ducatus superioris Saxonię: Sigismūdus Imperator, illum permisit Wilhelmo Misnēsi: ea lege, ut ille uicissim dimitteret Mar-

Alienatio Marchionatus.

chiã Brãdenburgensem quã dict⁹ Imperator tum cõtulit Friderico Nurenbergẽsi Burggrauio. Nunc uero Wilhelm⁹ cũ Alberto rege, in opido memorato, hoc ęgit: ut interdiceretur, arcerẽturq; quę multa fiebãt ex Marchia, pręcipue Prignissa, latrocinia in uijs publicis. Firmauerunt aũt inter se principes, omni conatu persequendos prędones. Dum ea potissimũ geruntur improborũ man⁹, quę in Lentze opido ueteris Marchię, ad Albim recoepta est, egredit̃ & munitionẽ, quã Albertus rex in suo loco aduersus illos erexit, dejiciũt, uastantq; in circuitu omnia. Indignati principes q̃ per cõtemptum ista suũ fieri interpretarẽtur: misere, qui opidum Lentze cum arce expugnarẽt: captosq; in ea latrones, suspẽdio perderent: nec secius, ac mãdatum, est peractũ. Ita dignũ moribus & factis exitũ inuenerũt. Quo tẽpore pene cõtinuato, duę Ludouici Vngarię regis filię: altera Polonię, altera Vngarię reginę in dño obdormierũt: quæ maritis dotẽ ingẽtem, singula regna, attulerũt. Sigismũdus Barbarã Cicilę comitis filiã accepit in secũda uota: quę ei peperit filiã solã Elizabet, spẽ regni quã postea accepit Albert⁹ dux Austrię, per eam fact⁹ regnorũ Vngarię & Bohemię successor: & sua uirtute prouect⁹ ad Impiũ, q̃d suo tẽpore dicem⁹. Bolisla⁹ aũt ex secũda, cõiuge sustulit filios Casimirũ: qui ad nostra tẽpora regnãs puenit: & Ladislaũ, qui cum titulo Vngarię perijt, magno prelio oppressus a Turcis q̃d suo tẽpore nõ transibit.

Latrocinia arcẽtur.

Opidũ Lentze expugnatur.

Sigismũd⁹ ad secũda uota.

XXXVIIII.

Lexander dux Letuanorũ, pridem dictus Vitold⁹, uir armis innutritus, & qui iam Christianus, illam acrimoniã ostẽdere cupiebat pro Christo: quã quondã prętẽderat cõtra ipsum: magno suorum agmine duxit in Tartaros, Christianitatis usq; hodie expertes. Fertur equitũ, peditũq;, plusq; cẽtum milia eduxisse. Obuiã illi progressi Tartari, manus cum illo cõseruerunt. Prima illi prospera pugna fuit: Magna enim hostium strage peracta, uictor in campo stetit: hostib⁹ fugatis. Deinde renouato per aliam uicem prelio, cum fortiter utrinq; prelĩatib⁹ cecidissent multi: sed incõparabiliter, maior erat strages Tartarorũ: ferũtur trecenta milia Tartarorũ duobus prelijs concisa, tertio quoq; manum cõferre ausus Alexãder: non eadẽ, p̃speritate fuit. Nam cõglobati Tartari, aliquãdo se uindicauere. Fusus exercit⁹ Alexãdri, cęsiq; ad internecionẽ pene omnes: uix ipse octauus euasit, uersam in se expertus fortunã. In Wãdalia uero & si satis iam uideretur factũ, capto opido Lentze cum arce: supererant prędãtium reliquię in uicinis arcibus, Wustrow, Mesekow, Mankemoesz, Kummerlosz: Tartarea & latrocinijs digna nomina: quę ex ueteri Wãdalico remãserunt uocabula. Sed Albertus rex in societatẽ eius expeditionis, Laurẽtium Wãdalię principẽ, euocauit: armaq; illi iungẽtes, obsident, oppugnãt, & euertũt illa latibula. Qui uero inerãt, cum diffiderẽt non expectãdũ rati, abierũt. Illi iniecto igne cõcremarũt, soloq; ęquarũt. Venerãt interea Wismariã nũcij fratrũ dom⁹ Teutonicę ex Prussia afferẽtes pecuniã quã Alberto regi pro Gothlãdia offerebãt: Mutauere eñ ex tẽpore sentẽtiã, uel minis uel amicorũ consilijs, instructi, bellũ redemerũt Satis illis uisum est esse laboris, aduersus infideles luctari; ut Christianis

Vitold⁹ in Tartaros.

Vitold⁹ uicit & uincitur.

Noĩa arciũ prędonum.

Oratores super Gothlandia.

principibus, fruerentur adiutoribus. Ille accepta pecunia, remisit illis ius omne suum: quod illi esset in insula. CA. XL.

Oratores Hãsę in Daniã.

Quo tempore, urbium Wandalicarꝫ oratores nauigarũt in Daniam, conueniẽtes reginã Margaretã, iam tribus regnis imperãtẽ: quã adorti sunt, reperiẽtes in Zelandia: ut apud illã transigerẽt, & repararẽt, quę diuturno bello infracta fuere, mercatorꝫ in regnis priuilegia. Tum uero cõuenit, ut antiquata memoria ueteris simultatis urbiũ mercatores in regnis ad ueterẽ reponerent usum immunitatũ: quoq; cõmuni odio insectarent, qui supererãt, pyratas ex Vitalianis. Aderãt tũc Rostockcẽses & Wismarienses, qui pro suo principe zelãtes, magnis incõmodis affecerant regnorꝫ habitatores: Sed tum reconciliati reginę cum aliis meruerãt admitti, ad usum ueterẽ libertatũ. Per quę tempora Vlricus & Iohãnes Stargardię principes, Iohãnis. I. ducis Magnopolẽsis filij, duces & ipsi Magnopolẽses, Stargardię dominatu cõtẽti, assiduo bello ad latera Marchię detonabãt: uexãtes, uexatiq;. Est opidũ Prinslauia, cuius ciues ad arma satis prompti, prouocauere sępius uicinos, q̃ ipsi excitarẽtur. Quocirca principes memorati, expedito suorũ agmine, duxerũt in illos. Sed ueteri usi stratagemate, ad fallẽdos urbicos pręcipites, pauci se ostendũt, qui pecora abigerẽt, maiori agmine ad insidias collocato. Ciues, ubi abacta pecora audiũt, nõ ferẽtes iniuriã, mutuo se hortant, hostes insequi: ut recepta pręda, etiã prędatores inuadãt: facile se illis numero & uirtute sperãt superiores, cõiectato numero, quẽ oculis illi cernebãt. Effundũtur portis, hostem insequẽtes. Illi non multũ properarũt, expectãtes, ut cęteri effusius sequant ex opido: Ita, ptraxere ad locũ insidiarꝫ. Inde exorti qui latuere, opidanos inuadũt: ad unũ capiũt omnes: mox homagiũ ab ipsis sumũt in agro, eũq; illis ingrediunt opidũ. Ibi exactiõe per singula ciuiũ capita instituta. LX. milia Sexagenarũ de grossis Bohcemię extorquẽt. Sed qm̃ ęs promptũ nõ erat, obsides sumpsere ex primorib⁹ quos ipsi delegerunt. Hic Iohãnes ex uxore Wilheida, sorore Iagail & Stirgail, ducũ Letuanię, genuit filiũ Iohannẽ, in quo stirps illa stetit. Nam frater ei⁹ Vlricus, genuit Henricũ, & is Vlricũ: qui solis filiab⁹ relictis, trãsmisit dominatũ ad Magnopolẽses. Audacẽ tum operã nauauit Baltasar dñs Wandalię Laurentij fili⁹: cũ (nescio quid causę) in ciues Lubicẽses pretẽderet. Nam cũ expeditis militib⁹ ingressus eorꝫ claustra (pręsidia sunt ad agros & immunitates urbiũ) pecora Lubicensiũ abegit: & ut maiori cõtẽptui signũ faceret, uillã Wisso incendit: & nemine persequẽte, prędã, quo uoluit abduxit. Cautiores tum fuere ciues, edocti priori periculo ne in latentes (ut sępe fit) tumultuarie egressi inciderẽt insidias, alio tempore causam illã, cum Baltasar tractaturi: quod euenit. Is Baltasar fratres habuit Wilhelmũ & Nicolaũ: omnes sine prole moriũtur. Sed & Nicolaus fratruelis, sine prole defęcit: & transijt principatus ad duces Magnopolenses, in personam domini Henrici: qui pater erat Magni & Baltasar, ducum nostri temporis.

Tollitur simultas.

Recõciliãtur reginę Rostockcẽ & Wismariẽ.

Stratagema ad insidias.

Prinslauiae ciues oẽs capiuntur.

Augetur dominiũ Magnopolẽsiũ.

Abacta pecora Lubicẽsiũ

Magnopolẽsis hęres principatus.

FINIT LIBER VIIII.

INCIPIT LIBER X.

Nnus erat a Christo nato. MCCCC. cum iam principes electores incorrigibilē cernerēt Wentzlaū Bohœmiæ & suū regem, regno illū destituūt: sępe cōmonitū **Wnetzlaus deponitur.**
a a Summis pōtificibus, ab ipsis electoribus: priuatim ab amicis. Incredibile memoratu est, qua fuerit ignauia, quaue solius uētris cura, qua leuitate, &, ubi in ira excāduit, etiā qua crudelitate. Beluinā ferociā, & suillā inertiam, diuersis per tempora moribus pręferebat. **Beluina fero cia & suilla inertia.** Ferunt inter proceres sæpe iactātem: si qñ cum exercitu peteret Italiā, adesset& urbiū & agrorū ua stationibus, edicto prouisurū: ne quis uino noceret, ne inuaderet: capitale futurū, si quis iniussu eius, cellam uinariā inuaderet: cęterę omnes res militibus ad predā essent expositę. Insignis nimirū, & rege digna cura. Cum iam ciuitates Imperij nouare sacramēta nouo regi iuberētur: soli Nurenbergenses pertinaciter inhęrebant Wentzlao, asserētes, se uiuēte rege suo nisi iussu eius, alteri non iuraturos: Cunc& grauius urgerētur, misere oratores: qui super ea re sententiā & nutū regis acciperēt: offerentes aureorū uiginti milia, si illos absolueret. **Nurēbergēses Wētzlao fideles.** Ille contempto auro, mox absoluit: iubēs, ut optimi uini de Reno (Bacharachense uocāt) aliquot plaustra sibi mitterent: Ita summa illi de uino cura fuit. **Vinū Bacharachi.** Hoc ergo rege per solēnem sententiam destituto: principes electores, omissa controuersia, quam de Sigismūdo, & Iodoco habuissent, concorditer Robertum Bauariæ ducem, comitem Palatinum Reni, ad Imperiū prouehunt. **Electio Roberti regis.** Rex factus coronatur, ab Friderico Coloniensi archiepiscopo, ex more, Aquisgrani: Sed coronam Imperij Romę sumere non properauit, propter ecclesię scisma. Tum uero sub eodem Wentzlao, iam deposito, coaluit illa fœdissima lues Hussitarum, per Pragam primū: inde diffusa per omne regnum: quā Wentzlaus extinguere in stirpe non curauit: fratri Sigismundo iam adultā reliquit: **Hussitarū secta inualescit.** quæ necdum, permittente Deo, est extirpata. Initiū eius, simultas scholasticorum fuit. **Hęresis initiū.** Nam cum Imperator Karolus, publicū Pragæ gymnasiū collocasset: id& summa cura ad bonū modū prouexisset: cum esset Imperator in tantis reipublicę curis maximo affectu deditus literis: aderat aliqñ disputātib⁹ in philosophia magistris: & capt⁹ altercationis dulcedine, permāsit auscultās in quartā horā. **Sigismūdus amator literarum.** Cum ab aulicis admonerēt, esse iamdudum cœnę tēpus, & fastidio premerenē rixosarū disputationū: Ille respondit: uos cœnā quęritote: iste me⁹ cibus: audire de literis, exuperat omne ciborum desyderiū. In hoc gymnasio, cum Teutonici Bohœmis pręualuisse uidebātur: indoluere Bohœmi, & ab aduenis authoritate, in sua superarenē urbe. **Teutonici Bohœmis ī literis pręualuere.** Ex quib⁹ quidā, iam antea in Angliā studio literarū peregrinatus, Oxonię incubuit literis: Ibi& Iohānis Wiclef, perniciosissimi hęretici librū, qui inscribiē, De uniuersalib⁹ realibus, cōparauit: in quo de iure diuino, ecclesiastico, & ciuili, de& ecclesia, & clero, multa perfidissime disserunē. Hunc uelut thesaurū Pragę intulit: amicis solis cōmunē fecit: & ex

eo sumptis suę perfidiæ argumentis: Bohœmi Teutones quotidie magis ac magis fatigarunt: impetraruntq; a Wentzlao rege, moribus suis congruentissimo: ut in morem scholę Parisiensis, ea quoq; gubernetur. Quo impetrato Teutones a gubernaculis exclusere. Multę interea contentiones, multa cõuicia, & inter iuuenes aliquãdo homicidia fiebãt: ad omnia dissimulante ignauissimo rege. Teutones, ubi quid ageretur, intellexere: iam apud nonnullos principes & prę latos, rem detexerunt: locumq; sibi parauerant, interposito iuramẽto, super unanimitate: supra duo milia uno die abierunt, trium dierum itinere pergentes, Lipsensem scholam, iam impetrato priuilegio erexerũt. Bohœmi iam in urbe sua soli, quod uoluere, manentes: uenena sua iam libere, nullo reclamante, seu reclamare audẽte, disseminauerunt.

Exclusi Teutonici.

Teutones e Praga migrarunt.

CA. II.

Stemata Io. Hus.

Iohannes Hus in hac hęresi primus emicuit: uir obscuro loco natus, ex uilla Hus, quod anserẽ sonat, cognomen mutuatus. Hic, cum esset peracri ingenio, & lingua satis disertus, multũq; dialecticis uteretur, & peregrinis opinionib[9] delectaretur: auide admodũ Wiclefistarum doctrinã arripuit: eaq; primũ (quod dixim[9]) Teutonicos magistros uexare cœpit: sperans per eam occasionẽ Teutonicos scholam relicturos. Vbi iam soli Bohœmi, pulsis Teutonib[9], rem ęgerunt: laxatis habenis, Iohannes Hus in populũ disseminat zizania sua: Iohannẽ Wiclef efferens in sermonib[9] ad populũ: asserens se, cum ex hac luce migraret, in eum cupere locum peruenire, quem Wiclef teneret: homo perniciosissimę hæresis: cuius libri Londonijs, ab archiepiscopo Cantuariensi, & plurib[9] episcopis, prælatis, & doctissimis, ex omni Angliæ regno igne cõsumpti, quadragintaquatuor articulis in eo deprehensis. Huius nũc hæresim Bohœmi renouarũt: quorũ errores hi fuere potissimi: Papam cęteris esse parem episcopis. Purgatoriũ ignem nullum esse. Vanũ orare pro mortuis, & auariciæ sacerdotalis inuentum. Dei & Sanctorũ delendas imagines. Mendicãtiũ religiones malos dęmones inuenisse. Sacerdotes paupertatem seruare, solis eelemosynis uiuere decere, & oportere. Auricularẽ confessionem nugacem esse: Sufficere sua quęq; Deo in cubiculo cordis confiteri peccata. Cœmiteriorũ inanẽ usum. Sacerdotẽ quocũq; loco Christi sacrum corpus conficere. In canonicis horis frustra teri tempora. Ieiunijs ab ecclesia institutis, nihil inesse meriti: His atq; alijs errorib[9], per dies magis, atq; magis insorduerũt. Archiepiscopus Pragensis, uir bonus, obuiam initio reb[9] malis ire contendit: sed dum a rege nõ adiuuatur, oneri impar fuit. Serpebat in diem malũ uehementius: populũ ac terrã omnẽ uehementer infecit. Eiectus urbe Hus, in uilla originis suę, protegẽte se loci dño, quẽ sibi deuinxerat, maximos agebat cõuentus: multos suos disseminabat errores. Sed necdum de calice uerbũ: donec Petr[9] Dresensis, ex Misna reuersus Pragã, hęreticos admoneret. Lętati illi inuẽtũ esse articulum, quẽ Euangelico testimonio tuerent. Illum igitur deinceps inter primos habebant. Wentzlaus ad omnia desedit. Sigismũdus Turcis implicitus, initio curare non potuit: nam nimiũ deinde inualuerũt. III.

Wiclef doctrina.

Cremati publice libri Wiclef.

Errores Wiclef & Hussitarum.

Archieps nõ adiuuatur a rege.

Error de calice.

Er id tempus, cum Lubicenses impignoratã a ducib⁹ Saxonię te-
p nerent arcem Bergerdorp, cũ suis attinẽtijs: imposito uiro militari
Ottone de Ritzerow, custodiam eius permisere. qui fidelitatis iu-
ramentũ & castrensem (quã uocant) fidem illis exhibuisset. Sedebat ille in
arce, nihil de quoq̃ mali suspicatus: cum esset nihil quod appareret hosti-
litatis, inter Saxonię ducem & ciuitatem Lubicensem. Ericus iunior dux Cirsiũdo
Saxoniæ, cum esset in opido memorato: Ottonẽ arcis custodẽ deuocauit: cauenda.
sermonẽq; contulit cũ illo familiariter: quid in arce ageret, quidue illi ope-
ris esset perq̃ dulciter percuntatur. & inter loquendũ cum illo arcem petit
ascendens. Nemo illi portas habere clausas putabat necessariũ: Pign⁹ erat
Lubicensiũ: nihil erat in medio dissensionis. Sequuti sunt ducẽ aliquot ex
famulis: ut Ottone facile superiores uiribus essent. Cum iam starẽt in arce,
dux cõuersus in Ottonẽ: Istud, inquit, patrimoniũ meũ est: quod hactẽn⁹
seruasti: mihi deinceps seruãdum linque: tu quo uis abire potes. Tum ille
stupefact⁹ Nõ hoc inquit ex animo dictũ accipio. Ille uero: audis, inquit,
quid tibi dico: Abi quo libet: Ista ad me arx pertinebit: a me seruabitur.
Cõfusus ille ac totus in se deiect⁹, quo se uerteret nesciebat: precatur, obse-
crat, per quicquid est sanctũ orat, ne se patiat de perfidia notari. Nihil mo-
uet princeps: abit tristis: & Lubicã protin⁹ ingredit, facilitatẽ suã accusans Deceptus
se suaq; omnia Lubicẽsibus pmittit: deceptũ se, nulla usum fraude. Quid se excusat.
facerẽt? Iubent, pręstita fide, hospitio immorari. Ille autem melãcholia in
immensum uexatus & tortus, breui mortẽ obijt: Dux occupatam arcem,
quaqua fide tenuit, seruauit, inde non amico in ciues animo, quos ipse pri-
or iniurijs affecerat, permansit: cum rem pignoratam non soluta pecunia
per insidias intercoepisset. Sed cum ipsi Lubicẽses perfidiam, multis literis
apud principes accusassent: erant qui illum grauius increparent, q̃ fidem
& integritatem suam, mala fraude temerasset, fœdassetq;: Effectũq; est, ut
pecunia quam de hoc pignore desumpsit, cumularetur ei summę, quam de
opido Molne pignorato similiter deberet: ut in luitione eius pignoris, Transactio.
utraq; pecunia numerarent. Hoc peracto, tenuit arcem, donec illa per armã
adimeretur: quod suo tempore dicetur. CA. IIII.

Rãdẽburgẽsem Marchiã, tũ tenuit Wilhelm⁹ monoculus Misnę
b Marchio, qui fratrẽ haberet Baltazar (Lantgrauiũ uocãt, comitẽ
puinciale dicerẽt Latini) Terti⁹ ei⁹ generis frater erat Fridericus
qui solus reliquit prolem masculã. Nam fratres duo sine legitimo herede
decesserãt. Fridericus aũt reliquit filios Fridericũ, Wilhelmũ, Georgiũ: a
quibus deinceps magna nobilitas prouenit. Interea in Bohœmia, Iohãnes Nouitas in
Hus, & Hieronym⁹ ei⁹ discipulus, doctrina & lingua magistrũ exuperãs: Bohœmia.
factionem suã miris modis adauxerũt. Cum ergo Pragenses in urbe noua
hausissent calicem uertiginis huius: tumultuatũ est, & in urbẽ ueterẽ de-
cursum populariter. Concilium publicũ iam erat congregatum, tractans,
quomõ his malis obuiaretur. Cum increbesceret tumult⁹ irruentiũ de ci-
uitate noua: dilapsi qua quisq; poterãt: septem reperti ex patribus fenestris precipitãtur
pręcipitabant. Principes Misnẽses primi ad arma uersi; tãtam ecclesiasticę patricij ex fe-
nestra.

unionis iniuriam uindicare statuerũt, Wilhelm⁹ ipse accitis in belli societatem ex fratre Friderico nepotibus, duxit in Pragam: obseditq́ urbem aliquãdiu, & omnia in circuitu uastãs, magis ostendit quid sentiret q̃ efficeret quod uellet. Quo tempore Bernaim dux de Wolgasto, iunctus Baltasar dño Wandaliç, auctiore illum fecit & animosiore, in hostes suos, Lubicenses. Quadringẽtis enim lanceis progressi, annisi sunt urbem Lubicam territare. Ductorem habuere quẽdam, qui stipendiũ aliqñ equestre Lubicę fecisset, dimissus ob improbitatẽ. Is itinerũ gnar⁹, tum principes ducebat. Ingressi sunt aũt per uias ignotas, quas nemo suspicaretur. Ciues autem animo & armis fidentes, ad signũ campanę ad arma uocati, quotquot poterãt in equis: cęteri pedites magno agmine prodierũt. Prima illis cura obseruare locũ, illumq́ firmare quo hostes ingressi: tum cęteris oportunis presidiũ immittere. Quo cõstituto fidẽtiores, ducũt in aduersum hostem. Principes manum cernẽtes, cui impares essent, retro abiere. Non ausi manum cõferre: locum quærũt quem introibãt. Cunq́ illum septũ uiderent presidio, recta cõtẽdũt in Louẽborg: Ericum ducẽ, quẽ fecerãt Lubicensibus esse obliquo intuitu, orãtes: ut per sua claustra emitteret. Non grauate ille facit quod rogatur, q̃ & principibus prompte cõsuleret, & non amico esset animo in uicinos ciues. Ita manus insequẽtium ciuiũ tum euasere. Multos tñ ex itinere amisere: multa incursantes, ex insidijs diripiẽtes, abstulere. Cometes per ea tẽpora in quadragesima toto fere mẽse terruit orbem. cum primus ageret, post mille quadringentos, annus. Sequutę sunt multorum principũ neces & mala in orbe plurima: quę solet crinita stella cum cernitur, omniũ iudicio doctiorum portendere.

Praga obsidetur.

CCCC. lanceæ in Lubicenses.

Fuga saluãt inimici.

Cometes.

CA. V.

Tamerlanes uictoriosus.

Amerlanes per ea tempora Tartaroꝝ ductor, maximas res gessit in regnis orientis. Cõgressus Turcoꝝ Imperatori, magno prelio uictor, illum capit: & inclusum cauea, uelut feram circũducit. Damascum, urbẽ Syrię prepotentẽ, cœpit, diripuit. Omniũ artium precipuos in ea magistros, utriusq́ sexus, traduxit in urbem suę gentis: quam de parua amplificauit: ut esset nomẽ suum in ea. Cũq́ sectã Mahumeti ipse probaret: quingẽtos tñ sacerdotes ei⁹ gentis, cõfugiẽtes in mesquitam eius urbis, incenso templo cõcremauit: dictitãs se missum a deo uindicem in Saracenos & Christianos, suę cuiusq́ legis uiolatores & preuaricatores. Hierosolymã expugnare cõtendit: sed cum bruci & cęterę muscę exercitũ eius uexarẽt: admonitũ se interpretatur a deo ea re temperare. Saldanũ Babylonis ad tributa coegit. Rediens ergo per Persidem: duxit Susam, & omnes eius regionis clarissimas urbes posuit in direptionẽ suis. Ita per uices succrescunt, qui sęcula terreant. Sic dispẽsat ille magnus arbiter orbis. Talis fuit, ut ad uetera redeam⁹, magn⁹ ille Nabugodonosor, Cyrus, & Alexander Macedo: inter Romanos Iulius Cęsar: & ut multa trãsiliam⁹, talis fuit ante aliqt sęcula, in gẽte Mahumetica Saladinus, & nũc uindex orbis terrarũ iste Tamerlanes. Sic admonet, per quem reges regnãt, & potẽtes iusta decernũt. Pretereo multa fabulosa de hoc fortissimo principe. Hoc solum dico: non esse inuentũ alium ab aliquot sęculis, in ulla gẽte ducẽ, qui paria,

Incendit templum.

Saldan⁹ tributarius.

Tyranni.

Tamerlani excellentia.

aut plura, aut maiora, tam breui præterit, Foelix, heu nimiũ foelix: si in uia ueritatis, & zelo iustitiæ tantos pro uero deo labores exanclasset. Nũc uero copiosam ille recæpit, quã quærebat mercedem, mũdi gloriã, & hæc interim pars eius. Cuius successus, quia in Hierosolyma scripsit nuper Sebastianus Brant: multorum præterea aliorũ cõmemoratione res peracta est. & nostris aliena institutis, transeatur. — Sebastianus Brant.

CA. VI.

Erant per id tempus, ex Vitaliatis, aut aliũde gregati pyratæ: qui obseruauere in mari Britãnico, transeũtes ex Anglia mercatores. Iam uero Hamburgenses, ea de re præmoniti, nõnullos etiam ipsi in onerarijs nauib⁹ duxere satellites: ut incolumi a pyratis nauigatione, suas per mare merces deducerẽt. Variam uaccam dixere nauim, quæ pro Hãburgẽsibus pugnabat, Cum aũt ad ostia Albis obseruarẽt, excubarentq; pyratæ, sub insula Saxonũ (sic enim appellat Ptolomæus: nostri sactam uocant terram) cõgressi sunt pyratis, & diu pugnãtes, supra quadraginta ceciderunt ex pyratis. Qui remãsere capti numero septuaginta, quorũ primipilarij Wichmãnus & Nicolaus Stottebeker, Hãburgum perducti, publico cæsi gladio, pœnas dederunt. Regressi in mare ijdem Hãburgenses, aliam manũ eiusdẽ gẽtis sunt experti. Præerat Gotfridus Michaelis & Wicboldus, ut ferebãt, bonis litteris instruct⁹, artium magister ferebatur. Cõgressione facta capiũtur ad octuaginta: Simili cum priorib⁹ exitu, iudicio publico cõuicti cædũtur gladio: capitibus fixis ad maris ĩgressum. Attulerant hi diui martyris Vincẽtij sacras reliquias: quas littora Hispaniarum prædãdo, undecunq;, cum cætera prædã intulerãt: sisi martyris diui patrocinio, incolumẽ habere nauigationẽ, quoq; eius ductu uictores essent in omni pyratica. Sed sanctus ille tam diu tutatus est: quoad superuenirẽt, qui dignam prædonib⁹ mercedẽ redderẽt, nam solutis quas debebãt legibus pœnis: poterãt a deo misericordiã impetrare. Inter multa aũt eius urbis præclara facinora, hoc uel præcipuum est: ut incredibili odio habitatores eius insectentur pyraticã. Quippe nauticus populus, nisi incolumẽ per maria inueniat nauigationẽ, quæstu suo magna ex parte fraudatur: quocirca armis insequitur mare terentes infestum. — Insula Saxonum. — Pyratæ cædũtur gladio. — Alii pyratæ gladio cæsi. — Hãburgẽses odiũt pyraticam.

CA. VII.

Ericus interim dominus Stargardiæ, assiduis cõflictationib⁹ urgebat Marchiã, quod multa, quæ suæ ditionis crederent, marchiones possiderẽt. Sciebat illo tempore marchionẽ alijs implicitũ bellis, minus posse tutari uicina sibi loca. Vnde factũ est: ut opidum Vredeland, utriq; ditioni cõfine, obsidens, oppugnaret. Ciues quãd poterãt restitere: ut fidẽ dño suo iuratam implerẽt. Sed dum ille fortior imminet, quã possent illi hostẽ propulsare, murũ ascẽdens, capit: Inductũ exercitũ suũ, iussit omnia quæ reperta essent diripere: prædãq; exportatã, incenso opido, partiri inter militates. Vsus aũt uictoriæ cursu, rursus duxit in opidum Strutzeburgũ, eiusdem ditionis: non minorẽ intentat sæuitiã. nam captum opidũ militibus in direptionem permisit: expoliatũq; incendit. Ea cum rescisset marchio, ultionem in oportunũ tempus distulit. Qua etiam tempestate, cum tertius ageretur eius sæculi ann⁹: ciues Magdeburgenses in clerũ sæuierũt — Vredeland opidum impugnatur. — Strutzeburgũ diripitur.

occasione, utinã nõ friuola, sumpta de moneta: de qua non satis inter clerũ ac populũ cõuenit: cum ex sentẽtia pontificis sui, cui popul⁹ reniteretur, clerus penderet. Eiecti urbe profugerũt, quo quisq; poterat, maiores cum minoribus. Duorꝫ ex canonicis curię, quos in omni causa suspectiores habebant, direptę incęsęq;, cõflagrarũt. Exportarũt aũt omnia, etiã preciosa ornamẽta, quę ad cultũ sacrorꝫ pertinerẽt: cum acriorẽ ciuium insolentiã, quę tum euenit, prospicerẽt. Per idem tempus, Margareta trium regnorꝫ aquilonariũ potens regina: iuuenẽ, qui forma corporis & ętate, uero filio eius, non dispar uideret: cum secretissima queq;, & quę nõ solẽt, nisi inter matrẽ & filiũ constare signa, prodidisset, instructũ ab Olaui filij nutricę, q; se filium ei⁹ simularet: ipsa mortis filij certissima, cõuictũ de falsitate, in Falsterboden iussit cõcremari. non multo dissimilis res ante tẽpora aliquot prouenit in Flãdria, de sene: qui se Balduinũ quõdam comitẽ, & deinde Constantinopolitanũ cõfingeret Imperatorẽ: multisq; principib⁹ fidẽ faceret. Veram ueri Balduini filiã fallere non potuit: quę deprehẽsa falsitate, apud Insulam pręclarũ opidum, iussit de eo supplicium sumi suspẽdio. Ita est exitus dignus falsariorum inuentis.

Cler⁹ Magdeburgo exul. *Simulator crematur.* *Ali⁹ simulator perit.*

CA. VIII.

u Enerat Lubicam ea tempestate, Wilhelm⁹ quidam homo cãdida ueste indutus, abstinẽtię & signis austeritatis in poenitentia uultũ pręferens: quo multos in opinionẽ suę sanctitatis induxerat, latuit aliquãdiu uulpin⁹ animus, in ouina pelle: sed diu nequicia tegi non potuit. Prodidit se ad foeminas, quib⁹ de sua sanctitate persuasisse uidebatur: nam illas ad impudiciciã, uarijs modis, pertẽtauit. Qui rumor ubi primũ inter foeminas percrebuit, ad uiros perducitur. Illi cõperta nequicia ridiculi hominis: ad inquisitorẽ hęreseos pertrahũt. Erat ex fratrib⁹ in theologia magister, qui etiã doctus putaretur: qui inquisitionis demandatũ sibi ferebat negociũ. Ille primũ in abdito pertentauit hominem: & ubi reperit de quibusdam uacillãtem, pertractũ in publicũ, de multiplici hęresi cõuicit. Moti nimirũ capitis hominẽ: sed in quo frater ille festam ostentationẽ faceret. Cõuictum iudicialiter hęreticum, carceri condemnauit. Conuersionis suę promissionẽ fęcit, & inde, accoepta de more in uestẽ cruce, ad peragẽdam aliquãdiu in carcere poenitẽtiam, includitur: Inde post aliquot dies, si plenę cõuersionis spes esset, emittẽdus. Sed ubi primũ uenit in carcerẽ, uidentibus carcerarijs, crucẽ abrupit, pedibusq; deiectã, per cõtumeliã cõculcauit. Hoc cum inquisitori renunciaretur, productũ e carcere tanq; relabẽtẽ in pristinos errores, tradidit curię seculari: a qua igni cõcrematus est. Ego non sani cerebri hominem arbitror extitisse, q; ętate nostra simile aliquid compertum sit. Alioqui, si pertinaciter hęresim defendisset, quid sibi uoluisset cõtumelia crucis: quam etiam hęretici omnes uenerãtur. Magis ergo a melãcholia, q̃ spontaneo errore, aut pertinaci opinione, illos crediderim delirasse. Et ne mõstris aliquid desit, Wismarienses ciues per ea tempora, militẽ quẽdam auratũ Magnopolẽsem, q; ciuis cuiusdam uxorem rapuisset, non repugnãtem, suspendio necarũt: aurato militi sortem insolitã. Albertus rex neq; precibus nec minis potuit inflectere uiros: ut illi iudicium

Hypocrita Lubicæ. *Tentat matronas.* *Cõuincitur de hæresi.* *Relapsus crematur.* *Eques auratus suspẽsus*

de suo milite permitteret, indurauit eos ꝙ mundū muliebrem, auriq; & argenti plurimā supellectilē, cum muliere deprehēdissent apud illum. Poterat ille de raptu fœminę iudicari: sed illa nō furti: sed rerū amotarū fuit actione impetēda. Hoc etiam anno, clerus Magdeburgensis, quē diximus exactū urbe, a populo recipitur cum honore, refusis damnis: quę ad iuris formam, prēstito sacramēto, se assereret, per fugā amisisse. Nam de ui, deq; metu, notoria res erat, nec negare poterant. CA VIIII.

Cler⁹ redit Magdeburgum.

Am per Wādalicas urbes diffusa erāt uenena sacrilegarū hęresum i quę se paulatim ostēdere, atq; prodere cœperunt, ad multorū perniciē. Iam hoste maligno uindicāte, ꝙ dudum pulsus his regionibus, fidei catholicę cedere cogeretur. Sundis repert⁹ est presbyter, qui pertinaciter errores noxios tueretur ab inquisitore cōuictus, monitusq; ut resipisceret in errore perdurauit. Quocirca curię tradit⁹ sęculari, pœnas dedit per ignē: antea ad iuris normulā degradat⁹. Rostockij inde cōpta est mulier simili pertinacia, in errorib⁹ indurata: & cum nequaq̄ resipisceret, igni cōcremāda dānatur. Iam stabat supplicio proxima ad ignem: cum fili⁹ ei⁹ frater ordinis Cisterciēsis, cum lachrymis & singultib⁹ matrē moneret, rogaret, & obsecraret: ne se temporali & æterno traderet incēdio: resipiscens dum tēp⁹ sit. Indignabūda in eū mulier respiciēs toruis oculis: Abi, inquit deterrime mortalium: nunq̄ tu hoc utero portat⁹, his es lactatus mamillis, pro uero supposit⁹ es adulterin⁹. Sic etiā suos diabolus martyres, ad supplicia fortes facit. Abijt ille tristis, & lachrymis infusus. Illa igni iniecta cōcrematur. Et ne uicina Wismaria fœlicius ageret, cōperit trāsiens idem inquisitor, Bernardū quēdam socium Lubicani Wilhelmi: eadem uanitate pertinaciter delirātem, ut quōdam ille. Monitū, conuictū, damnatū, nihil emendatū, iussit curię prouenire sęculari: quę illū digno cōsumpsit exitio cōcrematum. Annus iam agebatur in nouo sęculo quartus, cum per occasionē quā in Saxonia diximus, Gerhard⁹ Sleswici dux, Holsatię comes, in Thietmarsos duxit: ꝙ cōtumelijs scriptorū, illum fidefragū appellassent: quia etiam ueterum simultatū recordat⁹, simul etiam antiquę in gente patrū suorū memoria, subiectionis recordatio excitabat, Sed insolētia suorū, ultra q̄ debuerant, sequentium: indigenas fecit cōcurrere: ut egressurū per angustias ducē, cum suis pene omnibus, ad internecionē cęderēt: paucis elabētibus: quod temporū tm̄ rationē habentes, admonemus lectorem. In Saxonia reperiet, qui uolet explicitū. CA. X.

Sundis pb̄r hæreticus.

Mulier hęretica.

Responsio notanda.

Wismariæ ali⁹ hęretic⁹.

Slesvici dux i Thietmarsos.

Cęditur dux cum suis.

Altasar Laurentij filius, Wādalię princeps, nondū pacato erat in b Lubicēses animo. Recruduit memoria, quia perdurauit causa cōtrouersiarū, Duabus ante hoc uicibus, quod ante cōmemorauim⁹ ausus propinqua urbis uastare, etiā iumēta abegit: quod unum est promptissimū militię gen⁹ in nostratib⁹. Indoluere ciues de repetita iniuria: & cum non alia spes esset iusticię ex eo consequēdę: armis uindicare constituunt iniuriā. Vlricum Stargardię principem interpellāt: ut permisso illis ad tempus in hostē opido Sterneberg, castra ibi sua figerent. Quo impetrato, duxere in principem memoratū. Opido Parchim, ꝙ hosti pareret cum

Lubicēi in principem Wandalorū.

Lub. agros prædãtur.

agmine Lubicẽſes ꝑpinquãt: iumenta abigũt, prædam per agros omnes cõuectãt: Igne & ferro cũcta fœdãtes. Inde mouerũt in locũ, quẽ uberta te glebę, uillarũ frequẽtia, hortum uocãt roſarũ: cum ſimili uaſtitate defor mant. Nec eo cõtenti, in opidum Guſtrow, agmina ſua cõuertunt: etiam obſidioni, apparatũ facientes. Quod ubi Baltaſar uidit, cõmonit9 malis ſu orum: ſubmiſit amicos, qui treugas interponerẽt, temporaq́ꝫ cõſtituerẽt, re bus omnibus ad liquidũ cõponendis. Ea re patrata ciues uictorẽ reducũt in urbẽ exercitum. Cum uero ſeptim9 ageretur eiuſdem ann9 ſęculi Alber tus Suecię rex, dux Magnopolẽſis, rebus exceſſit humanis in ſenectute bo na: relicto ex ſe Alberto filio ex ſecundo matrimonio: cum Iohãnes fratru elis, ex Magno regis fratre ſupereſſet. Hi duo principes Magnopolim ex quo diuiſerũt: ſed maritimas urbes Roſtockiũ atq́ꝫ Wiſmariã, pro indi uiſis tenuerũt: quod lex reputat pro diuiduo poſſidere, cum rem commu nem duo tenent. Terribilis tum, & nouitate ſua ſingularis caſus, priuatam Wiſmarię domũ euertit. Faber erat lignari9 in ea urbe, qui per interualla miſerabili frenesi uexaretur: correptus aliqñ furore, ubi ſtabat in ſolito la bore, ſecurim prehendit, domum repetit, liberos duos per medium ſecuit: tertium cum ſimili furia eſſet cõſumptur9, mater iam pregnãs, cum eiulatu miſero, uirum a tergo cõprehẽdit. Ille ulnis fœminę excuſſus, in eam uertit ictum, ſternẽs uno impetu duos. Ita cruentus prodit in publicũ, laboris ſo cios, quo reliquit loco, adit: Rogatus ab illis, quid ita cruentus uideretur: horrore uerbi cœpit reſipiſcere: & in ſe reuerſus, recordat quid fecerit. do mum ilico repetit: ſparſos uidit paruulos, & in medio matrẽ, crudeliter cõ fectos. Territus ſuo facto, cultrũ proprio ſuo defixit in pectore. Quid hoc parricidio horrẽdius? quid miſerabilus poteſt excogitari? Miſerum per fu rorem ita primũ in affectos: demum per horrorẽ, in ſeipſum deſęuiſſe. Su perat ea tragœdia Medeæ fabellas.

Lub. uicto res reducũt exercitum.

Caſ9 memo rand9 & mi ſerãd9 Wiſ marię

CA. XI.

Paſtor male clarus.

Vndenſis urbs in ſolo Wandalorũ, inſigni per hec tẽpora facino re male inclaruit. Paſtori, qui per omnes eccleſias in ea urbe unus eſt, ciues non ſatis ad iura eccleſię obſecũdarũt: oblationes immi nuerunt: excuſſo numiſmate minuto cupreo. Ferunt aliquãto tempore col lectum a paſtore, in fuſilem ollam uerſum qui pro documento ſtabat diu poſt ea tempora. Concilium urbis publicum (cõſulatum uocãt) etiã ratio nem facti prætẽdere uidebatur: ne cõmunitas ſumptuoſis funerationibus grauaretur. Nullum enim finẽ faciebãt, ſemper creſcẽtib9 exequiarũ pom poſis ſumptib9: cum alter ſemper alterũ exuperare contenderet. Paſtor uir genere militaris, animo ferocior, q̃ ſacerdoti cõueniret: cum imminutionẽ ſui iuris, & eccleſiaſticę cõſuetudinis, non pateretur nec monitionib9 profi ceret: urbe egreſſus, cœpit militari manu iniuriã ſuam & eccleſię iura uin dicare: incẽdijs, rapinis & uaſtationib9 omnia cõplẽs, immo fœdãs. Audi ta ferũt nõnulla a quibuſdã ex clero in urbe probroſa, quę populũ inflam marent: cum incenſę uillę urbis flãmis collucerent. Reperit Cõradus Bo now (id enim paſtori nomẽ erat) extra urbẽ nõnullos ex ciuibus, cum ho ſtiliter adequitaſſet, facultate pauperes, officio baiulos operi ſuo pro mer

Ob ſũptuo ſas exequias magnũ ma lum.

Nomen pa ſtoris.

cede instantes. In eos inuectus, non militariter, minus sacerdotaliter, crudelissime sęuiuit. Truncatis manibus & pedibus, in cruore palpitantes miseros reliquit. Mouisset sęuitia feras beluas. Populus ea re instinctꝰ, uertitur in tumultū: sed ante omnes baiuli, qui socios sui laboris pertinaciꝰ uindicarēt. Omnis in urbe clerus unā cogit in domū. Propositum erat, incensa domo, una omnes cōcremare. Sed uisum est crudele precepsq; cōsiliū: q͂ multi innoxij, multi ciuiū filij, ꝓpinqui, affines, inessent, ac fratres. Extracti omni ex numero tres, ecclesiarū trium rectores: qui excitato medio in foro igni, iniecti sunt. Triste innoxiorū suppliciū, & crudele populi factū. Ex his audita ferebāt probrosa cum arderēt uillę. Nam dixisse quēdam ferūt Ecce collucēt cerei funerales. In baiulos rejciūt ceteri hanc sęuitiā. Mox ob horrorē crudelis parricidij, Zwerinēsis episcopꝰ urbi sacris interdicit, diu pertinaciter tulere poenam. Sed cum supplicē nunciū Romā mitterent ueniam postulantes: papa mittit ex fratribus predicatoribꝰ, cum facultate audiēdi: poenitētiam pro qualitate facti, cuiq; imponēdi, & demū reconciliandi: ut sacris restitutis, cōmunioni Christianę urbs cum ciuibus redderetur. Grandis pro magnitudine facinoris indicta est satisfactio, episcopꝰ post eam diē, nunq; in eā urbe diuinū peregit officiū. Inscripta est memoria satisfactionis testudini cathedralis ecclesię Zwerinēsis: ut ab omnibꝰ perlegatur in populi cōtumeliam. Execrāda nimirū res, & quę de populi temeritate & pastoris sęuitia in id crudelitatis exarsit.

Crudelꝰ pbr.

Crudele propositum.

Tres pbri crematí.

Poenitentia scripta in testudine.

CA. XII.

CVm aūt ageretur annus octauꝰ, eius a Christo nato seculi: Lubicensis ciuitas grauē perpessa est cōmotionem, tumultuāte plebe in senatum, q͂ exactionibꝰ & nouis impositionibꝰ grauari uiderentur, collectis dari solitis, tum adauctis: q͂ magnum ęs ciuitas ipsa deberet, nec posset emergere, nisi ciuiū auxilio pronetus augeretur. Inerāt in ea ciuium cōmunitate nōnulli, magistratus gerendi, & concilij publici supra modum cupidi: qui plebem insulsam inflāmarent, a senatu rationē & calculum rerum ab aliquot annis deposcere. Vrgebat plebs clamoribus: minitari, tumultuari, & incertis affectibꝰ ferri cœperūt: nesciētes quid mallēt: nouarum rerū cupidi uidebātur. Alij, aliud deposcentes. Erat miserabilis status ciuitatis: cum sine ordine cuncta gereretur, sine formidine, sine honesti respectu, licere omnia in perturbata ciuitate uidebatur. Instabāt tñ, rationem impensarū, & calculum accœptorū a senatu postulātes: nimirū grande ęs impēsum erat excipiēdo Imperatori: quod necdū solutū esset: grādiꝰ accessit in nouo fossato magnis sumptibus facto. Potuere illi quidē ponere omniū iustam rationē, habita temporū consyderatione, & causarum quę interuenerāt: quę ꝓximis annis urbi ad grauissimas impēsas exercuere: Sed pniciosum erat exēplo, tumultibus urgere senatū ad omnia Simul & hoc ꝓspiciebāt, nulla modesta ratione placari populū potuisse: qui suę libidini studeret, cupidus rerū nouarū: Accessit, non expedire, in uulgus proferre omnia, quę a tam honesto concilio gererentur: Vbi nullis rebus conquiescere, aut sedari tumultus poterat: sed etiā in diem est uisus augescere, senatus maxima pars sibi suisq; consulens, cum cognatione proxima,

Tumultus Lubicæ.

Plebs petit calculū a Senatu.

Malū exēplū urgere senatum.

pariter & affectibus, loco cesseruut: Luneburgo atq; Hamburgo uicinis urbibus hospitaliter excœpti. Permãsit earũ memoria familiaris, quę tum urbe excesserant: Nam post reditũ, qui in octauum annum differebatur, fœminę redeuntium uxores, & ex his progenitę, in testimonium auctioris honestatis, capitis integumẽto, discrimẽ etiam hodie pręferunt: in cõmuni surgẽte capitis uelamẽto. Id pulchrũ uisum fœminis, usq; hodie in ea urbe conseruatur: Seruabiturq; diu. Domicellę uideri uolunt, prę cęteris, non ijsdem familijs prodeuntibus: contemnuntq; prę se cęteras: Sed fœmineę honestati in pluribus defertur.

Discrimen tegumenti capitis.

CA: XIII.

Qui remansere in urbe consulares, uix quarta totius pars (nam & opulẽtiores, & ueterũ familiarum uiri, cum uxoribus & propinquis exibant) domibus suis sua sponte inclusi: nunq̃ in publico: nũq̃ sunt uisi in pretorio. Ciues tumultuatiõis principes, & qui ad gubernacula uehemẽter aspirabãt, uocata cętera plębis multitudine, cõsiliũ inibant de agẽdis. Visum est aduocare loci episcopũ, & testimoniũ sumere sedium uacuatarum: ut eius uelut authoritate, nouũ uideanť creasse cõciliũ. Vocatus ille uenire nõ recusauit: si forte placare posset humili & modesta ratione tumultuãtes. Veniens deduxit secum ex prelatis ęcclesię suę quos maxime iudicauit populares. Circumstãt ciues, tumultuationis authores, cum multa plębe: ostendunt põtifici & clero sedes uacuatas, & inania consulariũ uirorum subsellia: non expedire, neq; protinus fieri posse: ut tãta cõmunitas sine publico cõsisteret cõcilio: testes uocãt pręsulẽ cum canonicis suæ destitutionis desolationisq; a senatu: qui sua sponte, non fugatus, non extrusus inde discesserit: opus esse nouo creãdo concilio: q̃d illius authoritate & directione pcuperet. Põtifex uir modest⁹, cœpit molli oratione pretẽdere populo, quãtũ esset mali, duci temeritate, nõ cõsilio regi: rẽ quę esset inchoata, nisi prudẽti⁹ consulereť, uergere ad perpetuũ inclytæ urbis excidium: q; intestino malo periculosius urbs intus ureret, q̃ posset foris, ab ullis hostibus impugnari: Proinde si suum sequerentur consilium, se paterno in eos esse affectu, qua illis affectione super omnia cõsuleret, abstineant ab nouo creando senatu: suum sibi senatũ honestis rationibus sinãt recõciliari: in quã rem omnes suas operas polliceri. Cęterũ nouo creando nulla uia incuberẽt, q; Ro. regẽ, & omne regnũ, simul etiã uicinas & longinquas ciuitates, temerario in se facto, & pręcipiti cõsilio, concitarũt: paci consuleret, & suarũ rerum tranquillitati: omnia illis in integro esse, si modo patiãtur pacis interuenire consilia. Cõmonit plæbem mansueta pontificis oratio: Sed non sunt passi proficere, quibus ambitio gerẽdi magistratus imperabat. Itaq; respondẽt põtifici: Qui cõtẽptu urbis, ciuiũq; sua sponte cesserint, lęsę conscientię signũ prębẽtes, reuocari non posse: testimoniũ solũ ab illo & a canonicis requirebãt, q; uidissent subsellia uacuata. Ilico a tabellionibus & publicis personis documẽta petũtur suę protestationis. Episcopus nihil proficiens redijt in sua. Illi nulla interposita mora, creauere nouum conciliũ. Designati proconsules: nominati consulares. Aderat temerarius quidam ex ordine sacerdotũ: qui pręsumpta, quã non habebat

Patritij domibus se includunt.

Põtificis ad populũ oratio.

Cõminatur regiã indignationẽ.

Ambitio ad magistratus impedit.

Noui cõcilij creatio.

authoritate in sedes duxit adulterinos proconsules, cum consulib⁹, tempore ex illo cœperũt quasi legittimũ gerere magistratũ. .XIIII.

Erpsit longius hoc malum. Nam pernicie exempli exciti uicinis Wismarienses & Rostockcẽses, suis senatibus cœpere authoritatem imminuere: cõstitutis utrobiq; sexaginta uiris: qui capiẽdis cõsilijs & rebus gerẽdis interessent. Tolerabile primo uisum, admittere ciues: ut sint cõscij rerum gerendarũ: sed insoluerũt per licẽtiam. Nam audacia crescente, primũ in urbe Rostockio, publicũ cõcilium ciues destituerũt: in eius locũ alios sublegẽtes: nec impune erat bonis uiris, administratione abstinere: suis se domibus continere, in publico non uersari. Nam noui magistrat⁹, ne uiderent̃ sine causa administrationẽ arripuisse: ueteris cõcilij participes, alios urbe eijciunt: alios publicis carceribus inserũt. Sic pro libidine noui cõsules cuncta gessere. In Wisinaria paulo modestius agitur. Destituerũt quidem & illi senatũ sed non ultra sęuierunt: cõtenti q̃ publica abstinerent rerum moderatione, suis priuatis intenderẽt. Eam urbicorũ audaciã, cum principes Magnopolẽses, Iohãnes & Albert⁹ fratrueles, indigne ferrẽt: suorũ aduocato procerum non cõtemnendo numero: ita tñ, ut pacati inermes incederẽt, Wismariã primũ petiere: nouũ aduocauere urbis cõcilium: sciscitati, qua se authoritate rebus administrandis in sua urbe ingererẽt, destitutis per temeritatem qui antea rem gessissent: Quas causas rebus immutãdis prętẽderẽt: Dum illi responsa parãt, promiscuũ in urbe uulgus cœpit tumultuari: discurrere per urbem: arma circũferre: Incertis clamorib⁹ omnia perturbare. Veriti principes, ne uulgus pelagus indeclinabile uir⁹, turba sine cõcilio, aliquid in se ac suos tentaret, quod non facile reformaretur: stratis iumẽtis intermittẽtes quę cœperant Wismaria excedũt: nec breui indignationẽ ponũt, cogitãtes quo ordine perturbationẽ reuocẽt in trãquillũ. Lubicẽses ciues tum aduersus Ericum ducem Saxonię educũt q̃ opidum Molne, dudum Lubicẽsibus impignoratũ, ui recœpisset: arbitrat⁹ in perturbatione ciuitatis, nihil esse pensi apud nouos gubernatores, de his quę foris gererẽtur. Sed Lubicẽses omni qua poterãt suorũ ui egressi, ducem in opido oppugnarũt: effecerunt q;, ut inde eijcerẽt, profugientẽ in sua. Sed ille ubi uidit opidũ tutari nonposse, immisso igni, ipsum incẽdit: ut impliciti restinguẽdo incẽdio fugientem sequi omitterẽt. Incendio restincto, ducũt Lubicẽses in Razeburgum: id quoq; opidum cum arce impugnare statuẽtes. Sed opidani uiribus freti, obuiam prodeũt, ante opidum pugnam cõserturi: cum necdum magnũ Lubicẽsium agmẽ se ostẽdisset, cõtulerunt manum: sed ubi mai⁹ accessit agmẽ peditũ, retro pedẽ ferre sunt coacti: in opidũ per pontem festinãtes: eum cum ingens multitudo, magna mole pressisset, subsedit: multis ciuibus in lacu dimersis. Inde arcẽ Ritzerow: q̃ eam noxiã sibi sensissent Lubicẽses demoliuntur: illo quoq; respectu, q̃ eius dñs Bergerdorp, per incuriã, ut dixim⁹, amisisset. Sed uicinę urbes, Luneburgũ, atq; Hãburgum q̃ suis rebus & publicis commodis oportunũ crederent

Tumult⁹ plebis i uicinas Lubicę urbes.

In Rostockio fit nouus cõsulatus.

Wismarię destitui senat⁹

Wismariæ vulg⁹ tumultuat.

Lubicẽ in Ericũ ducẽ.

Opidũ Molne oppugnatur.

Põte fracto mergũt̃ q̃ plures.

presidium, denuo cōmunierūt: imposuerūtq; tutādis finib⁹ manū promptorum militum. Rediit tamē postea idem fortaliciū in man⁹ militariorum qui inde nomē habuerūt: maximoq; malo nostris temporib⁹ inde excitato: dum Lubicēses idem fortaliciū, ab eius nominis militaribus emissent, fratresq; adulti pro impubere germano legitima tutela fungētes, omni iure diuenderēt. Impubes aūt ad legitimā perueniens ętatem: cum sua parte rescindere cōtractū niteretur: nec paterētur emptores: Ille militari manu, ne dicā latrocinali, uindicauit in omnes itinerantes: Nulli ętati, sexui, uel ordini parcens: Spoliati, capti, uulnerati plurimi, sacerdotes, uirgines, mercatores: & infœlici multorū sorte, renouata sunt in publicis uijs mala: quæ ante diu quieuissent: dum multi per illum compita, & secreta itinera perdocti, usq; hodie latrocinantur.

Impubes rescindit cōtractum.

CA. XV.

d Vm in Wādalicis urbibus sęuiūt (ut dixim⁹) excitati ciues, Lubicę, Wismarię, Rostockij: Hāburgēses, nihilo cęteris modestiores, & ipsi concitāt tumultū: sexaginta uiros cōstituētes: qui publicis consilijs interfuturi etiā imperarēt cōsularibus. Quendā per id tempus, tumultuationis principē, nimis exorbitantē, senat⁹ capi iussum, carceri inclusit: sed cōcita plębs mox excitato tumultu, perpulerūt urbis cōcilium, ut sine mora laxarēt. Adeūt procōsulē, uirū in urbe primariū: monēt sub obtētu uitę laxare uinctū: alioqui illi, & multis pręterea alijs imminere capitis periculū. Allegerat senat⁹ in suū collegiū quosdā ex ciuibus. Inerat unus, non satis ex sentētia sexaginta uirorū coaptatus: uel q̄ illis singulariter aduersarēt, uel q̄ ex eorū primarijs unus extitisset, quē nollēt interesse publico cōcilio. Impudēter poscunt nominatim: ut illum e suo numero dimittāt: alioqui grauius inde aliquid consurrecturū. Iubent illum, dimisso subsellio, domū repetere, & publico abstinere. Audacia etiam ultra progredit. Pręcipiunt de Lubica uiros consulares, ibi exulantes, urbe excedere, ante horam pręfinitā, nec redire: capitis periculū denunciantes redeuntibus: Quod genus hoc hominū, quęue hunc tam barbaram morem? Hospitio prohibent innoxij. Per quod tempus Lubicenses ipsi (populus sine cōsilio) cum etiā nou⁹ ille suus consulat⁹ displiceret, adijciūt uiros Sexaginta, qui rebus intersint. Super hos quoq;, atq; super concilium publicū alios creant uiros duodecim, quos uocant, Plenipotentes, quibus eam attribuunt facultatē: ut deliberata in senatu, & a Sexaginta uiris masticata, ipsi, uel approbent, uel rejiciant, moderenturq; suo arbitratu omnia. Infœlici uertigine in circuitu, ut solent ambulare impij, uolutati.

Hāburgēsium plebs tumultuat.

Vinctū laxat & tumultū.

Plebs Hāburgēsium ejicit hospites Lub.

Plenipotētes in republica Hāburgēsium.

XVI.

p Olonorum per hęc tempora Bolislaus natione (ut diximus) Letuanus: qui accepta filia regis Vngarorū Ludouici, tum etiā Poloniam tenentis, dotem accœpit regnum Poloniæ: baptisatus, ac Christo credens, jam fratribus domus Teutonicæ, per Prussiam bellū intentauit grauissimū. Causam belli tanti supprimunt annales. Ego ex Letuania ortum puto: q̄ fratres omnia in ea terra, bello occupata sibi desumerent: quod rex in patrio solo dissimulare haud poterat. Nam regi Vitol-

Bolislaus rex Polonorū in fratres Teutonicos.

dus dux, & ipse baptisat⁹, Alexandri nomen accipiens adhærebat, fratru elis ei⁹: q & illi graue uideretur, memoratos fratres, tam late in suo domi nari, in paterna ipsorum ditione Letuaniç. Ergo rex contractis ex Polonia, et Letuania armis, tam ex Christianis, q̃ adhuc gentili errore sordentibus: cum illi (ut diximus) accederet Vitoldus, eiusdem nationis dux, in Prussiã mouit. Occurrere illi non dubitauere fratres, magno & illi cõtracto, ex auxiliaribus, agmine. Cruentũ prçliũ, magnis agminibus conseritur. Diu anceps inclinabat, nutabatq; huc atq; illuc uictoria: sed regi se tã dem permisit. Occisi ex fratribus, non pauciores quadringẽtis: infinita ex Prussis multitudo. Sed neq; Polonis incruenta fuit uictoria: Fortissimus quisq; aut cçsus, aut periculo proximus erat. Peracta uictoria, ulteri⁹ rex progrediendũ putauit: peragrabat uillas, & opida, ubiq; diripiens & inflãmans: urbes obsidione cinxit, ac expugnabat. In arcem, uocant Mariæ (q Diuç uirgini tot⁹ sit ordo Teutonicorũ cõsecrat⁹, magni Magistri hic domiciliũ erat, huc omniũ certa spes ac refugium) acriter ac diu impugnatur, opidũ cum arce: sed uirtute militũ, qui inerãt, animose defensum: prouidẽtia maxime baronis de Plawis: qui sublimis tum Magistri german⁹ erat frater. Hoc excepto prçsidio, cessit tum omnis prouincia Prussiç Polonis uictoribus: cum reliqua omni ditione exuti fratres ordinis Teutonici diuç Mariç: eam solã arcem metropolim cõseruarent. Sed non is diu rerum status permansit: nam uiuida uirtus fratrũ & patrociniũ diuç uirginis, non patiebatur, diu iacere rem labefactatam. CA. XVII.

Mot⁹ i Prussiam.

Polonis cruẽta uictoria.

Baro de Plawis.

Prussia fit dñij Pol.

Ccessit aũt hac çtate Wandalis nouũ decus, q ex principib⁹ Pomeraniç adoptione Margaretç reginç, trium aquilonis regnorũ Daniç, Suecię, Norwagiç, quç sceptra cõiunxit eadẽ Margareta prudẽtissima mulier, rex asciscere tur Ericus. Cum enim prolem superstitem non haberet, adoptione sibi quçrçbat filium. Cuius prim⁹ in regno conat⁹ erat, ducatũ Sleswickcensem: quẽ Gerhardus pridem Holsatiç comes, á regina & filio eius Olauo, dux institutus, inuestitusq; tenebat. Dicebat aũt rex omne beneficium fuisse personale, nec transisse ad posteros. Cõtrã uero memorati ducis liberi, Hericus, Adolphus, & Gerhard⁹ obtenderant, feudum legitimo iure ad filios pertinere. Quç res infinitos peperit utrisq; labores. Quç quia suis locis in Dania, & inde, quod ad Holsatiam pertinet, in Saxonia explicuim⁹: hoc loco transilim⁹: insinuare contenti, quod ad decus auctũ Wãdaliç pertinebat. Quã tempestate, causam suam eiecti Lubica cõsulares, apud Ropertum Romanorũ regem perçgerunt. Datus est iudex curiç regalis Gunterus de Swartzenborg comes. Heildelbergç tum rex curiã habebat. Citati aduersç factionis principes, quatuor suos misere procõsules, cum totidem ciuibus. Impetitiq; ab Iordano Plescowen uno propulsorũ proconsulum: nihil iusticiç consonũ responderunt: & ideo dictante iusticia sententiã contra se reportarunt. Redeũtes in sua, non satis plane, q̃d actũ erat, exposuere: sed quoad poterãt uelamen obtenderũt: ut cõmunem plebẽ in sentẽtia & fide sua retinerẽt.

Regina cçlè pit filiũ ad optiuum.

Consulares Lub. exules plçt insticiã.

Sñtẽtia pro exulibus.

Cõcremantur schola ecclesiæ Lubicen.

Quo tempore apud ecclesiã Lubicẽsem per incuriam pueri, candelã non satis caute asseruãtis, excitato incendio, scholã cum dormitorio concremarunt: ut uenustiori deinde stemate consurgeret. CA. XVIII.

Sigismũdus in Venetos.

Sæuida in hostes.

Ordo sanctę Brigittę in Saxoniã.

Sigismũdi electio i Romanorũ regem.

Sigismundus tum rex Vngariæ bello premebat Venetos: q̃ finẽ non facerent, alienos fines pro suo more inuadendi. Obsederat urbem, classe non parua, quod & socer eius ante illum rex Ludouicus faciebat. Populatur insulas, & omnia uicina, quę illis parerent, euastauit: Intercœpit in mari multos e ciuibus, ingrauescente bello, cum non mouerentur, cruẽta pręlia fecit: Aliquot captos, pedibus, manibusq̃ truncauit. Tam acerbo tum odio superbũ populũ insectabatur. Sed qui solet esse in cęteris exitus, tum quoq̃ fuit: ut datis in sumptus bellorũ aliquot centenis milibus, pacẽ coemerant. Per quod tempus, fratres noui ordinis ex Suecia sanctę Brigittę, in inferiorẽ peruenere Saxoniã: permissuq̃ Erici ducis, annitẽte Razeburgensi episcopo, loci ordinario, non lõge ab opido Molne noua moliri cœpere fundamenta, extruendi monasterij: quod hodie uisitur, uirorũ ac fœminarũ: suo in choro, sexus alter altrinsecus modulatur. Erat tum decimus noui sęculi annus, cum Roperto Romanorũ rege fatis absumpto, Sigismũdus Vngarię rex frater Wentzlai ignauissimi, filius & ipse Karoli. IIII. Romanorũ Imperatoris, rex Romanorũ, magno principũ electorũ in Franckfordia consensu, eligitur: & ab Friderico Coloniẽsi archiepiscopo Aquisgrani de more coronatur: Fortis, prudẽs, animosus, & magnanimus princeps: sed in quo fortuna aliquanto maior, & fœlicitas dexterior desyderaret: qui magnis sæpe cõgressionibus Turcis est colluctatus: adhuc uiriũ suarũ detrimẽta abs Tamerlane sentiẽtib⁹. Qua ex re, nunc Christianorũ malo, auctis eorũ uiribus, non tam est facile illis cõflictari. Per quę etiã tempora, Fridericus & Wilhelmus marchiones Misnę, & Baltasar Lantgraui⁹ Turingię, infœlices Iudęos, per omnẽ suam ditionẽ insequuti, eiecerũt: q̃ Christianũ puerũ emercati, in cõtumeliam dñi Saluatoris, morti destinarũt: sed innotuit res principib⁹: qui nephandũ facinus preoccuparũt. Rusticũ pueri uenditorẽ, incertũ an & parentem, fractis per rotas mẽbris, quadripartiri iusserũt: Iudęis exterminatis, & rebus eorũ, quas non paucas habuere, confiscatis. Compertũ idem sępe nephas, infamauit perfidã gentẽ, q̃ Christiano sanguine abutãtur ad restringendũ cruorem, qui perpetuo illis fluat: quorum patres clamauere: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Ferũt alij, solã Saluatoris in ea re ab eis quęri contumeliã: quod & ipsum creberrimo usu compertum multis se pręferunt habere indicijs. CA. XVIIII.

Iudęi ob magnũ nephas pelluntur.

Cõfiscãtur bona.

Arx Plawẽ azilũ latronum expugnatur.

Wilhelmus Misnensis, & nunc Brandengensis Marchio, cum compertum haberet, ex Wandaliæ finibus, ab arce Plawen, multa in Marchiã, inq̃ uicinarũ terrarũ publica itinera, plurima fieri latrocinia: euocato in armorũ societatẽ, Gũtero Magdeburgẽsi archiepiscopo: duxit in arcẽ memoratã: nec potuit oppugnãti, tãtis uiribus, machinis, & apparatibus, diu obsistere. Expugnata iam arce, capt⁹ est in ea, uir militari

genere & fortibus factis clarus: sed nunc fauore latrociniorum respersus: ductusq; in arcē archiepiscopi Caluen, supra annū carcere macerat: donec gre suo redemptus laxaretur. Progressus ad interiora terrę princeps mes moratus: alias, eadem laborātes infamia, deijcit arces, pulsis & proscriptis ex omni sua ditione habitatoribus: quorū etiam hodie familię perdurant. Inerat illis adhuc recens Wādalicę stirpis sanguis: qui magnis animis stis mulabat aliena inuadere: cum terrā filijs hominū, in prędam esse positam, arbitrarētur. Cunq; assidua, inter marchiones & Wandaliæ principes, de finibus esset contentio: uiri militares assueti bello, ubi illud conquieuerat, ueteri licentia, ex itinerātibus, quomodo solebāt ex hostibus retulerūt, ut illi putant, iustam prędā. Nam quomodo mercatores per pericula maris & terrę, fraudes, quas miscēt, solent expurgare dicētes, sibi magno merces suas constare: quas per mare, per terras, magnis discriminibus, attulere: hi quoq; capitū suorū obtendūt pericula, ad ostendendū iustum esse quęstū direptionis inter homines: quomodo inter bestias, uolucres, & pisces ubi potentioribus ad prędam, natura constituit imbecilliora quęq;. Sed quid attinet apologeticum scribere furum? Ad tempor; facinora prosequenda uertamur.

Arces deijci untur.

Vet⁹ licētia Wandalorū prędari.

Apologeti cum.

CA. XX.

Gebatur tum Constantię apud Sigismundū Romanor; regem causa senatus pulsi Lubicensis. Nam exulātes institerunt: ut Ro perti sentātia, pro illis lata, exequutioni mādaret. Erat, qui pro no uo ei⁹ urbis cōcilio, uerbū fecit: ut euocarētur, audirēturq;: Euocati uene rāt noui cōcilij quatuor procōsules: & hoc iam curauerūt: ut non appare rent in conspectu principis uacui. Factū est, ut de integro resumeret om nis causa, sub nouo cōmissario. Sperabant enim noui pręsidis aures, nouis allegationibus, uel auri sonitu, onerare. Audita & examinata bene causa: transiuit sententia priori compar: condemnatiq; sunt noui consules, suos, quos eiecere patres, cum honore recipere, & irrogata illis damna resarciri. Institere tamen noui, qui uenerāt pro cōmunitate, consules: ut sentētia qm̄ lata, mutari non poterat, uel ad tempus eius suspenderetur exequutio: inq; eam rem (ut ferūt) expromissa sunt. XXV. aureor; milia. Prętenderāt aūt cōmunitatis oratores prędicti quatuor noui consules, se medio tēpore da turos operā: ut cōmunitas, acerbissime in senatū excitata, cōplacaret. Rex ipse, iam magnis ubiq; impēsis onerat⁹, ęris promissi mētionē non reiecit. Habebat in animo, iusticiā exulantū nō ledere: sed urgebat ęris in pręsens necessitas maxima: ut ad tēpus sęueritatē mitigaret. Cōpositio aūt talis fa cta est, inter fiscū, & noui cōcilij oratorres: ut camerę regali soluti. XXV. milia aureor;, nisi eisdem ciuibus, ante certum tunc constitutū terminum, renumerarētur: extunc imperiale bānum, quo condemnata esset ciuitas, sublatum censeretur: perpetuoq; exilio qui pulsi sunt tenerētur. Decreue rat enim rex, certissimo proposito, numeratā pecuniā qua in pręsens indi gebat, ante terminū restituere: ne qua in parte iusticia lederet. Et qm̄ lite ris opus erat, ad inducendā cōmunitatē facere collectā: dedit rex illas pu ras: sed alias adiecit, quę cōditionē haberēt. Profect⁹ est quidā ex baroni

Causa Lubi cēsiū Cōstā tiæ.

Sentētia con firmatur.

Aes promissī nō reijcitur.

Literę puræ & cōditiona tæ.

bus regio suffultus mandato, ad accipiendā pecuniā: peruenitq; Lubicam cum oratoribus memoratis: qui magnis buccinis concrepabāt in populo, magna se reportasse aduersus exules priuilegia: nunq̄ illos redituros: Imperiale bannum iam esse sublatū. Plaudebat populus se impetrasse, quod uolebat: nec grauabat instituta in eam causam collecta, expromissam summā congerere. Regalis etiam nuncius quo non refragaret, iniecta est offa in os leonis, ne rugiret. Accepit ergo pmissam Romanorū regi pecuniā: & reuersus est ad dominū suum. Sed cum cernerēt exulātes, maiestatē regiam multis & magnis rebus implicitā, posse suam antiquare causam, ipsi inuenere uiam quo sibi non deessent. Adeūt regem Daniæ Ericū, Romanorū regi Sigismūdo sanguine propinquū (erant enim consobrini) Efficiunt apud illū: ut pro rege Romanorū, exhibeat reddere Lubicēsibus summā memoratā: quo conditio adiecta impleret: ac perinde noua Lubicēsiū indulta, euanesceret: q̄d ita factū est. Ita fraus fraude depellitur. Exhibitā pecuniā Lubicēses recusauere: & quoniā per regem Romanorū, ea impleta conditione, non steterat, quo minus reciperet, delusi sunt: nihil habentes in priuilegijs memoratis. Sequuta est mox captio ciuiū, in Scania piscantiū: non pauciores quadringentis erāt ex mercatorib⁹: quorū arrestatæ merces conscriptæ sunt: aliquot ex his carceri iniecti: alij sacramētis præstitis, ut in regno libere diuersentur, sunt permissi: alij etiā Lubicam remissi: ut inter eiectum conciliū & cōmunitatē ageret de pace: quā si perficerēt, omnia illi eo sua essent reddēda cuiq;. Si minus, ipsi in cōstituta loca, ad captiuitatē redirēt. Aderāt regi ex pulsis nōnulli, qui ciuiū tunc in regno mercātiū, discrimina nossent, & regi indicaret: quorū indicio: alios carcere macerabat: alios sinebat libere diuersari: alios remittebat de pace acturos. Ea uero regis instantia & si speciem uiolatæ fidei prætēdere uideretur: q; ciues iā in eam euocati terrā, ad usum ueteris libertatis, dicerētur: tamē, quia saluti prospexit inclytæ urbis: quæ sub tumultuātibus periclitata perisset: maioris boni prouentu, leuata est culpa minor: si modo in culpā reputetur, q; iā impleta Romanorū regis cōditione. Impiale bānū reualesceret q̄d poterat rex Daniæ etiā in suo, si uolebat, regno, exequutioni demādare. XXI.

Hoc est tempus Constantiēsis cōcilij, quod indictū fuit, ad unionē catholicæ ecclesiæ: in qua tres se gesserāt pro summis pontificibus. Romæ. XII. Gregorius: Auinione. XII. Benedictus: quibus in concilio Pisano depositis, surrogat⁹ erat. V. alexander: Cui defuncto successit Iohannes. XXIII. uir consilio acer: qui magnā in spem uenerat, alijs depositis, solus remanere in pontificatu: q; & iustiorem causam foueret, & modestius se in cōcilio cui aderat gereret: præsentiā suam exhibens: quod neuter fecit cōpetitorū. Gregorius quidem oratores cum mādato miserat: Benedictus in duritia sua inflexus permanebat: Iohannes ipse, ut diximus, in persona aderat, solenni apparatu inchoans cōciliū: publica processione solenniter exhibita: & inuocatione Spiritus sancti impleta: cū ipse diuinū ad altare perageret officiū: Et in prima sessione obtulit cessionem scripto: quā etiam iuramēto firmauit se facturū, si Benedictus & Gregorius idem

Inanis populi plausus.

Eric⁹ rex Imperatoris cōsobrinus.

Captio ciuium Lub.

Species uiolatæ fidei.

Cōciliū Constāciense.

Io. XXIII. obtulit cessionē

facerent. Sed cum Gregorij oratores adessent: Benedicti autē frustra expectaretur: persensit interim Iohānes, quid ageretur: dubia sorte mansurū cum ceteris, si cessionem impleret. Nullos enim reperit, uel perpaucos, qui spōderent illi, si deponeret, reddituros summū pontificatū. Igitur, mutato habitu, clam noctu cum paucis profugerat, Italiā repetiturus: descēderatq; in Schaifhusen. Cōciliū uero, comperto eius abitu, uidebat quid moliret: citatū nec comparentē, mandatis prosequūtur. Sed hęc omnia frustra: nisi de consensu, immo iussu patrum, Sigismūdus rex, militari manu post illum missa, detinuisset eum. Perductus autē in Maenheym peruenit: deinde in manus Palatini: qui illū in Heidelberga diu seruauit in carcere: donec corruptis custodibus, dissimulāte etiam principe, elaberetur. Comperta erant horrēda & pōtifice indigna facinora de Iohāne: quę patres in cōcilio permouerant, ut carcerali custodia iuberent includi. Alioqui si suæ libertati permissus esset, intentasset literis & armis: quę catholicę pacis, desyderatā & diu quęsitam unitatē, omnino disturbassent. Illa fuit acrimonia, ea fortuna & uis pecunię: ut facile quiduis effecisset.

Io. papa xxij fugit.

Carceratur in Heidelberga

CA. XXII.

Vlricus & Iohannes fratres domini Stargardię, bella per ea tēpora gesserunt, aduersus Baltasar dominū Wādalię. Suberat belli inter alias causa & illa, q; nuper Lubicēsibus in eūdem tum Baltasar ducētibus, permiserint loca suę ditionis, unde lederetur ipse non mediocriter. Exarsit bellū in acerba altrinsecus odia: & multis inuicē damnis irrogatis, uicissim terras suas uastitati subiecerunt: Aliqn̄ prelijs leuibus cōgressi, uaria sorte dimicarūt: aliquot cęsis, alijs etiā captis, inter quos interceptus quidā cęteris lōge locupletior: quē ꝗre Baltasar cum emūgere statuisset, ad imū in quęstionib⁹ habuit: ut suarū uires facultatū confiteretur. Ille atrocius instāti, durior restitit, nec fatetur etiam ad necem extort⁹. Moritur ille in tormentis: Indigna mors militi: Indigna causa quęstionū. Sed suberāt acerba partiū odia: inde ferocius bellum exarsit. Cœpere aūt preliātes de Sargardia principes, dn̄m de Waren, uirum nobilē aduersarū partium. Erat enim dicti Baltasar fratruelis. Sed cōmunes amici rem intercœpere: peruentūq; est aliqn̄ ad fœdera pacis renouāda. Cōpēsant (ut fieri solet) captiui, & alter alterius obiectu relaxatur: Rebusq; cōpositis, in reliquū uitę tempus, optimo exemplo, cōcordes, & inuicem amici uixitarunt. Quo tempore Lubicā uenerāt oratores regis Romanorū, duo pręstātes uiri, alter miles ecclesiasticus, alter cū pleno mādato ad cōponēdas res, inter exulantes & cōmunitatem urbis. Publico illi ante omnia edicto statuerant, ne quis sub capitis sui periculo ulla faceret cōuenticula: quo liceret quietis omnibus, de publica pace statuere. Oratores ijdem primum cōuenerant eiusdem urbis nouū cōcilium, super sedecim milibus aureorū: quā summā pridem quatuor missi proconsules, Romanorū regi dicerētur expromisisse, supra. XXV. milia, quę numerabātur. Interim uero nunciat regis oratoribus, fieri concursum iterū ciuiū, & cōuenticula cōiuratorū, q; sibi timētes nōnulli, cum mali sibi conscij essent, de suo periculo tractabāt euitando. Oratores pręcipiūt nouo concilio ciuitatis; ut acceptis ad rem

Bellum.

Tort⁹ incarcere moritur

Ventum ad pacem.

Oratores Cęsaris Lubicę

Tumultus oritur.

sufficientibus uiris,ipsi proficiscãtur, & captos contumaces, & constituti preuaricatores,in uincula cõijceret.Non poterãt regali edicto nõ parere. Capiuntur uiri octo & decem:ex quibus duo mechanici operis,pistor & aurifaber,ꝙ eius conuẽtionis capita cẽserent,publico iudicio cõdemnãti, ultore gladio feriũtur: cęteri proscripti sunt,in ætemũ exiliũ demigrãtes. Constituerãt aũt memorati oratores,de rebus omnibus, inter dissidẽtes: ut redderent suis locis exulantes uiros consulares,cum suis: Et dum in eo laborãt,nouũ ciuitatis conciliũ,misit nũcios in Daniã, ad relaxãdos ciues nuper in Scania captos. Ostẽderat illis Danorꝝ rex, iure se tenuisse ciues, ꝙ pareret mãdato regis Romanorꝝ,aduersus cõtumaces. Impleta per eũ conditione exhibitę pecunię, qua soluta,euanescerent promissa eiusdẽ regis Romanorꝝ,conualesceretq; bannũ imperiale: paratũ esse etiã nunc numerare pecuniam,ne quid per eum deesset.Oratores ab urbe expediendę pecunię,nullũ se habere mandatũ prętẽderãt: Solũ orantes,ut capti ciues qui fidem sequuti regiã,uenissent in Scaniã,relaxarent. Rex illos relaxari non posse respondit: nisi in urbẽ ante reciperent eiectí:ut paritũ esset literis regis Romanorꝝ.Ita re infecta,frustrati,domũ reuertunt. XXIII.

Duo mechanici gladio feriuntur. — *Cõualuit imperiale bãnũ*

Bohcemi interea in erroribus suis computruerunt,excrescente in malũ uehemẽtius hęresi:quã cœptam in literarũ studio Pragę, ex contẽtione indigenarꝝ,cum aduenis Teutonicis,foris propagabat Iohãnes Hus presbyter tum quidẽ exturbat⁹ urbe: cum sanũ adhuc saperẽt ciues antiquę ciuitatis:sed foris grassabatur in uilla,unde illi fuit origo: defensus a loci domino,quẽ sui erroris pallio inuoluit. Patres tum in Cõcilio Cõstãtiensi,cui aderat rex Sigismundus: ut prę̃sentia sua firmaret omnes ad agendũ quod reipublicę cõduceret,facta Iohãnis contumacis destitutione solẽni, de Summo interim põtifice deligẽdo, delibe rabant. Prius tamẽ hęreses extirpare conati:uenit in mediũ perfidi Iohãnis Wicleff Anglici mentio:ex cui⁹ pestifero dogmate,quod supra significauimus,coaluit omnis error Bohœmorꝝ.Hic aũt perniciosissim⁹ hęreticus, fauore regis Anglorꝝ Eduardi tutus euasit dum uiueret incendiũ. Mortu⁹ aũt cũ regnaret Richard⁹,extumulaẽ, & cõdemnatis erroribus, iam tum cõcrematur. Citabaẽ aũt Iohãnes Hus in concilium de Bohœmia:nec detrectauit uenire,secum ducens Hieronymũ discipulũ: qui etiam exuperaret eruditione & eloquio magistrum. Non enim arbitrabatur Iohãnes, suis auditoribus & clientibus satis posse facere: si iudiciũ detrectaret ecclesię. Veniens aũt accusabatur de multis,quę docuisse diceretur.Palam ille cõfitetur omnia: uera esse dicẽs: & a se usq; ad mortem defendẽda.Molliter cum illo agitur,& mansuete.Instruitur,rogatur, obsecratur,ut ecclesię matri se reddat. Nihil proficitur, Ad omnia manet immotus.Iam dudũ articuli eius damnati erãt,ab ecclesia:quos cum ille tueretur,nec omnino resipisceret,condẽnatur hęreticus.Et cum ecclesia non haberet ampli⁹ quod faceret,pertinacẽ tradidit curię sęculari: Potestas loci acceptum,cõdemnauit ad ignem,eductũq; iussit cõcremari. Hieronymus silens astabat, necdum cõuent⁹ ꝙ resipiscere speraretur:sed cum po-

Io. Hus exturbat⁹ urbe Praga. — *Io. Wicleff hęreticus.* — *Io. Hus citaẽ ad Cõciliũ.* — *Cõfitetur errores.* — *Cõdẽnatur hęreticus & crematur.*

ſtea interpellat⁹ errores magiſtri defenderet: edoctus tamē reſipiſcere ui debatur ad tempus. Nouiſſime ad priora relapſus, quē magiſter ſuus ex itum, inuenit diſcipulus poſt illum cōcrematus. Bohœmi ubi audiūt exitum ſuorum magiſtrorum, furere incipiunt: armantur, concurrunt, ſæuiunt: eccleſias & omnia ſternūt obuia. Wentzla⁹ rex, partim ignauia, par tim timore, ſe continet: ui magna res geritur: obſidentur ciuitates: coguntur in ſectam: ni conſentiant, uaſtantur. Trucidantur mortales, ſine diſcrimine, ordinis, ſexus, & ętatis. Latius ſerpit malum: foras educuntur armati exercitus. Romanorꝝ rex Sigiſmund⁹ imploratur: Tardius uenit. Interim illi ſęuiūt & creſcunt, robore & numero. Nam hoc tempore idem Sigiſmund⁹, quo reges & Anglię, iādudum cōflictantes, ad unionem reduceret, utrūq; ſtatuit interpellare pro eccleſię fulcimēto: ut & Turcis & Bohœmis occurratur, nihil ille omiſit, quod ad optimi principis ſollicitudinem pertineret: quo unitatē pacis cōſereret: Tranſiuit in Franciā: tranſfretauit in Angliā. Sed euanuit tāt⁹ labor Anglorꝝ ptinacia. XXIIII.

Hieronim⁹ cōcrematur.

Huſſitæ debachātur.

Sigiſmūdus optim⁹ princeps.

ERat a Chriſto nato poſt mille quadringētos ſextuſdecim⁹: cum per inſtātiam oratorū in urbe Lubica regiorꝝ, a Sigiſmūdo miſſorum, & per accedētem preſſurā Erici regis Danorꝝ, ciues iam flexis ceruicibus, detumuerūt: & iam rebus cōpoſitis, redire in patriā exulantes, cōſenſerunt. Peruenerāt uocati in uillam Crūmeſſe, pauſantes ibi, donec de omnibus cōueniret. Exierāt ad illos amici ſalutātes: uenerāt alij ſimulātes, quod nō erāt. Aliquot ibi dies detriti ſunt: Tum uero die Martis poſt Trinitatis, primo mane, iuſſi per regios oratores, propinquabant urbi, ſtātes ad capellam diui Georgij: quē in locum, ab urbe illis occurrerant memorati oratores, cum nouo cōcilio: excipiunt cum honore, & iunctis lateribus, urbem introibāt. Primus miles procōſulem ſeniorē habuit collateralem. Deinde Iodocus canonic⁹, alium ſibi proximū iūxit procōſulē: Inde noui, ꝓcōſules: ueteres cōſulares, ſuo ordine, ſinguli ſingulos deduxerunt. Ea pompa per urbem, peruenitur ad eccleſiam diuę Marię: Ibi cōſularibus in ſuas ſedes reſtitutis: ſolennis de ſumma Trinitate miſſa peragitur. Qua expleta, ſimili ordine proceditur in prętoriū: Locātur in ſua ſubſellia ueteres conſulares: Nouū conciliū ſtabat in fronte ſedis: nudatis capitibus, ueniam de omnibus que patrata ſunt humiliter deprecantur. Tum Iordan⁹ Pleſcow, prim⁹ redeūtiū: ut nobis inquit, peccatoribus de multis erratis miſereri dignetur altiſſim⁹ deus, remittim⁹ uobis ex animo cūctas offenſas: futuri uobis ſemꝑ amici intimiores ꝙ antea. Ceciderūt multis lachrymę, audito tam molli propitiaciōis, & tam facili uerbo. Multi ex his per octēniū integrū, morte perierūt: ſoli octo redierūt cū cognationib⁹ ſuis. Igiť, ut expleret antiqu⁹ ſedētiū ad cōcilia numer⁹: ex deſtitutis nuper, hoc eſt ex nouo concilio, quatuor allegerūt, coaptarūtq; in ſuū numerū: uocatis primū ſex illis cōſularib⁹, qui toto tēpore māſerūt in urbe: adiecerūt ex alijs ſex: ex mercatorib⁹ quatuor: ex his, qui patricij uocari amāt, duos. Igiť reb⁹ in hūc modū cōpoſitis, regij oratores, nō uacui, ſed magnifice numerati, redierūt alacres ad regē. CA. XXV.

Lubicēſ. detumuere.

Occurriť ex ulibus Lub.

Reſpōſiōne moranda.

Cōſulatus reintegrať ad ſolitū numerum.

Wismarienses resipiunt.

W Ismarienses ciues, qui exemplo (ut diximus) Lubicensium tumultuati, senatū suum submouerant, quosdam etiam urbe eijcientes: cum insuper principes suos, excitato, ut diximꝰ, tumultu, ꝓfugere coactos, in se amaricassent: uiso Lubicensium exitu, cum male sibi timerent, nec opē iam sperarēt ab Lubicēsibus, quibus ante uidebant innixi: de reconciliatione sua apud principes, cœperunt cogitare: Submissis autē amicis ad principes, peregerunt: ut cū ueniā precaturi accederēt, non repellerent: Id effecit expromissio decē miliū marcarū ut aboleret offensa.

Pecunia aboletur offensa.

Conciliū nouum, ubi a principibus cōstitutū locum acceperat cum præstantioribus urbis, eo contēderat: uenientesq; in conspectum principum, ueniā postulaturi, pedibus illorū prouoluūtur. Boni principes increpitos breuiter, assurgere iusserūt: & ueniā impartientes, cum illis urbem ingrediuntur. Duces ipsi, Iohānes & Albertus, pretorium adeunt: subsellijs se locant cōsularibus: iubent iuxta se ueterem & eiectū senatū considere: & uacuatis sedibus, principes pro suo arbitratu, ex honestioribus ciuibus allegerūt: & alijs administratione destitutis, ueteri senatui, omnē reipublicę administrationē permittūt. Per eandem ęstatem, priusq̄ Romanorū regis oratores, Lubica decederent: cum de sedecim milibus aureorū impeterēt quatuor illos noui quondā cōcilij proconsules, qui tum fuissent cōmunitatis ad eūdem regem nuncij: nec haberēt quod satis ad rem responderēt: protracti sunt, eisdem oratoribus iubētibus, in carcerē: in quo permāserāt ab assumptione diuę uirginis, ad diem sancti Michaelis: Tum ab eisdem relaxati, pollicent se Romanorū regi q̄primū presentaturos: quod & fęcerunt. Et ita rem peregerant: ut cum gratia regis, & incolumitate corporū redirēt in sua: non sine magno suarum facultatū dispendio: Ita, ut magno mercati uideantur tanti tēporis administrationē: ut illorū exemplo discāt cęteri modestius agere, non se sua temeritate rebꝰ immiscere gerēdis. Rostockcēses ciues necdū sanā mētem recœperunt, senatū suum exulantem, recipere recusantes: cum tamē uicinarū urbiū prēsidibꝰ annitētibꝰ, multa fierent. Sed illi non recogitarūt, ꝙ omniū iusto odio laborarēt. Post multa uero ad cor reuersi, q̄uis iuramento se astrinxerint, nunq̄ passuros in urbem redire, reuocarūt exulantes. Non enim debuit sacramentum esse uinculū iniquitatis: Ideoq; usi meliori cōsilio, decretū mutauere. Restitutis aūt in suū locū, gubernacula ꝑmisere: cedētibus etiā, qui occupauerūt uacua subsellia. Wismariensibus erāt infensi, ꝙ sine illis ad recōciliationē cōtra promissum, uenissent: non tamē principibus suis, eam irrogauere contumeliam, quā Wismariēses: & ideo faciliora exoluta pecunia, gratiā redemerūt: solutis sex milibus marcarū Sundensium. Iam ergo Wandalicis in urbibus res pacatę uidebantur. Nam quę unius exemplo Lubicę intumuerāt: eiusdē non prosperis successibus cōmonitæ resipuerūt. Quo tempore, Iohannes dux Magnopolēsis, cōiugē accepit dominā Katerinam, germanā sororē Erici ducis inferioris Saxonię, se tertio cōsanguinitatis gradu contingētē: aut quod est probabilius, tertio affinitatis gradu: Erat enim relicta domini Iohānis de Werle principis, cuius fratres Balta-

Principū facilitas ad ueniam.

Mutatur status opidi.

Carcerātur ꝓconsules noui senatꝰ

Temeritas punitur.

Mutatur in ꝑiū decretū.

Pœna pecuniaria.

Matrimoniū in gradu ꝓhibito.

sar Wilhelmus. Quocirca cõmonitus ab ecclesia, nec emendatus, diu est subiectus excõmunicationi: paruipẽdẽs. Demũ misso ad summũ pontificem nuncio, qui tum primũ electus est, Martinũ. V. apostolica dispẽsatione, acceptã cõiugem retinebat: & ex ea sustulit filios Henricũ, spem generis, & Iohãnem, sine prole deficientem.

CA XXVI.

IN Prussia quoq; Gdanẽsem urbem, quę inter alias recens & hesterna cõputat: grauis tum cõmotio quassabat. Ciues se opposuere patribus, propter monetã, quę tum instituta, grauare uidebatur populũ. Consulares plębe sęuiente per tumultũ, fuga sibi cõsulue runt. Arcem petẽtes dominorũ suorum, in ea tum urbe florentem, perbenigne excœpti fouẽtur hospitaliter. Cõmẽdator uir animosus, septus, eã, quã potuit breui cõtrahere multitudine descẽdit in urbẽ: primũ leuibus uerbis tumultum sedauit: deinde acrius inuectus corripuit. Demum ubi cecidisse uidet animos populares, euocari iubet delatos sibi factionis principes: quorum ex numero sceleratiores, octo & decem publico iubet feriri gladio: ad quadraginta proscripsit. Ita reddita est urbi trãquillitas. Mirũ est tam breui coaluisse urbẽ in id, q̃d tum erat, & nunc magis apparet roboris ac magnitudinis. Viuit hodie, qui audisse testatur auũ suum retulisse, quod ex patre accœperit: uenisse se Gdanum, sui tum opidi nunciũ & oratorẽ: cõciliũ adijsse, eius tum loci publicum: id erat coactum in priuata domo, quę unica tum ex lapidibus lateritia stabat ad forũ: nam cęterę, cãnis palustrib⁹ & limo horruerũt: rusticam antiquitatẽ testãtes. Ingressum uidisse patres cõscriptos, in mensa, quę fuit in cõspectu, cultellis ad cõponẽdũ symbolũ per plana demissis ad metam ludere. Eam tum fuisse grauitatem publici concilij. Ab illis exordijs, intra unũ sęculũ in id roboris urbem coaluisse, non sine causa miramur: ut eiectis dominis suis fratribus Teutonicis: regem Polonię, cui etiam nũc paret, inuocauerint. Quã rem suis infra locis exequemur. Lubicensis uero senatus iam repositus, rempublicã administrabat: necdũ tamen, priuatarũ quisq; rerũ suarũ, possessionẽ tenebat. Nam per ãnos octo multę sunt in urbe factę possessionũ translationes: nec poterãt in sua causa sibi ius dicere. Placuit cõmuni senatus & ciuiũ uolũtate, ut cõpromitterent, in uicinarũ urbiũ, ad hoc specialiter missos oratores. Venerant de Hãburgo, Rostockio, Sundis, Luneburgo, Wismaria, Gripeswaldo, ad hoc missi cõsulares: Sedent in cõsularibus subsellijs, missi ciuitatũ oratores: Stat una ex parte senatus Lubicensis: ab altera ciues ipsi: modeste impetunt iusticiam de suo poscẽtes. nec minus ciues pro sua parte respondent: aut se coemisse expẽsa in publicos usus pecunia: aut aliũde iusto titulo peruenisse in suam possessionem quod uẽdicabatur. Tanta erat rerum intricatio, tanta perplexitas: ut uniuersa quindena in eius rei discutione cõsumeretur. Diligenter auditis impetitionibus, pensatisq; responsionibus, & quę quisq; in auxiliũ sui iuris adducebat: conuenit inter arbitros, ut rem qualitercũq; componerẽt: constitutis pœnis in eos grauissimis, de uoluntate partiũ, qui rebus cõuentis aliq̃n niterẽtur cõtraire: omnibusq; iam, prout res passa est, compositis in

Gdanũ recens urbs.

Cõsular⁹ fugit plębis sęuitiam.

XVIII plębei cedunt gladio.

Quę olim Gdani facies

Senat⁹ Lubicẽ repositꝰ

Cõpromissum in uicinas urbes.

Trãsigitur.

Princeps uictoriosus. sua redierunt. Quo tempore Vlricus dominus Stargardie, princeps alias optimus, in armis promptissimus, & ad uictoriã fœlicissimus, sępe parua manu maiores fudit copias: Inclusus sępe hostiũ agminib⁹ elabitur. Erat magnitudini animi, comes dexteritas: sed qui armis uinci nõ potuit, fraude suorũ (ut fama est) toxico perijt. Per idem tempus Conradus Bonow, pastor ecclesiarũ Sundis: cuius occasione, grande, quod diximus, malum cõcrematorũ in ea urbe sacerdotũ, prouenerat: ab Degenardo Buggehaghen, uiro militari primario eius terrę, quẽ Marscallũ uocant, cęsus interijt. Armis enim pugnãs armis occubuit, ad uerbũ de ore ueritatis. Hoc est illud tempus anni .XVII. in nouo sęculo, quo diu tentata, & magnis sumptibus & laboribus intentata, pax ecclesię catholicę redibat: electo in summũ pontificẽ Martino, prius Odone, cardinali de Columna: uiro ad omnia probatissimo: qui per annos .XIII. unicus & indubitatus pontifex, rexit ecclesiam sanctam Dei.

Perijt toxico

Pastor Sũdẽ. caesus.

Eligit Martinus papa V.

CA. XXVII.

In Bohœmia iam crescentibus malis, in id temeritatis hæretici peruenerũt: ut confusis ordinibus in ecclesia, laici se administrãdis sacramentis ingererẽt. In ipsa urbe Praga, inuentus est hereticus, ordine laicus, artificio sutor, qui non cedens sacerdotibus, cœpit attrectare dominica sacramenta. Wentzlaus rex, alias ignauissimus, cũ hoc audisset, magno lœtargo excitatus, aliquãdo se cõmouit, nam captum sacrilegiũ, igne iussit concremari. Mons est Bohœmię: Cudwis uocant: in cuius opidũ uenerat miles hęretica sorde maculatus: ecclesiã ingredit̃, ad sacrũ misteriũ, ut magis irrideret q̃ uenerare[t]: Sacerdos sacro sanguine iam accepto calicẽ cõstituit in cornu altaris: accedit miles, calicẽ aufert & cum turba famulorũ, tabernã gratulabũdus ingreditur: lucrat⁹ aliquot dierũ impendiũ. Prim⁹ hauriẽs de calice, socios inuitat in idipsum. Ita ludibrio sacra uasa habuere, irridẽtes. Sequutus mœrẽs presbyter, obuiũ habuit germanũ fratrẽ suum. Sciscitat̃ ille, quid mœst⁹ esset. Audit dei cõtemptũ, & militis insolentiã: Consolat̃ fratrem: non se gustaturũ panem, priusq̃ dei iniuriã uindicarit: Socios laboris interpellat, qui in fodiẽdis mineris operant̃: durum a stirpe genus: Spontaneos ad ulciscendũ Dei & ecclesię cõtemptũ habet: Obseruãt militis exitũ de taberna. Adorit̃ prim⁹ sacerdotis german⁹: cur de altari deq; ecclesia sacrũ calicẽ in Dei cõtumeliã, & germani fratris iniuriã, abstulisset: ille nec respondere dignat̃ seruili homini. Corripit mox inuasor gladiũ & militẽ obtruncat. Famuli necẽ dñi uindicare conati, ad unum omnes, uiri uiginti opprimunt̃. Octauusdecim⁹ erat ann⁹ in hoc sęculo: cũ in urbe Lubica, q̃d sępe ante & post, solẽnis erat conuẽtus oratorũ, ab urbib⁹ de cõmunione Hãsę Teutonicę: de Westualia, deq; Traiectẽsi diocesi: de Saxonia, deq; maritimis Wãdalię, de Prussia, deq; Liuonia: sup reb⁹ mercaturarũ, in diuersis, quę tum quatuor floruere emporijs, in Flãdria, Anglia, Norwagia, & Russia. Hi cum cõuenissent uiri prudẽtes, primũ missis e suo numero quibusdã in Daniã pertentarũt, res tum magno bello tumultuantes, componere: q; ciuitates Wandalicę (quod in Dania diximus) se iam rebus implicuissent, pro du-

Laic⁹ tẽtauit facere officium pbr̃i.

Miles aufert calicẽ ab altari.

Miles obtrũcatur.

Quatuor emporia.

cib⁹ Slesuicēsib⁹. Sed nihil tum magnū ex ea legatione prouenit. Quod aūt ad negociationes & mercaturas pertinet, multa cōstituerūt salutaria: de nauib⁹, deq; nauigātib⁹, & negociationibus, de cōicandis priuilegijs, aut denegādis, deq; alijs rebus, quę intercurrūt negocijs mercatorꝝ: Eaq; diligēter sunt redacta in scripturā: cuiq; in suam ciuitatē datur exemplum cōstitutionū, recessus ipsi uocant: q̄uis iustius statuta ac placita diceretur: quia illis uclut legibus, utunt̄ ad omnia negocia & causas, disceptantium in iudicio coram senioribus: qui cōcilio publico asciscūtur in locis memo ratis: ubi est solennis mercium & rerum cōuectatio. Stapulam ipsi uocāt Emporiū dixere Latini: quib⁹ in locis cōmuniti sunt mercatores princi pum priuilegijs: quę communia sunt ei generi hominum de communione Hansę.

Coitates de Hāsa faciūt statuta.

Stapula & emporiū idē

CA. XXVIII.

Ratislauia urbs est Slesię in solo Wandalico, modo regi parens
u Vngarię: olim pertinebat ad Bohœmiam, cui est cōiunctior. In ea tum urbe, graui tumultuatione, populus patrib⁹ hoc tempore insurrexit. Aes grāde alienum, qualibuscūq; ex causis cōtraxit ea ciuitas: uel in muris & propugnaculis extruendis: uel alijs rationabilibus ex re bus: quod cum cōmun[illegible]ti detegeret, ut ope mutua releuaretur respublica: indignata plębs grauiter patribus, excitato tumultu, deiecerāt eos administratione: quasi qui priuatis impēdijs, publicā pecuniā insumpsissent: iussos abire domū, & publico abstinere. Nouum tum per tumultū popu lus creauit cōciliū, pro suo arbitratu: statuēs annuā in reliquū esse admini strationē: quo honor magis per multorꝝ ciuiū capita crebresceret. Arbitrati sunt perpetuū cōsulatū, nō esse aliud, q̄ occultā tyrānidē: quę se aliq̄n cum magno ciuiū prodcret incōmodo. Qui uero creati fuere noui consu les, cum cernerent debita legitimis ex causis conflata, nec posse ciuitatē ex his emergere, nisi cōmuni, per omniū ciuiū capita, instituta collecta: idq; iustis rationib⁹ ciuib⁹ persuadere conati: extrema sibi mala exciuere: nam cōciti plębei ea re in furorē, ad unū oīnes crudeli cęde mactāt. Sigismūd⁹ rex ubi illi res innotuit, magna suorū manu urbē ingredit̄: Circūsistūt eū fœminę eiulātes, q̄ mariti innoxij indigna sunt cęde perempti. Mouit re gem atrox facinus, & exempli pernicies, si impune hoc illis esset: mouit iu stus dolor fœminarū gementiū. Iam cōperta habuit nomina noxiorꝝ, qui eius fuissent principes factionis. Iubet omnes in prętoriū euocari, & latitantes extrahi de latibulis: deliberās, quid de illis ageret. Discreuit aūt fa cinora singulorꝝ, compertū habens, nō pari esse gradu noxios omnes. Vi gintisex extractos, publico iussit damnatos cędi gladio: cęteros ꝓscripti one damnauit: & ex primorib⁹ urbis nouū ipse delegit conciliū: cui facul tatem administrandi solitā attribuit.

Tumultus Vratislauię

Popul⁹ creat nouū cōsulatum.

Plębs necat nouos cōsules.

XXVI. cęsi gladio, alij proscripti.

CA. XXVIIII.

Olislaus per hęc tempora Polonorꝝ rex, tantā infideliū multitu
b dinē iussit baptisari: ut pro numero eorū, nec nomina reperiret, quę imponeret singulis, omnib⁹ eiusdē uillę maribus, unū dedit: fœminis item unū: ut discrimina inter se sortirent̄: nec sic sufficere nomina uidebant̄. Turcorꝝ gentis eam fuisse multitudinē tradūt annales. nam ea

Multitudo ad baptismū·

tempestate cõfracta uidebatur potẽtia Turcorꝫ, capto Imperatore eorꝫ ab Tamerlane, filijsqꝫ uaria sorte dispersis: & ideo Christianis tum principibus, aperta uidebatur ad uictoriã uia. Vnde factũ est: ut Sigismũdꝰ quoqꝫ Vngarorꝫ & Ro. rex tam crebros de illa gẽte, duxerit triumphos. Quo tẽpore, Hussitæ in Bohœmia hæretici, de morte sui magistri furẽtes, eamqꝫ uindicare in fideles catholicos statuẽtes: in ipsa Praga facto cõcursu, per agmina inuadũt fideles: Cartusiam approperant, quos repererẽ perimũt: ipsam a fundamẽtis euertũt. Idẽ in omnia religionũ loca factitauere: nulli parcẽtes ætati, aut sexui: ut erat genus Bohœmorꝫ semper ferũ & crudele: nũc aũt accedẽte perfidia hæretita, adeo incrudruit: ut intolerabile fiat uniuersis. Magno sẽp odio, religiones illi hæretici prosequunť: infesti ante oẽs fratribꝰ Prædicatoribꝰ & Minoribꝰ: quorꝫ opera perijsse magistrum suũ Cõstantiæ queruntť. Magnã Christiani sanguinis uim ꝓfuderũt: magnã Christi sanguini iniuriã intulere quotidie: magnã reliquis sacramẽtis cõtumeliã. Conciliũ Pragẽsis urbis publicũ, obuiã ire malis initio cõtendit: principibꝰ nouæ factionis clam in prætoriũ euocatis: primũ urbis placare, & ad sanã mẽtẽ reducere cõtendũt: quo frustrati, spiculatore immisso iubẽt pœnas sumere clãculo illis obtrũcãdis. Quor, qui per canales manauit, ꝓdidit: Vbi innotuit esse cæsos, populares occurrũt: & ipsos patres nisi fuga sibi cõsuluissent, ipso oppressissent in prætorio. Cæsorũ corpora feretro imposita, sustulerũt in humeros, circũferẽtes, quasi Christi martyribus laudes cõcinũt: Hi sunt sancti, qui pro testamento Dei sua corpora tradiderũt. Frater erat quidã Augustinẽsis: qui nimio zelo ferueret in nouam hæresim diuulgandam: hunc uiri fideles clam de medio sustulerunt. Anꝰ nacta caput occisi, circũtulit, & hæreticorꝫ turbã ad arma conciuit: ut in tumultũ uersi, sæuirent in omnes fideles. Multa tum ac uaria prælia, sunt facta in gentẽ perfidã. Duces Saxoniæ, Marchiones de Misna, Coloniẽsis, Treuerẽsis, Mogũtinꝰ, archiepiscopi, aliqñ diuisim, qñqꝫ iunctis agminibus, in perfidos sunt inuecti, sine magno fructu. Ipse Romanorꝫ rex Sigismundus, iam malis coauctis, per magnũ tẽpus, par euertẽdis non fuit. Fama est principes Teutonicos, aliquãto seriosiꝰ rem aggressuros: si quas bello terras occupassent, iure gẽtiũ tenere licuisset: sed non patiť regnũ lacerari rex: testatus suũ esse patrimoniũ, q̃d alienigenis permittere, nec uellet, nec liceret: Si pro Dei gloria, & honore orthodoxæ fidei, militare constituerẽt, esse paratũ illis in cœlo præmiũ: se quoqꝫ non ingratũ futurũ, his qui præcipuã operã impenderẽt, edomãdis ceruicibꝰ pfidorꝫ. Hæretici mira usi fortuna, aut pares, aut superiores cõfligẽtibꝰ euasere. Rodulphꝰ dux Saxoniæ, cum aliqñ inter proceres Bohœmorꝫ, defensores nouæ sectæ, dẽ mãdato regis uerbũ faceret: ut ad meliorẽ eos sentẽtiam reuocaret, breui post moritur: signis extantibus in corpore sumpti ueneni: ꝙ illum toxico peremisse Bohœmi putarentur.

Hussitæ furiunt.

Bohœmi ab olim feri.

Cõsulatꝰ in Praga nititũ obuiare.

Hi sunt sancti Hussitæ.

Anꝰ cõcitat arma.

Principes in Hussitas.

Sigismũdꝰ ꝓhibet lacerari regnũ.

Dux Saxoniæ toxicatꝰ.

CA. XXX.

Duces Magnopolis in Marchiam.

IOhãnes interea & Albertus duces Magnopolẽses: Ericꝰ dux Saxoniæ inferioris, cuius germanã Iohãnes teneret coniugẽ: exercitu cõtracto peditũ, equitũqꝫ, duxit in Marchiã Brãdeburgẽsem

Aderat illis Otto dux Stetinēsis, copijs nō cōtemnēdis. Erat aūt expeditionis causa: ut Iohānē Stargardię dn̄m uinculis eriperēt: captū aūt tenebat Marchio memorat⁹. Erat enim perpetua illis palęstra, principat⁹ Stargardēsis: de quo sine fine luctabant. Cum Marchiā Brādenburgēsem sub Sigismūdo teneret Iodocus Morauię princeps, cōmēdauit illā abiēs Iohāni & Vlrico fratrib⁹, Stargardię principib⁹. Marchię porceres, cum inuiderent: trāscūtē Iohānē, cum ad Iodocū Marchionē, pficisceret, capiūt, & in arce Plawe septē annis captū detinēt: donec magno se lueret ęre. Eius quoq fili⁹ Iohānes, cum in eosdē pugnaret hostes, capit ad uillā Koblanke, & in captiuitate pmāsit annis nouē, ad tēpora Iohānis, qui Friderici marchiōis erat fili⁹: qui accepta non parua auri mole, captū laxauit. Sed in hac quā dicim⁹, expeditione, laxari nō potuit. Ne tn̄ frustra uenisse uideretur: opidum Strutzeburgū, obsidione cingūt, oppugnātes: Ciues interriti, cū haberēt etiā militarē manū secū inclusam, defensioni institerūt: quotidie muris inambulabāt, omni telorū genere superne iacto in hostes: Bōbardas aliquot in propugnaculis habuere: uno sæpe ictu uicenos oppressere: ita ut laxare oblidionē cogerent. Et qui paruulo in opido oppugnādo nihil pfecerūt, animos posuere, maiora ptētādi: retroq ducētes agmina sua, sine magno fructu redierūt: cum nō paruū suorū accepissent detrimētū: Marchiā tum habuit cōmēdatā ab Impatore Sigisinūdo, Frideric⁹ Burgraui⁹ Nurēbergēsis: qui hoc beneficiū pmeruit, defuncto sine prole Wilhelmo monoculo Misnēsi: cui⁹ principat⁹ trāsiuit tum ad filiū fratris: a quo iā in ducē Saxonię creato, trāstulit Impator Marchionatū ad dictū Fridericū & psceuerauit in ea domo Marchionat⁹, ad nostra tēpora: diuti⁹, ut confidit, pmāsur⁹. Hic est ann⁹. XVIIII. post mille quadringētos: cum palladiū Rostockcēse, & publica achademia, gymnasiū literarū, per Martinum .V. Sūmū pōtificē cōcederet. Principes ipsi Iohānes & Albert⁹, ecclesias pmisere, magistris distribuēdas. Senat⁹ urbis cōstituit annua stipēdia legētib⁹. Multi ex uicinis cōtulere nō pauca, in dotē eiusdē palladij priuilegiati. Sed ea nō diu pmāsit ordinatio, surgēte noua tumultuatiōe in urbe: qd suo tēpore dicem⁹. Quo tēpore Frideric⁹ Brādeburgēsis marchio in Wandaliā duxit exercitū: memor, q paulo ante, a Magnopolēsib⁹ sua esset impugnata ditio. Accessit altera causa: ut arcē Gorlose, latrociniorū fautricē, aut captā euerteret, aut deditā in possessionē caperet. Nec eum fefellit expectatio sua. Captā eñ euertit, & in ducē quoq Stetinēsem eadē expeditione duxit: captūq opidū insigne Tāgermūde: quod ad ducē pertinebat, suę fecit ditiōis. ab inhabitātib⁹ olim hereticis, hoc opido cognomen accessit: ut discrimen esset ad illud quod eiusdē nominis ad Marchiā ptineret. Lubicēses tum ciues, cū pyratę tenerēt infestū mare, ab Holsatis qui tum Danorū regi cōfligerēt, immissi: ipsi quoq stipēdiarios misere in mare, qui incolumē nauigationē pręstarēt mercatorib⁹. Cōtulere manus satellites pyratis: uicti pyratę fugā ineunt. Insequuti sunt Lubicēses in sacrū (quē uocāt) portū. Est aūt opidū maritimū Holsatię: coegerūt nauib⁹ relictis terrā petere. Nec quieuere Lubicēses, quo min⁹ & ipsi in pedes cō

Iodoc⁹ marchio.

Capitur princeps.

Relaxatur captus.

Dissoluitur obsidio.

Translatio marchionatus.

Erectio studij Rostockcēn.

Marchio in Wandaliā.

Euertit arcē latronum.

Lubicēses in pyratas.

xxii. pyratae gladio caesi. iecti, opidū ingrediunt. XXII. ex fugacib⁹ capiūt, cęteris dilapsis. Publico iudicio accusatos, de pyratica cōuincunt, gladiū perpetiunt ultorē. Capitaneus Lubicā aduehit, ibiq; pœnas psoluit legib⁹. Venerat ea tēpestate de Praga homo hęretic⁹ in diœcesi nat⁹ Bremēsi, opido Vorden: appliHęretic⁹ cōburitur. cuitq; Magdeburgū, semina pfidię sparsur⁹: detegit archiepō Guntero: capit, & examinat: cōpert⁹ est, qualē eū rumor detulit: cōuictusq;, cū ptinax pmaneret, degradat⁹, curię seculari, & igni tradit⁹ euolauit. XXXI

Arx Pragen recuperatur. Igismūdus rex, cū fortiter instaret Hussitis, arcē Pragensem, quā

S pridē occupauerāt, de manib⁹ eorꝝ eripuit, & in mōtib⁹ Cudwis castra fouēs, parabat ducere in cęteros fidei desertores. Venerat

zeucho simulat pœnitētiam. eo ad regē uir militaris Zeucho, probatę apud regē fortitudinis: qui decept⁹ Hussitarū errore, perdite pro illis agebat: sed apud regē simulauit pœnitētiā: pstratusq; ueniā postulauit erratorꝝ. Rex nō suspicat⁹ subesse fraudē: nō difficiles illi habuit aures: nec magnas obtēdit recōciliationis cōditiōes. Recept⁹ est in gratiā, q uir fortis esset, & ut cōspicuus esset cęteris, cū lrīs & mādatis mittit a rege, ad custodiēdā arcē Pragēsem, in qua multa erāt cōgesta, ecclesiarū & monasteriorꝝ preciosa ornamēta, sacrę uestes, ac uasa. Ille uir bon⁹, audacissim⁹ latro, itinere medio magnā cōflauit

zeucho traditor alienat arcem. manū perfidorꝝ: pfectusq; Pragā petijt arcē, & exhibitis lrīs regis intromittit cū omni suorꝝ manu. mox eijcit quos reperit custodes: sanctorꝝ reliquias igne cōcremauit: aurea, & argentea uasa, uestes sericas, & quicquid erat preciosum, inter suos diuidit: arcēq; tuet aduersus regē, pro quo credebat aduenisse. Sed fraus fraude cōpensatur. Abierat aliqn̄ Zeucho in

Pulchra arcis recuperatio. longinquū, relictis arcis custodib⁹, quib⁹ fidebat. Io. Polentz de Lusatia cū sciret illū abijsse: armis, uestib⁹, equis, signis militarib⁹, se per omnia similauit Zeuchoni, arcēq; petēs, poscit intromitti. nemo suspicat⁹ est, preter Zeuchonē esse aliū, q ad omnia signa cōstaret. intromissus, pro rege recipit arcē: eadē arte usus, qua illā Zeucho regi abstulisset. XXXII.

Vbicēses, & Hāburgēses ciues, iūctis armis, hoc tēpore arcē Ber

I gerdorpe oppugnauere: q, ut in Saxonia diximus, clam multa inde latrocinia, & excursiones fieri dicerent, per publica itinera.

Arx Bergerdorp dedit. Equites habuisse ferunt DCCC. pedites duo millia. Opidū facile captū diripiūt: apparatū arcē oppugnādi faciūt: nec poterat uirorꝝ, licet fortiū, qui arci preerāt, instātia tueri eā, ab tātis impugnātiū uirib⁹. Dedita arce potiūt, postea q̄ ad extrema uenerūt, qui custodiebāt. Mox in Ripēborg ductū est: quę arx, alteri lōge impar, multo poterat min⁹ resistere uenientibus. Vtraq; potiti: ipsi gubernatores duarū urbiū, alternis immittūt pre-

Groningen in uicinos. fęctū, mutatis per sextū quęq; ānū uicib⁹. Per quę tēpora Groningenses in suę gētis, opida duxerūt, Lewardiā occuparūt, Scauriā oppugnarūt & in suā potestatē redegerūt: iustū pręferētes imperiū in eos. Mira Phrisonū uanitas: libertatē pręferūt fabulosam a memoria Karoli Magni: cui⁹

Author ridet Phrisonū libertatem. lrās se tenere iactitāt: sed exēplar earꝝ lrārꝝ, adeo ridiculū, ut nullā fidē, sed cachinnū faciat. Ita ab ānis, qui ānotant, a psonis, quę in testimoniū cōsignant, tumultuariū est: fictor lrārꝝ, qsqs ille fuit, pręter uolūtatē mētiēdi,

nihil uidetur habuisse. Emendicatū exemplū apparet, de quibusdā literis quas Karolus. IIII. dedisse uidetur ex alijs. Nam principes, qui pro testimonio inserūtur: non Magni, sed quarti Karoli tempora recordātur. Sit gens uetusta, & si uolunt, fortis & honorata: præconē suū efferāt, Cornelium Tacitū: qui illorum recordatur in temporibus Neronis, & cum laude cōmemorat: φ eorū oratores donati sunt, a Nerone ciuitate: cum delectaretur, libero eorū iudicio, & facto. Viderūt enim in cōsessu principū gētē peregrinā: & cum interrogassent, quid sibi uellet peregrinorꝫ cōsessus: essetq; respōsum: hoc fidei pręstitū ei⁹ gentis, a qua missi uenerāt, tum Phrisios, sua spōte assedisse, preferētes: nullā esse gētē, Germanis fide prestātiorē: eoq; delectatū Imperatorē, eos insigniter donasse. XXXIII.

Tacit⁹ preco Phrisonū.

Germani fide præstāc.

W Arslaus dux Wolgastensis, Degenardū Buggenhaghen, uirū militarem, primariū eius terrę, qui (ut supra diximus) Cōradum Bonow Sūdēsem pastorē, & turbatorē oppressit, ad epulas inuitauit: quas in quodā molēdino iussit apparari. Euocati eodem, duo Sundensis opidi procōsules, non uenere φ fortasse quid ageret suboleuissent. Non insimulamus principē proditionis: sed exitus declarat, non fuisse illū ignarꝫ machinamēti. Venerat Degenardus, & cum principe suo cōuiuat, nihil mali suspicatus. Inter epulas, uenit ex familia principis, qui diceret, magnū adequitare globum armatorꝫ. Mox cōsurgens Degenardus, q̄d erat, suspicatur: uindices uenire necis nuper a se peractę. Vbi parat abitū, a quodā astante percussus in caput ense, cecidit. Irruere armati, & in conspectu principis, mox iacentē oppresserūt. Fama uolat in urbem: mox ex urbe in cęsi arcem mittitur nūcius, de nece domini: & ut diligēter tueanē, moniti sunt arcis custodes. Nec diu post, uenit Degenardi cęsi scutifer, cum ualida manu, missus a principe: ut arcem Wolde dictā, eius nomine, acciperet in potestatem. Sed exclusus, frustratur: cum essent (ut diximus) arcis custodes premoniti. Quo etiam tempore, Iudęi per Bauariam, arma, pecuniasq;, subministrauere Bohœmis hereticis: quo promptius infestarent fideles catholicos. Gaudiū erat infœlicium, & perditorꝫ hominū, φ Christiani mutuis se uiribus attererēt. Sed Fridercus dux Bauarię, re cōperta, Iudæos omnes captos, misit in carcerē: rebusq; exutos, docuit alienis malis non gaudere, nec insultare Christianis. Nam bona eorꝫ omnia, quę non pauca fuere, iussit ilico confiscari. XXXIIII.

Cōuiuiū lugubre.

Militaris trucidatur.

Arx trucidati seruatur.

Iudęi gaudēt de Boh. insultu.

Cōfiscātī bona Iudęorꝫ.

D Vrabat per ea tempora bellum, inter Danorꝫ regem Ericum, & duces Slesuicēses. Hamburgenses tum pro suis, ut debuere, zelātes principibus, immiserat mari duodecim ex grandioribus naues: Propria sorte nauigabant spontanei quiq;: sibi habituri, quicquid lucrarent: nec a quoq̄ stipēdia accœpturi. Littus occiduū Iutię infestum fecere: obuiā Danorꝫ manū cōfligentes superauere: dimersis tribus ex eorꝫ numero nauibus: in quib⁹ non pauciores ducētis, ex Dania perierūt. Interim Hēricus dux per terrā duxit in Iutiā: populabūdus ubiq; ingredit: opida gre mulctauit, cum redimerent incendia & prędas: uillę per agros direptæ sunt: multi ex incolis, qui ditiores putarentur, abducti captiui,

Hāburgēses superāt Danos.

ut in tempore excussi, redimerent ęre suo captiuitatem. Interim Bohœmi Hussitę: cum ex arce Pragensi ab regiis infestaretur, obsidione cinxerunt & expugnauerũt arcem memoratã: Omnem regis familiam crudeli nece peremerunt: & suis impositis, pręsidium firmauerunt. Rex ubi comperit, magna suorũ stipatus manu, ducit in perfidos. Illi cõcepta audacia, cum etiam deforis auxilia non deessent, ad regẽ exeunt pręliaturi: aciem illi opponere ausi. Gaudet ille foras prodiisse temerarios, quos in urbe opprimere difficulter potuit, confidit in acie casuros. Sed illi, ferarũ immanium in morem, prosiliunt: regiisq; incumbũt uiolenti, & q̃ putabãtur fidentiores. Cadunt utrinq; plurimi: sed maior fit strages regiorũ. Ita diaboli milites, catholicis etiã tum pręualuere Christianis. Ferũt supra decem in eo pręlio comites tum oppetiisse, cum innumera manu militum, ac militarium simul & gregariorum peditum.

Arx Pragensis expugnata a Hussitis.

Milites diaboli uincũt.

CA. XXXV.

Vndẽses ac Gripswaldẽses ciues, cum ferrẽt indignissime necem optimi, & eis amicissimi uiri Degenardi: nec essent in ei9 cognatione qui uindicarẽt: arma corripiũt: arcẽ oppugnãt, captãq;, dilapsis prius parricidis, cõmuniunt: breuiq; interposita mora, Meserow, quo se cõtulerant memorati sicarii, ducũt: cingunt, oppugnant. Vbi uidet loci dominus, iam pene captum fortalitiũ, lacum qui adiacebat pertrãsire linitre, ut elaberetur, conatur: Sed nauicula non ferebat armatum: Euersa demergit, armis grauem. Sedecim in arce capiũtur, qui in urbem protracti, publico iudicio cõdemnati: cum prius alligati equorũ pedib9 per urbem traherẽtur, rotis excarnificãtur. Cadauer nuper demersi militaris, iam pene corruptum, corio insuitur, & rota suffixum: uolucrib9 cœli ponitur exedendũ. Ita memorabili exemplo, necẽ amici militaris persequuti sunt ciues. Interim Hussitę Bohœmi, miris per regnum sęuiciis debachati, in catholicos ferebãtur. Exusta opida, direptæ urbes, & uici: ecclesię cõcrematę, monasteria omniũ ordinũ, quib9 infestiores fuere, penitus deleta. Sacrę uirgines cõstupratę. Occisi sine numero monachi sacerdotes: nulla uis obstitit. Sępenumero impares, maiorib9 superatis uirib9, uictores. Sigismũdus rex, iam bello Turcorũ magno per Vngariam implicitus, adesse non potuit. Quocirca principes electores muitauit, ut armis obuiam irent: tentatum est sępe frustra. Sępe magnis cladibus cęsi sunt exercitus catholicorum: aliquoties & ipsi heretici superãtur: sed semper ad arma cõsurgunt fortiores. Iam mõtẽ Cudwis munitissimũ, quẽ rex firmabat pręsidio, heretici occupauerũt. Fridericus & Wilhelm9 Misnię marchiones ualidum in Bohœmos exercitum, produxere: & trãsitis mõtibus, ad opidum Bruxe, hostibus occurrerũt. Hic iam miserante deo, cum magna esset peracta in perfidos strages: fugam inierunt, intra opidum se recipientes. Sequuti principes, obsiderũt, & impedimẽtis bellicis adhibitis etiam oppugnauerũt. Vbi muri iam pene cessisse bõbardis uidebant: heretici, captos quos tenuere ex catholicis, grandib9 affixere clipeis ut non nisi per corũ corpora, muri confringerent. Calamitosi ut poterãt acclamauere: non sibi parcendũ dicẽtes, ut uindictam sumãt de hostibus Christianorũ. Sed proue-

Arx expugnatur.

XVI. rotati.

Cadauer corio insuitur.

Sęuiũt Hussitę.

Misnię marchiones in Hussitas.

Hostes posuerũt captiuos ad muros.

nit, largiente Domino, & fortissimis uiris instātibus: ut opidū illis non leſis caperetur. Qui arma contra tulere, cęſi ſunt omnes ad unum. Sed hęc uictoria non confregit animos perfidorum. — Cęſi Hussitę

XXXVI.

IN perfidam Bohœmorū hęreticǣq; gentē: Martinus papa plenissimis indulgētijs cōceſſis, inuitauit principes, & omnes Christianos. Conuenit innumera ad diē multitudo equitū, peditūq; magnis ubiq; animis in eam expeditionē. Alij pecuniā, alij arma, alij reliquū apparatum contulerunt. Multi pro ſe miſere equitē aut peditē, ſubministratis ſumptibus. Conuenerant frequētes cum magnis agminibus, principes: Solus Romanorū rex expectat: Ille morā excuſat in Vngaria. Sed tantę multitudinis exercitum, diu alere ſine fructu & labore, infinitū uidebatur. Placuit euocatis proceribus, etiā rege non expectato cōcilium agere, ſuper administrādo bello. Dum in concilio deliberatur: incertū unde, ab hoſtibus, an per incuriā, tentoria principū, terribili incendio concremātur. Stabant ſtupētes, incerti, unde hoc malū oriretur: Dum trepidāt, arma & equos educere: emerſere hoſtes ex uicino opido, Sachz, & implicitis catholicis fumo & labore, ſuperuenerāt: & imparatis manus cōſerentes multos perdiderūt. Ita magno molimine inſtituta expeditio: dum caput deſyderaret, ceſſit in uacuū: periere impenſę, & operę plurimę. nā qui ſibi fuga conſulere potuit, ſatis tum erat fortunatus. Chriſtiani uero principes, omiſſis Bohœmis, in ſe uerſi: mutuis ſe armis lacerauerūt. Nam Fridericus Brādēburgenſis marchio, in Ludouicū Bauarię ducē cōuertit arma, quę in Bohœmos comparauit: ingreſſuſq; terram ducis, obuia omnia proſtrauit: nec erat qui illi aciem opponeret: breuiq; magnā eius ducatus partē bello cœpit. Arces, opida, urbes, numero ſex & triginta, in ditionē marchionis, per id tempus conceſſerūt. Fuit per eam tempeſtatē in maritimis regionibus, tanta aquarū inundatio: ut Deucalionis, aut Noę tempora in memoriā redigerētur. Non longe Dordraco, inſigni opido Hollandię, magna pars terrę paluſtris interijt. Sedecim ferunt parrochias cum innumera populi multitudine, quod dictu quoq; miſerabile eſt, intercœptas. Monſtrāt accolę locum, mari per ęſtum, ut ſolet, relabente. Magna ſe per hęc tempora, manus militariū uirorū, coęgerāt: ut non ad prędā, ſed ad prǽlium exiſſe uiderētur: equites centum & octuaginta: qui obſeruato itinere uenientiū cum mercaturis curruū, inter Albim & opidum Molne, breues ſibi nundinas conſtituerūt. Non potuit tantū agmē ire tacitum. Prǽmoniti Lubicēſes, Hāburgenſeſq;, in armis erant oportunis locis tendētes, occupauere uada & pontes, quibus redeūdū uidebatur, eius generis mercatoribus: necdū enim uenerāt in manus eorū optatę merces: & iam omnia uada audiūt inſeſſa ab urbicis. Quid facerent uiri, alias audētiſſimi, ſed tum in caſſes pene coniecti numero longe maiori incluſi? Recto itinere Louēborg petunt: Ericū ducē adeunt: ſecuritatē poſtulant, & impetrant. Nam ſe in manus eius conſtituūt captiuos: ne ſequentibus urbicis cōſignentur. Venere armati ex urbibus memoratis: arcem cinxere Louenborg: hoſtes publicos reddi poſtulāt. Dux autē ad ſe cōfugiētes amicos

Indulgētię i Hussitas.

Principes in Hussitas

Tentoria cō flagrata.

Principes in ſe mutuo.

Aquarū inundatio.

XVI. parrochię ſubmerſę.

Ericus dux ſaluat prędones.

Ducis rñsio.

respondit, prodere se non posse: redeant pacati in urbes, se curaturum: ut militares illi de iustitia respondeant: amicamq; inter eos cōpositionem, se facturū pollicetur: Non acquiescūt, asserentes si publicos ille hostes tueatur, pro hoste habendum: cognitum esse, eadē seueritate, leges distringere recoeptatores latronū cum ipsis. Replicat dux: nihil illos perperā ægisse, quibuscūq; ex causis uenerint, cogitationis pœnā mereri neminē. Cunq; nullis uerbis exaturari possent urbici: Ericus dux de uoluntate hospitum

Pactio de uita.

suorū, paciscit uitā & incolumitatē eorū: in quā rem, fide pubica interposita, traduntur. Sed cum intelligerēt ex illis nōnulli, se in urbes deducēdos, suspectā habētes fidē ciuiū, q sibi male cōscij essent, dilabūtur numero ui-

XX. dilabūt.

ginti: cęteri diuidūt ex ęquo, inter ambarū urbiū armatos. Equi & arma, more militari, in distributione uenere satellitū expeditorū. Aliquādiu carcere macerati, dum, ęre suo libertatem redimerēt, pręstita securitate, de nō

Latrones unde.

uindicādo, in sua quisq; sunt redire permissi. Erant uero ex Marchia, Prignissa, Magnopoliq;, quos illa uetus Wandaliæ natiuaq; conditio pertinacius, usq; in pręsens comitatur. CA. XXXVII.

Praga infœlix.

Raga infœlix domiciliū hęreticorū, in se uersis manibus, cruentissimo prœlio laborat. In urbe ueteri, pro magna tum parte habitauere Teutonici: uiri fideles, & catholici, qui magnis sunt odijs hęreticos nouę ciuitatis insectati. Frater quidā ordinis Heremitarū Augustini, feruebat noua hęresi: declamator ad populū eximi⁹: qui ubi li-

Frater disseminat hęresim.

bera uoce in urbe, etiā ueteri, ausus est hęresim suam disseminare: nō passi cōsulares improbissimū hominē, capiūt: & cū quibusdā sectatorib⁹ suis in tenebras condunt, nunq̄ rediturū. Resciuit hoc alicunde uetula, sectatrix eius, quę magnis clamoribus implebat urbē nouā: Sanctissimū predicatorem eorū fratrē Iohannē, a cōcilio ueteris urbis, esse indigna morte per-

Popul⁹ capit arma.

emptum. Tumultuatur populus, & captis armis, urbem ueterē inuadūt. Recto itinere, pętoriū petunt, reposcunt predicatorē suum: & quos inuenerant per tumultū oppresserunt: Iniectoq; igne, domum ipsam publicam cōcremare contendūt: quiescentibus ad omnia uiris bonis, q uiribus impares hominibus nequam uiderentur. Nam nisi deforis adiuuētur, infœli-

Vrbes Wandalicę in pyratas.

cius tentari bellū intestinū. Quo etiam tempore, urbibus maritimę Wādalicę, nō modo in latrones, terra grassantes, uerum & in pyratas, mare infestū habentes, maior erat contentio. Multi se collocauere in Phrisiā & ex eius portubus incurrētes, quotidianā prædā fęcere. Pertęsi aliquādo Lubicenses, & Hāburgenses ciues, classem instruunt: Albi educunt: mille imposuere armatos, bombardas, & petralias, ad expugnāda castella secū

Domiciliū pyratarū in Phrisia.

duxere. Peruenerant ad uicina opida Dockem, ubi sciebant esse domicilīu pyratarū: In ipso littore excitarūt sibi ijdem magistri pręsidiū ex cespite congesto: quod nullis bombardis quateretur: Groningēses socia arma iunxerunt, urbibus memoratis: pertęsi & ipsi latrociniorū, quę fierent per mare. Oppugnatur pręsidiū fortiter: ab his qui inerant, defenditur. Sed

xliiij. pyratæ gladio cæsi.

pręualuere oppugnātes: captoq; & funditus euerso fortalicio, quadraginta quatuor uiros, qui pugnæ superērāt, publico gladio cęsos, pœnas legib⁹

dare coegerũt. Mox in uicinum opidum cõuertunt agmina. Pyratę cum audirẽt exitum cõpariũ suorũ: fugam ineũtes, abeũt: opidum ingressi, urbici, reperiũt opimã prędã: recognoscũt sua signa mercatores: Phrisones se alienos culpę clamant, sed tñ receptatores improborũ, bonis omnibus nudãtur: quidã etiam eorũ capti abducũtur: sed postea incolumes remittuntur. Interea, qui pro ducibus Sleswici, infestabãt littora Danię, satellites, uumero quingẽti opimã cernũt adnauigare prędam. Rex arcẽ Flensborg, importatis armis, & cõmeatibus statuit cõmunire: ea inerant nauibus: Holsati aggressi naues capiũt. Danos in mare proturbãt: captas res, Kilonẽ inuehunt. Henricus aũt dux, magna suorũ, quãta potuit, maxima collecta manu, arcem quã tum obsederat rex (Dorning uocãt) importatis cõmeatib⁹, quibus laborabãt, asseruauit. Nam aggressus obsidentes, deiecit duo presidia quę Dani erexerant: & ipsis cementibus, frẽdẽtibusq́, quęq́ uoluit arci inuexit: uictor reuersus: satis secur⁹ q̄ si nõ fame, nunq̃ armis expugnaretur arx, alias munitissima.

Receptatores pyratarũ bona perdũt

Holsati uictores cõtra Danos.

CA. XXXVIII.

Iu Lubicenses cõtinuere, ne Danico bello implicarẽtur: memo
d res regalis in suos maiores propensionis q̄ illos uel solus restitu-
isset in urbem. Sed cum satellites, qui regi militarẽt, per mare sine discrimine prędarẽtur: inq́ regno non satis tolerabiliter haberẽtur mercatores Lubicenses: iuncti cęteris Wandalię ad orientem urbibus, hostilia & ipsi nunciauere regi. Orientale ergo mare Lubicẽses, Wismarienses Rostockcenses tutati sunt, in eos, qui pro rege nauigauere. Hamburgẽses per Albim dilapsi, occidẽtale latus Iutię uastãt: inuẽtisq́ nauib⁹, quas pridem Dani ademerant Holsatis, ipsisq́ Hamburgensib⁹: cum neq́ anchoras, neq́ uela, neq́ reliqua armamẽta, quę Dani cõsulto abstulerãt, haberẽt, iniecto igne illas cõcremarũt, & littora uastãtes Iutię, opimã prędã retulere. In Baltico aũt mari: q̃d a Baltia peninsula, nõ balteo nomen habet: nam ea cõtinet (quod dixim⁹) tria regna aquilonis: Lubicẽses, cum orientaliũ urbium uiribus, grassantur in hostẽ. Iam rex, Hollandinorũ magnas naues, quę ad anchorã stabãt in portubus regni, armare cõstituerat, & ciuitatũ classi opponere, pręueniẽtes urbici, anchoris, uelis, & funalibus eas naues priuauere: quo inutiles regi essent. Cumq́ nõ tum armis rex posset occurrere, treugis cõstitutis, pacis curauit fieri mẽtionem: cõstitutoq́ loco, ac tẽpore, cõuentum indixit: sed frustrario fuit, ut sępe ante. Consiliũ erat regis, urbium cõmunitates lõgis & infructuosis grauare impẽsis, ut exorto murmure, consurgeret plebs in patres. Pace interim foris cõstituta, diu intus illi tumultuarentur. Ita interpretati sunt plurimi tum regiam mentem.

Lubicẽ̃s hostes regis Danorum.

Naues cremantur.

Magnę naues Hollãdinorum.

Vafrũ regis consilium.

CA. XXXVIIII.

Olislaus interim Polonię rex, Iagail ante dictus & quod sępe cõ
b monemus, genere Letuanus: cum iniquã mẽtem, & alienũ sem-
per haberet animũ, in fratres Teutonicos per Prussiam: quibus etiam magnam ditionis partem ademisset: Illi uero ab recuperãdo suo nõ quiescerẽt: ipse tum rex uocato in societatem belli, Vitoldo, quẽ Alexandrum in baptismo dixere, fratruele suo, arma cõuertit in Prussiam. Ferũt

Rex Polonię malo aio in fratres Teutonicos.

In exercitu eius fuisse ducēta millia pugnatorū. Fratres ipsi uiribus & numero impares, animis etiam superiores sibi uisi, fixerūt castra ad riuū, unde hosti transitus erat. Cūq; hostilis exercit⁹ quotidie increſceret, nec iam diutius sustineri posse uideretur, retro pedē fratres tulere: & transitu permisso, ad cōmuniēdas urbes & arces suas cōuertūtur. Transito amne, rex obsedit arcem Lokow: sed ea tam erat cōmunita, ut nullam oppugnationem formidaret. Cōsumptis in eo labore diebus octo, frustratus rex, soluit obsidionem: duxitq; in arcē & opidū Reſenburg. Habitatores loci diffisi iam rebus in tuta exportatis, opidum reliquere. Arx erat pontificis: nec ille defendere fisus, incustoditam reliquit. Rex suos in arce & opido collocauit: ultra progressus omnē terrā Culmensem, igne ac ferro uastauit. Incolę id ueriti, res omnes & pecora cum affectibus exportarunt in insulam quā duo flumina Vistula & Treuenitz efficiūt: inq; eam multi cōmigrarunt. Vada aūt fluuiorū ita cōmunierāt, ut difficillimus fuerit hostib⁹ trāsitus ad illos. Dum ita sęuirēt in Prussis Poloni: fratres exercitū octo millium expeditorū mittunt in Poloniā: qui egregie cōpensabat dānis dāna. Immunita in regno ut sunt fere omnia opida diripiunt: munitiora expugnāt, satis ubiq; prospere: Quinq; urbes oppugnatione facta ceperunt. Crone monasteriū, quod rex ipse incastellauit, exercitus fratrū expugnauit, cęso cum multis loci prefecto: solo munitionem equant. Interea rex in Prussia Culmensem urbē expugnat, firmatq;, suo presidio, imposito: Ecclesiam maiorē in castellū cōmunit: per domos canonicorū castra dispartitur. Magister aūt, quātas potuit, uires cōtrahens, regē in ea obsedit urbe. Quanto enim erat exercitus regis numerosior: citius erat expugnādus fame: inq; eam necessitatem breui regē perduxit: ut prior pacis faceret mētionē. Constitutis aūt treugis copias magnas dimisere: Submissisq; uiris prudentibus, rem omnem & cōtrouersiā his conditionibus pacauere: ut fratres duabus arcibus, quas in finibus suis, aduersus Letuaniā erexere, Nesse, & Drauenburg, euersis, & demolitis, regi, ducięq; in Prussiā quoties uellent iter permitterēt. Dura erat conditio: sed necessitas aliam non habuit legem. Dum hęc agerētur, superuenere principes Theodericus archiepiscopus Coloniēsis, & Ludouicus dux Bauarię, missi ab electoribus principib⁹: ut intercepto bello, de pace agerēt, instructi mādato regis Romanorū. Hi renouatis tractatibus, reuocatisq; pactis prioribus, in tolerabiliores rem redegere cōditiones. Quib⁹ per omnia firmatis, in sua quisq; redierunt.

Arx Lokow obsidetur.

Vastatur terra Culmeñ.

Teutonici in Poloniam.

Vrbs Culmeñ. expugnatur.

Rex obsidet & petit pacē

Cōditiones pacis.

Bellū intercipitur.

CA. XL.

Post hęc tempora, qui fuit ānus a Christo nato uicesimustertius, in nouo sęculo, quadringētesimo dilapso: Iohānes dux Magnopolensis, in arce Zwerino diem suū obijt: duos paruulos, relinquēs Hēricū, & Iohānē: quorū Hēric⁹ ad nostra tēpora peruenit: pater eorū principū, qui nūc rebus presunt, Magni & Baltasar. Sed tum paruuli sub matre Katerina educantur. Rerū autē gubernacula accepit Albertus dux, Alberti regis filius: sed ea non diu tenuit, subtractus ex hac luce sine liberis. Quo tempore, in Bohoemia rebus semper in deteriora prolabentibus

Io. dux Magnopolensis obijt.

heretici creuerũt crudeliter digrassati in omnes fideles catholicos: sed seuerius in religiosos: cum diceret facticias religiones esse adinuẽtiones diaboli: unã esse uerã & solidã & syncerã, Christianæ pietatis religionẽ: quã in magno ecclesię monasterio, sub abbate Christo, omnes profiterẽtur in Christo baptisati. Obsederunt tum heretici magnis apparatib⁹ arcẽ regni pręcipuã Karlstein. Inerat cum ualido pręsidio Iohãnes Polentz, regis capitaneus: sed a fame illi periculũ imminebat: nec par esse potuit obsidẽtib⁹ ut in aciem educẽs illis se obiectaret. Coangustatus ergo inuenit, qui soluta obsidione cõmeatus illi importarent. Fridericus Misnę, & Fridericus Brãdẽburgensis marchiones & Ludouicus dux Bauarię, tribus agminibus adoriũtur obsidẽtes, & facto impetu in eos, aliquot milia fundũt: uertuntq; in fugam obsidẽtes. Ita arx pręcipua, quę multa seruabat preciosa regni Romani insignia: quę illuc Karolus. IIII. inuexerat de manib⁹ perfidorũ eripitur. Quo tẽpore, Fridericus de Brãdẽburgo marchio, in Parlberg cum Alberto duce Magnopolẽse, de diuturno inter eos bello pacando, colloquiũ habuit. Suberat belli causa ꝙ militares sinẽ non facerẽt deprędationũ assuetarũ. Principi quidem suo se purgãtes. Alijs tamẽ innocẽtię suę fidem facere non poterãt. Cõpertũ est, utriusq; principis cõsiliarios, non ęque ad concordiã laborare: ꝙ quibusdã, pacis tempora, q̃ belli erãt grauiora. Hoc cum marchio comperisset: omni suorũ cœtu cõcilij dimisso: Idq; ex Alberto duce deposcẽs, solus cum solo, negocia pacis pertractauit: & conuenit inter ambos: ut Fridericus duas arces, Domze, & Gorlose, quas ex Magnopoli per bellũ acceperat, de benignitate redderet: filiamq; paruulã illi coniugẽ desponderet: Iohannẽ tñ iuniorẽ Sargardię dominũ, quem captũ tenuit, necdũ relaxauit: pretensis quibusdam ex ratione causis: ut in alterũ diẽ hoc seruaret. Erat tum bruma gelidissima: quę usq; adeo mare cõstrinxit: ut equites mare transirẽt ex Prussia Lubicam: littoralibus credo locis constrictũ mare, iter prębuisse terrestre. Nã medijs in fluctibus raro est tanta quies ut constringi patiatur.

Hussitę sęuiunt in religiosos.

Arx karlsten obsidetur

Tria agmina in obsidẽtes.

Pax fit per solos dissidẽtes principes

Mira maris cõgelatio.

FINIT LIBER X.

INCIPIT LIBER XI.

Magnopolensis insignis Wãdalię ducatus, per Albertũ ducem Alberti regis filiũ, administrabatur: Nam nepotes eius, ex Iohanne fratruele, Henricus, & Iohannes, impuberes tum fuere: educati sub matre Katerina. Albertus aũt, uix exacto anno, a die desponsatę sibi impuberis puellę, diem suum obijt. Intacta puella redijt in paternã domũ, ad patrẽ Fridericũ marchionẽ. Opidũ Wittenburgũ cum pertinentijs, donatione propter nuptias, habebat deputatũ. Sed qm̃ in sponsalibus res hęsit, nec est peruentũ ad nuptias, arbitrati sunt Magnopolẽses, donationẽ factam non cõstare. Est enim propter nuptias

Inanis donatio propter nuptias.

Tutela apud patritios.

uocitata, etiã si ante fiat. Cõmiserat aũt Albertus moriens terrã, & tutelã nepotũ ex fratre, gubernatoribus urbiũ Rostockij, & Wismarię: non ut administraret principatum: sed ut consilijs & auxilijs fouerent paruulos. Mater aũt paruulorum domina Katerina, Matthiã Axkowen militẽ, uirũ ad omnia fortẽ, prefecit rebus gerẽdis, & eius dictu, & ministerio, cuncta pro imperio ipsa gerebat: mulier prudens, & quę ęquaret, multosq́ supe- raret uirtute. Quo tẽpore Ericus rex Danorum, causam suã apud regẽ ęgit Romanorum Sigismũdũ: euocauitq́ duces Slesuuici: ut de ducatu, corã illo rege transigatur: Crediderim, arbitrũ causę factũ regem Romanorum. Ali oqui, Dania nunq̃ subesse passa est Romanorum imperio: ut tum rex legiti mus uideretur in causa iudex: Sed quod de uoluntate partiũ susciperet ar bitriũ: idq́, ut credam, inde adiuuatur: q̃ si Dania, uel iure, uel cõsuetudi ne, uteretur Romanorum: plana causa uidebatur, & expedita, ut filij patri sur- rogarẽtur. Sed quoniã, ius aut consuetudinem Romani feudi Dania non agnoscit: putabãt regij concessionẽ Gerhardo patri factã, non esse realem sed personalẽ. Abiudicauit tum rex Romanorum ducibus Slesuuicẽsem du catũ, ex qualibuscũq́ documẽtis, quę pridem attulisset quidam, ad hoc in Daniã missus, decretorum doctor. Sed deuolutũ est laudũ, reductũq́, tãq̃ ad arbitriũ boni uiri, ad discussionẽ Sũmi pontificis: qui causam Theode rico Coloniensi archiepiscopo cõmisit audiendã. Indignatus aũt Roma- norum rex, q̃ auderet falcem papa in non suam messem dimittere: expostu- lare iussit, ad hoc missum, oratorẽ. Poterat aũt, nec omisit Sũmus põtifex, q̃d optima ratione potuit, suũ factũ tueri: q̃ arbitriũ ad se de iure deuolu tum examinari mandasset. Sed hęc in Dania partim: etiã pro sua parte, in Saxonia explicita, nũc breui cõmemoratione satis est attingere.

Danorum rex ęgit causam corã Ro. rege.

Slesuici lata, p rege Danorum

Papa cõpetẽs arbiter.

II.

Tribus, uno tempore locis, satis distantibus, quod prodigij loco habitũ est, exorta ferũt incendia: quę nulla ui restringi poterãt. Gdani in Prussia: Tandem in Wandalia: Duderstat in Saxonia ecclesiæ & monasteria una cõflagrarunt, cum multis mortalibus. Ferunt (quod diximus) nulla ui aquę, nulla deniq́ subuersione domorũ, succur- ri potuisse: donec a fundamentis omnia cõsumerẽtur: quę illud incendiũ attigerat. Rem tum quoq́ nouã, & insigni multorum fama diffusam, ferũt in Liuonia urbe Rigẽsi contigisse. Magister fratrũ ordinis Teutonicorum cum uellet nuptias conserere, inter iuuenẽ professione mercatorẽ, & muli- erem, quã idem magister non odisset, refragareturq́ iuuenis, q̃ dubię ui- deretur mulier pudicitię: quę cõtemptũ suũ protulit ad uindictã: ut olim uxor Aegyptij, in Ioseph, & Pasiphe in Ippolytum: deferẽs iuuenẽ magi- stro fratrũ, de furto illũ impetiuit. Ille iussit publico condemnatũ iudicio, necari iuuenem suspẽdio. Iam moriturus iuuenis: qm̃ inquit in hoc mun do iniuste cõdemnatus morior: ad iustũ iudicẽ uoco magistrum in diem tertiumdecimũ, mihi de iusticia responsurũ: ut ibi uerũ inter se ac me ex- periatur iudiciũ. Moritᷣ iuuenis: Magister auditã euocationẽ cõtempsit: uixitq́ lętus discutiens melancoliã. Venit dies constituta, & ecce subita egritudine corripitur, certus q̃ moreretur astantibus dixit: En morior,

Incendia in tribus locis.

Iniuste de furto cõdẽnat⁹ citat ad deũ

Citat⁹ obijt

uideo qui me uocauit astantē: quo dicto obmutuit, & paulo post uiuendi finē fecit. Fabula uulgat̃ per omne Liuonię theatrū. Mulier inde ab alio mercatore de uero furto impetit̃. Inuenit fideiussores, ut iure respōderet. intra diē uiriles sibi uestes aptauit: ut clericus tonsoratur. abit in Prussiā, non expectato iudicio; quod formidabat. CA. III. Mulier inīq.

Erslaus Wolgasti, Casimarus, & Otto fratres, Stetineses, duces, cum assiduo de finibus bello colluctarent̃, aduersus marchionē de Brādeburgo: expedito exercitu Prinslauiā urbē claram Marchię obsederūt, oppugnarūtq;. Ciues defensioni suę, non tam prompti, q̄ debuere, uidebant: ęquiores in hostiū parte, q̧ crebrius exacti & emūcti ære, pręsentē nō amarēt principatū. Vrgebat foris hostis. Intus, quē marchio urbi pręfecit, uir militaris, hortat⁹ est: ut defensioni suę non deessent. Sed dum acrius hostes instant, q̄ illi se tuerētur, capta est urbs. Capitaneus equo cōscenso abijt. Sequuti sunt illum ex ciuibus pręstātioribus uiri duodecim: arcē illius cum eo ingressi. Ille non auersatus uenietes, dexterā iubet protēdere in fidē marchionis: ut eius essent potius, q̄ hostiū captiui: q̧ segniter urbē tuentes, hosti illā prodidissent. Principes autē qui urbem cœpere, positis ad opportuna loca custodijs, iubēt adesse ciues in conuentu fratrū prędicatorꝝ: q̧ locus ille capacissimus, minus etiā armis formidabilis uideret̃. Prodiere frequētes in cōspectū principū ciues. Tum admirās multitudinē Otto, fertur dixisse: Si uiri fuissetis, non tam leui momēto urbem caperemus. Illi demissis capitibus, sacramenta pręstāt uictoribus: ut deinceps in eorꝝ fide permanerēt. Homagiū uocant, facturi deinceps, q̄d ab eis iuberent̃. Et ut prodigia inseram⁹. Erat per id tēpus puella in Hollandia, opido Schiddam, Christo deuota: quę intra octo & uiginti annos nullo corporali cibo refecta, solo Dn̄ici corporis sacramēto per singulos dies dn̄icos accœpto, uictitabat: corpus attenuatū, solis neruis cohęrebat & ossibus: carnes cōsumptę, uires ademerāt: curiose experiri statuit sacerdos, si quid subesset aliud: afferebat aliq̄n puellę hostiā non cōsecratā: ut probaret, si Dn̄ici corporis, sola uirtus, fœminā sustineret. Ferūt mox destitutā uiribus factā, uelut in agone: & nisi citius Dn̄ici corporis pręstatione succurrisset, animā protinus efflasset. Idem quoq; alijs in locis usu cōpertū ferūt. Viuit hodie puella, aut paucos ante ānnos in Perusio Italię ciuitate defuncta est: de qua similia ferebant̃ per omnia. IIII.

Prinslauiā urbs obsidetur.

Capit̃ urbs.

Dignū principe dictū.

Puella annis xxviij. absq; cibo.

Alia puella Perusij

Non facile poterat uetus odiū cōpacari: quod erat inter Magnopolenses, & uicinos Marchię habitatores. Trāsactū uidebat̃ inter Fridericū & Albertū principes: q̄d proxime diximꝰ: Sed Alberto iam facto de medio, cum etiā Frideric⁹ marchio lōge uideret̃ abesse recruduit bellū. Nam Iohānes Gantz de Potlest, iunior baro nobilis, nō cōtemnēdā manū militarem duxit in Magnopolim: q̧ cōtemneret terræ gubernatorē: facile ratus terrā sine principe peruadere. Sed Matthias miles, gubernator, expediuit non leuē militariū suorꝝ numerū: & obuiā profectus, manū cōserit uenietibus. Ibi fortiter utrinq; digladiatum est: Sed marchitę numero & uiribus impares, cessere: capti ex eis plurimi. Ipse ba-

Conseritur manus.

ro ductor cum multis uenit in manus Magnopolēsiū: insigniter ęre emūctus, priusq̄ laxaret. Magno deinde molimine Christopherus & Wilhelmus, dn̄i Wandalorū duxere in Prignissam, quę est iuris marchionū, puer nerecp ad uicina opidi Wistock: ibi prędas cōuectabāt, omnibus in circuitu euastatis. Iohānes Friderici marchionis filius, uenientibus se opposuit: & in uicino opidi Priswalk cōgrediunt. Bellatū est utrincp strenue: cecidit in acie fortiter pugnans Christopherus princeps de Warne. Erat ex capitaneis Magnopolēsiū, qui turpi fuga cum quadraginta lanceis desertor factus est principū suorū: uenissetcp in manus hostiū Wilhelmus, nisi Henricus Molsaen, uir fortis, pro suo dn̄o se obiectasset periculo: captus, ut ille euaderet. Iohānes quocp de A, uir militaris, & iam cōsul Rostockcensis, ibi capit. Intercœpti cū cōmeatib⁹ septingēti currus. tant⁹ fuit gerēdi belli cōmeat⁹, tanta in dies prouisio. Hac uictoria primū insignit Iohānes iunior marchio, referens ex hoste spolia multa. Aderat illi senior de Potlest baro: ut capturā filij, p̄ximā, insigniori nunc uictoria aboleret. Ita uertente fortuna, ut nunc hac, nunc illac se uertat, mobilis uolucriscp uictoria.

Princeps in bello cadit.

Desertor fugit.

Io. Marchio uictor.

CA. V.

CAsimirus de Stetino, & Werslaus de Wolgasto duces, assiduis irruptionibus Marchiā uexauere: quod cum Frideric⁹, qui tum in superioribus agebat Bauarię, intellexisset, ducto inde agmine, quod etiā in Marchia uehemēter adauxit, mouit in hostes memoratos, in ducatū Stetinēsem: obseditcp arcē, quā uocāt Quatuor rotarū, quadrigariā dicere possum⁹, circūmittēs expeditos, qui omnibus puastatis, prædā in castra cōportarēt. Obsessi, misere, qui principibus suis rem exponerēt: cōmonerētcp cōmeatū importare: cp sibi a fame uiderēt laborādū. Illi uero non segnes, ex Pomeranis, Prussis, Polonis, magnū exercitū cōparauere: ut hosti obuiā eūtes, soluerēt obsidionē. Exploratū Fridericus habuit, quāta manu superuenirēt: circūspiciēscp, uidit sibi, q̄d hosti minabat̄, imminere: defuturū cōmeatū, si a maioribus hostiū copijs circūsederet. castra igit̄ loco mouit, & in tutiora duxit: si forte hostis sequeret̄, manū cū eo cōserturus. Ferūt in obsidionis loco, cum duces superuenirēt, tanta Fridericū celeritate pfectū, ut apparatū oppugnationis, hosti relinqueret: bōbardas cum machinis, & cętera id genus. Russorū tum urbem clarissimā Nouguardiā uocāt, tāta lues inualit epidimię, ut intra sex menses, octuaginta hominū millia perirēt: tanta, ut ferūt, celeritate, ut ambulātes in plateis, mox deciderēt: & ad sepulchra motuorū, qui sani tumulādis alijs, aduenerāt, cū mortuis, mortui, tumularent̄. Auxit aeris corruptoinē, multitudo insepultorū cadauerū, quę ita profundauit corruptionē, ut maximā celerēcp uim occidendi homines, haberet.

Arx quatuor rotarū obsidetur.

Soluitur obsidio.

Nouguardię sęuit pestis.

CA. VI.

IAm uero in Bohœmia tantū excreuit potentia perfidorū, ut non cōtenti, in regno omnia pro arbitrio euertere, foras exercitū ducere cōtenderūt: ut etiā uindictā in hostes suos molirent̄: memores q̄ frequēter ab Friderico Misnę marchione sint profligati, in illū ducere primū statuerūt. Quatuor lancearū millia ferūtur eduxisse: ea fuisse se-

Hussitæ in Misnam.

runt uiginti: aut si minus, sedecim equitũ millia: Nam lacea quinq́ iumentis, fulcit aut si minus, quatuor. Ea manus obsedit opidũ Misnę Duxa. Id ueritus Fridericus, urbem, ut poterat, cõmuniuit, forti imposito præsidio, quãtũ defensioni satis esse putaret: armauitq́ sex suorũ millia: quę ex oportunis locis incurrerẽt obsidẽtibus: uexarẽtq́ abintus, deforisq́, ut obsidionẽ desererent. Impugnata est acriter urbs, & aliquãdiu fortiter defensa: Sed ubi præfectus iam rebus suis intra urbẽ diffisus, siue, q̄ foris hostibus se cõsideret esse grauiorẽ, noctu cum pręsidio militũ egredit̃: ciues cohortatus, ut fortiter tuerent̃ urbẽ: futurũ pollicitus, ut foris inuasis hostibus, is illis facile labor creatur, quo oppugnãdę urbis animũ deponerẽt. Erãt in ea urbe quoq́ qui hostibus fauerẽt: e quibus unus clam muro delapsus, hostes admonet, fortiter oppugnẽt, abesse pręsidiũ, q̃d inerat: facile de manibus ciuiũ urbẽ capiẽdã, si perseuerẽt. Illi acrius intendũt uires: sine requie oppugnãt: & pertinaci instãtia perficiũt, ut defatigati propugnatores ciues, tuta requirãt. Hostes muro, inde urbe potiunt̃: sæuit̃ sine exemplo in omnẽ ætatẽ, utrũq́ sexũ, omnẽ ordinẽ: strages sine ulla miseratione peragitur. Multi ex ciuibus ecclesiã in castelli modũ tẽtauerũt cõmunire: inde se defensuri. Superuenere heretici, & igne iniecto, omnẽ illã multitudinem incẽdio cõsumpsere. Pereũt ecclesiæ cum priuatis domibus. Deijciũtur muri, & miserabili strage peracta, fit urbs sepulchrũ suorũ ciuiũ. Ita ab alto, dissimulãte Dño, ut per occultã iustitiã, aut purget scoriam peccati, aut excipiat abudãtius in cœtũ sanctorũ martyrũ, uasa glorię. Romanorum rex, & cęteri principes, rem tantã reijciũt in Summũ põtificẽ, & ecclesiasticos principes, ad quos aiũt pertinere, incẽdiũ ab ecclesiasticis ortũ restinguere: Vt quid enim terrarũ dominia: aut prouinciarũ imperia: Num ut nepotes extollãt, & inter principes collocent: Num ideo permissa sunt illis uectigalia, ut inde luxurient̃, superbiant, impiguescãt: Iusta nimirum querimonia, sed inexcusabilis ignauia, propter hoc permittere sęuitiã impijssime gẽtis in populũ catholicũ. Dum istã stragẽ hostis Bohœmus peregisset, in sua reducere cõtẽdit exercitũ uictorẽ, prędis onustũ. Erupere alij q̃n Misnẽses armati, & oportunis locis, uelut ex insidijs inuasos hostes, ad tria millia, p̄sternũt: sed nihil ad eam stragẽ, quã illi intra unã urbẽ excitarũt. Fœlicius in oppugnãtes duxissent: q̃ post uictoriã, post suorũ cladem inuolassent: quę tam diu causa cõtinuerit, incertũ est: poterant prospicere multitudinẽ, cui pares esse non poterãt: sed iam prędis oneratã, iam incuriosam ab hostibus, adorti: fuderunt.

Obsidetur opidum.

Præfectus urbis dabitur.

Admonẽtur hostes de prę fecti abitiõe

Expugnatũ opidũ.

Hereticorũ impietas.

Seculares in ecclesiasticos obloquũtur

Tria millia hereticorum deleta.

CA. VII.

Nec diu rebus erat quies: Aberat ea tempestate Fridericus in cõuentu principũ Nurẽbergę detẽtus: ubi de gerendis rebus cõsultabant Germanorũ more: qui longis cõcilijs, & frequẽtibus conuentibus, magis distinent q̃ finiãt res cœptas: Dietam (ut uocãt) ex dieta creãtes. Bohœmi heretici in castris agebãt: ducturi, ut erat opinio, in opidum Misnę Wissenzee. Opidani diffisi munitionibus, q̄ munitiorẽ sua, cernerent euersam urbem: dilabuntur quo quisq́ poterat, opido dimisso: sua quiq́ in munitiora deportant. Interpellabant ex his nõnulli, dominã

Mos Germanorũ in cõuẽtibus.

Wissenzee opidũ Misnę

Prudens foemina. Friderici coniugē: ostendentes, quod immineret periculū. Foemina prudens, nuncios circūagit: omnē terrę militiā contrahit, uicinos comites inuitat: ex opidis, ex agris, omnem pugnatorū manum contrahit: magnum perinde cōflauit exercitū: ductorem creans Bussonē Vicedominum, ut fama erat, acrem, & armorum scium: cui signa militaria in acie permisit: iussitq; ad terrę ingressus, & ad custodiam oportunis in locis adesse cum expeditis. Tanta autē cōuenerat armata multitudo, ut facile confiderent hostibus ire obuiam. Igitur per montes duxere in Bohoemiam: inueniūt in castris communitis, hostes sub diuo agere: sed adeo firmatis mansere castris, ut inuadi nō possent. Altis fossatis, sublimibus uallis, sudibus pręacutis, sese cinxerūt, ut telis hostes petere, ipsi lędi non possent. grandibus cathenis cinxere munitionē, ut nulla ui ad eos posset penetrari. Stetere tamen Misnenses, cum auxiliarijs in campis: aciem, uelut pugnaturi, ostendentes. Bohoemi, ut est genus hominū indomitū & effrene, non passi diutius ad pugnā prouocari, educūt & ipsi in aciem: principia ferratis cathenis firmant: ut disijci caput aciei non possit: cęterum ipsam perfringere hostium aciem conantur. Vix cœpta est pugna: & ecce signifer Busso, uel rebus diffidens, uel proditionē exercitus, quod multi putauere, faciens, ipse in fugam cum suis se conijcit. Magnū rerum momentū ubi signa cedunt. Stetere aliquādiu primi pugnātes: sed postremi cernētes fugam Bussonis, cum non parua suorū manu, & ipsi fugiūt. Bohoemi tam cedentibus imminent: mactantes: quē auersi omnes, in fugam respiciūt. Cęsa ferūtur duodecim millia eo die: cęteris turpi fuga prolapsis. Ferūt deinde aperta uoce signiferū prodidisse exercitū hostibus, ut se uindicaret de principe suo, qui nuper germanū eius, proditionis reum, capite damnauerit. Quā necem, ut ille dicebat, iniustam, cum armis uindicare non posset, hoc ferunt modo perniciosissime uindicasse. Hoc uno nō cōtemnendo, sed memorię perpetuo cōmendādo exemplo, principes ecclesiastici & seculares sibi caueāt: ne nimiū his, quos, uel in propria, uel alterius eis sanguine seu affinitate iuncta, personis lęserunt, fidant: ut eis rerum summā, prefertim in bello imprudenter credant.

Signifer proditor fugit.

Caesa XII. millia.

Hostes sub diuo.

Busso ductor exercitus.

CA. VIII.

Iohannes Friderici Brandenburgēsis filius, pro patre absente relictus Marchię gubernator, non potuit dissimulare, captam nuper de principatu suo urbem Prinslauiam: subauscultans, percūctatur ciuium inclinationes. quos ubi audiuit, marchioni potius, q̄ Stetinensium ducibus propendere. constituit illis noctē, qua ualida manu urbem ingrederetur: eijcere pręsidium, quod Stetinenses imposuere: & urbem in suam redigere potestatem. Ad fluuiū Vkere patentem illi portam ciues fecere. Ingreditur noctu cum expeditis. Accurrit ciuiū multitudo, Brandenburg insonuere. Exterriti ducales: rem pene amissam intuentur: tenuere portam urbis incastellatā, munitāq;. Sed Iohannes cum ciuibus uirtute fortiter oppugnatur. Extracta est in aliquot dies oppugnatio: uerum quia diuturna esse non potuit defensio, fame obsessos perurgēre, aggressi ciues, stramina cum paleis, uiridiq; aggesto ligno, fumū condensum

Vrbs Prinslauia.

Vkere fluui^v

Porta incastellata oppugnatur.

excitauere presserūtq; obsessos uehemēter. Illi iam rebus diffisi, deditionis mentionē fecere: paciscētes, ut cum uestibus & armis, in sua proficiscantur incolumes. Dimissi, cum in sua contenderēt, obuios habuere principes suos, cum expeditis, qui obsessis opē ferrēt: Sed illi necessitatē & extrema omnia obtendētes, ostenderūt, non sua culpa properatam deditionē. Principes incassum fatigati, retro ducūt agmē. Vrbs in antiquā marchionum redit ditionem. Vrbs redit ad dñm.

CA. VIIII.

Anus erat post. MCCCC. septimus & uicesimus, cum Bohoemi, iam iamq; potētiores, tāta excreuerāt armorū peritia, simul & audacia: ut in Austriam, ad uicina Viennę grassantes, peruenirēt. omnia igne & ferro fœdantes. Incensa opida, euersæ urbes, deiectæ arces: nullam uiderūt opponi sibi aciē. Ferūtur luscū habuisse ductorem, cuius auspicijs ubiq; uincerent: Vnus qui supererat oculus, ipse quoq; in prælio amittit: cæcus tñ in expeditionē egredit. Tzischa uiro nomē: Vbi audit cōstitisse aduersas acies, ordinē requirit hostiū: & prout audit, iubet hęc & illa fieri: nec illū fefellit existimatio. Semper Tzischa ductore redeunt uictores. Angelū de cœlo missum in homine loqui arbitrātur. Diu pręfuit ordinibus. Vbi iam senectute grauis, ad mortem peruenit: iubet adesse amicos: mandat mortuo sibi cutē carni deradi: eam pro corio induci tympano quod ubicūq; hostes audierint, pollicetur fugituros. Moritur ille: faciūt amici quod sunt iussi: reperiūt quod ille promisit. Ita permittēte deo, regnat diabolus in mēbris suis. Ducūt Bohœmi in Morauiā, Slesiamq;, nulli sexui, ętati, uel ordini deferunt: pereūt quibus superueniunt omnia: Misnā, Lusatiāq; peruagantur: opidū Bruxe oppugnāt: ciues animose tuentur: Cum ad reliqua festinarēt, erexerūt in uicino monte pręsidiū, unde ciues fatigarent: Sed illis in alia declinātibus, imposuere suorū ualidam manū. Ciues egressi cum aliquātis satellitibus, oppugnant nouū pręsidiū: & captos in ea uiros uiginti, perdūt. In Lusatiam Christi hostes mouent: obsidere Lubanā urbem: ciues pro uiribus tuentur: aliquando cōcepta fiducia, ausi egredi, hostes lacessunt: & prima quidē parte stragē faciūt: Sed cōglobati hostes, retro agūt ciues, urgentes in urbē: sequutiq; cum illis ingrediūtur portas. Iam urbe per eam occasionē capta, fit strages infinita in omnē populū. Pastor ecclesię de eminētiori loco, hortatur ciues sonora uoce, pro Christi honore fortiter decertare: Pollicet regnū, quibus ab improbis hęreticis mors irrogatur: Non ferūt improbi libertatē sacerdotis: captū quatuor alligāt equis, in diuersum actis: ut crudelissimo exemplo interiret. Clerus omnis in ecclesiam se recipiēs, laudes cōcinit summę uirgini: implorās auxilium: Salue regina, sonoris uocibus decantans: Inter agendū, assunt cruentis hostes gladijs: raptos pueros dissecāt medios: confodiūt sacerdotes: prophanāt templa: cadaueribus, cruore, replentur omnia: incēdūtur ecclesię: subuertunt monasteria: monachi, & sacerdotes, contrucidātur: Anus, fœminę, uirgines, obruūtur. Puellę & iuniores fœminę, ad libidinē reseruant. Infœlix tragœdia subuersarū urbium, exuperat omnē fidem. Tam crudeli sequitur exēplo. Ea urbe ferro & igne,

Hussitę in Austriam.

Cœcus dux exercitus.

Ex cute cœci mortui fit tympanū.

Hussitæ in Morauiā & Slesiā Misnā, & Morauiam.

Strages immanissima.

Pbri mors crudelissima

consumpta, in aliã uertũtur, cui nomẽ Goltberg: quã simili strage, ac seuitia perdiderũt. Non sufficit lingua, nec calamus, crudelis populi seuitiã explicare: Paruulos cum matribus una perimũt. Incredibile memoratu, quo furore, in monasteria debachãtur. In sola Morauia, per unã hanc ęstatem, decẽ urbes muratas subuerterunt: Miserabilis res, & quę lachrymas excuteret, etiã alienissimo: omnẽ pietatẽ, omnẽ humanitatẽ, protinus abiecerũt: Christianos se obliuiscũtur: omnibus infidelibus immaniores, immo bestijs omnibus ferocitate incomparabiles.

Hussitę infidelib⁹ immaniores.

CA. X.

Plescouia Russorũ.

Er ea tẽpora Russorũ ciuitas Plescouia, cum suo regulo, gessit hostilia in Liuoniã: incertũ quid obijciẽs. Quieuit ad eũ motũ, ordo fratrum Teutonicorũ. ꝙ implorari expectabat ab ecclesia: ut, illã quoqꝫ sub alas colligeret. Sed tum respexit episcopus ecclesię Theodoricus, ad Vitoldũ Alexandrũ, Letuanię ducem: qui implorat⁹ ecclesię opẽ tulit: exercitũqꝫ educẽs, urbem obsedit: coegitqꝫ tolerare impetũ, erũpere non ausos. Sed cum minus Russi formidarẽt capi ciuitatẽ munitissimam, segnẽ ęgere custodiã. Capta est ergo, uirtute Vitoldi Alexandri, & militibus in direptionẽ permissa: unde locupletati Letuani, alacres redeunt in sua. Ciuitas ipsa, cum regulo suo, ad iusta respondere iubet episcopo memorato. Interim uero, durauit adhuc ciuitatibus Wandalię bellũ, quod suscœpere in Daniã. Hac uero æstate anni uicesimiseptimi, urbes emisere classem, non cõtemnendã: quę insulas regni adorta, quantã uoluit prędã exportauit. Opidũ quoqꝫ Flensborg, ea tempestate obsidetur a ducibus, atqꝫ urbiũ auxiliarijs: qua in obsidione, excitato tumultu, cum Henricus dux impiger ad omnia accurreret, scalãqꝫ extremę munitionis cõscẽderet ut, quid intus hostes agerẽt, specularetur: superueniretqꝫ, qui principẽ increpans, nominaret: per sepis rimã, cuspide percussus, lœtale uulnus accœpit: quod in Saxonia diximus. Hanc quoqꝫ per ęstatẽ, cum grandẽ ciuitates maritimę classem confęcissent: ut mare securũ nauigantibus pręstarẽt: uenturas enim sciebãt onerarias naues de occiduis partibus, magnas, multorũ opes subuecturas: Sed qui classi prǽerant, obliti mãdatorũ, cum infœliciter cum Danis cõflixissent: Hamburgẽsibus captis: fugã non satis decorã inierunt: quas tutari debebãt naues, tum hostibus permittentes. Vix enim discessere de solito suę stationis loco: ecce adnauigant, quę expectabant naues: & Danis incurrentib⁹, ad prędã patuerũt. Ita duplici per unũ diem uictoria, tum Dani sunt potiti: aucti rebus non paucis. Sed non est ęquis oculis uisus, cum rediret, Lubicẽsiũ pręfectus, uir consularis: carceri traditus, dum mandatorũ factus immemor, magis ad fugã, ꝙ̃ ad custodiã, cui deputatus erat, respexit: diu illum Lubicẽses uinculis maccrarunt. Nouissime eductus, domi suę includitur, usqꝫ ad mortem.

Plescouia capitur.

Flensborg obsidet.

Dux lœtaliter uulnerat

Duplex uictoria cessit Danis.

XI.

Igismũdus per ea tempora Romanorũ & Vngarorũ rex, Bohœmiã suam uisus est posthabere: sed in Turcos misit exercitũ fortẽ Vngarorũ: uirũ Florẽtinũ, ut tradunt annales, pręficiens copijs omnib⁹. Monstri simile uideri potest: Inter tot duces fœlicis Germanię, fortisqꝫ Vngarię, hominẽ, miti, molliqꝫ cœlo genitũ, placuisse regi, pręla-

Florẽtin⁹ capitane⁹ regis Ro.

tumq; cęteris, Florētinū ciuem molliusculū utiq; uirum, & sub suo coelo eneruē, fortibus Germanorū, & Vngarorū copijs, ductorē prefectū. Quis non miretur, uel regis consiliū, uel procerum patientiam, uel hominis temeritatē intuitus? Et tñ prosper prędicatur exitus, talis consilij: Nam, ne uel regem in delectu errasse, nec se pręsumptiōe culpandū uolēs ostēdere: ita peruigilabat: omnia cōsilio procerum prospiciens: ut magnā Turcis cladem intulisse dicat: Diuersis pręlijs, quadraginta hominū millia perdidisse cōmemorat: nec ipse tñ incruentā referēs uictoriā. Per quę tempora, Philippus dux Burgūdię, cum partes foueret Swedeti electi Traiectēsis in Rodulphū de Depholt, quē dixere postulatū, duxit: Obsidere, uenit, q̃d cōstabat, opidū Amersfort, tribus milibus distās a Traiecto. Introiuit prior Rodulphus ipse, cum expedita manu, & obsidionē expectabat: uenit, obsedit, oppugnauit: muros etiā cœpit, nemine se intus cōmouēte. Introierūt, desilię̄tes muro, iam supra quingētos, ex agmine Philippi. Iam una accurrūt, qui intus erant, se cōtinentes, donec haberent, quos inuaderent. Capiūtur ad unū omnes, qui introierūt & qui pertinaciter repugnarunt, capi non passi, cędūtur. Viderant alij de muro quid intus ageret, & Philippū admonuere. Ille obsidionē soluēs, duxit in Hollandiam suam, frustratus. Per eandē ęstatē, cum premeret Ericus rex Danorū bello ab urbibus Wandalicis, cogitauit illas a se auertere: aliā uiam intentans, q̃ si per arma occurreret. Nam literis missis in cōmunitates urbiū memoratarū, accusauit consulares, q; aduersus antiqua foedera, & permissiones in regno plurimas, quę magno essent urbibus incremento, & profectui, iniquo ab senatibus urbiū bello premeretur: nisi ipsi bello auerterēt suos cōsulares, & ad leges pacis, & foedera implēda cōuerterent: cogitaturum se, quomodo ciuitatis aliarū nationū mercatoribus, excluderet omni regno suo ciues urbiū Wandalicarū. Huiusce literę, non eodē ubiq; uultu aspiciūtur. Lubicēses, necdū obliti fuerāt, recētis de simultate uulneris. Vnde factū est, ut cōquiescerēt: Sed non eadē quies per omnes urbes. XII.

Wismariēses ciues, per occasionē literarū, tumultuari cœperūt: insimulātes proditionis consulares oratores: qui pridē missi fuerant ad regē, q; non ex fide rem cum eo pertractassent. Sexaginta igitur uiri, qui senatui aderant, immo etiā superfuerāt, imperantes, captos Iohannē Bantzkow proconsulem, qui furētium iam pene manus euaserat, & Henricū de Haren consulem in carcerē mittebant: & post interuallum dierū, etiam sceleratorū uinculis, & carcere inclusos, infamāt: uelut proditores urbis. Inde, productos in forum, publico cōdemnant iudicio. Non profuit uiris bonis, q; ex sententia senatus, & uicinarū urbiū, unanimi consilio, omnia dicerētur egisse: Publico cęsi sunt gladio in foro. Sed proconsulis filius, iniquam patris necem uiriliter exequutus, uindicat: compēsationem facere cogebātur, erecto in loco cędis lapide: qui ad nos usq; perdurauit. Rostockcēses, cum similes ab rege literas accepissent, nec haberēt, eo nomine, quod suo senatui opponerēt: occasione tñ literarū: erigentes in senatū compa, rebus innouandis studuerunt: Sexaginta uiris euectis, qui

Florentinus prefectus exercitui Cęs.

Laudatur prudētia Florentini.

Cōtētio de epātu Traiectensi.

Magnanimitas obsessorū.

Victoria eorundem.

Vafriū regis Danorū ingenium.

Cōminatio dolosa.

Wismarię̄[illegible] tumult[illegible]

Procōsul & cōsul cędūtur gladio.

Filius uindicat iniuriā p[illegible]

Rostockcē[illegible] [illegible]

de publica utilitate ageret cum senatu: Quorũ ea fuit opera: ut antiquum urbis statũ repeterẽt: ciuibus, multas reposceret iam restrictas libertates: non intelligentes, tempoꝝ ratione exegisse, reꝝ in plerisq mutationem: Quis enim pro mutatione tẽpoꝝ nesciat, alia, alias expedire? Sed illi tum sexaginta cõscripta capita, senatui obtenderant, uolẽtes, ea in reliquũ pro legibus in urbe obseruari: iubẽtes, ea senatus authoritate promulgari, ut uim legis haberẽt. Senat⁹, ubi uidit, nihil iam moderabile a populo posci, nec haberent quo uim eoꝝ intentatã effugerẽt, deliberandũ sibi, super ea re desumpserũt: causam esse magni ponderis: curandũ, ne in re tanta præcipitaretur sentẽtia. Proximo cõuentu, cum illis desuper fraternę cõmunicandũ, ut ea constituerẽt, quę omniũ paruulis, & successoribus, essent tolleranda: orare, ut ipsi quoq ciues, rem tantã mature pensitarent: se esse paratos ad omnia: quę publicæ utilitati & ciuiũ uoluntati, accõmoda uiderentur. Huiuscemodi uerbis flexere instãtiam & rigorẽ ciuium: impetrauereq ut res in dilationem poneretur. Postera luce, primus inter procõsules quasi magnũ foris immineret ciuitatis negotiũ abibat: per cuius absentiã, ꝙ res omnis ex eo pendere uidebatur, nihil fieri poterat. cunq nec sic conquiesceret uulgus, magisq incenderetur, tumultuareturq: duo etiam alij secesserũt. Quartus qui superat, nec ipse solus rem tãtã agere poterat, ibat post collegas.

Senat⁹ pedit tẽpus delibe randi.

Procõsules urbe discessere.

CA. XIII.

Rostockẽses tumultuarij

Hãburgẽses creãt LX. uiros.

Vir cõsularis decapitat.

Sũdis surgit nouitas.

Capiuntur sex uiri.

IAm ciues Rostockcẽses, mobile, & tumultuariũ genus, iam sibi illusum, per abitum proconsulũ reputabãt: Euocata cõmunitate, procõsules suos citabant absentes: Non cõparentes, tanq reipublicę & cõmunis utilitatis, desertores, proscripserũt. Hãburgẽses & ipsi, se cõmouerũt, sexaginta uiros exuscitãtes: quoꝝ prima fuit opera, Iohãnem Cletzen, uirum cõsularem, quem apud Flensborg, copiaꝝ suarũ habuere præfectũ: cum per indulgẽtiam, minus suos in quiete, & castris, cõtinuisset: præbuisseq diceretur occasionẽ ad necem ducis: iussere productum in iudicio, capitalem subire sententiã. Ferunt tñ, illi non tam fuisse causam mortis, quę prętendebatur, q̃ liberã eius linguã, ꝙ in senatum urbis, abusus ea libertate diceretur: mendacij insimulãs publicũ concilium: Quę res effecit, ut minus se opponerent patres, in eius necem, populo conspiranti: Plexus est ille gladio publico. Tum quoq Sũdis, tristis se cõmouit erinnys: Nam audaciã sumpsere quidã de literis regis, ut cruẽtũ inirẽt cõsiliũ opprimẽdi consulatus. Emersit utcunq crudele institutũ: captiq sunt uiri sex: coctores erant cereuisię, qui sibi incõcessa licere uolebãt: Quę cum ab senatu resciarẽtur, tam atrox opprimendoꝝ patrũ inire consiliũ, in quo facile assẽnsurã plebem sperabãt: multitudineq facile fieri nouaꝝ rerum cupidã, ꝙ iam literis regijs, ad tale aliquid inuitarẽtur. Capti uiri sex, & in quęstiones positi, omnẽ factionis ordinẽ edixere. Parsum est, ne in plurimos sęuiretur. Sed quis compertum haberent, non tam insigni paucitate rem constitisse, noluerunt tamen diligentiorem indaginem facere: ne in magnam multitudinem res perueniret: Admonitos uolucre cęteros paucorum supplicio, ut cauerent in reliquum: temperatum quoq est ob eam

causam supplicii: ut non rotis sed gladio poena sumeretur. XIIII.

Ostockcenses uero, quorum abijsse procõsules, cessissecp loco diximus, propter popularẽ tumultũ: cum non quiescerent, sexaginta in ea urbe uiri, euocabãt in pretoriũ cõsulares qui remãsere. Nã & ex hoc ordine nõnulli cesserũt urbe: Illos quocp exauthorauere, cp imputarent etiã illis cursum rerum, quas nolebãt. Destitutos ergo administratione, domũ abire iusserunt: non redituros ad publica negocia, nisi reuocarẽtur: nouo cõcilio sibi opus esse putantes: cum non possent sua temeritate creare: hoc enim uiderũt, sine principũ authoritate: qui tum, ut diximus, pueri, sub matre & tutoribus agebant: ut aliquã speciẽ iustę electionis haberẽt: Iohannẽ de A, uirum consularem, inter militares & ipsum nobilissimũ militarẽ, & dominę, ducum matri, satis cõmẽdatũ, euocabant: eicp primi procõsulis locum attribuerũt: ut ille suo arbitratu ceteros designaret. Ille de sexaginta uirorum consilio, quincp alios ueteris cõcilij participes euocauit: ut sextus ipse, alios octo ac decem, ad plenum cõciliũ assumeret. Itacp factũ, ut ad legitimũ patrũ conscriptorum numerũ allegerẽtur. Ex quincp autẽ ueteris cõcilij participibus, duos etiã tum proconsules euexerunt: Gerhardum Wiman, & Henricũ Berndes. Hi tum tres noui cõcilij procõsules, rem administrarũt. Wismarienses statim sequuti uicinę urbis exemplũ: destituto ueteri senatu, propter cõfoederationẽ, quã cum Danorum rege, literis prodentibus, inijsse dicerentur, nouũ creauere cõcilium: sed prudenti in ea parte usi instituto, principũ tutorẽ, militem oberatũ habuerũt: quo per authoritatẽ principum geri omnia uiderentur. Effecitcp hic miles, ut princeps tum senior Henricus, uix octennis puer, nouũ cõcilium sua manu, in sedes & subsellia collocaret: quatuor ex omni numero, eorũ arbitratu procõsules designaret: quibus gerendã in reliquũ rempublicã cõmendaret. Ita prosperatum est regis Danorum in illas urbes propositum: ut eijcerent, qui rem in urbibus administrauere. XV.

Io. de A. pro consul Rostockcensis.

Duo alij pro consules.

Wismariae nouũ cõcilium creatur.

LX. uiri exauthorãt.

Igitur q̃uis innouatũ esset in plerisqꝫ Wandalicis urbibus publicũ patrũ cõciliũ: non tñ deijt bellũ susceptũ in regem Danorum: quo minus proxima ęstate grandẽ ex dictis urbibus classem armarẽt: ducentarum sexaginta nauiũ. Generalis in omni classe capitaneus cõstituitur, Gerhardus dux Sleswickcensis qui pretoriã nauim militaribus Holsatię impleuit: duxerũtcp in insulas Danię predatũ. Nemo illis classe occurrit: Duodecim milia erãt ad pugnã militũ: duxere in portum (quẽ uocant) mercatorum: cp ibi uelut regni capite regia haberetur. Sed multum diucp ibi laboratũ est inaniter: cum non procederet obstruendi port⁹ cõciliũ. Cõseruere enim trabes in mare demissas: ibicp uelut in solo pugnãtiũ, bombardas imposuere: uiriliter pugnant, nec tñ Dani, qui naues suas oportunis locis in portu cõstituerunt, cõmunierũtcp, tum quieuere. Multa utrincp accepta incõmoda: sed maiora de parte Danorum fuerũt. Non poterant tamẽ urbici ad interiora penetrare: prohibiti fixuris trabium, & assiduis ictibus bombardarum. Qua de re, ut portum interciperẽt, obstruerentcp, ex singulis urbibus, unã, & eam ueterrimã delegere nauim, quã in

Classis. cclx. nauium.

XII. milia militum.

Multa incõmoda utrincp

Naues mer gũtur in portum. portũ demergeret: ut omnē aditum exitumq; intercluderent Danis: iniectis in naues grãdibus saxis. Diuisere ex æquo maris, quę obstruerent interualla: & alijs quidē urbiũ militibus, satis prospera fuere, quæ instituebant. Soli Wismarienses, incaute nauim suam in longũ per incuriã demisere: quę fuit agēda in trãsuersum. Igitur Dani, ista molientes urbicos, uiriliter impugnauere: perfeceruntq;, ut intermisso opere, tanti conatus & impensę frustrarētur. Interim, quos dixere Vitalianos, cum sua sorte militarent ciuitatibus, nec satis prędarũ inuenirēt in Dania, cōcessere in Norwagiam: emporiũ Bergēse expilaturi. quod, quia in Norwagia diximus, nũc trãseũtes, ad alia diuertamur. Adolphus interea dux, iam duorũ fratrum mortuo Henrico, natu maior: terrestri expeditione per Iutiã regē infestabat. Tēpora nũc signant, nam res explicat in Saxonia. XVI.

Impēsarum frustratio.

Cōciliũ prouinciale in Liuonia.

Henricus per hęc tempora archiepiscopus Rigensis, cōciliũ celebrauit prouinciale, cũ suffraganeis suis: multis inibi decretis, quę ad statum ecclesię pertinerent. Operępreciũ uisum est, sedē apostolicam aduersus oppressores ecclesię inuocare: detegereq; per nuncios calamitosum ecclesię statum, q̃ ab his qui auxilio terrę sint impositi, opprimi tentaretur. Delegerũt ad eam legationē, decanũ Reualiēsem, cum aliquot de singulis ecclesijs collegis: quibus Rigēsis Tarbatensisq; procōsules, ex filijs suis, clericos, Romanã curiam uisuros, iunxere: uel ut in aliqd Italię palladiũ collocati, literis indulgerēt. Erat ea societas itinerãtium sedecim personarũ, profecta terrestri itinere ad initiũ quadragesimæ, q̃ mare tardius fit per glaciē nauigabile: iumētis uecti Grebbin, ad exitũ usq; Liuonię, peruenerũt. Ibi ab arcis prefecto Goswino de Asscheberge, ordinis Teutonicorũ fratre, crudeliter inuadũtur: primũ adeptis literis, pręfectisq; terrę proditores arguũtur: & quicquid ab illis in purgationē diceretur, de priuilegijs clericorum, prẽsertim Romipetarũ, irridetur magis q̃ auditur. Mox rebus omnibus & non parua pecunia, nudati, uestibus demum exuũtur, ligatis manibus, pedibusq; in profluētem riuũ (Liua uocãt) sub glaciem detrudũtur: crudeliq; mergũtur exemplo. Ita frater ordinis diuę uirginis, manus suas cōsecrauit, sacerdotũ & innoxiorũ iuuenũ miserabili nece. Idem ille carnifex, testatus egregiũ facinus, scribit terrę pontificibus: Noueritis, inquit, nuper a me deprehensos prouincię proditores, clericos uestros, rebus, & uita exuisse: uullius iussu, aut cōsilio: sed q̃ tutãdis finibus prefectũ scitis, publico functus ministerio, publicos hostes feci de medio: eam rem nemini, prẽter me imputãdam, ego profiteor: nam publicã pergo utilitatē. Hoc rogo, quid erat, nisi addita calamitati miserorũ insultatio: cum ignoret nemo nō esse authorē, qui factus est exequutor. XVII.

Deliguntur legati ad urbem Romã.

Goswinus de Asscheberge carnifex.

XVI. psone sub glacie merguntur.

Iactãda carnificia.

Hussitę in Slesiam.

Quo tempore, perfidi, & omnibus uere catholicis perniciosi, ac formidabiles, Hussitæ, Bohoemi heretici, iterũ ausi exercitũ educere, Slesiam inuaserũt: quinq; urbes, non cōtemnendas, armis coepere: Sine discrimine omnē ętatem, & sexum, & ordinē, mactauere: lugubris per omnia tragoedia: ea conari Christiano nomine preditos: Ecclesias, monasteria, sine ullo diuinę religionis respectu, subuerterũt: incq; Chri-

sti & sanctorũ cõtumeliam, aceruatis undiq;, Christi domini, & sanctorũ imaginib⁹, accẽso igne, suppriorẽ quendã ordinis prędicatorũ pariter cõcremarũt. Hęc qualibuscũq; tum oculis aspectans Romanorũ rex Sigismundus, impune permisit: uel q ab ecclesiasticis Imperij uectigalia & patrimoniũ tenẽtibus, non adiuuaretur: uel q Turcis ad Vngariã magno bello implicaretur: poterat utraq; causa concurrere: nam constitit hoc tẽpore, magno exercitu Turcis regẽ cõflictare, deiecisse illorũ arcẽ, quę suis finibus immineret: unde etiã multa illi regio intulerẽ discrimina. Per qđ tẽpus, multa uicissim illata sunt incõmoda regno Danię, mercatoribusq; urbiũ Wãdalicarũ. Nam cũctis quiescẽtibus, Vitaliani, qui sua sorte pro parte urbiũ militarẽt, non quieuerũt: sed prędis instĩtere ex Dania Norwagiaq;, quod suis locis commemorauimus, nunc transilientes. Wismarienses, cum suis gregarijs, ingressi tum mare, grandem ex Suecia nauim, quę regi censum ac tributa deferret, uident adnauigare. Inerat ualidum prędidiũ trecẽtorũ militum, cũm, quod acciderat, pręuidissent, cauere uolentes. Igitur manu cõserta, durũ ineũt prelium. Wismariẽsium plures uulnerati, & aliquot cęsi: tamẽ uictores ad extremũ naui cum rebus potiuntur: Captisq; supra ducẽtos, in portum Wismariẽsem adnauigãt: spolio inter se, uiritim, & pro cuiusq; merito, iuxta titum suũ partito. Interim ne quid intermitteretur, quod bello finẽ properarẽt, urbes sex Wãdalicę, Wilhelmũ ducem tum Luneburgẽsem inuitãt: ut quadringẽtis lanceis, hoc est equis bis millibus, Iutiã ingrediatur: ibiq; per mensem totũ persistẽs, hostilia interet: prędã potitur⁹, ad sua cõmoda. Iũgunt se illi Holsati. Stipẽdiũ duci cõstituit uiginti (ut ferũt) millia. Ille spõdet, ex fide implet. Multa opida expugnat, & arces, nec quiescit, quo minus uastitate omnia turpet: & iam plura, etiam hostibus, inferre poterãt discrimina, nisi iam dies cõstituti laboris exisset. Promisso ęre, cum multa gratitudine persoluto, dux onustus pręda, reuertitur in sua: nouũ sibi per absentiã suam creatum comperiens laborẽ, quẽ in Saxonia explicuim⁹.

Hussitę cremant imagines.

Magnus exercitus in Turcas.

Pręliũ nauale

CCCC lanceę Iutiã uastant.

XVIII.

Sundenses per id tempus insigni potiti sunt uictoria. Aberat rex Danię Ericus apud Romanorũ regẽ, & deinde in peregrinatione terrę sanctę. Cum familia reginę, multas in conspectu naues, quę starent in anchoris, haberet, quibus, si uellet uteretur: aliquã bello nauare operã instituit. Igitur quinq; & septuaginta nauib⁹ perarmatis, urbem Sundẽsem ibãt exterrere. Improuisi adnauigantes, quas in portu repererũt noctu naues, incendio perdũt. Iam luce appetẽte, in pontibus ad urbem Dani hostes cõstitere: ictibus crebris bõbardarum facientes in urbẽ. Ciues apparatũ nauiũ nullũ habẽtes, urbe se cõtinuerũt. Iam cõuitijs exaturati in ciues, abire parant: cum uent⁹ aduersus detruderet eos in Panim fluuiũ. Interim uenere aliquot de Lubica naues, & supererãt incẽdio quędã nõ cõcrematę. Armant ex omnibus septẽ: spõtanei prosiliũt ciues ad pugnã: qui paucis plures inuadere ausi nauibus, armati capiũtur, expectãt de latibulis suis prodituros Danos: uenientes inuadũt, plures q̃ septuaginta, solę septem naues: animo q̃ uiribus prõptiores. Cõfligitur intrepi

Rex Danorũ in terra sancta.

VII. naues uictores contra LXXV.

de, merguntur ex Danicis aliquot,& una de maiorib⁹ capitur. Impositi in eam ex ciuibus decem uiri, qui iam captos tutarētur, ab alijs, ne lędantur.
Vincti uinci unt uictores — Sed Dani, qui inerāt, non satis obstricti a uictorib⁹, uentū nacti secūdum abeūt: custodib⁹ secum abductis pro captiuis: Qz enim dexteram Dani non dederāt, captos se negāt. Cęterū ex remanentib⁹ Danis, capti plures:
CCC. capti ui. — Alij fuga elabuntur. Victores ciues, supra trecentos in urbē duxere captiuos: quos ęre mulctatos, in Daniā remisere. Eam rem grauiter, cum rediret, tulisse regem ferūt: indignatū reginę ꝙ illud, uel procurasset, uel non interdixisset negociū. Addūt nōnulli, pręgnātem fœminā indigne ab re
Regina tenera obijt. — ge attactam, inde mortem obijsse: ꝙ tenera mulier & pregnās, toruo etiam uultu, poterat satis lędi. Erat Portugalię regis filia, nomine Philippa: dotem (ut ferūt) attulit, denariū aureū unum, magno pondere, & ualore, millia multa pensantem.

CA. XVIIII.

Asimirus & Otto duces Stetinenses, cum ad expeditionē quā in Bohœmos instituerāt, ęs ex subditis, ad magnos sumpt⁹ deposcissent: Stetinēsesqꝫ ciues, satis ad rem spōtaneos, haberēt, ꝙ fiderent ciues, plurimū in ęrario, repositum esse thesaurū: cum ea pecunia numerāda esset, collectā senat⁹ ciuibus indicere cōstituit, cum in ęrario, non ea, quę putaretur pecunia esset. Indignati magno murmure ciues, inuecti
Stetinēsis populꝰ petit calculum. — in senatum: ubi nam ex multo tēpore collectū ęs impēdissent, quęsiere: calculum rerum omniū sibi fieri postulātes. Rei nouitatē detestati primi ex procōsulib⁹ duo, ꝙ nollēt rem exemplo perniciosam posteris relinquere: cum etiā furorē populi formidarēt, ad suos se principes cōtulere: uim quę illis intentaretur, querulātes. Principes rem non cōtēpsere: sed mox omni quā poterāt, cōtracta suorꝫ manu, urbem ingrediuntur: nihil ueriti furo
Duo de populo necanť — rem populi. Iubēt ex tumultuātibus, duos, qui capita uiderētur capi: iudicioqꝫ cōdēnatos, ꝙ tumultū excitassent, rotis suppliciū persoluere: procōsulib⁹ iu sua subsellia restitutis. Inuenere illi uiam qua mox principib⁹ duodecim millia numerarētur: quibus illi acceptis, suis ciuib⁹ gratificati, iubēt omnia in trāquillo ꝑmanere: acerrimis in eos pœnis, ꝓmulgatis, si qui ex hoc die ausint tumultū in populo cōcitare, ad ꝑturbandū trāquillū ur
Tractatur de pace ꝑ urbicos. — bis statū. Quieuit ꝑinde urbs per aliquāta tēpora. Vrbes interea, quę uocantur Wādalicę, diuturno bello in Danos fatigatę, ac fatigātes, sępe pacis, ut mercatores, habuere mētionem. Cōstitutus loc⁹ in Nicoping. miserūt oratores ex quaqꝫ urbe. Diu tractatum de cōpensandis damnis, de satisfactione in regem, ꝙ fœdera rupisse ciuitates dicerētur, deqꝫ illis reformādis. Hęc enim omnia rex deposcebat. Cum ceterarꝫ urbium orato
Rostockceń precipites. — res, deliberādū sibi desumerēt: ipsi Rostockcēses, ut semper, precipites, ꝙ etiā aliūde premerētur, a propulsis procōsulib⁹, pacem ab rege uoluere: regisqꝫ cōstituta, uel soli acceptauere. Rex diuisione ciuitatū lætatus, mox Rostockcēsibus pacē permisit: eāqꝫ statim iussit preconari. Cęterarꝫ urbium oratores, cum referēdum sumerēt, in sua reuersi, cum maioribus deliberauere: miserūtqꝫ, omniū nominibus, Sundēsem procōsulē qui regi satis familiaris, cum illo cuncta peragerect, Sed & ille, ubi regē in suā flecte

re non potuit sententiā, trāsiuit in placita regis: pacē & ipse pro sua urbe approbans. Hamburgēses, cum suis ducibus stabant: nec, nisi omniū cōmuni pace, poterāt, aut uolebant, de pace tractare. Nulla enim principū mētio, aut ratio habita est, in his, quę apud regē gererentur: & ideo, illi placitis in reliquū propter suos dominos abstinuere. CA. XX.

Hussitę sęuiunt.

VSSITĘ per ea tēpora, populus malo Christianorū natus, cum nō h satis Turci, & Tartari, & Saraceni, uiderētur esse ad supplicium Christiano populo: ipsi intra uiscera Christianismi sęuierūt. Mira Dei dispēsatio, quæ filios irę ita mittit in filios regni: ut tunsionibus & pressuris, expoliāt lapides ędificandos in muros supernę Hierusalē. Nam anno tricesimo post mille quadringētos, solita rabie exciti, inuadūt Slesiā, noua immanitate debacchātes, Lusitaniāq; peruadūt: opidū Gobbin crudelissime diripiētes: sęuiētesq; in omne genus hominū. Perierūt hominū multa millia, in populosissimo opido: factaq; est urbs illa ciuium suorum cōmune sepulchrū. Monasteriū, quod Celle dicit, a fundamētis euertūt: monachos exquisito genere supplicij, primū manibus, pedibusq; trūcatis, abijciunt. Vratislauiēsem urbē frustra oppugnāt: sed suburbia, & omnia uicina, longe lateq; adiacētia, populātur, excindūt, flāmis urunt: plebe ad internecionē cęsa. Sęuierūt ubiq; Orphani, sic enim se gaudebāt uocitari, q sine patre essent principe, sine matre ecclesia, quā illi cōtempsere: Et iam in Misnam agmina cōuerterūt. Principes inferioris, ut uocāt, Alemanię, Wilhelmus dux Brunswickēsis, Guntherus archiepiscopus Magdeburgensis, Iohānes Halberstadēsis, Magnus Hildesemēsis, episcopi, Ludouicus prouincialis Turingię, Iohānes marchio Brandēburgēsis, multi pręterea comites & barones, magnis agminib9 duxere in Bohœmos: & quī in Misnia cōfligendū uidebāt, uoluere principes, ut iure militari, is, in cuius principatu pręliū iniret, accipienda forte damna refunderet: caueretq; de infecto. Marchiones illi, se tā magnis & multis principibus, de damno cauendo, putabant impares: simul, q non eorū expeditio, sed cōmunis populi Christiani causa ageret: &, si bene pēsarēt, singulorū res essent in medio: Superatis enim cōtinētib9, facile Bohœmos esse peruēturos ad proximos: proinde Christi causam nosserit, non Misnensiū, & si in illo solo cōfligeretur. Qua cōtētione in immēsum crescēte, cum finē nōn inueniret, tanta dissoluit expeditio: effusi in uentū labores & impensæ. Wilhelm9 dux omniū, ad pugnā promptissim9, sed desert9 a socijs, impār hostib9, omissa expeditione, inibat peregrinationē, profectus in terrā sanctā: & inde reuersus, Sigismūdo Romanorū regi, aliquādiu militauit: aliquot prelia in Bohœmos, sed leuia fęcit. Cum igitur Orphani, tātum propter se collectū a principib9 exercitū, cōfligere in se non audere interpretarētur: in superbiā uersi, atrocius ubiq; desęuiūt: Iam opinionē induerūt q inuicti, omnibus ut essent, uiderētur. Euersa opida, & expugnatę arces: nonullas urbes, ciues sua sponte deserētes, in tutiora se loca recœperūt. Opidū Plawe fundit9 excisum, habitatorib9 ad unū cęsis. Euersa monasteria, monachis crudeliter peremptis. Ausę sunt ferocissime iam belluę lōgius ducere. In Frā

Inuadūt Slesiā & Lusitaniam.

Sęuicia in monachos.

Principes sumūt arma.

Cōtentio inter principes.

Hussitę in superbiam

Hussitę in Fräconiam.

Hussitę tribus agminibus in diuersas prouincias

coniam usq; peruenere. Ad Bambergã oppugnationẽ tẽtauere: sed ciues auro redemerũt incõmoda infanda. Nurẽbergã pręcipuã urbẽ adoriũtur: maluerunt & illi, auro q̃ ferro pugnare. Itaq; accepta ab illis ingẽti pecunia, inde mouerũt. Iam ampli⁹ q̃ uni uexandę prouincię, satis sibi uirium habere uidebãtur. Tripertito agmine se diuidũt: pars in Vngariã: alia in Poloniã: tertia in Austriam duxit: igni ferroq; omnia fędãtes, uastantesq;. Mirũ & incredibile, ni cerneretur, tãtam unius esse prouincię potentiam: sed excreuit ferocia per cęteror ignauiam. Et miramur olim Wãdalos, per Germaniã, Gallias, Hispanas, tãta patrasse, Aphricã imperio tenuisse, quãdo eius gentis, una portio Bohœmi tantũ ualẽt, in florentes, iuxta se prouincias, quibus nemo par esse possit bello. Virgam parauit pater ad castigãdos liberos: quibus etiam man⁹ uidetur alligasse, hoc est gratiã repugnãdi non dedisse: Hoc enim est illius alligare. Sed caueat uirga, castigato filio, proijcitur in ignem.

CA. XXI.

Bellũ nouũ i Rostockceñ

Vm in Dania de pace tractatur, inter regem, & urbes Wandalicas, Rostockcẽses, nouo a terris bello inuadunt. Proscripti proconsules, apud dñam terrę, & administratores effęcerãt: ut cõstituto ad id die, quo intra urbẽ quietiora omnia putarentur: conuiuiali die, quo de more calẽdas peragerent, magnã manũ militarẽ, cum aliquot principibus aggregarũt, inuasuri urbẽ. Nam erant intus proscriptor cognati, & amici, qui rem una curandã susceperãt. Conuenerant ad eam rem in armis, Otto dux Luneburgẽsis & Brunswickcẽsis: Ericus dux inferioris Saxonię, germanus frater dñę Katerinę: Hermãnus episcopus Zwerinẽsis: Iohãnes comes de Hoia, & ipsi duces paruuli Magnopolẽses. De direptione urbis agebatur, qñ aliter ad sanã mentẽ ciues redigi non poterant: ut uel sic reponerentur exules proscripti. Wilhelmus erat dñs Wandalię, qui magnã inde prospiciẽs futurã sanguinis effusionẽ, & bonę urbis subuersionẽ, rem ciuibus detexit. Habuere ciues in armis plurimos: portę urbis, impositis pręsidijs, seruanẽ diligẽtius: arma in propugnaculis prõpta fuere. Tam erat res in arto constituta, ut priusq̃ rescirent ciues, nõnulli urbem ingressi, statuerũt deintus rem inchoare per tumultũ, dum superuenirent, qui foris tendebãt. Aliquot, nunc armati, se ostenderant: cum scirent paratũ agmen, extra urbẽ signum irruptionis demorari. Sed qñ ciues & ipsi uigilabant, deprehensi in urbe, qui se cõmouerant, & publico iudicio damnati, excruciati perierũt: alij quęsiti, inter amicos latuerũt. Qui foris erãt principes, iam signa sua laxauerãt, de proximo irrupturi: sed ubi intellexerũt consilium in urbe nudatum, flexere iter in ostia fluminis ad mare: ibiq; quę inuenere diripientes, laxatis nauibus, & in portu demersis, portum occludere, ne frustra uenerint, satagerũt: & eo pro uiribus intentato opere, abierũt. Ciues postero die exiere magno agmine, flammis, ferro, sęuientes in militares, quos agmini interfuisse sciebant: mansionibus corũ subuersis, abactisq; prędis.

Hostes Rostockcẽsium.

Dñs Wãdalię detegit tradimẽtũ.

Cõiurati cędunctur.

Rostockceñ in hostes.

CA. XXII.

Itoldus per hęc tempora, qui & Alexander, dux Letuaniæ, pollicitus est Romanor regi Sigismundo, si se regẽ declararet, centũ

expeditorꝝ millia, per annũ integrũ suis impensis, quę in ea gente non mągnę sunt, in Bohœmiã militaturos, mitteret. Rex cõditione comprobata, cũ cuperet Bohœmis frenũ iniicere, misit archiepm Saltzeburgẽsem, cui adiunxerit Guntherũ Magdeburgẽsem, qui regis uice coronationẽ solẽni ritu implerent. Sed inuidit fortuna tãtis successibus. Cum enim essent in itinere archiepiscopi, magna iam parte peracta, occurrit illis nũcius, Vitoldum iam emigrasse de mundo. Itaq, infecta re, uertũt iter retro. Interim Suitergail, cui⁹ exitũ preoccupãtes dixim⁹, frater regis Polonię, qui fratruelis esset defuncti Vitoldi, ducatũ ei⁹, inuito rege fratre occupauit. Iam enim inter fratres diuturna erat simultas. Nam rex Polonię Bolislaus olim Iagail, fratrẽ Suitergail, captũ diu tenuit in uinculis. Nunc ergo rex, armato in illũ duxit exercitu: properãs eiicere principatu Vitoldi, priusq̃ in illo cõfirmaretur. Suitergail aũt, cum esset & ille impiger ad arma, occurrit fratri: & magno inito certamine, uaria diu sorte certatur. Vincit nouissime rex, & à fratre uicissim captus, in uincula abducitur: passus, q̃d inferre cogitabat. Per quæ tempora, dñs Christianus Kobant, Martino pontifici iam diu cõmendabilis, Osiliẽsis factus episcopus, ecclesiã suã uisitauit. Cernẽs fratrũ de ordine Teutonicorꝝ molitionẽ: inde declinauit ad regẽ Danię Ericũ: Cum haberet nõnulla eius negotia, apud sedẽ apostolicam promouẽda. Quęstus est ecclesię suę pressurã ab ordine: orabat regem, ut absente se, ecclesiã suã dignaretur habere cõmẽdatã, ꝙ in mari & ad mare pro magna parte sit sita. Id ueritus Magister ordinis, diocesim illam ingressus, omnia eius pręsidia accœpit in deditionem: firmauitq suis impositis militibus.

Moritur Vitoldus.

Bellũ inter fratres.

Christianus eps Osiliẽsis

CA. XXIII.

Eruasit metus Bohœmorũ omnes Germaniæ prouincias, q̃ñ nihil erat inuiũ tantę ferocitati. Vnde factũ est, ut omnes ubiq urbes, nouis se fossatis, & propugnaculis, cõmunirẽt: ad resistendũ uesanis, si forte accurrant. Erphordia, Iena in Turingia, Magdeburgum, Brunswicũ, Luneburgũ: inq eam rem desumpsere uicinos in suburbiis, hortos, & uineas, cuiuscũq essent ditionis, monasticę, ecclesiasticę, aut iuris priuati. Inde Luneburgũ, magnis cœpit sumptibus muntiones sibi circũducere. Vnde contractũ est tam grande ęs alienũ: quod postea conflabat diuturnã, & sumptuosam litẽ, inter ecclesiasticos; & opidum memoratum. Quo tẽpore cum ageretur XXXI. annus, Romanorꝝ rex Sigismũdus, magnũ agebat Nurenbergę cõuẽtũ principũ, utriusq ordinis. Conuenerãt eo frequẽtes, archiepiscopi, episcopi, duces, marchiones, & omnes pene regni principes: aut, qui adesse non poterant, emisere oratores. Misit eodẽ papa Martinus Iulianũ cardinalẽ. Crediderim tum Eugeniũ in sede fuisse. Afferebat cardinalis diaconus plenissimas remissiones, in perfidos Bohœmos. Conuenerat tum inter omnes, ut in proximã ęstatẽ generalis fieret expeditio in Hussitas: inq eam rem cruciata pędicatur indulgẽtia. Confessores statuũtur cum omnib⁹ casib⁹, etiã papę reseruatis, ad omnes, qui se cruce signarent ad militiã, aut quẽuis pro se mitterẽt, aut de suis facultatibus cõtribuerent. Magno conatu res inchoata, non tam lętos ha-

Metus Bohẽ.

Vrbes muniuntur.

Cõuẽt⁹ principũ Impẽ.

Indulgẽtię in Hussitas

buit exitus, q̃ alacria principia. Poterãt aliquot fieri prælia, ad reprimẽdos Orphanos: Sed nihil magnũ fiebat, ad fubigẽdos, aut edomandos. Permãfere enim in durã ufq modo ceruice: nifi q poft hæc tempora, tam longinquas excurfiones non fecerãt. Eodẽ tamẽ tempore, dum hic principũ cõuentus ageretur, egreffi Orphani in Slefiã, omnia crudeliter fubuertũt obuia præter urbes muratas. Duxere in Marchiã: opida ibi Landefberg, & Strufberg, cœpere, ex fuo more, cuncta fubuertẽtes, ecclefias cum monafterijs, nec ordini, nec fexui, nec ætati deferẽtes. Sed principũ expeditio in eos flacefcebat: cui⁹ hæc erat caufa, q rex Romanorũ cõtenderet per ea tempora in Italiã pro corona imperij. Papa aũt obluctari cœperat, nouo quod tum folicitabat cõcilio Bafilienfi, ex decretis proximi: Iam tum erat inchoãdũ. Vnde factũ eft, ut fummis principibus, alio refpiciẽtibus, min⁹ procederet intentatũ Bohœmis bellum. Hamburgẽfes tum luctamẽn habuere cum Thietmarfis, qui non æquo ferebãt animo, turrim erectam ad exitũ Albis fluminis: quo portum de mari requirẽtes, in oculis fignũ habẽãt: Ipfi uero funt arbitrati, liberæ fuę in mare nauigationi reftringendæ, effe extructã: quocirca eam aliquãdiu impugnauere: fequutaq eft, quod in Saxonia diximus, ea fatellitũ in Thietmarfiã excurfio: quorũ tum præfectus erat, uir e fenatu Hamburgenfi confularis, cæfus cum plurimis in ea terra: quod ibi explicuimus.

Huffitæ in Slefiã & Marchiam. *Rex Ro. in Italiam.* *Hãburgẽfes in Thietmarfos.* *Thietmarfi uictores.*

CA. XXIIII.

W Andalicæ urbes, & fi crebri⁹ de pace apud Danorũ regẽ facerent mentionẽ, nec dum tamẽ finem habuit bellum. Sundẽfes & Roftockcẽfes, fe iam cæteris fubduxere: cæteræ ducibus non defuere ad finẽ: quarũ tum ope, Flenfborg oportunũ eo bello opidũ obfidetur: & quod in Dania diximus, diuturna obfidione, magno fumptu, demũ fame expugnatur. Aderãt Phrifij, bonã in perficiẽdis foffatis, nauãtes ducibus operam. A mari quidẽ perurgebãt urbici: a terra Holfati, cum auxiliaribus. Dudũ tamẽ ante captũ eft opidum, q̃ mons ipfe firmatus in arcẽ ueniret in poteftatem. Habebat enim ualidũ ad tuitionẽ militum præfidiũ, & femel importati per negligẽtiam obfidentiũ cõmeatus, diu fruftrabantur obfidentes, donec continuata obfidione, fames perurgeret obfeffos: pactiq uitam, uectes, & arma montẽ dediderũt: qui perinde ducibus parebat in finẽ. Quo tempore, cõciliũ Bafileæ inchoatũ, primã impẽdit operam, fi fieri poffet: Bohœmos in unitatẽ reducere. quæ etiam res, inftitutã in eos militarẽ expeditionẽ remoratur ne bello exafperati, magis auertantur. Mifit cõciliũ folennes in Bohœmiã oratores, facræ theologiæ & decretorũ magiftros, qui cum præfentibus agerẽt per modeftiã: ut inflectãt duras eorũ ceruices, ad ecclefiafticæ pacis unionẽ. Sed tamẽ mouit patres, nõ effe ex dignitate concilij, adire in fuo regno pertinaces. Inde enim elatiores futuros, nec fine periculo poffe fieri miffiorũ putauere: Statuerũt mediũ in locum, ad Egrã urbem, eos euocare, quod ita factũ eft: Scribebãt deputati, mittebãtq qui rem uerbis ageret: In unitate ecclefiaftica, Chriftum cõmorari: In diffenfione, regnare diuifionis authorẽ: tunicã Chrifti incõfutilem, fine magno facrilegio fcindi non poffe. Flexi funt, ut fide publica,

Flenfborg obfidetur. *Deditur opidum.* *Oratores cõcilij ad Boh.* *Egra Vrbs.*

a principibus, quos nominauere, interposita eo mitterent Procopiū capitaneū, cum aliquot doctis artium magistris: nam aliarꝝ facultatū doctores, nec habent, nec habere curant. XXV.

Capitaneus Hussitarum

Bi aderāt Bohœmi, modeste interpellati, sup unione redintegrāda, cōmonent: ut Christiana māsuetudine cum illis agāt, præsente Christo, ad cuius honorē cōuenissent: & ut quietius res agāt, scripto monent edere, quib⁹ ab ecclesia discrepēt. Multa quidē alia edidere: sed quatuor capitū fuere pene omnia: De cōmuniōe sub utraqꝫ specie, quē primū posuere, cum ille nouissimus accesserit articulus: monēte quodam, non magni nominis uiro: Sed illum prætulere, ꝙ expressiora, in eum cōfirmandū, euāgelij testimonia, se putarent inuenisse. Secūdus, de cumulatione ecclesiasticorꝫ beneficiorꝫ, quā omnino detestātur. Tertius de correctione subiectorꝫ in prælatos, quā licitā ubiqꝫ, & semper, esse uoluerunt Quartus de missione ad prædicādum, quā facultatē, omnibus patere contendunt. Responsum est illis, summa māsuetudine, ostensumqꝫ abunde, quid in quaqꝫ re sentiret, & doceret ecclesia. Illis ꝗqꝫ replicātibus, per mēsem extracta est disputatio. Interim populares multi fiebant sermones, flectēdis ceruicibus, qui aderant, laicorꝫ. Sed illi inflexi permāsere. Cōuenit tamē inter utrosqꝫ: ut interposita fide publica, ab duobus, qui aderāt, marchionibus, Friderico de Brādenburgo, & Wilhelmo de Badē, urbibusqꝫ Nurēberga, & Egra: omnes hi fidem obstrinxerāt, ituros, & redituros, secure Bohœmos: habendosqꝫ pacifice, neqꝫ cōtumelijs in uerbo, aut nutu, aut facto leuissimo afficiēdos: Si quid horū uiolaretur, memorati principes, omni iure, esse Bohœmorꝫ captiuos, urbes futuras in Bohœmorū potestate. In has leges, cum oratorib⁹ concilij Basilcā proficiscūtur: honēsto locātur hospitio: suis sumptibus abūde omnia illis suppeditantur: Cōuenere cum illis frequēter ex concilio deputati doctores, qui omnib⁹ illorum obiectis satisfacerēt ad liquidum, monerēt, obsecrarent. Cum præsentes disputationi notarij, exciperēt omnia, Sæpe ruborem retulere, nihil habentes, quod obijcerēt: Sæpe uicti, manū tamē dare recusant: multis utentes tergiuersationibus, & ad suos, ꝙ ubiqꝫ uincerēt referebant: Nec sum animi dubius, ita uisum pertinacibus ꝙ superarent: quia liquidæ rationis lumen, non nisi humilibus solet prouenire. Igitur sine fine abeūtes, in sua securi rediere.

Tractat⁹ cū Hussitis.

Hussitarū errores.

Disputatur per mēsem.

Fit fides Hussitis de securitate ad cōcilium.

Hussitæ uadūt Basileā.

Victi perstāt in erroribus.

CA. XXVI.

Transibat eo tempore in Italiā Sigismūdus rex coronam Imperij Romæ sumpturus: simul ut moneret pontificem, concilio, suam, quā ante dederat, authoritatē pmittere: Sed tardū erat iter trāseuntis, ꝙ Veneta & Florentina cōmunitates, magno bello tum agitarent ducē Mediolani. Auxerat Italorꝫ potentiā, nostrorū Imperatorꝫ, partim socordia, partim auaricia. Iam in eum modū excreuerāt, qui pridem erant capitanei, deinde tyrāni: ut nunc legitimi principes haberētur. Vnus iste Mediolani dux, quē proauus Sigismūdi Henricus. VII. euexit, uidebat, qui Imperio nostro faueret: idqꝫ non aliter, ꝗ ut Venetis, Florētinisqꝫ, maiorē opponeret potentiā, Sed non ita aduenerat Sigismūdus cinct⁹ copijs

ut formidabilis esset, fidẽs agminibus, quę ex cõstituto erat ex Philippo duce accepturus. His promissionibus diu frustratus, multũ temporis triuit in itinere: expectans hoc, aut illud, qñ suis uiribus non fidebat. Duxit utcũq; Pisas, & ibi Florentinis colluctatur: qui famę (si dijs placet) gloriãtur q in cõspectu Romanorũ regis, suos adequitare uiderent satellites. Nec Eugenius papa festinabat, Imperatorẽ per Italiã deducere, q Venetus ipse esset: nec equis cernere poterat oculis, Venetorũ inimicũ, etiã, si quod petebatur, palã negare non auderet. Ad id iam peruenit Ro. Imperiũ imbecillitatis: ut cum aquila, plumis pẽnisq; sit nudata, quas tenent principes electores: aliena indigũ ope uideat: q̃d ab initio solebat laborãtib' esse presidio. Hoc aũt est Karoli. IIII. testamẽtũ, qui patrimoniũ Imperij distraxit, dispersit, ut ignauũ post se filiũ Wetzlaũ, in Romanorũ culmẽ eueheret. Hęc sunt Bohemorũ in Imperiũ magna beneficia.

Sigismũdus Pisas ducit.

Aquila plumis & pẽnis caret.

XXVII.

Ricesimosecũdo demũ anno post. MCCCC. Hamburgẽsiũ in Dania captiui laxãtur, ęre suo redẽpti. Habebãt ipsi quoq; Hamburgenses ex Danica militia tres captiuos, quorũ duos in eas cõditiones, tertio retẽto pro obside, dimittebãt: ut facta cõpensatione, Henricum Hoier protonsulẽ, cũm cõcaptiuis ciuibus remitteret: alioqui in captiuitatẽ ipsi rediret. Res diu protelatur: Demũ in eam formulã peruenit: ut qm̃ multi essent capti ciues, & pauci uicissim militares: ciues dec̃e millibus, & militares sex redimerent: facta inuicẽ cõpensatione. Per quę tempora, papa summis uiribus annitit cõciliũ in Italiã reuocare. Formidabat enim Germanos, q ope ceterarum nationũ Italicas uires pręscinderet, & aliqñ Sũmũ põtificẽ, de, puinciarũ auro, ut Hussitę aiũt, triũphãtẽ, filiosq; & nepotes glorificantẽ, ad maiorẽ modestiã, Christiq; schola dignã reuocarent. Cõcordata inter sedẽ apostolicã, & Germanicã nationẽ olim inita posthabent: Perijt uerecũdia de frontibus multorũ: & querimur Bohemos ad ecclesiã nolle redire, quãdo illis moribus uiuĩt, qui nõ sint exemplares. Interea Sigismũdus rex Romã perueniens, coronã accipit Imperij: & quando aliud impresentiarũ non poterat cõmunitatibus Italię recõciliatur, Venetis, ac Florẽtinis: procuratq; concilio Basiliẽsi accedere, quã reuocabat, apostolicã authoritatẽ. Quo tempore uisę sunt cataractę coeli supra Bohoemiã adapertę: Tãtũ increuere de niuibus, deq; pluuijs flumina: ut primum Albis in Bohoemia excrescẽs, multas cum hominibus uillas cõsumpserit: Deinde in Misna pontẽ Dresensem deuexerit: homines, & iumẽta perdiderit: Nec minus Sala intumuit, ad urbem Hallẽsem, Muros ascendens, equauit, immo etiam superauit: ac dulces aquas salinę miscuit. In regione Turingorũ, supra quadraginta uillę perierunt: homines & iumẽta pariter inuoluũtur. Senserunt & occiduę palustres terrę inundãtiam fluuiorũ. Frequens malum habitantiũ ad aggeres fluuiorũ. Vix enim tanto firmari possunt robore, ut non pondere subsidãt, rumpãturq; imminentiũ aquarũ impetu. Ita cernimus interijsse, nostris ad Albim finibus, multas per utrãq; ripam terras, olim cultas, frugiferasq;, nunc piscatorũ tantum casellis infessas: uix tenues reliquias lõgiũ limarũ olim per ripas

Hẽ cõpẽsatio captiuorũ.

Cõcordata nationis lęduntur.

Cataractę coeli apertę.

XL. uillę in Turingia pereunt.

terrarum: Quid non edax cõsumit uetustas. CA. XXVIII.

Etuania magnis iam motib⁹ quassata tremiscit. Suitergail regis
l Poloniæ frater, iam ante, quod diximus, captũ fratrẽ, magno uix
ęre redemptũ laxauit: cum ante ipse integro septẽnio in uinculis
eiusdẽ sui fratris perstitisset. De ducatu autẽ Letuaniæ bellũ illis erat, quẽ mortuo Vitoldo utriusq; fratruele, Suitergail sibi uendicauit: Rex autem pro Sigismũdo Vitoldi paruulo filio cõtenderat iustiori cõsilio usus: impium dictitãs legitimũ hęredem discludere: pręsertim, q fratrẽ suum Suitergail, uirum insolentem, minus expedire putabat, tantis preesse populis. Magnis utrinq; nisibus bellum paratur. Rex totis Poloniæ uiribus pro puero cõtendit, cum haberet in illo principatu Letuaniæ, qui secum idem sentirent. Suitergail, cum se suis agminibus, tantis resistere exercitibus nõ satis speraret, undiq; sibi auxilia deuocauit: ex Russis, Tartarisq;, & his, qui suę gentis, necdum erant Christiani. Cunctq; fratres domus Teutonicę & si in fœdere essent cum rege, male tamẽ affectos sciebat eidem regi, interpellauit eos super belli societate. Illi non cunctanter accessere. Iam par, etiam superior fratre rege, & aduersis partibus, putabaẽ. Eduxere inuicem sua in aciem agmina, magnis uiribus, parib⁹ animis, acerbo utrinq; odio, diu contẽdiẽ. Cadũt sine numero, ac nomine, plurimi: utpote inter colluuiem tantorũ mortaliũ. Cessit uictoria Suitergaili, fugato rege cum suis. Rex indigne ferẽs, fratres Teutonicos, sibi, ut putabat, fœderatos in aduersis castris militasse, renuncibat eorũ fœderibus, quę archiepiscopus Coloniensis, & dux Bauarię compegissent: Instituit hostiũ loco habẽdos in reliquũ. Sed illi fisi nouo fœdere ducis, rem duxere leuiorẽ. Iam magnum Prussię paraẽ bellũ, rege Poloniæ hostilia nunciante. Auxilia undiq; perquisiere fratres memorati, & ad stipẽdia uocabãt per omnẽ maritimã regionẽ satellites. Cõcurrit ingẽs multitudo: Magno utrinq; apparatu bellũ instruiẽ. Rex, Bohœmorũ Hussitarũ etiã auxilia uocat, homines tã ubiq; formidatos, sęuos, terribiles, & ut fama erat, irrepressibiles, ubi sęuitiã intẽderãt. Peruenere prędãtes usq; in Montẽ regiũ. Occurrẽrũt quib⁹ poterãt uirib⁹ fratres Teutonici, sed leuib⁹ tãtum prelijs, nõ totis acieb⁹, confligebãt. Sex erãt Bohœmorũ millia, qui tum etiã in Marchiã debacchanẽ: Opidũ Soldin euertũt, & in eo cũ ecclesia monasteriũ fratrũ solo equãt. Ita singularibus odijs insectanẽ religiosos. Sed Poloni interim in Prussia percurrẽtes, omnia igni & ferro fœdauẽrẽ. Fratres Teutonici, q impares uiribus uiderenẽ, campo se non crediderũt: sed custodiã arciũ & urbium ęgerũt: quas firmo impositorũ pręsidio militũ cõmunierũt. Cupiebãt sępe obuiã ire hostib⁹ stipẽdiarij, erũpentes, sed non sinebanẽ, q detrimẽta accipere potuissent, magna inde cõmoda referre nullo modo possent. Sed cruentũ hoc Christianorũ bellũ, ab amicis intercœptũ, peruenit ad treugas: ne Bohœmi liberi⁹ q̃ Christiano populo par esset grassati, maiorib⁹ incõmodis afficerẽt uicinã rem ubiq; Christianam.

Bellũ inter fratres.

Auxiliares copiæ.

Suitergail uincit.

Bellum in Prussia.

Hussitę Soldin euertũt.

Fiũt treugę.

XXVIIII.

m Are, quod uocant alij Wandalicũ, alij Germanicũ, alij etiã Sueuicũ: nõnulli dixere Balticũ, alij etiam Sarmaticũ: mare nostrũ,

infestũ tenuere Dani, nauigantibus, durante bello inter regem, ac duces de Slefwico, quib⁹ bello sociç essent Wãdalicç urbes. Danis preerat Broderus Zuen, miles classi prçfectus. Iunxit se illi socium Ericus quidam ex Holsatia miles, nũc regi parẽs: non cõtemnẽdã manũ & ille ducens. Obseruauere in mari mercatorũ de Liuonia trãsitum, decp Prussia, uel in eas prouincias nauigantiũ. Quatuor non cõtemnendç magnitudinis naues, mercibus onustç, preciosis, de Riga uenerãt, mutuo ut cõuenerat, auxilio futurç, ubi uis hostilis ingrueret. Inuadũtur ab hostibus, cesserũtcp maioribus circumfusç & inclusç uiribus. Tres cum his, qui inerant, mercatoribus capiunt: una delabitur: peruenitcp incolumis in portũ Lubicẽsem. Opimã prçdam Dani alacres partiũtur: mercatores deputãt concaptiuis, ut suo se çre redimãt. Interim opibus aucti, alacriores redeũt in mare. Lubicenses aũt & ipsi de rebus alijs cogitant: Naues Reualiã petere solitas, grãdiores, perarmãt, impositis satellitibus, qui facile hostibus pares uiderentur: Adiungũt celeres ad cursum alias, & cunctis ex sententia comparatis, armatos stipẽdiarios mercatoribus iungunt in naues onerarias: ceteras solis ad pugnã implent armatis. Procedunt in mare. Videt adnauigare Ericus classem, cui Dani, qui tum nauigarãt, pares non uidebãtur: admonetcp expeditionis socios, ut tempori cedant: Brodero omnia leuipendente. Ericus retro cursum legit: Adnauigãt ex Lubicensi classe, maiores primç naues, quas sinit Broderus prçterlabi, postremas cõstituens inuadere. Latuerũt armati: soli erant in trãstris nautç: aggreditur capere: exiliũt armati, & cõserta pugna, facile superant, cui & numero & animis prçstabãt. Insiliũt Barcam militis, captũcp in uincula cõijciũt, ducentos quadraginta uiros, cum eo peruenisse tum ferũt in manus Lubicensiũ. Onerariç suo proficiscuntur itinere: ceterç in Trauenam retro duxere. Fama uolat, captum cum cõmilitonib⁹ militẽ, qui nuper tres e Liuonia naues coepisset. Tota obuiam ciuitas effunditur, hostẽ captum uidere percupiẽs: Omnes uinculis alligant: sinũturcp pro cuiuscp fortuna, çre se suo relaxare. Miles diutius in uinculis manet, cp nauticus uir esset, qui laxatus, quieturus non uideretur. Tentata est eo anno iterum cõcordia, missis in Daniam ex Wãdalicis quatuor urbibus, Lubica, Hamburgo, Luneburgo, Wismaria, in arcem Zuineborg, ad regem oratoribus. Sed frustra iactata uerba, faciẽ regis oratores non uiderũt: nec ille uerba eorũ dignat audire. Mediatores transierãt inter utroscp, qui, uel nolebãt, uel nõ poterãt, rem pro dignitate cõponere. In aliũ cõuentũ sequẽtis anni res differtur.

Broder⁹ Danicç classis prçfectus.

Broder⁹ tres naues capit.

Broder⁹ superatur & ducit Lubicã.

Rex dedignatur audire oratores.

XXX.

Er ea tempora Siboldus Phrisius, & Emilo, ad fluuiũ Amasim, fortalitia tenuerũt: in quibus prçbuerũt, ut ferebatur, pyratis receptacula: qui omniquacp digrassati, mercatoribus incõmoda multa intulerũt. Sẽsere primi ea damna, Hamburgẽses, cum Bremẽsibus: qui de Albi & Visurgo, nunc Weserã uocant, mare innauigabãt. Cum fine uellent incursionũ, ex memoratis urbibus, per fluuiũ quiscp suum, expedierunt armata nauigia: congressicp in mari pyratis, multos ex his nauali prçlio perdiderũt: quadraginta ex his captos, Hamburgum protraxere,

Visurg⁹ nũc Wesera.

publico ibi iudicio damnatos gladioq; cęsos. Cœpere interim in Phrisia capitanei, inter se ciuili bello dissidere: cum ceteri, quorũ euersę sunt arces inuiderẽt Siboldo, Emiloni, & Vdoni Phrisiorũ primoribus: nec fidebat populus capitaneis, qui arces teneret, bello par esse. Ergo memoratas urbes, bello socias, populus Phrisiorũ asciuit: ut ope mutua subuerterẽt, quę ad receptacula starẽt pyratarum arces. Hãburgẽses, atq; Bremẽses, quod diu cõcupiuere, iam oblatũ ab incolis, suscipiũt: certi Phrisios nunq̃ melius q̃ ope Phrisiorũ posse expugnari. Emittunt armatas cum apparatu oppugnãdi naues. Cõstituto tempore, ad arcem Siboldi oppugnandã, a mari uenerũt: Phrisiorũ a terra equites peditesq; cõstitere. Siboldus, & Vdo capitanei iam antea rerum gnari, non se patiũtur obsideri: sed comparatis undecũq; auxilijs, obsidionẽ a terra soluere intẽtabant. Iam arx terra mariq;, oppugnatur, & pene capta est, cum audiũt oppugnãtes Phrisij adesse Siboldum, & Vdonẽ, manu ualida. Parte igitur ad expugnationem iam pene captę arcis relicta, cum ex nauticis Phrisij trecẽtos accœpissent sagittarios, maiori copiarũ parte, Phrisij Phrisijs obuiã proficiscũtur. nec lõge ab opido Norda cõcurrũt, manusq; cõserunt. Itaq; paribus animis, uirisq;, aliquandiu stabant acies obnixæ: sed inclinauit fortuna Siboldi: ipseq; & Vdo, cum primis suorũ cęsi uictoriã hosti linquũt. Capti aliquot cęteri fuga salutẽ quærũt. Interim arx expugnata, ęquatur solo. inde ductũ est in arcem, quæ Amasi adiaceret, unde nomẽ illi fuit Emeden. Emilo capitane⁹, ubi audiuit exitum cõsortum, nec munitioni satis fideret, nec auxilia multa de foris speraret: in fidem se cõtulit Hãburgensium. Illi accœptũ in suam ciuitatẽ perduxerũt, hospitaliter & benigne habitũ: arciq; imposuere suorũ ualidã cum pręfecto manũ. Sed indignati Phrisij q̃ non illa arx ut cęterę dirueret. Ad hoc enim cõtenderant: ut omnes ęquo iure & uiuerẽt & habitarent, nulla in omni ditione arce remanẽte. Phrisij ergo, appetẽte iam uere, duxere in Emeden, euersuri uiribus & armis. Sed qui inerant fortiter restitere: ausi etiã erũpere, supra cẽtum ex Phrisijs oppressere, his, qui ad oppugnãdum uenerant. Eam aliq̃diu tenuere arcem, Hamburgẽses, ut incolume inde mare pręstarẽt nauigantib⁹, magno suo impendio. Inde post aliquot annos, Vlrico cuidam ex Phrisijs primario, uiro castrẽsi, fide permittũt: Vir hæreditate locuples erat: aliũde q̃q; reb⁹ abunde cumulatis, ab Friderico. III. Ro. Imperatore, ꝓmeruit dignitatẽ comitiali exornari: Cuius filij hodie comites sunt, uocanturq;, Phrisię orientalis. Sed hęc dudũ postea redeam⁹ in ordinẽ tẽporũ.

Bellũ ciuile in Phrisia.

Phrisij ope Phrisiorũ expugnabiles.

Siboldus & Vdo cæsi.

Emilo capitane⁹ in Emden.

Emeden oppugnatur.

Vlrico traditur Emdẽ & fit comes.

XXXI.

Asimarus per hęc tẽpora, dux Stetinẽsis, princeps acerrim⁹: qui Stetinẽsi urbi, arcem, quam ante non habebat imposuit, & subesse docuit populũ, alias per opes & mercaturas insolescẽtẽ. Iam moritur⁹, uocat eius urbis procõsules, cõmendatq; eorũ fidei liberos tuẽdos. Tum ex eis quidam, lingua prõptior, & principi familiarior: quomodo inquit, princeps illustris, filijs uestris preesse iubemur, qui ipsi seruiliter, ut cõstituistis, subesse cogimur: Arcẽ nullo cõmodo uestro, magno autẽ incommodo, nostro, urbi imposuistis, ex qua, magis ac magis, ciues

Sagax persuasor.

uestri, in tempore coangustati, migrabunt in loca liberiora: Non patitur mercatura eas militarium iniurias. Si ex hac urbe presidium futurum sit liberis uestris, in antiquam, oportet, libertatem reducatur. Suasit ac persuasit principi, ut iuberet nouam in urbe arcem, mox demoliri: permissa ciuibus, quod literis testabatur, ueteri, qua semper sunt gauisi, libertate. Iam treugę erant in diuturno bello, quod inter Danorum regem, ac duces Slesuici, astipulātibus urbibus Wādalicis, cum magno partium, ut fieri solet, detrimēto: & tn̄ Dani, per inducias, nihil abstinuere assuetis prędationibus. Questi sunt urbici per literas, nihilo secius agebatur. Semel enim magno turbine cōmotum mare, lōgo uix tēpore redit ad trāquillitatē. Multa uiris ad arma cōsuetis, pmittēda sunt, ab inuitis principibus: multa fiūt illis ignorātibus: cū interim sacramēto se rei purgare non formidant. Venerant & redibant incolumes Dani in urbē Lubicā. Noluere uiri boni, & si crebrius sui ciues per mare uexarētur, par pari referre: sed dissimulabant, interpretātes, quod res erat, multa inuitis, multa nesciētibus, fieri principibus. Itaq; lōganimiter prestolantur reparationem.

Demolitur noua arx.

Dani induciae rumpūt.

XXXII.

Procōsules Rostockceñ i cōsilio agūt

Appellāt a cōcilio ad sedem.

Ostockio proscripti procōsules, causam suā in concilio Basiliensi prosequuti, delegatū accœpere, abbatem sancti Michaelis in Luneburgo uirū doctum, decretorum doctorē: apud quē causa de integro uētilatur: & ex partiū productis, testificatisq;, iudex ille sententiam protulit iustificās exulantes, & e diuerso, cōdemnans nonū cōcilium cum cōmunitate: & censuris perurgebat, ut pareret iudicato. Illi a sentētia appellarūt sedem apostolicā: quā iudex appellationē reputauit friuolā: iam sępius per cōciliū Cōstantiense declarato, q papa subesset cōcilio, in spiritusancto cōgregato. Itaq; reięcta appellatione, cēsuras prosequitur, & ad diuinorū interdictū, inde etiam post tempora contra participātes procedens. Paruerūt diuinorum rectores mādatis ecclesię, loco cedētes, ne ad inconcessa per tumultū urgerētur. Erant ex minore sacerdotū ordine, qui appellationi inhęrētes, diuina peręgerunt. Doctores & magistri in nouo gymnasio, diu seruauere patiētiā, donec contra paticipātes ageretur. Cōminatur eis conciliū, nisi concedāt loco, adimēda illis priuilegia, quibus si in contemptu matris abutātur, ipso facto possent uideri amisisse. E diuerso pollicetur nouū ciuitatis conciliū, Dissimulēt, utāturq; patiētia: omne sępondus eius rei in se suscœpturos: Sed tum, quod grauius uidebatur, pręponderabat. Cessere loco magno suo, & successorum incōmodo, peruenere Gripeswaldis: ibiq; aliquādiu se continuerūt. Interim Sigismūdus Romanorum Imperator, ut Rostockcēses iudicato parere perurgeret, bāno supposuit imperiali, nisi intra cōstitutum diem parerēt: permisitq; omnis generis mortalibus, ut personas & res cōtumaciū Rostockcēsiū, impune inuaderēt, caperēt, spoliarēt, detinerēt. Ciues aūt solo mari utētes, cum pacē ab rege Danorum haberēt, omnia parui fęcere, quae Imperator cōminaretur. Ipsa uero doctorum, magistrorum, in eo loco fundata uniuersitas, irrecuperabili iactura afficitur. Perdidit enim annua, quę apud senatū erāt collocata stipēdia: amisit ecclesiarum quę principes cōtulerunt gubernacula, ut suis

Studium loco cedit.

Contemptus mādatorum Imperialium.

usibus haberent prouetus. His enim omnibus renūciare, priusq̃ in eam urbem reciperētur, cogebātur. Sed hęc infra.

CA. XXXIII.

Oc tempore, qui fuit. XXXIIII. post millequadringētos annus, h Bohoemię barones & proceres magna parte fideles catholici, alios quoq; ante decceptos ad sanam mētem redegerūt: collectoq; agmine magno, q̃d Taborite & Orphani hactenus heretici fecere: ipsi armis cogere cœperūt hereticos: ut ad matrē ecclesiā remigrarēt: & ut a capite ordiātur, duxere Pragā. Intromissi aūt in urbem ueterē, quā magna parte tenuere Teutonici uiri fideles, cum aliquāta parte Bohoemorꝶ cohabitantiū: primo mane, qui fuit dies Dominicę Ascensionis, nouā ciuitatē, quę tota hereticis redundabat, inuadunt, nihil tum formidātem. Sed ubi persensere heretici quid ageretur, obseruatis suis portis, ad defensionē cōstiterūt: oppugnatur ab urbe ueteri porta nouę ciuitatis & cōuellitur: magno impetu fideles incurrūt hereticis, ut illi solebāt: sęuiunt sine discrimine in omnē ordinē, ętatē, & sexum: nec illi segniter se tuentur. Victores & ipsi cadūt. Ferūt eo die, ad duo & uiginti millia hereticorꝶ cōcidisse: magna ibi prȩda, per multos annos, ex uicinis prouincijs & urbib⁹ cōuecta fuit: Ibi, quicquid Taborite, & Orphani, ex captis, direptisq; urbib⁹, preciosum inuenere cumulatū, reperiūt. Eā uictoriā uiri fideles deo inscripsere, non suis, ut par erat, uirib⁹. Inde uero, cōtinuato uictorię cursu, mouētes ad alia hereticorꝶ prȩsidia duxerunt. Arx erat itinere medio, Rasin dixerūt. Eam oportuno loco sitam, rebus catholicorꝶ multū profuturā rati, oppugnauere. Eius arcis domin⁹ aberat cum cōsortibus hereticis in expeditione militari: breuiq; uenit in manus catholicorꝶ. Eam improbis, quos necauere, purgatam, suis attribuūt fidelibus asseruādam. Inde ad urbem Broda, parētem hereticis duxerunt, instituta oppugnatione. Ciues, quid ageretur non ignari, pollicētur se mox in ecclesię obediētiam redituros, & redeūt parum accipiētes incōmodi. Deinde ad eam, quæ Colonia dicitur contēdūt: nec ibi plurimū difficultatis experti, in gratiā recœpere ciues: fidem faciētes, se in reliquū orthodoxę fidei parituros. Audiere Orphani, & Taborite heretici (his enim nominibus ipsi se nomiuarūt) quid de suis ageretur: Succurrēdum rati, obsidionē urbis Pilsensis, quā anno integro cōtinuarunt, relinquūt: obuiā ituri Bohoemi Bohoemis. omnē in currib⁹ bellicū secum duxere apparatū, & inter urbes memoratas, Brodā & Coloniam, inuicē occurrūt. Hereticis accessere sui, qui sparsi per prouincias, pridem omnia subuerterūt. Magno utrinq; apparatu, singulari diligētia, prelium instruitur: Cōserunt manus, & acriter inuicem prȩliātes monstrauere orthodoxi, non posse Bohoemos nisi a Bohoemis uinci. Itaq; immanissimū illum exercitū hereticorꝶ, catholici profligant, cędūt, opprimūt: infinitam stragē facientes. Pauci per fugam elabūtur. Cruento late cāpo cernitur, quid actum sit. Incredibile memoratu, quę ubiq; letitia inter fideles catholicos de uictoria: quæ laudes & hymni in dei gloriā, ubiq; cōcinūtur: Venisse nūc tēpus miserādi: respicere ab excelso nūc deū, qui hactenus despexerit peccatores: quātę piorꝶ elemosynę, quot dulces lachrymę

Fideles Bohoemi in Hussitas.

Fideles Bohoemi in Pragam.

Sęuiunt in Hussitas.

XXII. millia Hussitarum cadunt.

Arx Rasin expugnata.

Broda urbs dedit se.

Hussitę obsidionē soluūt

Hussitę uincuntur.

Signa letitię

per ora uolutę,sancta testātur gaudia: Hęreticorū urbes plurimę,sua spō te se dedunt fidelibus: Abięcta erroris nube,redijsse testātur dei,fideiq; clarissimā,ac optatissimam lucem. Pro magnitudine continuati meroris, erat mensura letitię. CA. XXXIIII.

Cōuent⁹ de Hāsa Lubicæ.

Vbiq; per id tempus,solēnem cōuentum agebant,omniū de cōmunione Hansę Teutonicę mercatores,urbiūq; & senatuū,in eis oratores,tractātes de multis pręiudicijs mercatorū,deq; infractionib⁹ immunitatū,quas ab olim principes cum inuitarēt mercatores,contulissent eisdē: Simul etiā cōsultantes, de diuturno in Daniā bello: quod iādiu nulla poterat cōpositione terminari: cum rex aduersum duces Slesuici,& armorū potentiā, & reportatæ apud Romanorū regem sententię, uim obtenderēt,in speciem iusticię sue. Duces aūt,quibus ciuitates quatuor deesse nolebāt,feudi successionē obtenderāt,omni legitimo iure cōprobatā. In eo tum cœtu aderāt,Magdeburgēses,ecclesiastico,ob pulsum archiepiscopū,interdicto suppositi: propter quorū pręsentiā,toto mense Lubicę diuinorū facta est intermissio. Placuit tum cōmuni cōsilio,legationē solēnē facere in Prussiam: ut interpelletur magister ordinis Teutonicorū sublimis,ad habēdam intelligentiā cum urbibus memoratis: celereturq; protector earū ad iusticiā,q in diuersis locis mercatores eorū,pręmerētur ab iure & iusticia sua. Missi sunt Coloniēsis, Lubicēsis,Hāburgēsis Gdanensis,procōsules,solenni comitatu: exceptiq; magnifice,audiuntur: Placide illis ad omnia respondetur. Non recusauit magister tātę cōmunionis iustam defensionē excipere,gauisus honore delato: fœdera ineunt, ad certam formulā: quę,literis inuicē datis,roborarētur. Placuitq;, ut idē sublimis magister,principibus,in quorū finibus sint emporia,super his,quę iustis querelis mercatores deferebāt,scriberet,mitteretq;,ubi opus esset,oratores: Idq; mox de literis tentatum. Cum decernerētur ad reges Anglię, Danięq;,ducem Burgūdię,aliaq; in loca oportuna,urbib⁹,& cōmunitatibus,hisq; cōstitutis ex sentētia,domū regressi sunt oratores. Interea alij ex eodem cœtu oratores,missi sunt ex cōstituto in Daniā: in arcem Werdinborg,Lubicę,Hāburgi,Luneburgi,& Wismarię procōsules, secū honoris gratia ducētes,duos pōtifices,Verdēsem & Raceburgensem. Rex aūt iam aduocauerat ex amicis principibus, Bauarię,Pomeranię, Stetinēsem,Magnopolēsem,Saxonię duces: Hildēsemensem,ac de suis Lundensem,Roschildēsem,Aboēsem,Ripensemq;,pōtifices. Cunq; diu,multūq; inuicē cōtulissent sermonē,nihil uenit in mediū,in quo utrisq; partib⁹ cōplaceret: In eū tum modū discessum est: ut cōcœpta regię dignitatis, maiorib⁹ quisq; suis,referret: certificaturis deinde regem, quid ex his cōplaceret. Idq; per literas. Redeūtes ergo Lubicā,ex Dania,ac Prussia oratores,referebāt cœtui, quid cuiq;, in sua legatione cōtigisset, quidue sit pactum. Placuit ex hoc numero deputare, qui anno proximo, in singulis emporijs ciuitatum sint futuri oratores, quidue per singula sit cōstituendum: In Angliā, Flādriam,Norwagiā,& Nouguardiā. Quib⁹ iam pro tempore resolutis,in sua quisq; abierunt. CA. XXXV.

Magdeburgen. interdicti

Oratores Hāsę ad magistrū Prussię.

Oratores Hāsę in Daniā.

Oratores Lubicā redeūt.

b Olislaus rex Poloniẹ,qui cum prima,ut dixim⁹,cõiuge,filia Ludouici regis Vngariẹ,cui etiã Polonia tum parebat,regnũ Poloniæ in dotẽ baptisatus accœpit:uir octuagenarius,per hoc tẽpus emigrauit:relictis duob⁹impuberib⁹filijs,ex secũda cõiuge. Ex filijs maior,duodẽnis,in regnũ patris surrogat̃,Polonorꝝ rex futur⁹. Hic est Casimir⁹,regũ,qui hodie reb⁹per Vngariã,Bohœmiã,Poloniã,Letuaniãq; potiunt̃,parẽs. Mira fortunę iactatio:immo Dei omnipotẽtis,gubernãtisq; uniuersa,per quẽ reges regnãt,occulta dispẽsatio. Ex Letuanorꝝ genere rex ortus,linquit hęredes Poloniẹ:cuius nepotes nũc,ut dixim⁹,Vngariẹ,Bohœmiẹ,Poloniẹ,Letuaniẹ,magnis regnis,dominant̃. Alter filiorũ Bolislai erat Ladislaus:is,qui regnũ Vngariẹ Alberto defuncto,sibi uendicauit:relicta Alberti,quẹ fuit filia Sigismũdi,uxore petita:Sed quo minus assequeret̃,properat⁹exitus erat in causa:cum pugnans ad Turcos,q̃d dicem⁹,opprimeret̃. Sigismũdus uero iam Romanorꝝ Imperator,conuentũ solennẽ agebat principũ utriusq; ordinis in Frãckfordia:super multis in Romanorꝝ Imperio fluctibus,sine ordine: ut reformationi aliq̃n intenderet̃. Constituit enim summẹ prudẽtiẹ uir industrius,iam ęuo maturus,a suo ordiri gradu,hoc est,a culmine:ut omnia cõponẽs,cęteris iustiori causa immineret. Ergo primũ de Imperiali fastigio iubebat attẽdere:ut a capite edat̃ ratio,quid ad Imperatorẽ pertineret:quẹ uigilãtia,quẹ instãtia,quẹ singulorꝝ in suis iuribus defensio:tum uicissim,quid a suis debeat̃ Imperatori,quẹ obsequia,quæ obediẽtia,quẹ subiectio: Tum de Imperij iurib⁹,ut illa aliq̃n in eis locis recuperent̃:De Imperij neruis, de uectigalibus,sine quibus ne inferior quidem principatus posset cõsistere. Sed hæc omnia admonere petiuit: Cæterũ quib⁹ cogeret renitẽtes,& iussioni non parẽtes:Illi tenuere,quibus hęc ipsa imperaret. Quis enim leonibus,ursis,& lupis(ut ille in figura mõstrabat)extorquebit aquilẹ primarias pẽnas? Cõmonuit præterea quẽq; sui ordinis,ut regni principes iusticiã fouerẽt: itinera publica secura præstarent:latrones insectarent̃. Comites,barones,milites,unũquẽq; pro suo gradu,iussit esse cõmonitũ:& usq; ad defensores ciuitatũ,municipiorꝝ,& opidorꝝ,officia distribuit: Satis q̃dẽ intelligẽs per prudẽtiã princeps,quib⁹esset opus:si modo adessent,quib⁹ illa ab nolentibus,& inuitis extorqueret. Sed q̃m neq; principes electores,neq; alij proceres regni,satis cumulate aderãt,iussit rem omnẽ in disquisitionẽ secũ quẽq; ponere:& in proximã diui Georgij diẽ in eundẽ redire locũ:ut interea,qui abessent,cõmoniti,ad eundẽ conuentũ prodeant. Sic agitur inter Germanos:ut cœtus semper ex cœtu oriatur:quasi fœt⁹ex matre. Sed tantundẽ alio conuentu,princeps oculatissimus futurũ prẹuidebat:noluit tamen cõmittere, ut sua uice, in regni administratione,quicq̃ omissum uel putaretur,uel diceretur.

Bolislaus rex obijt.

Casimir⁹ filius succedit.

Cõuent⁹ in Frãcfordia.

Sup quibus tractabatur.

Latrones insectandi.

Indicitur nouus cõuent⁹

CA. XXXVI.

a Nnus erat a Christo nato .XXXV. post millequadringentos, cum urbes Wãdalicẹ,diuturni belli,cui se implicuerũt,inter Daniẹ regem,& duces Slesuici,finẽ cernerent:& cooperarentur,ut fieret omniũ rerũ compositio. Nauigabant ducũ,& memoratarꝝ urbium

Tẽpus finis belli diuturni.

oratores in Daniam: cõstituto illis ab rege loco in Werdingborg: In eo deferentes honori regio, q illũ in regno suo adirent. Tractatũ est diu sine fine: Daniæ procerib⁹ semper in id cõtendẽtibus, ut ius quęsitũ regi, apud regẽ Romanorũ in duces, procederet: illicq cederẽt ducatui: Tum ut uectigalia rex pro suo arbitratu uel tolleret, uel augeret. Sed dum multi dies in eo sine fructu cõsumunt, nec aliud posset persentiri, nisi q dies ex die tẽderet, & inutilis mora necteret: testati ducũ & urbiũ oratores sępe diucq regem sequutos in Daniã: multũ eius semper honori delatũ: qñ irrisum iri uenisse uideant, curaturos, ut irrideri & diuti⁹ cõtemni non possint. Iam abitũ parabant, expectãtibus Danis, ut illi denuo ad tractandũ, quęrerẽt occasionẽ: nec tñ aliud cernerẽt, q̃ de proximo abituros. Danorũ proceres iamdudũ bellorũ pertęsi, regẽ adoriunt: Tempus esse aliqñ de pace cogitãdi, & ex animi sententia agẽdi: multos suorũ esse prelijs cõsumptos, euastatas insulas, suũ quencq priuatim sentire incõmodũ: regem imprimis de omnibus curantẽ, onus uel maxime sentire: Orare, ut sibi suisq consulat, ad temporũ tranquillitatẽ. Permittit rex, ut arbitratu suo, proceres de pace cõstituant. Tum omissis ambagibus, redit ad cõpendia: Iuri, q̃d apud regẽ Romanorũ quęsierit, non incumbit. Sinit rem, in quo est statu, uectigalia uetera ab mercatoribus urbiũ in regno pendẽda: Regnicolas in urbibus, nullis grauãdos nouitatibus: Suis ab antiquo immunitatib⁹ quẽcq gauisurũ. In eum tum modũ rebus compositis, læti oratores in sua reuertunt: portãtes pacẽ in patriã. Properabat hãc cõcordiã tumult⁹, exort⁹ in Suecia: Timuere Dani, ne forte ciuitates Suecis cõiũctę, grauiores incũberẽt regno Danorũ: quocirca finẽ fęcere bello diuturno.

Defertur honori regio. — Oratores se irrideri putant. — Dani bellorũ pertæsi. — Rex ãnuit pceribus ut fiat pax. — Finis belli.

XXXV.

Teutonicorũ fratrũ per Liuoniam tũc magisteriũ administrabat uir pręcipuus, N. de Kersebrock: qui se immiscuit bello fratruelium, de ducatu Letuaniæ contendentiũ. Suitergail frater regis quondã Poloniç, pellere paterna successione connisus Sigismundũ, Vitoldi ducis filium: incq eam rem multis laboribus cõtendit: Iam se fratribus memoratis per Liuoniã cõiunxit, fœdera cum illis sanciẽs. Probabat eam rem sublimis Prussiæ, eiusdẽ ordinis Magister, auxilio ei demittẽs in bellum multos ex fratribus. Venere ad famam tanti belli multi militares, fratrum cognati: cũcq illis noui ex Westphalia, Gelriacq fratres, qui sacrã uestem in patria suscepissent: primitias belli miseras assequuti. Ex omni Liuonia Magister fratres armabat sexcentos: decq ciuitatibus accepit auxilia: Estones, Liuoues, Lettos, & omnẽ peditatũ expediuit cum militarib⁹ terrę suę, & omni exterorũ auxilio. Sigismundus quocq non minori apparatu bellũ instruxit: Polonos, Massagethas, Prussos, & magnã Letuanię partẽ in arma ducens. Suitergail ipse belli caput, suis Letuanis coniunxit Russos: ipsum Nouguardię regẽ Georgiũ, & ex paganis non paucos ductabat. Constituere locũ dux, & Magister Liuonię, in quo copias cõiungerẽt. Vbi cõuenere, Magister se non ante castra moturũ dixit, nisi prius dux ipse Rigensibus, Magistro aduersantibus, hostilia nuncians, pacẽ interdiceret. Fęcit dux quod Magister uoluit. Remisit autẽ Magister seni-

Cõtendio de ducatu Letuaniæ. — Gentes quæ militarunt utrincq. — Georgius Nouguardię rex.

orem cõmendatorẽ, triginta iunctis illi equitibus, qui ordinis interim arces tuerent a Rigẽsibus: quos per absentiã suã, iam hostilibus denũciatis, præuiderat non quieturos. Duxere malo omine in hosticã terram: Sigismundus nemorosa tenuit loca: passus hostem prȩter castra ducere. Illi uastationibus de more institerunt. Iam ante curauerat Sigismundus dux, ut uada, & exitus omnes, impediti, & obserati hostibus essent: quo cõstituto, sequutus est uastantes omnia late: Iam etiã deiȩctis per nemora arboribus, prouiderat Sigismũdus ut nusq̃ hostibus fuga esset. Venere agmina sub aspectum mutuũ: & iam primo mane prȩliũ ineunt, non statarium, ut solebãt ueteres Romani, cum uir uirũ legeret, sed barbarico incursu, & recursu. Prima quidẽ initia belli satis prospera fuere fratrib⁹, & duci Suitergaili: sed ingrauescẽte pugna, uertit̃ fortuna: Cadit Magister cum uniuersis fratribus, & omni suorꝝ numero, circũuentus ab hostibus: Suitergail uix cum paucis elabit̃ in arcem, ubi tñ breui obsessus, ad extrema est perductus. Nec tñ hostib⁹ incruẽta fuit uictoria: nam de parte Sigismũdi cecidit dux ipse Masouiæ, cum Prussis: Rex quoq̧ Nouguardiæ cum Russis, de parte Suitergail, occubuit. Ferunt peracto prȩlio, uiginti millia iumentorꝝ in manus uenisse uictoris: non de agris, sed ad arma natis iumẽtis. Magister fratrum sublimis in Prussia, ubi lugubrẽ nunciũ de interitu Magistri de Liuonia, & fratrũ accœpit, ne quid ea ꝓuincia acciperet detrimenti, creatum ex fratribus a se Magistrum, cum ducentis misit in Liuoniam fratribus, ne deserta uideretur terra: Sed qui superfuere ex Liuonia fratres, non passi suo iure fraudari, marscallum terræ, magistrum elegerunt: eumq̧ multis præcibus, & muneribus a sublimi Magistro confirmatum accœperunt.

Ducitur in hostem.

Fit prȩlium nõ statariũ.

Magr̃ Liuoniȩ cum suis cadit.

Ex aduerso rex & dux cadunt.

Marscall⁹ eligitur in Magistrum.

CA. XXXVI.

Poloniã per ea tẽpora, q̧ sub rege puero ageret, & Vngariã, q̧ ei⁹ rex lõge abesset, implicit⁹ negocijs Romani Imperij, & Basiliẽsis concilij, q̧ tum cum Eugenio pontifice de potestate luctaretur, Turci transgressi constitutos limites, infestauere. Imperator autẽ in Vngariam, q̧ ipse adesse non posset, pro se misit generũ suũ, Albertũ Austriȩ ducẽ, cum expeditis copijs, quas augeret in Vngaria. Progressus ille magno in hostes animo, magnoq̧ agmine: sed tñ numero, & uirib⁹ par esse non potuit: qui aliquot centenis millibus solent in campum prodire. Aggressus autẽ prȩliũ, gregarij militis, peditũq̧ uirtute, satis fœliciter in hostes pugnans, multisq̧ millibus stratis, equites Turci subiere. Iam milites Christiani pene erant in pedites Turcos defatigati, cum equitatus adueniret recentibus uiribus: Pugnatum est tñ in eos fortiter: sed facile fuit & numero, & uiribus minores superare. Itaq̧ signa militaria ducis Christiani uenere sub pedes. Iam ad cȩdẽ, & fugam, Christianorꝝ omnia uidebãtur spectare: Tum uir unus, quod incredibile dictu sit, prælium restituit. Erat ex peditibus Christianis uir procerus corpore, & animi pariter uiribus inuictus: is securim ita distrinxit in obuios Turcos, ut deijceret sine numero plures: uiamq̧ fȩcit sequentibus se, Vngaris, ut signa iam cõculcata, denuo recœpta, surrigerent; recrearentq̧ animos militis Christiani.

Turci in Poloniã & Vngariam.

Victi fiũt uictores & cõtra.

Vir vn⁹ prȩliũ restituit.

Itaq; uelut misso coelitus presidio, redeunt in hostes: & uictoriã, quæ iam pene hostium erat, extorquẽt de manibus: magnaq; cęde peracta, hostes in fugam uertũt. Cęsa sunt eo die octo & decẽ Turcorũ millia: cum Christiani etiã magnam suorũ partem desyderarent. Celebris uulgatur fama uiri fortissimi: qui cruentissima cęde in hostes peracta, uiam fecit recuperandis signis: Et ad Sigismundũ perlata, cum omniũ conformi testimonio fulciretur, euocatum hominẽ, auratum militẽ fecit: datis illi pręd ijs & possessionibus ad eum modũ, ut honorem illum pro dignitate tueretur: res & principe, & milite digna fortissimo.

Cęsa XVIII. millia Turcorum.

Muneratur athleta.

XXXVII.

Er id tempus erat Prussis, & Liuonię mercatoribus iusta in Anglos querimonia, & Flandrenses: quorũ Angli pridẽ nauigatione in Liuoniã instituta, cum in mari, quod Rigense uocãt, profundum, tranquillo serenoq; aere fruerentur sine uentis, obuiosq; uiderẽt de Liuonia mercatores onustis nauibus occiduas petere partes, amica salutatione de naui, iubent propius assistere: inuitãtq;, per maris quietẽ stantes ad anchorã, suas in naues, ad epulas. Nihil illi ueriti fraudis, q̃ omnia essent pacata ad illos: descendere in eorũ naues. Illi boni uiri, acceptos; nihil morati, in marẽ proturbant: captisq; cum onere nauibus, in Angliã redeũt. Atrocissimę fraudis, dolosissimę technę. Prussos quoq; ijdem Anglici non bene habuere: q̃ tum crebris in Frãciam nauigationib⁹ Anglici, diuturnũ bellũ continuarũt: obuiosq; in mari mercatores, una intercepere. His de rebus, atq; de nõnullis alijs, de uiolatione ueterum in regno immunitatũ, querela erat orientalibus urbibus, in Anglos, atq; Flandrẽses. Misere oratores Calisiam, ad Anglos (opidum est in latere Flandriæ, q̃d iamdudũ Anglici tenuerũt) peruentũq; eo fuit, ut rex Hẽricus literas daret, de aliquãtis millib⁹ Nabulorũ exoluẽdis: quę etiã literę nũc extãt: q̃ necdũ pecunia est exoluta. Cum uero apud Flandrẽses in opido Bruggis agerent oratores urbium oriẽtalium, lugubre facinus in opido Sluia, ad maris ostia patrabatur. Rixati inuicem, alter ex orientalibus, ex Flandrensibus alter, ad uerbera peruenerũt: occidit orientalis Flãdrẽsem: mox a ciuibus, ad arma, conclamatur: Quousq;, inquiunt, detestabile hominũ genus orientaliũ ferimus, uno omnes excidio perdendos: mox armis correptis, occidunt omne obuiũ ex mercatoribus, nautisq;, nostræ nationis. Alij quadraginta numero, alij supra cẽtum ferunt perijsse orientaliũ: cum nonnulli per fugam elapsi, nauibus suis inuecti, seruarentur: Eam rem indignissime, ut debuerant, tulere orientaliũ oratores: quęsti concilio publico Bruggensi, q̃ in eorũ quarta de Flandria Slusenses, sortirentur: Non minus & illi doluerũt atrocẽ nationis iniuriam. Sed princeps super atrocissimo facinore erat interpellandus: qui magno Francię bello implicitus, cum minus attenderet nauticorũ hominũ rixã: sciensq; q̃ Bruggẽses maligno essent in Slusenses animo, dissimulauit. Bruggẽses uero, & oriẽtaliũ iniurię, & proprię indignationi seruiẽtes, eduxere in ostiẽses suos Slusenses, & magno illos affęcere incõmodo: Cõsulares opidi, q̃ iusticiã nõ fecerint, proscripsere: reos atrocib⁹ supplicijs perdiderũt.

Vocati ad epulas ĩ mare pturbant.

Querela in Anglicos & Flandrẽses.

Homicidiũ.

Occisio per tumultum.

Slusa icõmodis afficitur.

XXXVIII.

EO tempore Mathias Axkow miles, pro paruulis curator terræ Magnopolēsis, de predijs ecclesię Lubicensis, duos ecclesię colonos abduxit, & uelut suos obedictiarios, carcere maceratos, omni pene facultate emunxit: Indoluere canonici, iniuriam, & apud terrę dominam, literis & nūcijs rem querebātur: Minus audiebātur, q factum administratoris, inter militares non improbaretur. Volebat idem miles, uel ex uoto, uel ex deuotione adire locum in mōtanis Zuitensiū, ad sanctū uocāt Theobaldū: ubi singularis etiā colitur, memoria Dei genitricis, Pertransiuit ille peregrinat⁹ Basileā ubi iādiu cōcilium agebatur. Aderat dominꝰ Johānes episcopus, & dñs Nicolaꝰ Sachow, decanꝰ Lubicēsis: non ignorauere, quid miles ecclesię suę irrogasset: Effecere, ut captus in Rynfelde carceraretur, nec laxaretur, priusq̄ se sacramento constringeret, infra certū terminū ecclesię Lubicēsi satisfacere: quo non impleto rediret in locum ab illis cōstituēdum. Ibat uotū persoluere, redibat. Cōpositionē intentauit: nec processit. Iubetur captiui loco Luneburgū introire: nec nisi eorum abire uoluntate. Sic enim se iuramēto cōstrinxit. Cogitabat interim cum amicis deliberās, ut militari more, captꝰ, alio captiuo cōpēsatus, laxaretur. Obseruauere, si quē ex canonicis alterna uice caperent, cuiꝰ redemptione cōpensata, miles laxaretur. Erat eiusdem ecclesię preposito, uiro precipuo, domino Bertoldo diuiti (sic enim cognominatꝰ est) nōnihil in Holsatia negotij: cōstituerat quibusdā militaribꝰ de Bockwolde, in diem Magdalenę, ad locum in Holsatia prefinitū, occurrere: Id resciuerant Magnopolēses, ut semper par parē fouet, ac prouehit: Exibāt duobꝰ itineribus, intercipere uirū: alij per urbem Lubicēsem nemine quicq̄ tale suspicante: alij per opidū Raceburg: & obseruato egressi prepositi itinere, non lōge a Swartow, primi intercipiūt uirū: & trāsuadato infra urbem flumine Trauena: ut habuere rem paratā, captū deduxere in arcem Zuaen, turri, carcere mācipantes. Sederat uir grādæuꝰ in humido loco ultra mēsem insuetus cibario pane pascitur: incluso aere, & accessere incōmoda uincu lorū. Itaq; febre cōtracta, diem suū obijt: uix quinq; septimanis a die captionis expletis. Si quid ultra ea sit adiectū incōmodi, ut mors aproperet, ipsi qui cōtractauere nouerint. Facile tñ cōiectura quisq; assequitur, si nō aliud, q̄ ut miles laxaret, pretēderant, opus fuisse illis magis uiuo, q̄ mortuo. Audierāt patres in cōcilio manētes, quid de suo preposito esset actū: pfecerūt ob facti atrocitatē, per oēm terrā sacris interdici. Ea res pfecit: ut & de prima iniuria, & nūc adaucta p capturā & morte prepositi, cū sacramēta exhiberet miles, & ipsa terrarū dña, q neq; cōsilio, neq; iussu, neq; ratificatiōe rē, pbassent, satisfactione impleta, & sacra terrę redderent, & miles captiuitate laxaret. Extat capella ad orientē in maiori ecclesia, in qua, institutis sacerdotibꝰ, quibꝰ stipēdia, puiderent, ut Marię laudes inibi pēnet, in memoriā defuncti, in captiuitate prepositi exędificata. XXXIX.

Mathias Axkow.

Eps & decanus Lubicēn in cōcilio.

Euasio excogitatur.

Captiuitas prepositi Lubicēn & carceratꝰ obit.

Interdictū apponitur.

Marię laudes perennes.

HOc uero anno per autumnū, tātę fuerūt tēpestates, quibus nulla hominū memoria, similes unq̄ uidisset: Deiecta per nemora ingentia arborū robora: Intumuere cūcta flumina: Rupti sunt ag-

geres: Infinita hominũ iumẽtorumq; multitudo, intercœpta perijt: Ad albim, Visurgũ, Renũ, deinde cecidere niues profundissimę: ut per aliquot dies inuia essent itinera. Sequutũ gelu incompertũ: ut multi per itinera perierint uiatores, durauitq; in mediã quadragesimã. Quo tempore, nouissimus Wandalię princeps Wilhelm⁹, clausit diem extremũ, sola post se filia relicta. Peruenit ille principat⁹ ad duces Magnopolenses & Stargardię, non tam successione hęreditaria, q̃ placito inter se principũ: accedẽte proculdubio Imperiali cõfirmatione, ac placito: de cui⁹ pręiudicio agi uidebatur in euacuatione feudi. Firmauerũt inter se literis principes memorati, q; dum principatus aliquis ex tribus, sine masculo hęrede manserit, ad alios deuoluatur: Inq; eam rem iussere dñi triũ principatuũ, suos quisq; militares, singulis principibus suũ pręstari homagiũ. Qua etiam ratione quod suo loco dicem⁹, principat⁹ Stargardię, peruenit ad duces memoratos, nostra memoria. Hoc ergo pręcipue tempore, duces Magnopolenses Hẽricus & Iohãnes, iam ex ephebis euadẽtes, administrationem terrę suę ipsi facere cœperũt. Duxit aũt Hẽricus senior cõiugem dominam Dorotheam, filiam Friderici marchionis de Brãdenburgo, germanã Iohannis: Incertũ an eandẽ, quę impubes desponsata erat, patrueli eius Alberto. Ea genuit Hẽrico Albertum, Iohãnem, Magnũ, atq; Baltasar: quorũ postremi duo, nũc rerum potiuntur, fratribus ante defunctis.

Niues pfundissimę.

Mascula ples deficit dominui Wand.

Deuoluiť ducat⁹ Stargardię.

FINIT LIBER XI.

INCIPIT LIBER XII.

Bohœmiã suã Sigismũdus, post Imperiale suscœptũ diadema, longo post tempore, inuisere cõstituit. Iam enim magna pars procerũ, ad sanã mentẽ redijt. Audita ergo Taboritarũ, Orphanorũq;, insigni cęde, quã supra commemorauim⁹, legatos in Bohœmiã mittit: multos fieri iubet cõuentus, quibus perfidi fidelibus immixti, multis rationib⁹ suasi, iam etiã pro magna parte persuasi uidebãtur: renouatis regi suo sacramẽtis, q; in reliquũ ecclesię, & regno, ad iusta quęq; pareret. Dum hęc agerẽtur, persensit Imperator, in urbe Praga reuiuiscere plãtaria mala, quę extirpare cõtendit: Cum nõnulli, uel sibi timẽtes, uel quib⁹ trãquillitas grauis uideretur, in regẽ cõiurauere, statuentes illũ tollere de medio. Id ubi rescisset, proinde cõstituit, ne magno tumultu cõiurationis capita tenerẽtur. Capti sunt quatuor & uiginti, per summã, ut poterat, quietẽ: qui publico iudicio cõdemnati, gladiũ senserũt ultorẽ. Sed non erat ex fide, quę uidebatur, omniũ procerũ cõsensio, Pro maxima causa fuit occupatio rerũ ecclesiasticarũ, per tẽpora belli. Tot subuersa collegia, tot monasteria, soloten⁹ deiecta: multis ea & magnis pręd ijs, in opulentissimo regno abũdabant. Ea iam erãt in manib⁹ laicę nobilitatis: & pleraq; iam a patribus accœpta, per hęreditariã successionem,

Hussitę renouãt regi sacramentũ.

XXIIII. gladio cæsi.

Prędia ecclesiarũ in manib⁹ laicorũ.

difficilime dimittebantur, quę usq; hodie res detinet multos in perfidia, malentes errare in opulētia, q̄ pœnitētes egere: maligno ad salutē cōsilio. Sed tum Sigismūdus apud Ratisponā agebat, ubi eum multi procerū cōueniūt, suūq; regem cōsalutant, exinde poscētib⁹ Vngaris, nauib⁹ per Danubiū defluens, Budam petijt: ubi reformato rerū statu, uocatis ad se Bohœmię procerib⁹, in Alba regali, sexaginta millia numū, inter eos distribuit: dicta die, qua uellet Bohœmiā ingredi: Nec moratus Iglauiā uenit: ubi cōsilio cum Bohœmis habito, legatorū in Bohœmiā gesta cōprobauit. His cōpositis, Sigismundus Imperator, anno sexto & trigesimo supra millesimū & quadringētesimū, ab ortu saluatoris, Pragā uenit, qui paulo ante hostis censebatur, extremis honorib⁹ est exceptus. Barones ac ciuitatum primarij iurauerūt, & magistrat⁹, q̄s ipse cōstituit, acceperūt. Redierūt tūc mēdicantes, & monasteriorū abbates: Iamq; reges ei, populiq; Christiani, de recuperato regno cōgratulabātur. Eugenius quoq; pontifex maxim⁹, aureā rosam indicem suę letitię, ad eum misit. Sedit rex in foro Pragēsi pro tribunali: adesse iussus est Iohānes Rockisana, qui tum primatum uisus est gerere in nouo scismate, quiq; legatus ibat in Egram, & Basileā, trecētis equitib⁹ comitatus. Is tum cum quatuor presbyteris nomine totius cleri Pragensis, prestitit ecclesię Romanę obediētiā, cum adessent duo ad eam rem commissarij, qui illos ab sacrilegio, & reliquis irregularitatibus absoluerent & cēsuris. Sed non fuit syncera cōuersio, quia necdum abibāt legati, cum idem Rockisana, laicū sub utraq; specie cōmunicaret: idq; malum postea recruduit: nunc sub oculis Sigismundi aliter dissimulatum. CA. II.

Sigismūdus Ratisponę.

Sigismūdus Pragę.

Aurea rosa Sigismūdo.

Rockisana cū clero recōciliatur.

Rockisana sub utraq; specie.

Mercatores Hansę Teutonicę, quos uocāt in occiduis oriētales, anno proximo, qui fuit septim⁹ trigesim⁹ post millequadringētos a Christo nato, in Anglia usu priuilegiorū & immunitatū fraudati: cum nouis adinuētionib⁹ grauarētur in regno, questi per literas, & nuncios, ciuitatib⁹ Wandalicis & Prussię, quarū est crebrior in eo regno diuersatio, ut de remedio cogitarent: alioqui in eo regno durare non possent. Ciuitates aūt Wandalię sublimē in Prussia magistrū ordinis Teutonicorum, quē pridem caput ac tutorē, eius cōmunionis, ad tutāda mercaturę priuilegia delegarūt inuitauere: ut literis & nūcijs eam rem perageret apud Anglorū regem. Nec morat⁹ deputauit ille ex ordinis sui fratribus quēdam decretorū doctorē: qui cum procōsule Gdanēse, eius legatione fungeretur ad regem. uenere Lubicā oratores memorati, & adiuncti sunt illis ex urbib⁹ Lubica, Hāburgo, singuli procōsules, cum illis profecturi: Instructiq; ad causam, descēderunt in Hāburgum: inde nauigaturi ex Albi in Angliā. Peruenere incolumes in regnū Londonias, regi suam insinuātes presentiā, audiētiamq; postulātes. Diu rex dissimulauit, aut iuuenili cōsilio, non magnifaciēs urbiū oratores, uel ex dignitate sua esse arbitratus, non mox in presentiā admittere peregrinos. Amant enim reges qualicūq; cōsilio plurimū sibi deferri. Crebrius interpellātes, impetrauere post multos dies, ut proceres sublimis cōcilij participes, agerēt cum orato

In Anglia nouū grauamen.

Legatio ad regē Angl.

Rex dissimulauit.

tibus memoratis: curarētq́, ut regni honor, regnicolarū cōmoda, nihil su
merēt detrimēti. Exposuere mādata oratores: detexere suorū querimoni-
as. Multa obtēderūt, de indultis ab olim immunitatib⁹, cū in regnū mer
catores inuitarētur. Acceperē respōsa, quib⁹ ostenderēt Anglici, sine cau
sa mercatores queri: id in alieno petētes, qd minime ipsi in suo p̄mittāt alie
nis: replicatū est, de utrorūq́ causa, & qualitate locorū. Ostēsum, non no
Vana dispu tatio. ua nūc peti, sed uetera p̄mitti. multa obtēdunt ab Anglicis: multi in dispu
tatione uana, dies pereūt: plures in otio, q̄ inter eos nihil ageretur: causis
undecūq́ prętēsis q̄ maiora illis incūberēt agēda, q̄ abessent nōnulli ad
rem necessarij. Oratores patiēter tolerāt, & in ea expectatione, ęstatē triue
re totam. Sępe interpellāt, non audiūtur. Aliqñ reddita ratione, differun-
tur. Viderat eam procrastinationē, ac inanē dilationē, uir in concilio regis
Cardinalis uir iustus. primari⁹, Cardinalis Roman⁹, nomine Hēricus: & uehemēter motus ait
cōsortibus cōcilij: Non recte, inquit, agim⁹ in exteros illos oratores, quos
sine causa differim⁹, procrastinātes, & obtendētes, quę quisq́ nostrum, si
p̄qui ad causam esse uelim⁹ iudices, uidet non illis faciēda: Meminerimus
oratoris officia, non nisi ad mādata porrigi: Ipsi estimem⁹, q̄ grata nobis
esset, in alieno talis dilatio: ęquis & hoc intueamur oculis, quid a nobis
exigat: Certe hoc quod nostra sponte pręstare debuimus: Vetera illi de-
poscūt: nos uicissim ab illis noua: Intendite quid cuiq́ nostrū sua pręscri-
bat intelligētia. Quocirca descēdētes in ęquū, finem aliqñ rebus demus.
Cardinalis tēdit ad ęqui tatem. Satis magno ad Franciā labore implicamur, non etiā orietales in nos pro
uocemus. Hui⁹ uiri flexi sermone cōsiliarij, inclinabant postulatis: perfę
ctumq́ est, ut regijs literis uetera firmarent indulta: ut uicissim Anglicis
ea permittātur in terris orietalib⁹, quę ab olim ferūtur tenuisse. In ea tum
utrinq́ placita disceditur: oratores in sua quisq́ redierūt. Remāsit autem
Gdanēsis procōsul in regno, priuatis suis rebus intent⁹, q̄ mercator esset,
Gdani p̄cō sul capitur. & res suas cum socijs iam pręsens cōplanare statuisset: postea terrestri re-
diens itinere, captus ab hoste in Cloppēborg gre mulctatur. III.

Vbicenses cum Hāburgensib⁹ hoc tempore Thietmarsos intesti
I no bello inuicem debacchātes, ad cōcordiā reducere sunt cōnisi.
Erāt diuisiones ibi familiarū, sub duob⁹ capitaneis: cruento sępe
Tumult⁹ in Thietmarsia bello cōcurrentes, multos perdidere: & creuit in immēsum tumultuatio:
nec ullus erat finis, priusq̄ alterius partis capitaneus, aduersa factione insi
diante, de medio tolleretur. Fuere tamē postea, nōnullę cōflictationes, im
mo crebra inter eos latrocinia: Sed interueniētibus prefatarū urbiū cōsula
ribus, māsueta ratione in quietem redigūt: Ostenderāt illis, q̄ ab omni hu
manitate aliena, q̄ diuinę legi cōtraria, q̄ omnib⁹ execranda essent homici
dia: orabāt, ut p̄ cōmuni omniū cōditore, pro sua trāquillitate, pro Chri-
stiana pietate, aboleret odia, paterēturq́ ut certis cōstitutionib⁹, audacia
multorū frenaretur. Iam maiores terrę pertęsi laborū, persuaso populo, cō-
stituendi super ea re arbitriū oratorib⁹ urbiū permisere. Illi non usuros re
Homicidij poena. sponderēt ea facultate nisi ea de beneplacito omnis prouincię cōstituta fir
marētur. Constituere aūt, ut ex hoc die homicidiū q̄dlibet, centū marca-

rum mulcta puniretur. Insuper infamis & proscriptus, sine spe reditus in perpetuũ homicida haberetur. Placuit cõstitutio, & totius terrę cõsensu, literis desuper confectis, approbatur, populi, siue prouincialiũ omniũ publico sigillo. Hoc etiã tẽpore, cum duricia ciuiũ Rostockcẽsium, nullis rebus emollita, q̃tidie in malũ increscerent: magistrorum, doctorum, & scholarium uniuersitas, literis cõcilij, de participatione interdicta, iam cõmonita, cessit loco, & in urbẽ Gripeswaldẽsem, sese collocabat magno suo malo. Ita male remuneratur obedientia: Cum interim cõtumacia trãseat impunita. Sed poterat uideri iustũ illis latibulum si appellatione interposita, & ad summũ pontificem prosequuta, sub illi⁹ protectione, qui tum a cõcilio diffidebat, latuissent. Erat autem tricesimusseptimus post millequadringentos annus, cum loco cederent.

Statutũ in homicidas.

Uniuersitas Rostockij cedit loco.

CA. IIII.

Non cessauit interim Sigismũdus Imperator, cõpacare Bohœmiam suam, crebrius euocatis, quorum fidem duxit suspectiorẽ: Magna mãsuetudine perfecit: ut multorum rigidas ceruices, ad obedientiam reuocaret. Vnus erat omniũ pertinacissim⁹ Iacubic⁹, qui nec uocatus uenire, nec a pertinacia sua deflectere uolebat. Constituere uolebat in illo Imperator exẽplũ pœnę, quo alij terrerẽtur. Auxerat animos improbo uiro, arcis suę munitio, quã putabat inexpugnabilẽ. Colligẽs ergo milites ad defensionẽ plures, cõmeatib⁹ & armis arcẽ impleuit: ut obsidionem & oppugnationẽ Imperatoris, diu se fideret posse tolerare. Imperator rem serio aggressus, obsedit pertinacẽ: oppugnauitq; uehementer arcẽ fisus nihil esse inuiũ uirtuti: Erexit furcas, ut supplicium in oculis haberẽt uicti cõtumaces. Mouit ea res q̃ plurimos ex obsessis: ducẽti ex his exiere ad Impatorẽ, gratię eius se submittentes. Dedit ueniã Impator, ad cor reuersis: Remanẽtes acri⁹ impugnauit: effecitq; perseuerãs oppugnatio, ut semper nouis accedẽtib⁹ uiribus, fatigarẽtur obsessi. Ad extremũ arx capitur, ipse Iacubic⁹, cum ducẽtis sexaginta, appẽsus in furcis, exemplũ fuit pertinacibus, Christo, ecclesiæ, Imperatori, & regi suo. Deinde cum quieta omnia uiderẽtur, suspectã tñ duxit Imperator fidem aliquãtorum, quos facile ad rebellionẽ redituros prǫuidebat: Et iam assiduũ illi bellum erat in Vngaria aduersus Turcos: Delegit illos ad militiã Turcanã, quos regno decsse Bohœmię satius putabat, iniũgens illis ut in cõpensationẽ malorum, quę Christianis irrogassent, ea in Turcos per operam bonã purgarent, cõpensarẽtq;. Collectam perinde non paruã manũ, misit in Vngariã, suppetias laturã in Turcos. qua Vngari manu aucti, alacres ducũt in Turcos: magnãq; in eos stragẽ perẽgerũt. Multi tñ ex Bohœmis ibi pierũt, bono Impatoris instituto: ut uel, uincẽtes, uel cęsi, pdessent. Sed nimiũ profundas ẽgit hoc malũ radices, ut stirpit⁹ nõ facile posset eradicari.

Sigismũdus mansuetus.

Iacubic⁹ pertinacissim⁹.

Imp. oppugnat arcẽ.

CC. ueniam impetrant.

Capitur arx Iacubic⁹ cũ CCLX. suspẽditur.

Bohœmi suspecti mittũtur i Turcos

Multi Bohœmi pereunt.

V.

Magnopolẽsium interea iuuenũ principũ, qui tum primũ terrę gubernacula apprehẽderunt, prima opera fuit, exterminare latrocinia, quę ex Marchia Brãdenburgensi crebra tum fuissent, in Magnopolẽsem, Stargardięq; principat⁹. Quocirca apparatũ belli secũ e suis urbib⁹ duxere, Wismaria, Gustrow, Parchim, Sterneberg: duxerũtq;

Bellũ in latrones.

in arcem,quã nouã dixere domũ,insigne prędonũ habitaculũ. Aberat arcis dñs,cum omnib⁹ fere,qui militię seruiebant, solitũ agitãs quęstum,ut rusticam plębẽ exacturus. Non enim pręuiderat,necq formidabat,tãtos sibi uenturos hospites. Primo igitur mane,oppugnationi institerãt. Pauci relicti arcis custodes, cum quid apprehẽderent illi prorsus ignorarent, eis exercitationib⁹,non satis assueti. Itacq non difficile tãtis uirib⁹ arx indefensa capitur: captã uero,direptamcq,iniecto igne, cõcremarũt, ut solo æquaret. Reuersus arcis dñs,uidit quid factũ esset: tacitusq,ut erat profundi sensus,cogitabat, quo nã modo se de hostib⁹ uindicaret. Nouerat qui in ea expeditione militassent. Multã aũt,ex frequẽti militię cõmercio undicq cum multis inibat familiaritatẽ, q esset largus distributor,in prędę partitione: Quosdã in arce Stauenow, cũ militarib⁹,qui tenebãt,agentes,ministros habuit obęratos,peregitq apud illos,ut cõstituto die ueniens parata omnia inueniret. Callebat ille, quib⁹ horis pons in arcẽ duces demitteret: obseruãsq tempora,cum primo mane, prim⁹ ab arce descẽderet,ille de latibulo prodijt, & cũ suis ingressus arcẽ apprehẽdit. Tres,qui inerãt militares, acceptis de more dextris,suos fecit captiuos,& abire,q̃ uellent, iussis,ipse arcem sibi retinuit: in ęquo cõstituens, dolo,an uirtute hostibus suis quid adimeret. Quo tẽpore, Brãdenburgẽsis marchio,cum extãtib⁹ causis,aduersaretur duci Saxonię Bernardo,qui Erico fratri iam defuncto successit,ad arma cõuertitur: Iohãnem crediderim, Friderici senioris filiũ, dñæ Dorotheæ,quæ fuit regina Danorum,Christophori,& Christierni regũ cõiũx, patrẽ: ordinauitcq expeditionẽ,dicã magis excursionem in eam ducis terrã,quę ultra Albim est: & omnib⁹ peruastatis, ingẽticq prędа inde abacta, opidũ Erteneburg,immisso igne, fęcit cõflagare: ut ex eo die nunq̃ respirarit,paucis casellis, nõ in opidi,sed in uillę formam remanẽtibus. Que res effęcit, ut Bernardus dux, ad uicinas urbes se inclinaret, cũcq illis intimam iniret intelligẽtiam, & cõfœderationẽ de qua literę extãt satis utrincq affectuose cõiungẽtes inuicẽ partes. VI.

Arx incẽdĩt & ęquatur solo.

Arx Stauenow capit.

Opidũ Erteneburg arsit

Sigismũdus Romanorũ Imperator gratificat⁹ per eã tempora archiepiscopo Coloniẽsi, germano illi⁹ fratri Walramo a quibusdam extorrib⁹ canonicis, per temeritatẽ ad ecclesiã Traiectẽsem electo,dedit regalia,renitẽte summo põtifice Eugenio: qui Rodulphũ de Depholt,quem dixere postulatũ, iam emulo eius Zuedero, per mortem subtracto,cõfirmauit: & pro ea re papa scripsit Imperatori: quid ita se opponeret eius ordinationi,qui omnia curasset, Rodulphũcq cõfirmasset,ut terra frueretur optata pace. Iam ex multis annis uentilata diuturna perturbatione,propter duos in differẽtia electos: Sed pręualuit apud Imperatorem respectus archiepiscopi Coloniẽsis: utriusq tamẽ de episcopatu contendẽtis miserãdam sortem, q Rodulph⁹ a duobus sibi succedẽtib⁹ emulis iactaretur. Walramus aũt, perinde infaustus, q de hoc,& deinde de Monasteriẽsi cõtendens episcopatu,neutrũ assequeretur, fratre Theoderico ad omnia intẽtissimo. Per quę tempora,de cõcilio Basiliẽsi multũ cõtẽdebatur,quod Eugeni⁹ in Italiã trahere uolebat,& pręlati in eo cõgre-

Discordia super ecclesia Traiectẽsi.

Walramus infaustus.

gati,non cederet uoluntati pontificis. Misere utriq; ad noui Imperatoris electionem. Nam Sigismūdus Imperator tum uiuēdi finē fecit, exaugescēte morbo,qui accesserat senectutis incōmodo. Barbara aūt Imperatrix de retinēdo Imperio solicita: nobiliores ad se uocat:mulier iam anus, nouum cōiugium animo cōplexa:filiā cui omnia pararētur, ex animo dimouet. Non latuerūt egrotātem Imperatorē furētis fœminę con at⁹: In Morauiā se uehi iussit,uisur⁹ filiam,anteq̄ uita excederet. Nam ibi habitabat tum Albertus,cum illā illi prouinciā Imperator attribuisset. Filia cum Alberto marito ad eum uenit in urbem, quā Zuoimā uocāt: Albertum ille successorē suū nominat: Vngarię & Bohœmię primores rogat, ut supremam eius uolūtatē exequātur: Regna,quib⁹ prefuerat, genero quasi per testamētū relīquit: dicēs beatū esse regnū,cui Albert⁹ imperauerit. Supremis iam ut cōcceperat ordinatis,inter amicorꝝ manus defecit. Corp⁹ eius in Varadino ut ultima uolūtate cōstituerat tumulatū est. Reginā morte Impatoris insolescētē, cum iam nouū maritū quęreret, cui regna sociaret proceres uinciri iubēt: Vna ipsa captiua,& Imperatoris cadauer deuehūtur. Miserabile spectaculū,& humanarꝝ rerū singulare documētum. Occurrūt lugubres Vngari, nec tenere lachrymas in tāta rerū nouitate possunt:Hinc defuncti regis desyderiū lachrymas excutit: inde reginę uincula excitāt cōmiserationē. Libera deinde in Bohœmiā se recipit apud Grecium regina:ibiq; inter greges exoletorꝝ cōsenuit: Nobilis genere,maior cōiugio,sed infamis uita mulier: futurę uitę parū credula:quę stultas uocitauit omnes fœminas,quę uoluptatib⁹ non inseruirēt. Hanc tam scelera tam fœminā,in domicilio hereticorꝝ ex peste apud Greciū defunctam,ea digni,sacerdotes Hussitę, Pragę intulerūt,& intra sacra regū tumulo cōdiderūt,digniorē porcorū sterquilinio. Sed ut dicere cœpim⁹,morte Imperatoris, cum de successore deligendo principes cōuenissent, tam pontifex, q̄ cōciliū misere oratores Francfordiā, studijs partiū suarꝝ inseruituros. Sed principes protestati,inierunt neutralitatē. Interim,quas pro Grecorum receptione promulgatis per prouincias indulgētijs,collectas pecunias cognouerāt,pro se pōtifex,& e diuerso cōciliū, sibi attraxere: preualuit in ea pontifex,missis galeis,quibus Greci adueherētur: primūq; uenientes Ferrariā ad pōtificē,inde Florētiā, ꝑpter p est ē se cōtulerūt. VII.

Sigismūdus Imp. obijt.

Sigismūdus nominat Albertū generū successorē.

Tumulatur i Varadino.

Miserabile spectaculū.

Infamis Imperatrix.

Tumulatur Pragæ.

Neutralitas initur per Germanos.

Greci ad cōciliū Florētiā

Peręprecitū est agnoscere, qui ex Gręcia uenerint,patres,& principes:pro quibus tantus est impensus conatus. Ipse dn̄s Iohānes Imperator Cōstantinopolitan⁹ aduenerat: dn̄s Demetri⁹ despotes illustrissim⁹,dicti regis germanus,quisq; suis cum procerib⁹. Patriarcha Cōstantinopolitan⁹,cum infrascriptis archiepiscopis,episcopis, abbatibus & officialib⁹ curiarꝝ: Archiepiscop⁹ Trapezuntin⁹: Ephęsinus, qui locum tenuit patriarchę Alexādrini,Chisitensis,Heracliēsis, Monebusiensis,Sardensis,Nicen⁹,qui locū teneret Hierosolymitani patriarchę, Nicomediēsis,Tornobēsis,Lacedemoniēsis,Mitilenēsis,Noldebacēsis, Rhodiensis,Amātesiēsis,Suranēsis,Nelausenēsis,Dronienſis, Anttalensis, Athenienſis, Distrinensis, Charisiensis, Corinthius, Seruiensis, Ripæ magnæ,

Qui ex Grecia ad cōciliū uenerint

Greci in cõcilio florẽtĩ

cum multis alijs de sua prouincia: Vngioblachiensis, Iohannensis: omnes archiepiscopi, cum multis sine nomine episcopis. Officiales patriarchatus Cõstantinopolitani, qui Grece Scauropheri appellãtur, & interpretantur cruciferi: Magn⁹ Scacelari⁹: Magnus Cartophilax: Magn⁹ ecclesiarcha, Protodic⁹: Nemerophilax, cum quinquaginta clericis: Abbates, Magn⁹ prothosyncel⁹: Abbas Gerõtin⁹ Pãtocratoris: Abbas Athanasius Periu lopti: Abbas Nathanael sancti Theodori: Pater pœnitẽtię Imperatoris: qui locũ tenuit patriarchę Antiocheni: Pater pœnitẽtię patriarchę Constantinopolitani, Machari⁹ dictus, cum alijs multis abbatib⁹: Ambasiatores dominior̃, & ꝓuinciar̃. Ambasiator Imꝑatoris Trapezũtini, uir nobilis: Ambasiator Imperatoris Hyberię, & cum eo archiepiscop⁹ Ditrię regionis, & alij episcopi: Ambasiator magni principis Walachię: Ambasiator dñi Zechor̃, & toti⁹ Migrolię: Ambasiator dñi Gothor̃ Michaelis Hi omnes principes ecclesiastici, & sęculares, traxere in comitiua & ministerio octingẽtas personas: in quib⁹ multos nobiles de Gręcia, & Armenia, uiros annosos, barbatos, ipsa canicie uenerabiles: De partibus Russię uenerat per Liuoniã, & inde per mare, Lubicã, inde per Germaniã, dominus Isydorus metropolitan⁹ de Kiua, & domini toti⁹ Russię cõsanguineus, Imperatoris Gręcor̃: dñs Abrahã archiepiscopus de Muscouia: dominus Parcan⁹ prępositus Muscouiẽsis: Gregorius archidiacon⁹ totius Russię: dñs Fona dux de Iothferia, & plures alij prępositi, & doctores, & abbates, cũ fere ducentis equis. Prędict⁹ aũt archiepiscop⁹ Isidorus, priuauit in ipso itinere archiepiscopũ Nouguardensẽm, administratione archiepiscopat⁹, & abbatia satis ubere, pro eo ꝙ detrectaret ire cum illo ad cõcilium. Hęc idcirco recẽsuimus per catalogũ: ut intelligamus rem summo dignã apparatu, ad suscipiendã tãtã oriẽtis ecclesiar̃, & sęculi dignitatẽ pariter & nobilitatẽ: Simul, ut dolentes uideam⁹, quid quantumue in capta Constantinopoli, amiserit Christianismus: ut summo dolore ꝓsequamur tãtam iacturã Christianitatis. Excœpti sunt hi permagnifice Ferrariã, & in pręsentia summi põtificis, dignãter cõsalutati. Erãt in eis nonnulli, qui linguã callerẽt Latinã: Erãt tñ plures ex Latinis, qui Grece nossent. Itaqꝫ cœptis tractatibus, sęuire cœpit in eo loco pestis epidimię: quę ratio fuit transferendi cõcilij Florẽtiam: ibiqꝫ cœpta Ferrarię, sunt cõtinuata: diuqꝫ disputatũ super articulis & punctis discrepãtię Latinor̃ Grecorũqꝫ: De processione spirit⁹ sancti: deqꝫ symboli Nyceni, q̃d Græci querũtur mutatum: Ostensum liquidissimis rationib⁹, discrepãtiã esse magis in uerbo q̃ sensu. Ciuis erat Florẽtinus, Nicola⁹ Euboic⁹, utriusqꝫ lingue peritissimus: qui multis assistentib⁹, utriusqꝫ lingue gnaris testibus, accœpta Latine, reddidit Gręce: & rursus, Gręce accœpta, reddidit Latinis Latine: summã apud omnes laudẽ merit⁹. Aderat Ambrosi⁹ Camaldulẽsis Abbas, itidẽ in utraqꝫ lingua disert⁹, summã & ille in ea disputatione gloriã cõsequut⁹. Itaqꝫ tum Greci Romanis adunanť: fitqꝫ una oriẽtaliũ & occidentaliũ ecclesia, quę utinã mãsisset. Sed Gręci semꝑ leues q̃ facile suscœperũt tã facile dimiserũt unitatis ꝓfessionẽ: q̃d ante etiã q̃ frequẽter fęcere,

DCCC. ꝑsonę in comitiua.

Priuat̃ archiep̃s Nouguardensis.

Aliqui Graeci callebant Latinũ.

Nicola⁹ Euboic⁹ iterpres

Fit unio duarũ ecclesiar̃.

pœnasq́ dederunt nimium acerbas: nam sub Turco immanissimo gemũt damna seruitutis. CA. VIII.

Albertus Austriæ dux, gener unicus Sigimũdi, iam ante proceribus utriusq́ regni ab illo cõmẽdatus, cum uiueret Sigismũdus Vngariæ, deinde Bohœmiæ regnũ, nõ tñ sine labore, assequitur: cum essent qui non æquũ in eum gererent animũ. Erat tum .XXXVIII. post millequadringentos annus. Sex erãt in medio mẽses, inter Sigismũdi obitũ, & dum Albertus gener primũ Vngariæ, inde Bohœmiæ, postea etiã Romanorum regnũ prosperis successibus est consequutus: princeps longiori dignus uita: & in quo spes erat recuperãdorum de Imperio iurũ perditorum: nihil ille pro multitudine rerum, quæ humeris eius incubuere, procq́ uitæ in regno breuitate, potuit de Bohœmia constituere. Geminas ille ex Sigismũdi filia cõiuge, reliquit filias, & paruulũ Ladislaũ, in utero posthumũ suũ. Maiorem natu filiarum Wilhelmus dux Saxoniæ accœpit uxorem: Minorẽ Casimirus rex Poloniæ, Bolislai regis filius. Ex prima procreatur dña Anna, quã duxit Iohãnes marchio Brandenburgẽsis, elector princeps. Ex altera aũt Alberti filia, nati sunt qui hodie trib⁹ regnis præsunt, Wladislaus, qui Vngariæ & Bohœmiæ, Iohannesalbertus, qui Poloniæ regnant, & Alexãder, qui Letuaniã regit: nihilo fratribus principatu minor, & qui Gneznẽsem tenet ecclesiã, metropolicam cardinalis. Sed ad Albertũ Romanorum regem reuertamur: qui, qua celeritate ascendit, eadem descendit: peponibus enim, ut ferũt, in Vngaria delectatus, dysenteriam incidit: ex qua secundo anno regnorum suorum mortuus, apud socerum Sigismundũ tumulatur: relicta uxore filia Sigismundi pregnante. Cum aũt de morte Alberti iam fama uolitaret, agebatur cõuentus principum procerũq́ tam in Vngaria, q̃ in Bohœmia: electioni regũ factũ esse locum autumãt. Relicta Alberti, missis oratoribus, postulat expectari diem partus: posse donari regnis legitimũ heredẽ. Nato aũt puero nomen dedit Ladislao: quo Vngaris memoriã renouaret sancti quodã regis eorum Ladislai. Tum renouari iubet legationẽ: mittit oratũ, non contemni heredis legitimi infantiam: misereantur pupilli, abstineãt iniuria, regem se iam habere, quid de alio contendãt: electioni nullũ esse locum, ubi Deus illis regem dederit. Illi contra: Magnũ esse tempus in medio, anteq̃ adulescat, uir sit: regnũ nunc deposcere uirum, in quo uigeat cum cõsilio robur: Inde Turcos sæuire, inde tumultuare Bohœmos: quis inter ista puero locus? Igitur Bohœmi, reiecta reginæ legatione, eligunt sibi regem, Albertum ducẽ Bauariæ: Sed ille præmonitus ab Romanorum nouo rege iam Friderico. III. gratias agit regni procerib⁹, q sese illo dignentur honore: memorem se semper futurũ, delati ab illis muneris: se pupillo locũ dare. Vngari statim accipiunt paruulũ, regemq́ cõsalutant. Iam uero mater paruulũ suũ Friderico Romanorum regi mittit tutandum. CA. VIIII.

Fridericus eius nominis. III. dux Austriæ. XXV. aut circiter agẽs annum: natus, ut ex inscriptione sigilli apparet, sextodecimo post millequadringentos, anno: Romanorum rex post Albertum desi-

Alber⁹ Vngariæ & Bohœmiæ rex.

Fit rex Romanorum.

Moritur relictis duabus filiab⁹ & filio posthumo.

Magna posteritas ex seiore filia prodijt.

Albertus dysenteria obit

Cõuent⁹ procerũ i Vngaria & Bohœmia.

Regnũ uirũ deposcit.

Electus in regẽ regratiat.

Natiuitas Friderici. III

gnatur: princeps quietus,& qui maturus iam in adulescentia agebat: moribus grauis,& rebus magnis gerendis apparebat idoneus: apud quē Bohœmi instant,ut eorum etiam regnū, ꝙ apud illum educaretur paruulus eorum rex Ladislaus,susciperet tutādum. Recusat legitimis ex causis: homo quieti promptus, ꝙ sua tempora minime uoluerūt. Suggerūt,ut sibi, suoq; nomine desumat regnum: idq; Bohœmi propensius orant. Iniuriā se non facturum legitimo hęredi,respōdet. Igitur Bohœmi a Bauaro,& iam Australi contempti,proceres ex corpore regni eligunt administratores,donec rex ipse maturescat. Itaq; Ladislaus in potestate manet Friderici: cūq; eo iam annum agens duodecimū,Romam proficiscitur. Redit: reposcitur ab Vngaris,atq; Bohœmis, certatim regem suū enixeq; poscentibus. Imperator causas nectit ex causis. Vna e tribus partibus unus posci tur Ladislaus: nam Vngari,Bohœmi,Australes, principem suum uolunt intra prouinciam educari. Imperator timens puero, apud se retinet. Australes etiā bella cient,suum exhiberi principem requirentes. Imperator il lis aliquandiu opponit arma. Confligunt acri prælio. Vincitur pars Friderici: Sed interuentu principum,puer in manus comitis Ciliæ datur: donec de tutela eius plenius transigatur. Sed hæc postea. Rostockcenses per ea tempora,cum multum diuq; suis proconsulibus,quos proscripsere, repugnarēt,domiti utriusq; gladij strictura, ꝙ & interdictum illis esset ubiq; diuinis,& nihilominus banno Imperiali subiacerent, anno nono & trigesimo post millequadringētos, interuētu uicinarū urbium pactis conditiobus eos in urbē recœpere: inq; sedes consulares reposuere: Sed cum illis in administratione mansere,qui per diuturnā eorꝫ absentiam, rebus prefuerunt: Tum uero ecclesiastico in urbe sublato interdicto,festinauere doctores,& magistri,qui publicū in eo loco fouerent palladiū,iamq; per proximos annos,mandatis concilij parentes,in Gripeswaldū concesserāt,redire in locū suū. Prudētius,& ex re sua fecissent cōmodius,si non ipsi reditū tāta postulassent instātia: facile enim futurū erat,ut ciues magno eorꝫ desyderio flagrantes,orarēt ut redirent: tum pristinis libertatibus,& stipendijs recœptis,& non aliter,reditū pollicerent: nunc uero cœlū & terram pro reditu sollicitātes,cogebantur rebus suis carere: stipēdijs,& ecclesijs, quę pridē tenuissent in dotē. Preerant autē rebus literarijs,quidā ex ciuibus eius loci,qui eo diuti⁹ carere non paterent, magno eius gymnasij detrimento: Inuitati enim ipsi, dixissent legem, & conditiones: sollicitantes aūt ardenter,cogebātur suscipere quas illi uoluere conditiones. Sed hæc sunt in præterito. CA. X.

Bohœmi eligūt administratores.

Ladisl⁹ puer datur Ciliæ comiti.

Proconsules redeunt Rostockium.

Gymnasiū Rostockceñ patitur detrimentum.

Christophorus dux Bauarię Lubicā

Enerat per eandē æstatem, statim post Paschalia Lubicam Christopherus dux Bauarię,natus germana sorore regis Danorꝫ: Erici,qui iam multis affectus laboribus, regno cessit: multisq; affectus incōmodis,quę illi obijcerent alia super alia,ex eo die,quo primū est ingressus regna: Nam diuturno cum ducibus Sleswici,& Wandalicis urbibus bello,successit in Suecia noua perturbatio: Cum ibi proceres nouū

sibi gubernatorẽ constituissent. Itaq; regnis ille cessit: patriæ regionis angulum deligens ad quietem: proceribus iam inclinantibus in Christopherum, quẽ illi successorẽ delegerãt: quod in Dania diximus. qui ex paschalibus, in diem usq; Visitationis Mariæ Lubicæ cõmorat⁹, in regna perducitur: electus rex consecratur: & regnorũ mox trium administrationẽ accœpit. Tum Adolphus dux Sleswici, suscœpit ab Christophero beneficium sui ducatus, homagiũ præstans, & fidelitatis iuramẽtum: redditaq; sunt illi omnia, quæ antiquo iure ad ducatum pertinerent: quæq; diuturno bello a Margareta primũ regina, & deinde Erico rege, eius adoptato filio erant adempta: per annos supra triginta durante bello: omnia recœpit ad pontem, usq; in Koldingen, qui est limes ducatus. Proximo deinde anno, in Marchia Brandẽburgensi, quam nouã dixere, ciues Berlinenses in suum sunt tumultuati senatũ, magno urbis incõmodo: Dum enim illi mutuis, & intestinis armis fouent dissidiũ, Fridericus marchio interueniens utrisq;, imposuit urbi arcem, frenum antiquæ libertatis: Sensere tum in cõmune omnes, quantũ sit malum, intestino bello laborare: fit enim, ut (quod Veneti scribunt in titulo sancti Marci in locis subiectis) graue sit non sapientibus, non habere rectorem. Quem interea Berlinenses suscœpere, dum libertati suæ nullum modũ posuere: exemplo futuri cõparibus urbibus, ne per licentiam insolescant: Nihil enim magis expedit communitatibus urbium, q̃ æquabiliter uiuere, agnoscere quenq; sui ordinis gradum: ea dum in obliuionem transeũt, ut uel gubernatores permissa abutantur potestate, uel minores lasciuiant nimia libertate, uenit rerum arbiter aliunde: ad hoc enim est potestas omnis a Deo constituta, portãs gladium ad pœnã malorũ, laudẽ uero bonorum.

Adolph⁹ hõmagiũ præstat.

Bellũ annis xxx. durãs.

Arx imponitur Berlino.

Berlinenses nõ posuere libertati modum.

CA. XI.

Poloniam & Vngariam ea tempestate uexauere Turci: q; regem habere non uiderẽtur, qui timeretur: Ladislaus enim Alberti regis filius puer erat, cui proceres Vngariæ parebãt: Sed erat alius Ladislaus, aliquanto ætate maior, Bolislai Polonorum regis filius, Casimiri frater: qui & ipse contenderat de Vngariæ regno: Hunc multi procerũ regem uolebant, hoc connitentes efficere, ut relictam Alberti regis cõiugem, Sigismundi filiam haberet uxorem: inq; eam rem multa fiebãt. Hic autem Ladislaus, frater Casimiri regis Poloniæ, magno exercitu in Turcos ducens, consortem habuit expeditionis Iulianum cardinalem, qui diu in concilio præsedisset Basiliensi: qui aliquot prælijs in Turcum fœliciter gestis, magnam hostibus stragem intulere. Hellespõtum iussi sunt seruare Veneti, ne ex Asia maiores copiæ prioribus accederent: idq;, ut nonnulli ferunt, non ex fide agentes, ut ipsi aiũt, impedire non poterẽs, dum Turci acrius instant, q̃ possent ipsi resistere: exercitus fidelium medius inter duo agmina hostium includitur, cui alius a fronte, alius, qui mare transfretat, exercitus, imminet a tergo: Ibi cum multis millib⁹ cecidit rex Ladislaus. Cardinalis & ipse dum se fuga proripit ab hostibus, intercipit̃ ab Vngaris sparsis de prælio, qui dum iumentum aquaret, aggressi hominem,

Turci in Poloniã & Vngariam.

Ladisla⁹ in Turcos.

Exercit⁹ fideliũ includit̃.

Caput regis hosti relatū.

quem putarēt auro refartū,occidunt. Ferunt hosti relatū in partica caput regis,diu fuisse ludibrio. Hic erat exitus infoelicis pugnę:in qua Ladislao puero regnū Vngarię,quod cognominis eius alius Ladislaus,in quęstionem uocauerat,sine controuersia redditur. Quo etiā tempore Delphinus Francię Ludouicus,non ignorante,ut ferebatur,Friderico Romanorū rege,magno agmine uastabat Elzāciam: disturbaturus conciliū Basiliense, ad portas pene urbis adequitabat. Nam patres qui tum reliqui fuere,pertinaciter tum cōmanere putabantur:qn̄ omnes principes,& imprimis Fridericus rex,neutralitate sublata a natione Germanica,pareret pōtifici. Armiacenses Galliarū populum tum Ludouicus Delphinus in arma ductabat:crudelem,ut tum habebatur.quod genus hominum etiam ad Suzatum Westphalię pugnabat,pro archiepiscopo Coloniensi:quod in Saxonia attigimus.

Ludouic' delphinus in Elzaciam.

Sublata neutralitas.

CA. XII.

Luneburgū munitur Bohœmorū timore.

Vneburgum prēclarū inter Saxoniæ urbes opidum, Wādalicis urbibus pro multo rerum cōmercio,cōnumeratū, ea tempestate cum ceteris,timore Bohœmorū,magno impendio cœpit cōmuniri: Parauere tum uiam, qui prēfuerant,salinā,quę in eo opido largiente Deo usq; hodie largissime fluit,aliquāto uberiores,q̄ ante, opido fructus facere: inq; eam rem apostolica usi authoritate,archidiaconatum qui inibi erat,sub titulo Modestorpe,in ruralem præposituram conuerti curauere: eiusq; loci iuspatronatus, perpetuo sibi coniungi curauerunt. Quo iacto fundamento,paulatim cœpere semina serere,ad prēscindendos uberes ecclesiarum,& monasteriorum fructus, quos de salina iure dominij capiūt: perfęceruntq;, ut magna & diuturna lite, quæ inde surrexit, excitata, & qualitercunq; terminata,nunc iam ad eius opidi usus, bonam accœperūt de salina portionē: Inde multos in circuitu honores,& legalem in omnes curialitatem monstrāt: plurimo multorum fauore prouecti. Rem tum ferunt non longe Lubica calamitosam in uilla Quale, miserabiliter obuenisse. Erant rusticanę ibi nuptię,ad quas, ut fieri solet, apricandi causa matronę ac uirgines, honesto uirorum comitatu, de Lubica uenerant: Ignis a camino grandior q̄ ferebat usus,excitatus,tectum rusticum ex calamis, apprehendit: Id serius ad uesperum,cum resoluti omnes in lętitiam essent, nemo attendit: Sedebant conuiuantes,aut circuiere choreas, ex more rustico,ducentes: alij uarijs distenti cachinnis,incuriosi ibant: Cecidit superne tectum, iam igne totum comprehensum: & mox fumo complente omnia,fores inuenire nemo potuit, alio alium in tumultu & pressura impediente. Igitur inuoluti fumo,& igne,miserabili confusione perierūt,uiri, ac mulieres, senes, pueri,iuuenes,puellæ,numero centum octuaginta. Sponsus & spōsa in triclinio,per angustā nudi uix euasere fenestrā. Postera luce euersis omnibus, illesa ab igne corpora multa repererunt, quæ solus fumus interemisset: cum respiraculū nullū haberent. Miser, & sine exemplo calamitosus nuptiarū exitus, uillā diu insigniuit: ut nuptias Qualenses appellarent,quoties infortunium,aut grauem per metaphoram casum designare uoluissent.

Erigitur prę positura ruralis.

Portio salinę in usū opidi

Igne & fumo suffocatī hoies.clxxx.

Calamitosus nuptiarū exitus.

CA. XIII.

Eterē quæſtū difficile fuit intermittere Prignıſſę habitatoribus u Wandalorꝝ uera propagine: qua de re, ſiue cauſam prętēderent, ſiue nullam habētes, ad deprędationē publicorꝝ itinerū, quē illi prope iuſtum habent quęſtū, ſemper ſunt expediti. Eo tempore. CXX. equites uenere in Magnopolim, ducem præferētes tāti equitat⁹, Hēricū, quem dixere pinguē, cuius in nominis umbra latuerūt, illo ditiores & hę reditate pinguiores. Nemo enim paulo honeſtius, in latrociniȷs nomē ſu um cōmodat: ſed hominē ruſticani generis prębiciūt, quē ſine nomine ſe quūtur nominatiſſimi. Aliā tum proculdnbio in animo expeditioeem ha buere: quę dum ex ſentētia cōpleri non poterat, fecere quod poterāt. Eue ctiones curruū incurrebāt, inter Lubicam, & Wiſmariā, mercatores cum mercibus una euexere. Interpellat⁹ Hēricus dux Magnopolēſis, ꝙ in di tione illius per diſtrictum eius incedētes, & redeūtes, latrociniū illud cō miſiſſent: Ille plurimū ſibi diſplicere rem improbā oſtēdit: non ſe tamē ſa tellitio mercatorꝝ militare, ſi in man⁹ eius incidiſſent, uel adhuc inciderēt, cernerēt omnes quo eſſet in latrones animo: ipſum ſe in ſuo, non parua ab illis incōmoda accœpiſſe. Mittūtur in eam cauſam inuicē literę, pares re deunt: Capti tamē & abducti mercatores laxantur: Sed de rebus adem ptis nihil. Multa per ea tēpora ſunt innouata in regnis Daniæ Sueciæꝗ, Wādalicis urbib⁹, & earꝝ mercatorib⁹ aduerſa. Chriſtopher⁹ enim nou⁹ rex, liuēti ſemper oculo, Lubicā fertur aſpexiſſe: Multū undecūꝗ theſau rum cōgeſſit, quē cum in ſuſpicionē adduceretur paulatim pręmittere ex cōmodo ſequuturus: quod Ericū eius pręceſſorē & auūculū factitaſſe me minerāt. Sed ille iam perueniēs ad extrema: nec enim diutius ꝗ̄ annis no uem pręfuit, iuſſit adeſſe ex primorib⁹ procerꝝ: en inquit, ego morior: The ſaurū, quē me cōpoſuiſſe arbitrabamini, ut emitterē, habetis eo loco: Eum mihi impēdere ſemper in animo fuit, ad recuperādam regno, urbem Lubi cenſem: quę ut audio, Danici iuris aliquādo fuit.

Wādalorū uet⁹ quęſtus latrocinari.

Interpellatur dux contra latrones.

Mercatores capti laxanť

Theſauri oſteſio.

CA. XIIII.

Oterat Adolph⁹ Sleſwici dux, comes Holſatię, qui diuturnum p cum Danis dellū gerebat, ad coronā trium regnorꝝ tum perue niſſe. Erant ex Danię proceribus, qui animū eius ſuper ea re per tentarēt: ne facta iam de illo electione, ſi recuſaret, cōtemptum rependeret pro honore: Sed ille nouerat uicinos ſuos, quibus eſſet tanto tēpore cōfli ctatus: pariter cernens, uiduę reginę cōſulendum: ut unū, eundēꝗ, & illa maritū & prouincię regem acciperēt. Miſit eos ad nepotē ex ſorore Chri ſtiernū de Oldēborg comitē: nobilitate, forma, moribus pręſtātem: qui ea regna cum cōiuge, mox eſt aſſequut⁹. Aliquis tamen illi labor inceſſit in Sueciam: quod in ea dixim⁹. Quo etiā tēpore Brandēburgenſis Mar chio Albertus: cuius frater Frideric⁹ princeps elector, nouę preerat Mar chię, & ali⁹ Frideric⁹ cōgnomēto pinguis, ueterē tenebat: ipſe interim Al bertus burgraui⁹ Nurēbergę, illum dominatū pro ſuo gubernabat. Erat illi tum difficilimū bellū, cum opido Nurēbergēſi: cum, neſcio quid, iuris prętēderet, quod imperialis illa urbs pernegaret. Fridericus Romanorū rex, ad omnia quietus permanebat, luctari ſinens utroſꝗ: Magnis utriꝗ

Chriſtiern⁹ uocatur ad regna.

Bellū cōtra Nurēbergeſ.

cõtractis uiribus, aliqt prelijs cõflixere. multi Alberto principes & nobiles tulere suppetias: multi quoq; comites, barones, milites, in aduersis castris militauere. Contulerũt aliqñ totis uiribus man⁹, semel experturi fortunam, qua uergeret, inclinauit acies marchionis: cesi captiq; sunt plurimi: ut iam omnis pene fortuna eius esset in desperatione. Sed ille in ultimis pene malis erectũ tenuit animũ: Celerrime cõtra omniũ opinionẽ, undecũq; uirib⁹ reparatis, uictoribus iam imminebat: iterũq; cõfligẽs cum hostibus, qui iam pene cõtemptũ eius induerãt, claram de illis uictoriam & quę pristinis incõmodis maior erat, reportauit. Igitur aleã fortunę foeliciter uersans, & repetẽs, recuperauit immo exuperauit uictor, quod uict⁹ amisit. Is solus inter fratres, quod dicem⁹, masculã prolem reliquit: perueniẽs ipse fratrum morte ad dignitatẽ Imperialis electurae: quod magnum hodie habet, etiã si non sit magn⁹, a quo illi magni uolũt uideri. XV.

Marchionis fortuna in desperatione

Idem post reportauit uictoriam.

Enricus dñs Stargardię, qui se quoq; ex pacto inter se principũ Magnopolensem ducẽ in titulo preferebat: princeps ad arma industrius, & qui in armis plurimũ esset uersatus, tantũ experimẽti de labore cõtraxit: ut noctib⁹ q̃frequẽter inambulãs, stellarũ situ, & ordinem, annotabat: ut tẽpora cum horis decerneret. Cęterũ ad res ciuiles, tam imperitus: ut currẽtem monetã non discerneret. Nihil enim tam angusti animi reputabat, q̃ amare diuitias. Sederat aliquãdo dispensator rerum eius, & iactiles nũmos, ex cupro, ad numerũ leui cõparatos, lõgo ante se ordine calculãs habuit: Dux ipse iam ęris indiguus, cum putaret aureos, aceruat in unũ: Hos inquit interim meis usibus desumo, tu alios require. Mouit astãtibus risum, cum dispensator diceret, non esse illos usui ad cõparãdum, sed solum calculãdum, proijciẽs abijt. Is tum in Lubicẽses cõtraxit nõnihil irarũ. Mouit in septa eorũ per Magnopolim, presidium, quod Vredeborg uocant, in flãmas uertit. Duxere illum duo ex his, qui pridem stipẽdia Lubicae fecissent: sed per culpam eiecti ministerio, nunc hosti se applicuere: ostendẽtes, quę prędia pinguiora, unde exitus. Itaq; prędis undiq; coaceruatis abierũt. Comitabãtur illum, quod sciebat, ex nõ lõginquis, Magnopolẽsis militię uires. Lubicẽsiũ duo prefecti, ex ipsa urbe alter, alter ex Molne, iunctis copijs, ex interuallo ingressi eorũ praedia, qui interfuere, parẽ ęgere predam: mãsiones multorũ subuerterũt: sed ipsi domini protin⁹ elabũtur, ne in manus uenirẽt, frequẽter ita cõparatis habitaculis, ut q̃ties timor ingruit, in saltus, aut nemora, aut in profundas paludes, sit promptus elapsus. Solent enim inuicẽ se militares, crebris urgere capturis. Deprehensus ea tẽpestate Lubicę quidã fallator monetę, qui lõge extra prouinciã, etiã ultra Renũ, falsum curauit excudi nũmisma, q̃d in Prussiã deueheret. Erat eñ Gdanẽsis, uir boni nominis, & de q̃ nemo suspicaret male: Hoc in Vngarico auro: hoc in argẽto deprehẽsum: atroci ille perijt publice supplicio, buliẽti in foro caldarię immissus. .XVI.

Hẽric⁹ dñs Stargardię astronom⁹.

Imperit⁹ in ciuilibus.

Henricus in Lubicẽ.

Lubicẽsium prefecti par referunt.

Militares se inuicẽ capturis urgent.

Annus deinde erat a Christo nato, quinquagesimussecũdus, cum Fridericus Romanorũ rex, anno regni sui duodecimo, Italiã peteret Romã aditurus pro Imperij corona. Venerat ille pacificus,

Frideric⁹ III. in Italiam.

& ideo non metuendus: primus nostrorũ regũ, qui pacatus ibat per prouincias Romano Imperio subductas. Vsq; ad illũ omnes conati sunt aliquid ad recuperãdum: ille primus spem posuit. Copias quas pacatas habuit etiã dimisit, alios preire, alios iussit subsequi, ne ulli grauis aut formidabilis uideret̃. Albert⁹ dux Austrię frater german⁹, euntẽ deduxit. Aderat una Ladislaus puer egregi⁹, & inter nobiles ipse nobilissim⁹, ipsa ætate gratiosus, duodecimũ agebat annũ. Leonorã regis Portugalię filiam, Fridericus ante sibi despondit, & in urbe Senensi exceptã secũ perduxit Romam. Accepta aũt cõsecratione, transijt Neapolim: ibiq; peractis regio paratu nuptijs, cõthoralem accepit: quę illi peperit suo tempore Maximilianũ filium, nũc regem Romanorũ, & filiã quam despõderat Alberto Bauarię duci de Monaco: Inq; Germaniã redeũtem Fridericũ, excepit bellum: quod Austrij pro suo principe Ladislao, quem ut supra ostendimus, petiere, intentabãt: multisq; laborib⁹ uix eo peruentũ est, ut comes Cilię adulescẽtulũ exciperet, donec de illius tutela inter principes cõueniret. Qua ex re uir ille excelso animo comes, ita cœpit insolescere, q̃ in potestate haberet tãtum futurũ regem, ut ferre nemo posset comitis superbiam. Eo res deducitur, ut destituto comite, alteri ex principib⁹ puer commẽdetur. Comes idem, cum in Vngaria se insolentius gereret, a nobilissimo adulescẽte, Iohãnis Cuniad Waiuodę filio, qui multa pręclara facinora gesserat, meritissimi de Vngaria, obtruncatur: q̃ similes insidias adulescẽtis patri, memorato Iohãni, comes sępe diceretur intentasse. Omnes illico proceres, indignũ facinus rati, tantũ cecidisse uirum, perfecerũt: ut publico iudicio damnatus, idẽ nobilissimus adulescẽs, gladio feriretur: Frater is erat Matthię, postea per Vngariã diu fœliciter regnãtis: qui etiã tũc ne uindex fraternę necis, quod minari uidebatur, fieret, capt⁹ & asseruat⁹ est, donec mortuo Ladislao, ad coronã uocaretur.

Prim⁹ pacifi cus transitus Ro. regum.

Ladislaus puer Rex.

Frederic⁹ III. Neapolim.

Bellũ in Austria p Ladislao.

Comes Cilię interficitur.

Occisor gladio feritur.

XVII.

Russia per ea tempora, cum pacẽ foris haberet, a Polonis & Letuanis, intus cœpit domestico & intestino bello perniciosissime laborare. Nam militares terrę cum ciuitatibus, arbitrati se ab ordine Teutonicorũ graui⁹ in diem oppressum iri, inita cõfœderatione aduersus ordinẽ, literis inuicem datis, fœdus firmauere. Non potuit eã res, quę inter multos ageretur diu tegi silentio: Peruenit ad magistrũ & fratres Teutonici ordinis: Cœperũt rem improbare, q̃ cõspiratio esset in iustos dominos, aduersus quos inire ligam, quid aliud uideri posset q̃ in caput dñi cõiurare? Iubebãt inscindi illicita fœdera: recusabant, Perlata causa est ad Imperatorem Fridericũ: omnia enim prius iure q̃ armis experiri statuerũt: Iustificata est ibi pars ordinis, irritũq; fœdus pronũciatum: Ordo ipse literas sibi tradi poscit: Non paretur. Aggrauatur deinde manus ordinis in rebelles, & multiplicatę sunt iniurię. Querelę ad Romanã curiam peruenerũt: Ibi quoq; superior ordo fuit in causa. Creuerant perinde animi dominorũ in subditos, q̃ ubiq; causa eorũ iustificaret̃: Immiscuere se (ut fieri solet) iuribus iniurię: Crebrescũt odia in partibus. Orant deinde ciuitates cum militaribus, ut in antiquã quietẽ res perueniat: abstineãt

Bellũ intestinũ i Prussia

Fœd⁹ inter nobiles & populũ Prussię

Fratres Teutonici mouẽt litẽ fœderatis.

Causa ad Ro. curiã.

iniurijs,& moderato examine,iusticiā foueāt in subiectos. Semel exaspe rati domini fratres,acrius atq; acrius in bellum exardescūt: Quotidie mi ne,quotidie iniurię. Miserūt urbiū & militariū coetus,uiros religiosos ab bates,qui pedibus prouoluti magistri & cōmendatorū,gratiā & quietem postularūt & per uiscera misericordię dei,magnū quod impendere uide batur,malū,auerti obsecrabāt. Stetit sententia: non nisi literis exhibitis,& alijs,quas indixere,cōditionibus,impletis,pacis esse ullā spem. Iam secre to inuicē militares cum urbibus cōdixere: ubi omnia quę ad petēdam pa cem pertinerēt frustra fuere: nihil tale formidātib⁹ fratrib⁹,cum non tam paratā ad bellū partē alterā arbitrarentur: uno pariter die,tot arces, cum opidis amisere: quę magno impetu inuasa a militarib⁹ & urbicis,in pote statem accipiūtur. Ilico exardescit cruētissimū bellū in multos annos pro telatum: Infinita cędes hominū,uastationes agrorū,euersiones arciū,con cremationes opidorū,ac mala sine fine,quę bellū uehit. Euocauere fratres multos ad auxilia principes: Venere militares & stipēdiarij sine numero. Coepit res fieri grauior, q̄ ut a militaribus & urbibus Prussiæ posset su stineri: Inuocauere Casimirū regem Poloniæ,illicq; se subiecere ad defen sionē: ut ab illo iam legitimo dn̄o protegeretur. Multiplex interim bellū uaria fortuna gerebat,nūc uicti, uicissim uictores. Incredibile est memo ratu,quo ardore animorū,quib⁹ odijs,sępe sit pręliatū: Ambarū aliquan do partium duces cecidere: multi cōsumpti mortales: multi terra profugi; pręsertim rustica plębs,amissis rebus,sparsa per orbem,uastos agros reli quere: quę suis tēporib⁹,quia diuturnū est bellū exequemur. XVIII.

Abbates pro pace laborāt — *Pacis nulla spes,nisi cō ditionatæ.* — *Cruētissimū bellum.* — *Prussi uocāt regē Polonię in auxiliū.*

Hic annus quinquagesimusterti⁹ fatalis,& Christianismo grauissi mus,putari debet,& infaust⁹: in quo tātū uulnus accoepit quātū uno anno antea nunq̄. Mahumetes magn⁹ tyrān⁹ Turcorū; cum diu multūq; pulsasset latera orientalis Imperij,cuius Imperator Cōstanti nus Palęologus, iam patri eius Amirrhati, Turcorū Imperatori,fact⁹ est tributari⁹: Foelices Gręci,si ibi res constitisset: Indicto recens bello, idem Mahumetes, Costantinopolim urbem,diu florentissimā, & in qua orbis Christiani caput alterū poterat uideri,obsedit terra mariq;, duriusq; op pugnauit: Sensit enim Gręcanicorū effoeminatā molliciē. Tum demū au xilia poposcit Gręculus Imperator ab ecclesia, sero reuersus ad cor. Nico laus summ⁹ pontifex,missis ad illum literis,primū exprobrabat discessum ab unione catholicę ecclesię: quam Florētię Gręci, Armeni, Indi,excoepis sent: Inde pollicitus est auxilia. Sed dum ille molitur & apparat,iam actū erat de rebus. Genuensiū classis pręfectus,cū esset in urbe iam obsessa,ab ipso Imperatore pręficitur murorū custodię. Sed dum Turcus,neq; dies, neq; noctes intermittit oppugnationē,semperq; nouis manibus adort⁹ fa tigat defensores,cum crebris ictibus bombardarū muri quaterētur,uehe mentius urgent oppugnātes,q̄ est a propugnātib⁹ restitum. Cessit uulne ratus statione sua præfectus muris, cum in antemuralibus cum ipso Im peratore pugnasset, portā reserari impetrat clausam. Dum ille ingreditur sequut⁹ est eum Imperator,iam hostibus terga nudans. Tāta est in portis

Ann⁹ LIII. fatalis Chri stianis. — *Constātino polis obsidet* — *Dies & no ctes fit oppu gnatio.*

fugientiū pressura, cum hostes a tergo immineret, Imperator ut ipse premeret ad mortē. Sequuti mox Turci per eādē portā, capiūt urbem. Tum infinita cędes debacchantium, in capta urbe Turcorū: Prophanata sacra omnia: Irrisus & cōsputus in imagine crucis Christus Dñs: incensę ecclesiæ: occisi sacerdotes, cum monachis: Stupratæ uirgines sacræ a spurcissimis canibus: omnia sacra contamināta: matronę cum puellis ludibrio fuere impurissimis latronib⁹: Defectū Imperatoris mortui caput, hasta suffixum, in castris circūfertur: Et ut omnē protinus nobilitatē extinguat, iubet pręconis uoce nunciari: quisquis se nobilis, ęre persoluto, uolet redimere, in prompto permittere uictorem. Erupere de latibulis miseri, sperātes libertatē: Detecti principes ciuitatum, suo produ͞ctur indicio: Mox omnes gladio iubet feriri. In Christi sacerdotes crudelius desęuiēs, plębē iussit in Asiam uenūdari, fœminas, & puellas, ut mancipia distrahi. Sacra templa cōtaminās, in prędam ut cętera permisit. Imagines omnes exuri pręcepit. Nobile, ac sanctissimū ęternę Sapiētię dedicatum templū, spurcitia Mahumetana cōtaminat. Cōtinuo in Peram Genuēsiū coloniā, Cōstantinopoli uicinā delatus, tam horrēda cōmisit, quę ne literis debēt cōmendari. Potit⁹ Gręcię capite, omnia facili⁹ mēbra in suā redęgit potestatē. Nā & Peloponesum, quę & Morea, postmodū omnē, armis deuicit: & populū in ea captū in seruitutē redęgit. Idē in Achaia, Acarnania, Epyro, & maiori Macedonię parte fęcit. Bulgariā quoq; totā, quę iā annis octingētis a Bulgaris tanq̄ limitaneis militib⁹ excubitoribusq; Christianorꝝ, aduersum cęterā barbariē infessa fuerat, mox Christianis abstulit: & Rasciā, Seruiā, & quicq̄d ab Andronopoli, usq; ad amnē Danubiū interiacet, inuasit. Walachia preterea paulopost, timore cōcussa, pro magna parte ad ipsum defęcit, Lesbon, quę & Mitylene, nobilē Genuēsiū insulā, maxima cū humani sanguinis effusione cœpit: eiusq; infœlices animas, in Asiā omnes trāsportauit. Nec facile cōmemorari posset, uirorꝝ nobiliū ac sacerdotū multitudo: q̄s ubiq; cruētissima cęde capi fęcit: senes, iuuenes, uiros, ac mulieres, in plateis, ut oues, uidit trucidari: nullū matronis, nullū uirginibus seruās honorē. In Rascia principib⁹ illis, q̄s Despotas uocāt, oculos erui iussit: multaq; inaudita alia & dictu horrida, cōmisit.

Imp. ad mortem premit.

Debacchatio Turcorum.

Dolosa Turci pręconisatio.

Plębs uenūdatur.

Templū prophanatur.

Peloponesus & Morea expugnantur.

Clades Christianorꝝ maxima.

Trucidantur passim oēs.

XVIIII.

Per idem tempus, in opido Luneburgo, senat⁹ instituto, impēsarꝝ grauissimarū calculo, cum uideret ęs alienum grande cōflatum. idq; ad tutelā urbis, & ad cōseruationem salinę, quę uel sola fustinet eius opidi salutem, cœpere de prouētibus, prelatorꝝ, ecclesiarū, & monasteriorum in eadē, facere falcidiā, sine modo grādem: Id, cum indigne ferrent, quib⁹ detraheretur, instituta lis est in Romana curia. Cōuicti, condemnati, ut soluāt, quod debebāt. Cum pretenderēt qualescūq; iustificandarum suarꝝ rerum causas, induerūt, & censuras tulerūt, diu cōtumaciter: Demū literis in eam rem impetratis, cōmunitas requirit: ut senatū suum cōmonefaciāt, reddere, quod ecclesiasticis deberetur: & ubi uel nollēt, uel non possent, administratione destituāt: aliosq;, qui id impleāt, surrogēt in eorum locū. Iam sciebāt hui⁹ rei promotores, quid in cōmunitate, sentirēt

Luneburgēsi clero imponitur grauamen.

Luneburgēsi temnūt censuras.

Destituitur senat⁹ Luneburgi. Remanentes ęre mulctātur. LX. uiri deputati cū nouo cōcilio. Aureo rethi piscarum. Redeūt pulsi patritij. Inijcitur manus in participantes.

nōnulli, honoris cupidi: qui per ambitionē ad urbis gubernacula cōtenderāt. Requisita cōmunitas, arripuit diu quęsitā occasionē: Senatū destituunt. Iam enim quid ageretur gnari, ueriti popularē tumultū, sibi fuga pro magna parte patres cōsuluerūt. Fuere tamē in eis, qui cedere, uel pro ętate, uel corporis imbecillitate, nec uellent, nec possent. Erat ex procōsulibus quidā, qui pro animi magnitudine, & cōstantia, etiā nollet, cum potuisset cedere, φ sibi nihil male cōscius erat in omni causa: parat⁹ etiam pro iusticia ne periclitetur, occūbere. Cęteri qui remāsere mulctātur ęre. unus ille, omni honore, & uita lōgiore dignissimus carceri includitˀ: Seruat turris ea nomen tum primū inclusi, φ noua, necdū aliū seruasset carceratū: Is tñ, uel carceris duriciæ, uel aeris inclusi intemperie, uel, q̄d multi suspicantˀ, de manu medici dato ueneno, uitam amisit in carcere. Itaq͡ nouū eius urbis creauere cōciliū: Viros nihilominus sexaginta deputātes, qui publica negocia una, & nossent, & gererēt: uisuri ne quid respublica caperet detrimenti: Homines rerū imperiti, multa incuriose tractauerunt: Principium administrationis suę: ut principib⁹ redderēt magno ęre impignoratas arces suas: quo illos sibi fauentes asciscerēt. In summa ęris inopia, magnoq͡ ęre alieno tātam facere largitionē, quę prudētia fuerit, omnes iuxta intelligunt. Sed indiguere noui homines plurimo fauore foris: ut rem suo arbitratu gerāt: Piscatū intelligim⁹ aureo rethi, & idipsum nihil capiēs, hęsisse in profundo. Multæ in omnē partē factæ sunt impensę in Romana curia & apud Imperatorem. Apud nōnullos principes electores, quę ęs alienū, antea grande, tum fecere ingens ac grādissimū: ipsos profundi⁹, qui emergere cupiebāt, immergēs. Interim nouū cōciliū, quadam in uertigine uoluebatur, nesciens quo exiret: Septi erāt difficultate, quam resoluere non poterant. multi de uicinis principib⁹ intrabāt urbē & exibāt, cum eisdem agētes. Id cōspicata cōmunitas, cœpit rebus suis diffidere: uerita ne ante expectatū, urbs in alienas collata manus, lueret damna seruitutis. Igitur colloquentes, multa deliberauere: nisi in urbem reuocaretur uetus, quod erat pulsum, cōcilium, esse actū de libertate: Idq͡ placuit cōmunitati, pulsos reuocare cōsulares. Rediere uocati, & assistente cōmunitate, facile fuit eijcere, qui ante se eiecissent. uidebant enim rebus pacem non dari, nisi illis abactis: Effugabantur: sed quidam ex his modestiores retinebantur. De sexaginta q̄q͡ uiris, actū est similiter: Peregrinātur tum illi, ut ante priores, sed sine spe reditus. Inualuere tamen censurę ecclesiasticę: Processum in participātes. Id uero tumultū cōciuit in uicinis urbib⁹, Lubica & Hāburgo: cū pars cēsuris paredū: pars etiā aliud sentiret. Fiūt in illis urbib⁹ ciuiū cōcursiones, nec satis cōstabat, inter senatus & cōmunitates. Valuit diu illa diuersitas: cum interim principes nō lōginqui, man⁹ inijcerēt reb⁹ eorū, qui participarēt excōmunicatis & anathematisatis in quibus Fridericus & Wilhelm⁹ pater, duces Brunswickcenses. XX.

b Ellum interim trahebatur cruentum in Prussia, cum uaria sæpe fortuna pręliaretur, urbibus & militaribus, rex Polonię pręfuit; φ pater eius, ut dixim⁹, aliq̄n totā pene Prussiam, bello occupasset. Misit

ille copias, quæ ordini manus cōsererēt. Multi principes misere suppetias fratribus: Sed multo maior erat manus, quę utrisq; stipēdio cōducta mi litabat. Vnde factum est ut grāde ęs alienū ordo propter stipendia militum contraheret. Erāt ex Sueuis, Bauaris, Francis, qui equites, peditesq; gra mererēt: & cum expromptū ęs omne iam esset, distraxere, ex auro, argētoq; quęq; preciosa. Sed neq; ibi finis: Aucta sunt in eum modū stipēdia, ut iam prompto ęre exolui non possent: ipsam arcē primariā ordinis (Mariæ burgū uocāt) incōparabili robore & pulchritudine insignē, & quæ parē in multis prouincijs credit non habere, sedē magni Magistri, satellites hypotecam pro stipēdijs cumulatis accœpere. Egresso magistro cum fratribus, cum fluerent omnib9 per ora lachrymę: Aliquadiu seruauere ordini, si forte soluendę pecunię uiam inueniret: Vbi omnis expectatio uana fuit, hosti exhibuere luendā hypotecā. Rex, cum esset ęris cumulati summa maxima, quadringentatrigintamillia Vngaricorū aureorū ferebātur, remisit illos ad Prussię urbes. Ciues Gdanēses rati finem esse bello, si primā arcem pars sua teneret ab hostib9, pacti sunt cum militibus: ut in tribus terminis ea pecunia solueretur. Sed adięcere milites conditionē: nisi secundus & tertius terminus in suo puncto seruarētur, amissis quę prius dedissent, irrita pacta essent. Tum uero in urbib9, pręcipue Gdano, corrosa est pecunia omniquaq;, & inde tertiā in primo termino persoluerūt. Ad secundū terminū accœpere mutuā pecuniā, pignora dantes. Vtcūq; poterāt, eam quoq; summā perfecere. Iam pene cōsumpta erat spes omnis ulterioris pecunię, cum tertius propinquaret dilationis terminus: & amissio priorū timebat, nisi ille impleretur. Singulis tum ciuib9 perquisitis, dātur cuiq; de publico literæ, ut uix summa difficultate æs corrogaret. Tam erat propinquus terminus, ut iam lętarētur, sperantes milites se priorē lucratos pecuniā: cum ecce restās summa numerat. Iam arx regis imposito pręsidio, extra manus erat ordinis: quę res summo omnes affecit dolore. Amisere ante plurimas arces, cum opidis: periere multi ex fratrib9, uiri incomparabiles: nulla magis affęcit iactura, q̄ eius arcis amissio. Qui pecuniam accœpere, omissa militia, patriam reuisunt: sed ferunt ita inter alios uixisse contemptos: ut Ethnici, perfidiq;, haberentur. Multos ex his malo ferunt exitu perijsse, q; rem Deo, & hominib9, ingratam peręgissent. Cōtinuato deinde bello, ordo ipse magnis uirib9, opidū ante arcē recuperauit, & aliquādiu tenuit: unde etiā spes non defuit, aliq̄n arcē ad se reditu ram. Sed inexpugnabilis illa fuit, triplici muro, magnis fossatis, & ipso flumine (Agaton uocāt) circūfluēte. Crebra tn̄ oppugnatione intētata, cum omnis labor in uentū exisset: opidū quoq; sine arce infructuosum, iterum amisere, non multū de illo cōtendentes. Erat aūt annus. LVI.

Ordo Teutonicorū ęs alienū cōtraxit.

Mariæburgū arx datur in hypothecā.

cccxxx mil lia aureorū Vngaricalū

Gdani corroditur pecunia.

Arx traditur ad man9 regis Polonię.

Ordo recupe rat opidum.

Agaton fluuius.

XXI.

Magnitudo ipsa rei, alioqui instituto nostro peregrinę, non patitur, ut silentio pretereamus: quod tum in omni mūdo celebre fuit factum. Calixtus pontifex, tum non desijt concitare principes in Turcum: missis prędicatorib9, qui cōmouerēt populū, datisq; indulgētijs ut per urbes, signo ter in die facto, precibus iuuarētur fideliū, qui in per-

Calixtus in Turcū indulgentias.

fidum hostē Turcum pugnarēt. Misit quoque patriarchā Aquilegiensem, qui classe sedecim triremiū, cum auxilio Vngarorum & Wandalorum, Turcū triennio uexaret. Bellogradum uocant urbē Christianā, quā tum oppugnabat ille hostis. Iohānes Cuniad Waiuoda, pater Matthiæ regis Vngarorum, inerat cum ualido præsidio. Aderat quoque Iohānes Capistranus, ordine minor, in theologia magister: qui fidelem populū incredibiliter animauit in hostes. Exibant in pugnā obsessi: acriter præliabatur: Stabat ille in muris clamans, O Iesu respice: Ades populo tuo pro te laboranti: Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ: Veni protege populū: nequādo dicāt gentes, ubi est deus eorum. His ille uocibus intonabat. Pugnātes sensere auxilium de cœlo. Profligata est lōge maior manus hostiū a paucioribus: Cæsa multa Turcorum millia: Omnia impedimēta oppugnationis capta: fugere superstites, & ipse imprimis Imperator trepidus, se cōtulit Cōstantinopolim. Ferūt hostem ea tam de strage cōsternatū, adeo: ut si fideles adaucti numero uictoriā essent prosequuti, facile Græciā, & omne tum Cōstātinopolitanū Imperiū, fuisset, hosti extorquere de manibus. Sed torpuere tum Christiani principes, nec satis acri iuditio perpēderunt, nominis detrimenta Christiani. Huius cladis memoriā crebrius repetisse: nunquam sine lachrymis ferūt Turcorum Imperatorē, cum barbā mulceret, suspirijs testatus dolorem. Philippus dux Burgūdiæ, fertur in eam militiā dedisse nomē, quod meminisset genitorē suū Iohānem, fortiter aliquando, cum Francis in gentem pugnasse: etiā diu captum, suo se ære redemisse: Sed euanuit sanctū propositum, Habuissent tum Christiani principes supra auxilium de cœlo speratum, magnū illum regē Vsoncasson præsidio: qui de suo latere pollicitus est pontifici & Venetis, se inuasurum amborum hostē Turcū: ut interceptus duobus agminibus, facile superaretur. Fecit ille quod promisit, oppugnās & magnis uiribus frangēs Turcū. Sed de Christianorū parte, quies illi interim fuit. Vnde factū est: ut tederet eusdem Mahumeteæ legis principē, sui cōsortis regnū eneruare. Cōposita perinde pace, cum illo etiam affinitate, illi cœpit esse propior, in perniciē Christianismi.

Bellogradū a Turco obsidetur.

Capistranus animat pugnantes.

Turcus fugit

Clades excitat lachrymas ipsi Turco.

Vsoncasson in Turcū belli socius.

XXII.

Vbique per id tēpus, cum ad annū. LVIIII. Barbaræ uirginis die, debitum carnis soluisset Adolphus, dux Slesuici, comes Holsatiæ sine prole, cōuentū egere Holsati, super deligendo, ut ipsi uocabant, principe. Nec tamē electioni eorum locus erat, uacāte feudo ducatus regi Danorum: ut uel coronæ adunaret: quod diu reges cōtenderāt: uel alium de illo ducem inuestiret. Holsatiæ aūt comitatus, suos habere uidebat heredes, quod comites de Scowenborg, ex mascula linea, aliquot gradibus cōtingerēt defunctū Adolphū. Rex aūt Daniæ Christiernus, ex fœmineo latere filius erat sororis defuncti: nisi feudi natura repugnaret, longe propior comitibus memoratis. Sed tum Holsati militares, suū esse arbitrium rati deligere, quē uellent, super ea re cōsultauere. Instabat Otto comes senior, qui tum octo filijs prædictus esset: Sed is tractatus tum sine fine fuit. Deinde super eadē re, in Todeslo, non lōge post cōuenerunt: ibique tum præsente Arnoldo Lubicensi episcopo, qui feudi dominus esset, ad Holsatiæ co-

Adolphus dux moritur sine prole.

Eps Lubicensis feudi dominus.

mitatum, consensere comites memorati, qn̄ aliud non sperabatur: ut ac- cœpta pecunia trium & quadraginta millium aureorum, iuri suo cederet, in personam dn̄i regis memorati, transfuso. Ferunt nonnullos tum ex militaribus, satis a rege muneratos, datis literis, q inclinarēt in eam partem. Erat ea res paci accōmoda: uidebatur enim non quieturus rex, sed armis ius suū prosequuturus: præsertim renouato bello de ducatu memorato. Itum est per compendia, cum rex iam prole beatus, speraretur ex filijs suis unum ducatui præfecisse. Sed aliter id euenit: q̄d suo loco cōmemorabit. Nunc id insinuasse hoc loco, sit satis.

Rex Comi- dat pecu-

CA. XXIII.

Vrabat bellum acerrimū inter ordinem Teutonicorū, & urbes in Prussia, quod tum terra, mariq;, gerebatur. Nam fratres uolentes maris usum intercipere hostibus Gdanensibus, misere de Mōte regio naues in mare armatas. Ea enim urbs adhuc ordini parebat, sicut & modo, sedē fouens magni Magistri. Aduersus quos misere Gdanenses alios leuis armaturę satellites, ut clauum clauo retunderent. Sed illi aliquādiu fęcere imperata, hostibus obnixi: ubi uero nihil iam lucri interuenit, prętеr simplex militādi stipendiū ac donatiuū, respexere ad mercatores transeuntes: arbitrati, sperantesq;, q incertum maneret, cuius partis satellites incuurrissent. Lubicēses uero, q sui mercatores crebrius quęrerentur de irrogatis in mari deprędationibus, nec satis dicerent a quibus essent inuasi, armabant nauim ualida militum manu: & ad pręstandā suis incolumē nauigationem, in mare miserunt. Aderant Gdanensiū stipendiarij ad solitum quęstū: congressi Lubicensiū militibus, superantur: & cæsis aliquot in ipsa pugna, quinq; & triginta capiūtur: & Lubicam perducti, gladio sunt ultore prostrati. Eodē anno cum bellū hoc in Prussia longius traheret, grauissim⁹ imminebat hostibus cōmendator de Elbinge, uir bello industrius, qui multis stratagematibus hostes fefellit, & superauit: uir luscus: sed qui unius oculi iacturam, pectoris prouidentia cōpensabat: ut olim Philippus Macedonię rex, pater Magni Alexādri: ut Hannibal Carthaginēsiū: ut Sertorius Hispanorū, ex Romanis, duces: Hi enim omnes luscedinē capitis, acrimonia pectoris cōpensauere. Hic tum cōmendator expedita suorum manu ad Gdanū properabat, si forte ad pugnā ciues pellicete posset. Diu se continuere: scientes uafrum belli ducem. Obæraauit hominē, qui urbem ingressus, diceret: Si finem bello quęritis, ecce cōmendator de Elbingen parua manu uicino loco cōspectus est. Sciebāt ciues quantū belli momentū esset in eo uiro: spontanei, sed sparsi egrediuntur in hostem. Ille uenientes pręlio excipit, uel cedentes acrius repugnantes, uel bello capiens, magnūq; expleuit numerum captiuorū. Laborauere interea intus Gdanēses domestico dissidio: nam cōmunitas male parēs senatui, pro suo arbitratu, multa sibi uolebat licere: Inter arma enim silent leges. Eminebat cęteris unus ferocior, qui maxime popularis haberetur, & cuius ductum plębs incōcinna sequebatur: eum ablegare conātur sub honoris specie: ut eo facilius absente, uterentur plæbe ad oportuna rebus negocia. Arcem unā tenuere, quā ex ciuibus præfecto industrio uiro di-

Bellū in Prussia durat.

Gdanēsiū satellites capiuntur.

Luscus ualens.

Gdani intestinū malū

cerent indigere: rogant hominem, uelit ne pro utilitate publica hanc urbi operam cōmodare, ut custos eat eius arcis per aliquot dies, ꝙ uiro fortissimo, & prudentissimo opus esset. Homo ambitiosus, honori suo delatum munus cupide amplectitur. Vadit, arcem conscendit, custos eius factus, ut interim abesset: ne tumultum in populo conciret. Statuerunt sub capitis periculo: ꝙ interim sciebant hominē pro solita temeritate non impleturum. Ille iam arcis custos, maiori usus licentia, constituta lege se minus teneri arbitrat⁹, cōmisit in eam. Ea fuit, ne quis literas ab ordine allatas aperiret: sed senatui clausas perferret. Ille cum accoepisset literas, aperuit: nihil uerit⁹, ꝙ sciebat authoritatē suā in plębe uel maximā esse: & iā satis lōge abesse urbi: ne quā formidaret legū uindictā. Vbi iam publico documēto cōstabat illū pręuaricatū in legē capitalē, literas cōcilij mittunt: hominem magnę rei gratia euocant: adesse non moretur, opus esse illius pręsentia: rem esse magnā, quā eo pręsente facili⁹, sine illo, nequaꝗ possent transigere. Iterū ille honori suo delatū arbitrat̄: homo cupidus honoris. Venit accelerans, nihil attendēs, ꝙ legis uinculis teneret̄. Vbi uenit, mox uinciri iubēt: accusant capitaliter: In promptu fuere testimonia, quę recusare non poterat. Ilico damnatus, capitis, priusꝗ rescirent populares, gladio ultore, pœnas dedit. Exinde obsequētiorē habuere patres plębem, subducto homine tumultuoso, qui multitudini pręstaret audaciā.

Homo temerari⁹ arcis custos.

Cōmittit in legem.

Punitur gladio ultore.

XXIIII.

N. de Cusa legat⁹ in Germaniam.

Per ea tēpora Nicolaus de Cusa cardinalis, Teutonic⁹ (q̄d est mōstrū coruo rari⁹ albo) uir doctissim⁹, legatione fungit̄ Sūmi pōtificis, per Germaniā: ꝙ Pius pontifex Germanis, ꝗ a multa memoria ullus pōtifex, affectior esset: ꝙ Germaniā ille Germanicus nosset: diu uersat⁹ in eius prouincijs. Multa uir religiosissimus Legatus cōstituit in prouincijs, quę apud metropoles seruantur. Peruenit Magdeburgū, & usq; Hildensem: citra descendere non potuit, ꝙ concitus in Italiā reuocaret̄. Cum uenisset ad ecclesiā suā Brixinensem in Alpibus, deq; illa disponere uoluisset, pro ueteri pontificum iure, non est passus Sigismūdus dux Austrię, ut ea in Germaniam tenderetur consuetudo, ꝙ Romani cardinales ecclesias Germanię haberēt in commendis, quomodo abbatias, & monasteria Italię, Galliarū, Hispanię, Anglię: quę una causa est, in eis prouincijs creari cardinales, non in Germania. Graue oritur dissidiū inter cardinalem, & ducem: uterq; suum gladium distringit in alterutrum. Captus cardinalis, custodię mancipatur. Pontifex execratione & maledictis insectatur ducem. Mittit ille in urbem pro se oratorem, qui Pontifici reddat sui facti rationem. Erat homo quidē doctus, sed pertinax, qui uenerat orator: & qui pontificem in minoribus se minorē cognouisset, audentius tuetur causam cōmendatam. Vbi non profecit, appellationē interponit, quæ extat: ea mq; in urbe publicat. Interim Papa & ducem, & nunciū eius execrationibus duris insequitur. Fugit Gregorius (hoc enim illi nomē erat) in Bohœmiam: ibi ducta uxore, contemnit pontificis execrationes. Interim omnis ducatus parens Sigismundo, ecclesiastico supponitur interdicto: uetitis omnib⁹, ullam habere cōmunionem cum incolis: neq; terram

Causa ob quā Germania caret Cardinalib⁹

Appellatur a papa.

Interdictum apponitur.

illam pertransire phas sit peregrinis. Sed facile principi cum principe cõuenit, ubi Chrysostomus uenit in medium. CA. XXV.

Dem uero pontifex Pius, totum se contulit ad curam reipublicæ Christianę, conuentũ indicens Mantuanũ: In quo magnus conuenerat nobilitatis cœtus, maior oratorũ multitudo: nulla enim natio, nulla gẽs fuit, quę non aut principes, aut eorũ loco miserit legatos. Actũ est in illo celeberrimo cõuẽtu, ut bellũ cõmuni omniũ decreto Turcis indiceretur: Dictę sententiæ, qua id ratione geri possit: propositũ periculum, quod ceruicibus Christianorum ab illo hoste immineret. Motę sunt omnibus lachrymę, Pio dicente, cum eorum calamitates exponeret, qui a barbaris in grauissimã seruitutem quotidie abducerentur. Incensi animi, cum ostenderet Turcos occupata Grecia, & Illyrico, interiorẽ Europam penetraturos. Nihil ab eo fuit prętermissum, quod ad mouendos cũctorum animos pertineret: sed id frustra fuit. Nam principes omisso externo summe necessario, intestinis se bellis cõfodiebant. Interea põtifice ex Mãtuanis Romã redeunte, adeunt illum oratores Hyberorum, quos Georgianos uocamus, præsidiũ implorantes: qui & ipsi tum Christum, quis procul ab apostolica sede ueritatis magistra, ac barbaris circumfusi gẽtibus colebant. Misere & Trapezuntij legatũ, auxilium in Turcos orantẽ. Sed postea cõpertum est, quod Ismael Sinopensiũ dñs, qui diu restiterat, non expectato Mahumeti Turci impetu, sese, suaque omnia illi permisisset. & Trapezũtin[9] Imperator, uni ex Turcorum principibus filiã suã despõdisset: quæ res fidem eius non synceram monstrabat: nisi optima intentione speraret puellam blandimẽtis uirũ ad sacra Christianę fidei pellicere. Multa metus, & regnandi cupido indigna admittũt: Sed non est cœlesti regno idoneus, qui pro terreno cœlestem regẽ contemnit. Quia tamen longum est Christianos non modo armare, sed consulturos de sumẽdis armis congregare: non mirum, si apud obsessum Ismaelem Sinopicum ducem, plus instans metus, quam spes dubia & longinqua potuerit. Quo etiã tẽpore Vsancassani principis oratores, quos ad Calixtũ destinauerat, ad Piũ pontificẽ uenere: quos cum admiratione, ob interualla locorum unde uenerãt, aut propter insolitum habitũ, Romani inspexere cupidius. Feruntque Vsancassanum scripsisse ad pontificẽ: Se quidẽ uictoriã ex hoste reportasse, adiutũ precib[9] illius ad Deum: eiusque beneficij diuini, potius quam humani, se aliquãdo memorẽ futurũ. Sed nos in Wãdaliã nostrã reuertamur. XXVI.

Amburgnm uetus & honoratũ opidum, quod comitibus Holsatiæ ab olim paruit, regi Danorum, tum Holsatiam tenenti, homagium præstare deposcitur. Ostendere ciues indulta ab olim sua, & obseruantiam supra hominum memoriam longæuam, quod subiectionem suam fidelibus uerbis, non sacramentis firmare consuessent. Vrgebat diu rex, asserens, non esse homagiũ sine iuramento: & quomodo possent esse sine homagio subditi? Illi permodeste reddidere: Homagium esse fidelitatis exhibitionem, siue iuramento, siue uerbis constantibus, & fide bona, præberetur: Orare, ne urgeantur a suis discedere consuetudinibus

Pius. II. cõuẽtum Mãtuę.

Lachrymæ motę orante Pio.

Oratores Hyberorum.

Trapezuntij legatus.

Ismael Sinopicus dux.

Vsancassan[9]

Verbis siue iuramẽto prę statur homagium.

honestis, rationabilibus, & prescriptis legitime. Rex alias princeps humanissimus, placatus acquieuit. Quo tempore per quadragesimam, cum Iohannes Verdensis episcopus, qui Luneburgensiũ causę inhęreret, cum eis excõmunicationi implicitus, ab rege Danorum, quem in eadem causa interpellabat, de monasterio Reineuelde ueniens, Hamburgũ pertransisset, & eius præsentia diuinum officium interturbaretur, seruato propter eum diuturno interdicto, nonnulli leues homines, cum pueris, currum abeuntis feruntur luto fœdasse iniecto, lapillisq; turbasse: quam ille rem, nescio quibus imputans, postea armis uindicauit carnalibus: missis satellitibus, qui ad Albim fluuium, in eius dioecesi, Hamburgẽsium colonos, sub præsidio Morborch, deprędarentur. Quæstus est Danorum regi, q in securitate ab illo pręstita, in opido illi parẽte, affectus esset ea cõtumelia. Tum uero iacta sunt fundamenta eius compositionis, quę postero anno est impleta in eandem Luneburgensiũ causam.

Currus epi fœdat luto.

CA. XXVII.

Rahebatur interim bellum in Prussia, inter ordinem & ciuitates illi pridem parentes. Venerat anno primo & sexagesimo rex ipse Polonię, magno suorum stipatus agmine: iam pene omnia quæ uolebat, ei subdita fuere: præter postremam ad Liuoniam, & Letuaniam terram: in qua aduersi nihil, habitatores terrę pertulere: Ne tamẽ frustra uenisse uideretur, misso Haraldo, prelium fratribus ubi uellent, paratum exhibuit. Illi prelio nil nisi uulnera, & neces, & captiones, cementes posse referre, prælio tum abstinuere: remandantes, non se uti solere hostium ad prelia consilio. Rex illesas copias suas reduxit in regnũ. Sed in urbe Gdano ab improbis ciuibus nulla quies; Immisit Dominus uertiginem bellantibus, cum interim leges silere putarentur. Cõpertum habuere, multa ex urbe illa, suis hostibus, consilia rerum gerendarum innotescere: ut omnia eorum incœpta prius manarent ad hostes, q̃ in opus peruenirent. Depræhensus est quidam ex scribis publicis, quem de familiaritate ad quosdam de ordine, habuere suspectum: Ideo obseruatis gressibus, & nutib⁹ ex eo omnibus, in ipso conatu hominem deprehendunt: literis in manibus eius compertis. Prodidit ille consilij conscios: qui tum publico iudicio condemnati, perierunt: gladio cæsi. Sæpe deinde congressi ciues hostibus, uaria dimicauere fortuna: nunc uicti, nunc uictores. Capti aliquãdo ciues non pauci de Monte regio, & de opidis cæteris ordini parentibus. Supra mille hoc anno perierunt uno prelio: cum uictoria ciuium esset Gdanẽsium. Interea lis quæ pendebat in Romana curia, inter prælatos, & Luneburgense concilium, de salina, facto in regem Daniæ, Zwerinensem, ac Lubicensem episcopos compromisso, per laudum ore regis promulgatum, sopita est: utriusq; partis, ut fieri solet, magno, sed ecclesiasticorum maiori, detrimento: sed ea fuit pœna uallatum, ut non liceret sine maiori discrimine inde discedere. Multa tum accessere senatui, & publicis opidi usibus, quæ ante fuerãt prælatorum: Certa quota permissa est detrahi fructibus ad certos annos, in supplementum impensarum, & æris alieni: quod multis ante litem annis, & in ipsa lite, per Luneburgenses impensum diceretur.

Rex Polonię in Prussiã.

Nõ utendũ hostis cõsilio

Scriba publicus pditor.

Gladio cędũtur pditores

Rex laudum tulit.

Duodecim erant anni deputati. Sed illis ad finē deuolutis, noua questio, cum necdum impletū esset es alienū: nam sua tum authoritate consulares aliam fecere falcidiā, ad sequentes annos: nisi mallent certa impensa pecunia, & ea non parua, redemptionē suā iterare: hoc est, quod suum iam erat tertio cōparare: nulla facta in exolutione eris alieni cōtributione, ex magnis opidi prouentib⁹ pridē detractis summe rerū. Tenuere patres in eodem opido plures in carcere ex his, qui se urbe dudū eiecissent, & iam fine facto de tota causa, etiam cum uinctis transigere uoluerūt. Dederūt arbitriū & optionē duorū: domibus se suis semper cōtinere: aut in perpetuum exire, cum rebus, exilium: Elegit pars maior abire. Itaq; impositi euecturis, in opidū Vlsen perducūtur: Sciebant minus se esse gratos uicinis Lubicę, & Hamburgi ciuib⁹: Ideo delegerūt interiorē petere Saxoniam, Idq; tum factum est.

Datur opido carceratis.

Eligūt exilium ppetuū.

CA. XXVIII.

IN opido Gripswaldēsi, ducatus Wolgastēsis, quem alij dixere Bardēsem, per eam etatem floruit uir integerrim⁹, literis iustructissimus. eius opidi procōsul, ueteri familia ortus, legū doctor accuratissim⁹. Is cum multa ei opido cōmoda cōparasset, priuilegiatū ibi, publicūq; gymnasiū cōstitui procurās: Idq; curans q̄ diligēter, ut stipendijs & prouisionib⁹ doctores fulcirentur, non potuit euadere inuidiā uirtus: q; esset iusti tenax, non permittēs, que multorū ferret libido: Primum principi terræ, cui fuit ante pro uirtute charissimus, cœpit exosus haberi: q; cum in opido collegæ eius in procōsulatu cōpertū habuissent, aut procurarūt, aut dissimularūt: ut sceleratissimi duo latrones, ad eum in publico officij loco, cum collega sedētem ingrediūtur, paucis uerbis intentatis, ferro caput atrociter cędūt, humiq; mortuū deięcerūt. Qui assederat collega, uir innoxius, obstupescit uiso scelere: Sed quid faceret unus inermis, armatis duob⁹: non satis tum unde res prodiret intellexit: Sciebant duo alij amborū collegę quid ageretur: non ignorātes q̄ esset cęsus, pro sua uirtute, ciuibus char⁹, metuētes si prodiret occultū cōsilium, ipsi luerēt: quod ita demōstrauit exitus: Tamē ut impunitatē sibi cōcirent, effecere: ut dux Ericus, ualida manu urbē introiret: homagiū deposceret, quod necdum prestiterūt, & tumultum omnē sub capitis periculo grauissime interdiceret. Voluisse tum principē ferunt urbe eiecisse omnē cognationem occisi, suggestione duorū procōsulum, necis consciorū: sed obijcit se pars cetera cōcilij: non passuros se testati quenq̄ nisi legitimis causis proscribi. Quid enim illis imputari, qui atrocē in propinquo suo tulissent iniuriā? Cōquieuit princeps, & iam ut putabatur omnia fuere tranquilla: Sed anteq̄ estas ipsa decurreret, inuenere necis innoxie fautores: aut (si quid amplius) etiā curatores mercedē suam. Tanta aūt creuit audacia improbis hominibus, ut atrocissimis parricidis, qui manu rem peregerant, quiq; optimū uirum in publico sedentē officio peremissent, securitatē in urbe reddere iam constituissent. ingemuere omnes boni ubi intellexerāt: Sed quatuordecim uiri de cognatione cesi adierūt senatum, postulātes, ne impiū facinus, quod iam rumor dispersisset, de publica securitate latronum, ullo modo finerent

Ducat⁹ Wolgastensis & Bardeñ idē.

Gymnasiū i Gripswaldo erigitur.

Trucidatur uir dignissimus.

Ericus dux Gripswaldū intrat.

Iniuriā passi nō ꝓscribēdi.

Audacia improborum.

impleri: ne obuersari quotidie ante oculos cernerent: qui non solũ familię suę: sed uniuersę reipublicę patronũ optimũ sustulissent. Intumuere duo illi conscij necis proconsules indignati, etiã cõminantes his qui legem senatui prescribere contenderet. Sed cõmunitas, ubi intellexit quid ageret, cum improbitatẽ procõsulum compertã haberet, sumptis armis utrunq; suis in ędibus cõtrucidarũt. Adięcerũt, ut iam mortui, publico tamẽ iudicio cõdemnati, rotis imponerent, uelut urbis proditores, coruis exedẽdi. Ita sanguis boni uiri, exquisit⁹ est, iusta ultione sequuta.

Co(n)tra cos capit arma.

Trucidatos imponũt rotis.

XXVIIII.

Oc etiã tẽpore in urbe Prussię Gdano, tristis regnabat erinnys. Improbi ciues cõspirarunt opprimere senatũ, q; haberẽt (nescio quid) in eos, nec illos recte administrare rempublicã, calũniarentur: Incertum, an cupidine dominãdi exorta in ciuib⁹, aut certe perpenso in ordinẽ Teutonicorũ fauore ea molirẽtur: siue q; eos belli tam diuturni pertederet: res enim obscura est. Cum tale inter ciues cõsilium diu uolueretur: peruenit ad quendã ex ciuibus, qui urbis interitũ inde prospiceret. Igitur prodidit quod cõperit. Deprehensa sunt capita eius coniurationis uiri sexaginta: sed erant ei⁹ cõsilij participes plures, ut ferebatur, quadringentis. Cõfessi sunt enim cum tenerẽtur, iam quadriẽnio in eo loborasse: ut res alijs uijs decurreret, occiso senatu, qui illis uideretur ad iustas conditiones minus inclinat⁹. In cõfessos ultimũ supplicium decernitur: gladio illi percuti: cęteris per edictũ innotescit, abeãt urbe in ęternũ exiliũ, male sibi cõscij, qui uiuere malint: alioqui, ex hora cõstituta repertos, legib⁹ poenas daturos. Illi abierũt. Per idem aũt tẽpus anni sexagesimisecundi, profunda iam hyeme, cum tenebrę noctis essent iam productiores, urbẽ Kolbergã in Pomerania, quę cum iuris esset ecclesiastici, parum tamẽ pareret ecclesię: nõnulli militares iniere cõsilium urbis capiẽdę & in manus principis perducẽdę: ut frenũ haberet in naribus populus, illis uisus, plusq; satis sit liber, immo libertate insolescẽs. Iam admouere muris scalas, ut trãscenderẽt: Sed exciti ciues, rem pene sero cognouerunt: Itaq; prouolãt in muros, & deturbatis hostibus, urbem suam defenderũt. Fugiunt hostes proiectis etiam armis, quę attulerãt. Tẽpore ex illo, opidi illius uir primarius, Iohãnes Sleef procõsul, exosus ecclesiastica omnia, q; ea de parte laborarẽt, etiam ceusuras cõtempsit. Fertur sacerdotes ludibrio habitos, q; eos proditionis insimularet, aut certe cõscios, cum non proderẽt: capitib⁹ per cathenã colligatis, de muro iussisse pendere. Quo etiã tempore, Wismarię tumultuatũ est, in unũ ex procõsulib⁹ q; dicerẽt illũ falsas cõfecisse literas: Illo pernegãte, nihil quietiores fuisse res cõperiũtur. Vim ergo formidans tumultuantis populi, urbe concessit: perueniens Lubicam, ubi reddita ratione aliquamdiu consedit: filius eius clericus q; minaretur patris iniuriam se exequuturum, capitur ac incarceratur: sed aliquãdiu clausus, uiam inuenit, ut elaberetur. Princeps terræ suscœpit defensionem expulsi: concilijq; Lubicensis interuentu, in urbem suam recipitur: Iniuria autem antiquatur, & rebus rite compositis, redeunt omnia in integrum, & tranquillum.

LX. uiri in Gdano conspirarunt.

Gladio cæduntur.

Kolberga inuaditur.

Deturbãtur hostes muris

Sacerdotes de muro suspensi.

Procõsul redit Wismariam.

CA. XXX

a Nnus erat sexagesimusquart⁹, cum in quadragesima nunci⁹ apostolicus, cum mādatis ueniret, in ciuitates Wandalicas: ut excitaret populū in expeditionē, quā papa Pius instituerat, belli societate inita cum duce Burgūdię Philippo, & Venetorū principatu, in perfidissimū hostē Turcū. Episcopus erat Crętēsis, qui mādata apostolica circumferret: Sed magno & incōsulto feruore publicātium, multi incassum instituere profectionē, sine cōmeatu sine armis: cum ignoraret homo Italicus, linguę nō gnarus, quid clamatores ad populū tulissent. Ridiculum uulgus ex omni ordine cōcurrit. Stabāt ad ędes sacras, stipem publicam petentes, hoc cōmeatu, grāde iter, lōginquā, & diuturnā expeditionē inire uolētes. Non erat ea culpa apostolici nuncij, sed imprudentia fuit clamantiū, & quid denunciarēt ignorātium. Feruebant in eam rem omnes: nemo passus est auerti: Sacrilegiū ducebant, si quis uerbo interposito, conaretur queq̄ auertere, min⁹ expeditioni profuturū. Ipsi sibi somnia finxerunt: monitos se per uisionē dicebant, crucē sumere. Alius in uestibus, alij etiā in cutem impressam crucē se reperisse, sunt ementiti. Fabula per omnes urbes celeberrima. Mira colluuies hominū, ad id iter festinantiū. Nōnulli ex ditionibus equites ibant armati, portātesq; in zonis unde uiuerent. Sed longe maior pars erat eorū, qui sine armis, sine cōmeatu mendicātes abirent: quasi in terram ituri, ubi obuia illis omnia fierent ad nutum. Omnes utriusq; ordinis, qui desperatione meliorꝫ rerū tenerētur, eo cōtenderūt: quasi aut locupletandi in terris, aut ubi id non fieret, mox coelo collocandi. Peruenere in urbem Romam, sine numero multi. Miratur papa colluuiem inermiū pauperum: Ridebat inscitiam & simplicitatē & ut urbē exoneret, permittit illis remissionē peccatorꝫ. Venerāt alij Anconam, quo iam se papa deferri curauit egrotantē, cum expectaret uēturum ducem Venetorꝫ. Nam Philippū Burgūdię, iam senescentē, & laboris fastidio recusantē, frustra expectabat. Venientes peregrinos, armatos, inermesq;, iussit, benedictione collata, redire. Ipse papa biduo ante uidit in portu nauigātē ducē Venetorꝫ, & iam febre exanimatus, quieuit in pace seductus Romā, tumulat⁹ a nepote Senensi cardinale. Sumpt⁹ aūt, quos in eam rem composuisse ferebatur, partim duci Venetorum permitti, partim ad regem Vngarię mitti mādauit. Ita magno molimine coepta expeditio cessit in uacuū. Alemani imprudētes, ridiculi fuere (ut solent) talis pannosi, inermes, pauperes, Turcū expugnare statuerūt. XXXI.

Epūs Cretēsis nūci⁹ aplic⁹.

Ridiculū uulgus cōcurrit.

Somnia finguntur.

Cruce signati sine numero.

Peregrini iubētur redire.

Sumptus ad Venetos & regē Vngarię mittūtur.

a D cōponendas deinde res in Prussia diuturno bello labefactatas, rogatu senat⁹ Lubicēsis, dn̄s Arnoldus euisdē episcop⁹ ecclesię duobus assumptis canonicis, uiris probatissimis, una cū deputatis ex cōcilio senatus, nauigauere, & foelici cursu peruenere. Turriacum opidum preclarū mediterraneū petiere: iam ante literis apud regē Polonię, & magnū magistrū ordinis, capita partiū pertentatū, si paterentur in causa tractari: Cūq; non refragarētur, uenere solēnes utriusq; partis nūcij, cum mādatis. Multū diuq; tractatū: uarię exquisitę uię rerum compōnendarū gratia. Sed dum altera pars, restituendis ordini rebus, immorat

Nūcij solenes p pace in Prussiam.

altera non dimitteret quæ iure belli cœpisset. laboratũ est in cõtradictorijs. Cõcœpta fuere nõnulla pũcta, eaq; disputãdo diu uẽtilata. Sed dum non cõuenit, multo per singularẽ diligẽtiam tempore cõsumpto, abierunt itinere quo uenerãt. Anno tñ, qui proxime sequebatur, cum iam secũ maturius partes deliberassent, in easdem cõditiones, rebus cõpositis, lõgum bellum est terminatũ, cum detrimẽto maximo ordinis memorati. Sequebat tum pestis grauissima per Wãdalicas urbes, cui ab hominũ memoria nulla par erat lues: Nullis ea remedijs potuit placari, refugerat omnem opem medicã. Potuere ex ipsius beneficio naturę pauci superare uim ueneni. Sed ubi manus medentis accessit, ilico furens uenenum atrocius, in omnem partem corporis sęuiebat: Profuit abstinere medicamẽtis: opem ferre non potuit ulla cura. Multa hominum centena millia, breui perjere hoc malo.

Bellũ finitũ cũ ordinis detrimento.

Pestilẽtia re medijs incurabilis.

CA. XXXII.

Dux Stetinẽn sine ple defecit.

Otto dux Stetinẽsis, eadem lue perempt⁹, sine prole decessit: credi tumq; est feudum ad Imperatorẽ redijsse. Quo pretextu Fridericus Brãdenburgẽsis marchio, princeps elector, ab Imperatore de illo ducatu inuestit⁹, in ditionẽ suã capere cõtendit: Restitere illi duces Pomeranię, & Wolgastẽsis, fratres, legitimã a sanguine successionẽ pręferentes. Res ad arma peruenit. Magno uenit armorũ apparatu marchio, prouinciã occupare: non minore animo duces, qui tenuere cõtendunt defendere. Obsessę arces, & oppugnatę: paucę quędã uenere in potestatem marchionis: Vrbẽ Stetinẽsem, prouincię caput, oppugnare instituit: & nisi fornicibus testudinibusq; desuper ductis ab alto clausa esset, potiunda ea cõfidebat: Volebat ab militaribus terrę sacramẽta fidelitatis: Illi interdictum sibi ab ducib⁹, ne facerẽt, prętenderãt. Et erãt propensiores omnes, in suę gentis principes Wãdalicę originis, q̃ subesse exteris Frãcis. Diu uario labore res in lõgum ducitur. Interim ciues Sundẽses cum suis proconsulib⁹ rem in differẽtia habuere: Neq; foris satis pacata illis erat prouincia, q̃ princeps eorũ Werslaus ciuiũ insolentiã moleste ferret. Tumultuati enim ciues, destituere procõsules, uiros ętate graues, & qui laborib⁹ ut ipsi ferebãt, impares essent: nouos instituere, qui armati prodirẽt in hostes, Durauit in eum diem, ex antiquo cõtracta cum militarib⁹ cõtrouersia: de qua superius aliquot locis cõmeminim⁹, Exibãt ergo armati ciues hostibus occursuri. Iungebãt agmina bello socij Gripeswaldẽses: duxere in arcem Torgelow: Ejecerũt hostes, & solo ęquarunt munitionẽ. Multa pręterea latibula, ut illi uocauere latronũ: ut alij, hostiũ euerterãt: & reb⁹ ex sentẽtia gestis, cum prędã reduxere copias.

Bellũ super ducatu.

Affectio in gentiles.

Sũdis ciuile bellum.

Arx Torgelow destruit.

XXXIII.

Nũci⁹ ap. lic⁹ detinetur a rege Polonię

Ex Polonię ea tempestate, non satis ęquo ferebat animo q̃ Marinus de Freggno nuncius apostolicus: qui iamdudum in Suecia multas opes cõtraxit, etiã suas in Polonia, cõstituisset oues tondere: Teneri iussit hominem, ut omnibus diligentius perquireret, quos in usus ueniret, tanto molimine aceruata per prouincias pecunia: præferens suo regno magis opus uideri tali supplemẽto, q̃ Italiæ: q̃ cum illa in pace degeret, ipse a Turcis Tartarisq; quotidie laboraret. Ea fama cum percre

buisset in Lubica, uenit nuncius regis Daniæ, & ipse ponens ad firmã res, quas dudum in Suecia collectas, idem Marinus iam haberet in Lubica. Apostolicus quoq; collector, qui tum aderat, decan⁹ Hãburgensis, Lubicensis canonic⁹, ministeriũ suũ impleuit: ut fidelis esset Romanæ ecclesię. nam & ille man⁹ iniecit eisdẽ reb⁹. Sed Marinus, ut erat multarũ rerũ iam scius, prouidusq; futuri, elusit manus omniũ. Reges tñ, ut credo, memorati, de tonsis ouib⁹, lanę bonã tulere partẽ. Collegit idem ex Dania libros; quos a memoria Gothorũ ibi diceretur reperisse: Poterat quidẽ reperisse libros, non abnuo, sed Gothos intulisse illos Danię negauerim: q̃ Gothi qui Italiã spoliauerãt sub Honorio, neq; de Gothia recens prodierant, ut patriæ meminissent, neq; umq̃ redierunt in patriã. Iam enim ante duo annorum millia: quod in Suecia ostendimus, ante illa uastate Italię tempora exibant patriã: diffusiq; per Gallias, & Hispaniam, ne memores quidẽ fuere antiquæ patrię, ut in eam uel cogitatione respicerẽt: minime uero redirent. Sed hoc magis crediderim, Danos ex littoribus Galliarũ, quę Normandia est, cum spoliarent monasteria, & ecclesias, tum codices illos cum cęteris precjosis rebus prouincia extulisse: quod in nostra Norwagia docuimus: tempora ibi signantes.

Marin⁹ nunci⁹ aplicus.

Gothi nõ intulere Danię libros.

Gothi nõ redière i patriã

CA. XXXIIII.

Vbicẽses tum Anglicis oratoribus in Hãburgo multa tractãtes, cum non satis de rebus cõueniret, sine fine discesserũt ab eis. Erat aũt cõtrouersia de libertatib⁹ mercãdi, ut nostris in Anglia, ita Anglicis in urbib⁹ oriẽtis, & districtib⁹ earũ. Nec uolunt intelligere Anglici, nostros in Angliã inuitatos, immunitatib⁹ promissis, & pręstitis quę iam trãsierũt in naturã cõtractus. Anglici nullis apud nos promissionib⁹, ut ueniãt, sunt inuitati: uenerint, non uenerint, in ęquo nostris est: cum malint tñ non uenire. Quo tẽpore Lubicẽses, morte iam subtracto strenuo milite Clamero de Busch, Mauriciũ comitẽ de Pirmont forte ad arma uirum, equitẽ suorũ suscœpere pręfectũ: speciosum in iumẽto sessorem cum armis ornaret. Amauit uir nobilis in urbe uersari. De reliquijs Francorũ is erat, quos per Saxoniã, quę nũc est Westphalia, sparsisse memoratur rex Karolus, cognomẽto Magnus: testatur nomẽ Gallicũ Pirmont, quasi mõs igne⁹. Naturales filios duos habuit in ministerio: quorum alter cognomen paternę ditionis pręferebat, in linguã nostrã translatum, ut Fuerberg diceret. Redibat tñ ille comes post aliquot annos in patriã: amãs patrio condi sepulchro, in opido suo Luden: & arma tumulata cum illo, q̃ posteritatẽ non relinqueret, quę admitteretur ad successionẽ: quãq̃ Itala gens aliud in simili casu sentiat: quę ut antiquas referat, perennetq; familias, non refugit bastardis deferre successionem: ni faceret, iam plures antiquę dom⁹, quę extant dudũ corruissent.

Tractat⁹ inter Anglicos & oriẽtales.

Clamerus Busch.

Pirmont ex reliquijs Frãcorum.

Arma tumulantur.

XXXV.

Nsigne per ea tempora latrociniũ & incursio militaris facta est in merces, quę magno precio, & numero, de Francfordia Lubicam petiere in Roseborg, non longe ab opido Molne. Magnitudo estimatę mercis, inuitauit ad prędam: Coralli, margaritę, sericũ, piper, & his cõformia, sine pondere distrahebãtur, celeri mercatu. Suboleuere,

Fiũt latrocinia merciũ.

Res preciosæ distrahũtur.

O i

qui illum quęstū amabāt, ex Prignissa, Magnopoliq; uiri militiā sequentes armatam: distincta, partitaq; pręda abierūt. Non potuit insigne facinus latere: Cōpertum est in eo fuisse cōsortio, qui non putarētur, etiam de domo principis, ipso proculdubio nihil sentiente. Nam qui talem ineunt quęstū, uesperi se aspectib⁹ principū offerūt, noctib⁹ totis inambulāt: mane primo negociant, & in uesperū iterū astant principib⁹. Cōstituere Lubicenses educere suorū agmen, & perquirere māsiones, participū, ac cōsciorum. Cum resciret hoc princeps, non est passus, ad iniuriā suā illos grassari, sine discrimine, in noxios pariter, & innoxios: effęcit, ut res in tractat⁹ cōijceretur: Cōuenere in uillam Slukup, mille in Magnopolim passibus a Lubica. Ostenderat ibi princeps, multū sibi displicere, quod actū a quibuslibet perperā diceretur: Cunctę res nimis esset in propatulo, nec tergiuersatione celari poterat, quod sol testis ipse uidisset: eo deuentum est, ut quę ex rebus indistracta maneret, redderētur in opidum Scouenberg: cętera pro suo ualore soluerētur: datis etiā ad causam fideiussorib⁹. Ita mercatores, & si nō totā, magnā tñ rerū suarū partē recupararūt. Magnopolēsib⁹ ex illo die fama inhęsit, ut diu Piperarij dicerētur. Ita uisum est māsueto principi, tum de rebus transigere. Quo tempore, senatus Lubicēsis coæmit arcem Ritzerow cum pertinētijs suis, ab duob⁹ fratribus, qui de tertio impubere tanq̄ legitimi tutores curabāt: ut pro illo q̄cq; quod ageretur ratum esset. Sed non ibi res cōstitit. Nam idem, ubi adultā cōtigit ętatem, reclamauit uenditioni: postulās quod iure potuit, infra quadriennium in integrum restitui: Sed si corā iudice legitimis hoc uijs postulasset, iustiorem causam habuisset: Semel ac iterū literis egit, & ubi non successit res uotis suis, ad prędā, & latrocinia publicarū uiarū peruenit: pessimo suorū cōsilio, ut itinerātes innoxios uiatores in locum statuerēt, sibi, ut putabat, debentiū. Potuit impetere fratres, qui partem illius accoepissent, in ęre, sed maluit Lubicēses ad soluēdnm locupletiores. Hac occasione ille uada & itinera cum perquisisset occulta, multi sunt facti cum illo, & post illum prędones. Illi uero quęstui multi se immiscuere, de familia uicinorū principū: qui cum peruia nossent saltuū itinera, quę uenātes trāsissent multa diu impune fęcerūt latrocinia: sed magna pars cōdignā reportauit de quęstu mercedē, gladio publico in urbibus cęsa.

Latrones in principis domo.

Cōuent⁹ in Slukup.

Restituitur ablata.

Magnopolēses Piperarij.

Impubes reclamat uēditioni.

Multi sunt prędones.

XXXVI.

In regno Bohœmiæ, iam dudum Ladisla⁹, Alberti regis filius, Romanorum, Vngariæ, & Bohæmię, ipse iam rex, in urbe regia Praga sedebat, annū agens ętatis decimumoctauū: iam plenam attingens pubertatem ut de nuptijs eius cogitaret. Missi sunt in eam rem ad regem Frāciæ Ludouicū solennes oratores, qui germanā illi⁹, regi suo sponsam deposcerēt: non grauate ille permisit nobilissimo adulescenti puellam, eque nobilem, cōiugio sociam. Parātur iam omnia ad eam deducēdam itinere suo sponsam in Bohœmiā. Nam circa regem Ladislaum, iam omnia ad nuptias parata cōstabāt. Vix ingressi sunt iter, puellam deducere, & ecce nuncius alius uenit obuiā, fun⁹ denūciās pro nuptijs. Nam Ladislaus rex paulo ante, infirmitate, incertum unde correptus, diē suū obijt.

Ladisla⁹ an nor. XVIII

Funus pro nuptijs nūciatur.

Medici,non auderent,sed secreto q̃diu in Bohœmia essent,ueneni signa, dati,in corpore deprehẽdisse ferebãt: ubi in tuto fuere, aperte prędicabãt, rapas Bohœmicas, quas ille cupide esitabat,toxico fuisse infęctas: Ita in hoc funere multipex spes intercidit. Quale enim fuisset, Francorũ uires, tribus illius magnis principatib⁹ accessisse?quãt⁹ in Turcos futur⁹malleus?quant⁹ Christianissimi propugnator?Sed illi⁹ morte, res Bohœmis secundabãt,multoq; magis Polonis.Nã rex Casimir⁹,eius germanã tenebat cõiugem,unde nati filij,regna nũc tenent Vngariæ Bohœmięq;,quę auũculus habuit Ladislaus.Eius morte Frideric⁹ Imperator proxim⁹ uirili genere hęres, regnũ Vngarię petiuit:nam Bohœmiã, quę illi,ut diximus,in morte Alberti offerebaẽ,nõ magnopere desyderauit, propter principem regnicolarũ.Vngariã etiã armis uendicare cõstituit: Sed interuenere,qui rem pactis cõditionib⁹ distinerẽt.Titulũ Fridericus desumpsit,regem ex illo die se scribẽs Vngariæ:sed Matthias,Iohãnis Cuniadis Waiuodę fortissimi uiri filius,merito paternę probitatis procerib⁹ cõciliatus, regnũ uix carcere laxatus apprehẽdit,ac tenuit:rediturũ ad Fridericũ, & eius posteritatẽ,si sine uirili prole decederet Matthias:cui⁹ perinde spem fęcit q̃ celibatũ polliceretur. Bohœmiã uero Georgius Pogibraci⁹,quẽ Iersicum dixere,hęreticorũ defensor, uolũtate procerũ accepit: uerumq; monstrauit,quod in Bohœmia sua cõcludens Aeneas dicit: Regna & imperia,non legibus,sed armis quęri, defendiq;. Sed non ea lege natus erat Frideric⁹,ut dimicaret:pacis ille cõsilia probauit,cum magno suo, & Romani Imperij detrimẽto.Georgius Bohœmiã possedit,Matthias Vngariam,noui homines,non alta nobilitate prodeũtes.Sed Matthias rex, strenue pugnans in Turcos,paterna insequut⁹ uestigia,non degenerem se,magnis documẽtis ostendit.Georgius uero rem malam fęcit,in regno deteriorem.Iam enim hæreticos sub Sigismũdo procerũ uoluntate satis edomitos,erigere fęcit caput:Sed Paulus summus pontifex,publico cõsistorio,Georgiũ declarauit hęreticũ,regnoq; destituit per solennem sentẽtiã: exequutorẽ aũt sententię non inuenit.

Ladisla⁹ per rapas uenenatus.

Vngarię & Bohœmiæ regum linea materna.

Matthias uix carcere laxatus fit rex.

Iersic⁹ hęreticus.

Frideric⁹ homo pacis.

Iersic⁹ declaratus hęretic⁹.

CA. XXXVII.

Enerat per id tempus Lubicã, Fridericus marchio Brandenburgensis, princeps elector, cum genero suo Iohanne duce Saxonię Bernardi filio, ut uideret literas, quas a maiorib⁹ illius Saxoniæ ducibus,senatus Lubicẽsis teneret in opidum Molne,cum attinẽtijs suis: quas idẽ Iohãnes dux ante poposcisset exhiberi,cũ episcopo Raceburgẽsi,nec impetrasset:Ostẽse sunt literæ marchioni,cũ hoc deposceret: Agnouit magnũ ęs,quo esset illa ditio obligata, & cõtulit fructũ sorti, nec ulla de parte reperit genero suo profuturã, etiã si promptã numerare posset pecuniam,qua obligatũ,cum attinẽtijs,opidũ diceretur.Accessit enim sorti principali, ex iustis causis, non contemnenda pecunia: unde pene impreciabile factũ potest uideri hoc opidũ, quod fructu non magnũ sit.Ea tamen tum fuit uerborũ alterna cõmunio, ut non sine causa de diligentiori munitione curarẽt, & opidi, & arcis Bergerdorpe.Multa per id tẽpus anni septimi & sexagesimi, instituit pontifex Paulus:ut atrocissimo Christi

Literę super opido Molne

Impciabile opidũ Molne.

anorum hosti Turco occurratur: crebris literis agens apud Imperatorem Fridericū, ut expeditio bellica, ex uiribus Germanię fieret in hostem: Sed

Surdo narratur fabula.

surdo narrabat fabulā, q̄ nec ille armis delectaretˀ, nec neruos belli ex Italia, Germaniaq; teneret. Quo enim uolitaret implumis aquila: Italiā papa cum principibus aliq̄t, & cō munitatib⁹ tenet: In Germania uero patrimonium Imperij, principes occupant electores. Indixit tñ Imperator couen-

Couent⁹ principū Nurenbergæ.

tum principū in Nurēbergam, ad diui Iacobi diem, in quē misit papa cardinalē cum potestate de latere. Et q̄m frequētes, tum non couenerāt principes, renouata est in diem trium regū proxime tūc uenturū. Multa quidem instituūtur tractatib⁹, sed sine fructu semper est exitus: bene promittebant multi: sed ea fuit grauitate & maturitate, Imperator: ut omnia ex certa prouidētia, in suū differret diē. Erat aūt uana promissio multorū, & inanis expectatio.

CA. XXXVIII.

Wandalicę urbes quatuor, Lubica, Hāburgū, Luneburgū, Wismaria: quę uno pondere a longa memoria monetā habuere, anno octauo & sexagesimo, paulisper leuato malleo, quod auri no-

In Wādalicis urbib⁹ moneta innouatur

ua pondera deposcebant, nouū instituunt cudere numisma, grossos: nostri solidos uocant: ad differētiam minoris numismatis, quod Cauū dicitur. Sed non poterāt occurrere malis, quę preuenire cupiebāt: nam minoris semper fuere in uicinis prouincijs argētei numi. Vnde factū est, ut improbi mercatores, peculatores dicam, de numismate mercē facerent deuehētes, ubi in cōflatorio, ipsi sua lucra, cum publico detrimēto facerēt. Res

Magna monetę differentia.

proculdubio magni momenti, si bene pensetur. Nam ille solidus numus quanto ante annos centū fuerit, q̄ nūc melior, incredibile est memoratu: ut intelligāt, quid amiserint, qui annuos cēsus, uel principes in tributis, uel priuati haberēt in redditu. Sic semper reb⁹ cōparatis, ut cum numismate, & omnis mercatura, & successus in quęstu singulorū decrescerēt: inuisibiliter euanescētibus de manu, quę ante tenebantur. Res proculdubio magna, de moneta cōstituere fœliciter, & quę iam tum Romanos rerū dn̄os fatigauit. Mercatorib⁹ ea tēpestate, Wādalicarū urbium, & quę sunt

Rex Danorū distinet Anglicorū naues

cōmunionis ciuitatū, magno proueneratincōmodo: q̄ rex Daniæ Christiern⁹, circa festū Iohānis baptistę, quatuor Anglicorū naues, de Prussia nauigantes, cum rebus non paucis, in suo iussit districtu teneri, & diripi: q̄ proximo anno, Anglici in Islandia, regis pręfectum occidissent. Id factum Anglici detorquere conati in mercatores orietales: magnis clamoribus apud regē suū Eduardū instabāt: ut quomodo Anglici generaliter, pro Anglis alijs, tenerētur ab rege Danorū: orientales omnes pro orientalibus, & ipso Danorū rege, tenerentur: Adijciētes, nostros oculta cum rege Danorum machinatione, id procurasse: ut Anglicę naues caperentur. Nec poterat prodesse, q̄ aliena erat mercatorib⁹ nostris causa, pro qua tenerentur: alien⁹ princeps, qui teneret: Effęcere per importunitatē, ut no-

Mercatores orientales in Anglia capiuntur.

stri mercatores in Anglia, corpore, & rebus capti, tenerentur. Tum uero egregia fide Colonieſes, in prosperis cōsortes, in aduersis se fęcere nostris alienos: curātes, ut tum ipsi, nostris captis, immunes essent captiuitatis. In

tam rem multi scripsere principes regi Angliæ, seculares, & ecclesiastici, ut immunes essent, laxatiq; mercatores. Nihil omnia ꝓfuerũt: donec intẽtatis, & frustratis uijs omnib⁹, in apertũ bellũ res exiret. Tum prospera nostris in mari fuere omnia: facile in mari pugnantes cum Anglicis, trãsegerunt. Ea perfecit res, ut aliqñ in æquas cõditiones Angli cum nostris descenderẽt: passi rem ęqualiter terminari: q̃d dicemus. XXXVIIII.

Bellũ prosperũ in Anglicos.

Bohcemi quoq; regẽ habentes, cum ab Imperatore monerent̃, ut legitimũ se regni successorẽ agnoscerent: & ecclesię Romanę parerent: terrorẽ renouarũt: expeditione facta in Austriã. Imperator aũt qui iam cum Matthia Vngarię rege unum sentiret, pacat⁹ ad illũ: eoq; in societatẽ belli aduocato, expediuit. XIIII. millia, ut Bohœmis occurreret: Sed illi apparatũ belli agnoscentes, retro duxerũt in Bohœmiã: Et insequutus est illos rex Vngarię, inq; ipso cõprehensos itinere, ad prælium coegit. Conseruere manus, & diu certarũt: multiq; in fine ex Bohœmis desyderati sunt: quos in acie ipsa mars cõmunis cõsumpsit. Profugerãt in monasteriũ quoddã Bohœmi, q̃d firmis sępsere pręsidijs. Rex obsedit: consumpsissetq; uniuersos, nisi interuentu principũ res in alias detorta uias, abisset. Albertus dux Saxoniæ filiã tenebat Iersici regis. Erãt & alij qui pacẽ rebus dandã putauerũt: quo cõmunib⁹ omniũ hostibus Turcis fortius occurreretur. Durauit etiã hoc tẽpore bellũ, quod Fridericus marchio Brãdenburgensis in duces Pomeraniæ, pro ducatu Stetinẽsi cõmouisset. Habebat aũt belli sociũ Henricũ ducẽ Magnopolẽsem: qui germanam eius sororẽ teneret cõiugẽ: qui etiã sua de parte pollicit⁹ est affini suo bellum urgere. Aggressi sunt una rem. Marchio in arcẽ Quatuor rotarũ ducẽs, armis illã capit: itẽq; Torgelow, & opidũ cum arce Gartze. Iam facto ingressu in ducatũ, multa cœperũt marchioni esse prospera. Hẽric⁹ aũt dux de sua parte oppugnauit opidũ Trepetow, magnis conatibus insistẽs ut caperet: Sed prospiciẽtes id duces ex aduerso fratres, Eric⁹, atq; Wertzlaus, ualidũ imposuere militũ præsidiũ. Diu fortiter res gerit̃: sed iniecto igne, pastorales casę, & iuncea tecta igne cõcœpto, cõflagrarũt: ita ut, qui inerãt, cogerent̃ abire, ac cedere flãmis: Capto dux imposuit, q̃d satis esse putauit tutãdo, militũ suorũ pręsidiũ. Superuenere hostiles copiæ: & qua facilitate est amissum, nũc recipit̃: Redit igit̃ in potestatẽ dñorũ, cum pro magna parte ipso in certamine cęsi essent, qui tutandũ accœperũt: Sed tñ priusq̃ reciperẽt, stratagemate usi sunt non incognito: Currũ preire iusserunt, fœnũ, aut stramina, aut in his fruges inuehentẽ: in ipsa porta ut erat constitutũ, excidit rota, plaustrũ subsedit: hostes sequuti, occupauere aditum: & opidũ hoc ingenio tum recœperunt. CA. XL.

Bohœmi in Austriam.

Multi Bohœmi desyderati.

Vxor ducis Saxonię filia Iersici.

Arx quatuor rotarũ capit̃.

Trepetow oppugnatur & capitur.

Trepetow redit ad dominos suos.

Stratagema.

Periclitat̃ eo tẽpore nauis oneraria merc[ib]⁹ onusta, in faucib⁹ scopulorũ Suecię, ac Phinnię, quę de Lubica Reualiã peteret: uectabat innumerũ in mercibus thesaurũ, sed maiorẽ in mercatorib⁹, & filijs honestorũ Lubicæ ciuiũ: adulescẽtes, fœminæ, uirgines, mercatores, nautę, numero ducẽti mortales, lachrymabiliter pierũt: magno suorũ luctu. Inde cõstitutũ est, ut post Martini festa nulla nauis in Liuoniã soluat ex portu Lubicẽsi. Quo etiã tẽpore Thietmarsi, palustris populus, &

Naufragiũ passa est nauis Lubicẽsis.

Statutũ de tẽpore nauigabili.

frenorũ impatiens, cum ab rege Danorũ, ꝙ militares q̃sdã Holsatię, ad sua cõfinia oppressissent, sibi timerẽt: misere triginta uiros Lubicã, qui fœdera sancirẽt in decẽ annos cũ ciuib⁹, & cõmunitate. Placide excepti sunt, & hospitaliter habiti: respõsumq; reportauere pro eo tempore, quo & illi cõquieuere, & ciuitas non grauate ferret: Et (ut incidẽtia tẽpori cõtingamus) Hic est ille annus. LXVIII. quo Karolus dux Burgũdię in Leodiẽses mouit: adiutore fret⁹ rege Frãcię, & incredibilẽ stragẽ fecit in acie miserabilius uero sęuiuit in capta urbe: multa millia dorso colligata, mersit in profluentẽ: pro eo, ꝙ episcopũ suum, de Burbon ducem, consobrinum Karoli, dominum suum, indigne habuissent.

Karolus in Leodienses.

FINIT LIBER XII.

INCIPIT LIBER XIII.

Idit hoc tempore per mediã brumã Roma peregrinum quẽ non expectabat: qui deuotionis gratia urbẽ inuiseret, exoluturus uota, quibus teneretur. Fridericus Romanorũ Impator is erat: qui paruo comitatu ingressus Italiã, cõtẽdit ad urbẽ: nemini formidabilis, paucis etiã, credo, uenerabilis. Excepit illũ Paulus põtifex perbenigne, multa gratificãs, nec min⁹ multa cum illo cõferẽs de reipublicę Christianę, cuius erãt illi gemini pręsides, salute: peregrinũ Romipetã pro suo tumore Itali trãsire sinebãt: si non irridebãt. Meminisse poterãt ex annalib⁹, non ita cõsuesse ex Germania Romanorũ Impatores descẽdere: sed cum magnis armatorũ copijs, ut dignitatẽ Romani Imperij tuerenẽ: cogerẽtq; cõtumaces Italos impata facere. Viuere tum cernebãt Fridericũ, q̃d antea difficulter credidere: qui nulla insigni edita opera, se uiuere declararet. Solebãt enim per cõtemptũ ex Germanis Itali requirere, uiueret ne, an mortuus esset Impator, quẽ nullis suis iniurijs, nullis reipublicę Christianę detrimẽtis, cõmouẽtem se audissent. Sed effecit matura principis prudẽtia, ut omnia certo cõsilio, in suũ diẽ reposita crederenẽ: Ea tñ euanuit expectatio. Promulgari tum iussit Paulus põtifex plenarias indulgentias, in subsidiũ aduersus perfidos Bohœmos. Peruenere nũcij Lubicã: Cõstituta est, quę fideliũ in ecclesia caperet, & seruaret eleemosynas, cistella: sed erãt qui noctib⁹ piscarenẽ, bituminatis uirgulis, ut parũ, aut nihil eo in loco permaneret. Rex tñ Vngarię Matthias acri studio ꝓsequiẽ hostes ecclię: magnã regni partẽ Slesiã, suę faciẽs ditiõis: Crediderim urbes cũ militia sua parũ reluctatas, maluisse subesse Vngaro Christiano, q̃ hęretico Bohœmo. Interiora tñ regni ab illo intacta ꝑmãsere. II.

Imp. Fridericus Romã.

Paulus. II. excepit eũ.

Fridericus prudens.

Rex Vngariæ in hostes ecclesiæ.

Raxit etiã tum Fridericus marchio bellũ in duces Pomeraniæ: magnisq; copijs obsidere cõstituit arcem Vkermũde, ubi riuus Vker influit Oderã, quo ciuib⁹ Stetinẽsib⁹ aditũ maris intercluderet: faciliusq; capta arce, per illã edomaret urbẽ. Prospexere reb⁹ duces memorati, ualidũ pręsidiũ militũ ei imponẽtes arci: sed a fame piculũ fuit. Igiẽ curr⁹ per oportunitatẽ emisere. LX. qui uictualib⁹ importatis, arcem cõsolarenẽ: deq; fame, ꝓxime formidata, redimerẽt. Intercepti sunt illi ab

Bellum in duces Pomeraniæ.

hostib⁹: cęsis, aut captis, qui pręsidio essent euectionib⁹: nã & Magnopolēsis dux in eam expeditionē renouatã, suas q̄cq copias eduxerat: quas ex omni militia, eq urbib⁹ suę cō traxerat ditionis. Varie oppugnatio est intētata. Inerat arci bōbardarū magister, habitu religiosus: de quo mira ferebant, q̄ cert⁹ esset ferire, quicquid peteret. Hoc cōpertū est, magno sępe dāno illū affecisse obsidētes. Sed bello in longū tracto, rex Polonię misit oratores, qui rē omnē interciperēt: pollicitos regis sui nomine, omnē operam reb⁹ ex utriusq partis equitate dare finē. In eas conditiones tum Frideric⁹ marchio copias reduxit: Sed ille tum fuit rerū cursus, ut idē marchio princeps illustris, infirmitatē incideret: quę etiā illū nō diu post cōsumpsit Ferebāt hostes melācholia uexatū, q̄ bello nō p̄spere res cessissent ad extrema peruenisse: utcūq fuerit, ille fato suo funct⁹ est. Albert⁹ ei⁹ frater, & ditione, & honore electurę successit fratri: q̄ Frideric⁹ filiū nullū reliq̄sset. Ille uero, q̄d suo loco dicem⁹, in ducatū memoratū arma p̄tulit: sed permāsit ducat⁹ in manib⁹ heredū: peruenitq ad Erici filiū Bugslaū: qui tenet in hodiernum.

Religiosus bōbardarū magister.

Fridericus marchio obiit.

CA. III.

Lubicenses medij inter regē Danorū & Suecos.

Lubicēses tum se interposuere cōtrouersię quę erat inter regē Danię Christiernū, & p̄ceres regni Suecię: egerūtq literis, ut q̄m in regnis fieri propter odia partiū nō potuit, ambę partes eligerent Lubicā cōuenire, & tractat⁹ super omniū differētia, quę erat intermedios inire. Ad cōstitutū terminū uenit prior rex ipse cū aliq̄t episcopis, & Gerhardo fratre: & lōganimiter, per dies octo pręstolat⁹, cum non cōparerēt Sueci, parauit abire. Medio tēpore egerūt Lubicēses apud regē de multis incōmodis ac damnis, quę in mari mercatorib⁹ suis per satellites regis irrogata dicerent: & cū esset humanissim⁹ ille princeps, passus est superari rationalib⁹ querimonijs, cessitq, ut in cōpēsationē daret aliq̄t millia dānificatis: Sed nō erat aurū q̄d exprōptū numeraret: Cōuenit, ut Lubicēses aliq̄t millia p̄soluerēt de publico, militari, qui tum arcē Kyl cū opido teneret: reliquā summā quā essent accœpturi, ciues paterēt in eo pignore, q̄ad luerēt, permanere. Ita factū est, ut ciues accœpto in ditionē suā opido memorato cū arce, sacramēta susciperēt ab inhabitātib⁹, pręsente rege, opidanis, ut illis parerēt, donec pign⁹ luerēt: & mercatores certā spem habuere, illo exitu sua recipere. Cū aūt rex iā accinct⁹ esset ad abeūdū, uenere Suecię proceres, morā suā purgātes, de aduersantib⁹, aut nō auxiliātib⁹ uētis. Intētata fuit cōpositio, ut recōcilientr: Sed cū iam haberēt Sueci regē suū quē delegissent, nec ab eo ut discederet, omnino flecti poterāt, abiere inulcē sine fine. Quo tēpore fratres minores de obseruātia, in opido Todeslo erexere tuguria, ut in reliquū ex paruis initijs, ad maiora peruenirēt: sed rex nō interpellat⁹ ea de re, nō patit in opido: p̄misit aūt in mōte ad opidi uicina: Sed neq hoc satis p̄cessit: intētauere nō lōge ab Hāburgo iacere fundamenta: sed id fratres in urbe cōcitatis amicis, auerterūt: ita ministerium Christo in sacra religione debitū, impeditur: immo ipse Christ⁹ in his qui propter se pauperes sunt, cōtēnit: pretēsa q̄licūq honestatis specie.

Rex Christiernus humanissimus.

Sueci a suo rege flecti nō poterāt.

IIII.

Duo comites Lubicā.

Uenerāt anno p̄ximo, qui fuit. LXX. duo comites de Hēneberg Lubicā: quorū alter iā ex aliq̄t annis fuit, & est archiep̄us Mogū

frenorꝝ impatiens, cum ab rege Danorꝝ, ꝙ militares q̃dã Holsatię, ad sua cõfinia oppressissent, sibi timerẽt: misere triginta uiros Lubicã, qui fœdera sancirẽt in decẽ annos cũ ciuib⁹, & cõmunitate. Placide excœpti sunt, & hospitaliter habiti: respõsumq́ꝫ reportauere pro eo tempore, quo & illi cõquieuere, & ciuitas non grauate ferret: Et (ut incidẽtia tẽpori cõtingamus) Hic est ille annus. LXVIII. quo Karolus dux Burgũdię in Leodiẽses mouit: adiutore fret⁹ rege Frãcię, & incredibilẽ stragẽ fecit in acie miserabilius uero sęuiuit in capta urbe: multa millia dorso colligata, mersit in profluentẽ: pro eo, ꝙ episcopũ suum, de Burbon ducem, consobrinum Karoli, dominum suum, indigne habuissent.

Karolus in Leodienses.

FINIT LIBER XII.

INCIPIT LIBER XIII.

u Idit hoc tempore per mediã brumã Roma peregrinum quẽ non expectabat: qui deuotionis gratia urbẽ inuiseret, exoluturus uota, quibus teneretur. Fridericus Romanorũ Impator is erat: qui paruo comitatu ingressus Italiã, cõtẽdit ad urbẽ: nemini formidabilis, paucis etiã, credo, uenerabilis. Excœpit illũ Paulus põtifex perbenigne, multa gratificãs, nec min⁹ multa cum illo cõferẽs de republicę Christianę, cuius erãt illi gemini præsides, salute: peregrinũ Romipetã pro suo tumore Itali trãsire sinebãt: si non irridebãt. Meminisse poterãt ex annalib⁹, non ita cõsuesse ex Germania Romanorꝝ Impatores descẽdere: sed cum magnis armatorꝝ copijs, ut dignitatẽ Romani Imperij tuerenť: cogerẽtq́ꝫ cõtumaces Italos impata facere. Viuere tum cernebãt Fridericũ, q̃d antea difficulter credidere: qui nulla insigni edita opera, se uiuere declararet. Solebãt enim per cõtemptũ ex Germanis Itali requirere, uiueret ne, an mortuus esset Impator, quẽ nullis suis iniurijs, nullis reipublicę Christianę detrimẽtis, cõmouẽtem se audissent. Sed effęcit matura principis prudẽtia, ut omnia certo cõsilio, in suũ diẽ reposita crederenť: Ea tñ euanuit expectatio. Promulgari tum iussit Paulus põtifex plenarias indulgentias, in subsidiũ aduersus perfidos Bohœmos. Peruenere nũcij Lubicã: Cõstituta est, quę fideliũ in ecclesia caperet, & seruaret eleemosynas, cistella: sed erãt qui noctib⁹ piscarenť, bituminatis uirgulis, ut parũ, aut nihil eo in loco permaneret. Rex tñ Vngarię Matthias acri studio ꝓsequiť hostes ecclię: magnã regni partẽ Slesiã, suę faciẽs ditiõis: Crediderim urbes cũ militia sua parũ reluctatas, maluisse subesse Vngaro Christiano, q̃ hęretico Bohœmo. Interiora tñ regni ab illo intacta ꝑmãsere. II.

Imp. Fridericus Romã.

Paulus. II. excœpit eũ.

Fridericus prudens.

Rex Vngariæ in hostes ecclesiæ.

t Raxit etiã tum Fridericus marchio bellũ in duces Pomeraniæ: magnisq́ꝫ copijs obsidere cõstituit arcem Vkermũde, ubi riuus Vker influit Oderã, quo ciuib⁹ Stetinẽsib⁹ aditũ maris intercluderet: faciliusq́ꝫ capta arce, per illã edomaret urbẽ. Prospexere reb⁹ duces memorati, ualidũ presidiũ militũ ei imponẽtes arci: sed a fame piculũ fuit. Igiť curr⁹ per oportunitatẽ emisere. LX. qui uictualib⁹ importatis, arcem cõsolarenť: deq́ꝫ fame, ꝑxime formidata, redimerẽt. Intercœpti sunt illi ab

Bellum in duces Pomeraniæ.

hostib⁹: cęsis, aut captis, qui pręsidio essent euectionib⁹: nã & Magnopolēsis dux in eam expeditionē renouatã, suas quoq; copias eduxerat: quas ex omni militia, atq; urbib⁹ suę cõtraxerat ditionis. Varie oppugnatio est intētata. Inerat arci bõbardarũ magister, habitu religiosus: de quo mira ferebant, q certⁱ esset ferire, quicquid peteret. Hoc cõpertũ est, magno sępe dãno illũ affecisse obsidētes. Sed bello in longũ tracto, rex Polonię misit oratores, qui rē omnē interciperēt: pollicitos regis sui nomine, omnē operam reb⁹ ex utriusq; partis ęquitate dare finē. In eas conditiones tum Frideric⁹ marchio copias reduxit: Sed ille tum fuit rerũ cursus, ut idē marchio princeps illustris, infirmitatē incideret: quę etiã illũ nõ diu post cõsumpsit Ferebãt hostes melãcholia uexatũ, q bello nõ, psperē res cessissent ad extrema puenisse: utcũq; fuerit, ille fato suo funct⁹ est. Albert⁹ ei⁹ frater, & ditione, & honore electurę successit fratri: q Frideric⁹ filiũ nullũ reliqsset. Ille uero, qd suo loco dicem⁹, in ducatũ memoratũ arma, ptulit: sed permãsit ducat⁹ in manib⁹ hęredũ: peruenitq; ad Erici filiũ Bugslaũ: qui tenet in hodiernum.

Religiosus bõbardarũ magister.

Fridericus marchio obiit.

CA. III.

Lubicenses medij inter regē Danorũ & Suecos.

Ubicēses tum se interposuere cõtrouersię quæ erat inter regē Danię Christiernũ, & pceres regni Suecię: egerũtq; literis, ut qm̃ in regnis fieri propter odia partiũ nõ potuit, ambæ partes eligerent Lubicã cõuenire, & tractat⁹ super omniũ differētia, quæ erat inter medios inire. Ad cõstitutũ terminũ uenit prior rex ipse cũ aliqt episcopis, & Gerhardo fratre: & lõganimiter, per dies octo pręstolat⁹, cum non cõparerēt Sueci, parauit abire. Medio tēpore ęgerũt Lubicēses apud regē de multis incõmodis ac damnis, quæ in mari mercatorib⁹ suis per satellites regis irrogata dicerent: & cũ esset humanissim⁹ ille princeps, passus est superari rationalib⁹ querimonĳs, cessitq;, ut in cõpēsationē daret aliqt millia dãnificatis: Sed nõ erat aurũ qd exprõptũ numeraret: Cõuenit, ut Lubicēses aliqt millia psoluerēt de publico, militari, qui tum arcē Kyl cũ opido tenerent: reliquã summã quã essent accepturi, ciues paterēt in eo pignore, qad luerēt, permanere. Ita factũ est, ut ciues accepto in ditionē suã opido memorato cũ arce, sacramēta susciperēt ab inhabitãtib⁹, pręsente rege, opidanis, ut illis parerēt, donec pign⁹ luerēt: & mercatores certã spem habuere, illo exitu sua recipere. Cũ aũt rex iã accinct⁹ esset ad abeũdũ, uenere Suecię proceres, morã suã purgãtes, de aduersantib⁹, aut nõ auxiliãtib⁹ uētis. Intētata fuit cõpositio, ut recõcilient: Sed cũ iam haberēt Sueci regē suũ quē delegissent, nec ab eo ut discederēt, omnino flecti poterãt, abiere inui cē sine fine. Quo tēpore fratres minores de obseruãtia, in opido Todeslo erexere tuguria, ut in reliquũ ex paruis initĳs, ad maiora puenirēt: sed rex nõ interpellat⁹ ea de re, nõ patit in opido: pmisit aũt in mõte ad opidi uicina: Sed neq; hoc satis, pcessit: intētauere nõ lõge ab Hãburgo iacere fundamenta: sed id fratres in urbe cõcitatis amicis, auerterũt: ita ministerium Christo in sacra religione debitũ, impeditur: immo ipse Christ⁹ in his qui propter se pauperes sunt, cõtēnit: pretēsa qlicũq; honestatis specie.

Rex Christiernus humanissimus.

Sueci a suo rege flecti nõ poterãt.

IIII.

Duo comites Lubicæ.

Uenerãt anno, pximo, qui fuit. LXX. duo comites de Hēneberg Lubicã: quorũ alter iã ex aliqt annis fuit, & est archiepũs Mogũ

tinus: tum literas Imperiales prętulerunt ad causam propinquę suę dominæ Dorotheæ, Adolphi quondam ducis relictę, super donatione propter nuptias, quę illi constituta fuit in opido & arce Redesborg: Sed cum Gerhardus comes de Aldeburgo, regis Christierni german⁹ frater, per ea tempora reb⁹ in Holsatia preesset, non respondebat iurib⁹ eiusdem dominæ: In quam causam ad liquidum terminandam, memorati comites in Lubicam euocauere Gerhardum antedictum. aderat euocat⁹, sed literis Imperialib⁹ tardiores aures uidebatur habere. Regina aut Danię cum non pateretur nobilem dominam, de rege bene meritam queri diuti⁹, conuentione facta, accoepit dotalia memorata: & expromisit de suo. MMCC. aureos, pro retardatis: constituitque se soluturam annuos octingentos. Ita compositione pacta, redierunt in sua comites. Dictu mirum est quib⁹ tum modis per Holsatiam Gerhard⁹ regis frater egerit, ut fratrem ditione excluderet: Iecit ei⁹ rei fundamenta apud Phrisios, & palustres Wilstrię, in quibus robur, & uim esse cognouisset: uniuersam ubique plebem rusticam sibi conciliabat: militares sibi aduersantes, contempsit: Sed tum euocat⁹ a fratre in Zegeberg, aliquandiu pro capto asseruat⁹, ibi permansit: actumque est cum illo, ut dimissa prouincia, protin⁹ rediret in suum comitatum. Phrisones aut, qui se Gerhardo constrinxere, renouatis regi sacramentis, in gratiam rediere. Euocauit idem Gerhard⁹ comes postea Lubicensium, & Haburgensium consulares nuncios, ut cum eo Bremam in colloquium uenire non grauarentur: esse rem tanti, ut ei⁹ magnitudine facile tanti labor itineris compensaretur. Non recusauere occurrere uocati, Bremam adeuntes: quo cum peruenissent, causat⁹ non tam se Bremensib⁹ tum fidere, ut mœnia eorum subiret: quin tantum itineris superassent, non grauarentur ire ad designatum extra mœnia locum, inuisereque occurrentem. Non bene certi fuere nuncij illi, quid sibi uellet loci in literis designati commutatio: ne tamen suspicione sinistra fidem nobilis uiri contaminarent, prætenderant se a maiorib⁹, ut temporis, ita loci prescriptum habere mandatum: Si dignetur inuisere locum a se in literis constitutum, illos expectaturos: si min⁹, redituros breui in sua. Ita nullo facto conuentu, tantum itineris inuanum permensi, in sua redierunt. Non deerat qui subesse aliquid suspicarentur ex Gerhardianis machinationibus. CA. V.

Aulus interim Summ⁹ pontifex non destitit agere omnia ad rem Christianam, quę tum a Turcis laboraret, fulciendam: Instituit, & ipse obiit, in urbe solennes stationes, & precarias, ut de⁹ offensus hominum sceleribus, placaretur: Commonitum crebri⁹ per literas Imperatorem, ad hoc conisus est perducere, ut principib⁹ regni in coetum euocatis, Turco bellum indiceret. LXXI. anno in Ratisponam, ubi tum conuent⁹ agebatur Imperij, misit cardinalem Senensem, Franciscum de Picolhominibus, Pij pontificis nepotem, qui diu literis in Vienna indulgens, linguam calleret Germanorum: quod cum principib⁹ ipse etiam sua uoce ageret in eo conuentu. Duxit ille in comitatu Iohannemantonium, Campanum episcopum: cui⁹ in eo conuentu habita extat oratio: plena laudib⁹ Germanorum, plena antiquitatib⁹, unde accoeptis, incertum: Sed idem fuit exit⁹ in eo conuentu, qui inter Germanos solet. Audiere principes Summi pontificis sanctum propositum: Audiuere Christianissimi multiplices ab Turcis pressuras & calamitates, quoties ille hostis excursionib⁹ millia multa de prouincijs Imperatoris abduxerit: Sed lethargum consoporatorum nulla uis potuit excutere. Conuenere

Actum super donatione propter nuptias

Regina Danię remouet quęstionem.

Gerhardus asseruatur pro capto.

Sagax responsio facta uafro.

Papa hortatur principes ad bellum in Turcos.

Campanus orauit Ratisponæ.

utriusq; ordinis principes, ut decima per omnes prouincias in eã rem sol= ueretur. In quã impositionẽ archiepiscopi Reneses, tum non satis erant uo luntarij, q̃ annatã papa acciperet, ingenti Germaniæ emũctione: ut habe ant cardinales unde alãt bestias suas. Itaq; in eo nodo, res tum resedit: ut non ultra procederet. Quo tẽpore, duo perierũt principes inferioris Ger maniæ, ętate & uirtute, & potestate, non impares, ęque digni uita: Otto Luneburgẽsis dux, & Vlricus Stargardiæ dñs, dux Magnopolẽsis, flo= rentes annis, moribus graues, robore uiri, quorꝫ maturitas plurima terris suis cõmoda uisa est polliceri. Stat sua cuiq; dies. Sed Otto in eo fœlicior q̃ filiũ relinqueret paruulũ, hodie patri succedentẽ: Vlric⁹ aũt masculam prolem non habuit, sed geminas filias, quarꝫ altera monialis cõsecratur in Rene, altera nupsit Euerwino comiti de Benthẽ. Dux aũt Magnopolẽsis Henricus principatũ accœpit, ex pactis, ante dudũ initis: q̃ militares utri= usq; ditionis in eum casum utriq; principi iamdudum sacramẽta pręstitis= sent. Quo etiam tempore, in Bohœmia, mortuo Iersico hęretico, successit Wladislaus primogenit⁹ regis Poloniæ natus sorore Ladislai, nouissimi ante Iersicum regis, qui perinde auũ maternũ haberet Albertũ Imperato rem. Sed eam rem indignissime tulit Matthias rex Vngariæ, qui magnis rebus in Turcũ gestis, a Pontifice, & Imperatore, spem factã gereret eius regni consequendi. Nec ab re Christianissimo principi, & fortissimo regi ea prouincia fuisset commendata: ut perfidos in regno hęreticos ad iuga Christi, quod ille, uel solus, posse uidebatur coegisset. Sed tum (quod so= let Ipsa potẽtia) cõcitauit arma Matthias in nouũ regem: qui nihil magnũ pro regio nomine faceret: sed omnia, uelut a pedagogo puer, filius rex, ab rege patre deposceret. Bohœmia enim fiscum non habet: Cum imminet expeditio uiritim cõgerunt: Vix habet mẽsa regalis, quod minori, ęgre sa tis esset. Ita cum rege agitur, ageturq;, donec uirũ assequatur id regnum: in quo uiuida uirtus, aliud deposcat, cogatq;.

Emunctio p annatas.

Duo princi pes obierũt.

Wladisla⁹ Ier sico succedit

Matthias in Wladislaũ.

CA. VI.

IOhãnes Alberti fili⁹ hoc tempore, Brãdenburgensem Marchiã pro patruo Friderico, in Frãconia egrotãte, administrauit. Venit pater Albertus, princeps armis innutrit⁹, & armis instituit, post fratrem uendicare ducatũ Setinẽsem. Sed tum interuẽtu magnatũ, arma cõquieuere: Cõuentũq; est inter principes in eam formã, quę non displi= ceret dissidẽtib⁹. Fama diu uolitauit, ita rem esse cõpositam: ut duces Po meraniæ pro Stetino feudũ recognoscerẽt de manu marchionis. Ea fama dum multos post annos penetrasset, ad regis Romanorꝫ curiam, oratores dñi Bugslai ducis, tum in regis curia uersati, male inde audiebant, q̃ dñs eorũ, qui se principi citra regem subięcisset, regni princeps iure non cense retur. Eam rem, cum ad suũ principẽ retulissent, motus indignitate rei, im petrauit ab rege cõmissarium, qui testis factę cõpositionis, ad perpetuã rei memoriã audiret. Is erat Lubicẽsis episcopus. Testes citabãtur. Imprimis Magnus dux Magnopolis, multi milites, & militares euocati aderãt, qui cõpositioni interfuissent: Repertũ est nihil de feudo innouatũ. Tãtũ hoc in forma cõprehẽsum, ut meliora de marchionib⁹, & sentirent, & pro uiri=

Fama falsa.

Examinati testes ad per petuã rei me moriam.

bus curarēt duces Stetinēſes. Extulere improbi homines per ea tempora

Carmē famoſum.

carmen famoſum: quod in Albertū, per ſummū ſacrilegiū eſſet cōpoſitū: Cum aſſimilarēt Dominicę paſſionis ſeriē, Chriſto clerū, & principē Pilato ſubſcribētes. Non erat id leue crimē in cōtemptum Dominicę tragœdiæ, quę uertebatur in riſum: nec principis ibi mediocris erat iniuria. Hieme uero, quę tum proxima fuit, ad ingredientē annū. LXXII. terribilis

Cometa terribilis.

cometes apparuit, diu cœlū occupās: nec erant uulgaria quę portēderet. Nam ſequētes anni ſatis explicuere, quę ille portēdiſſet. Quo tēpore etiā Luneburgēſes, iam in exitum prope decurſis annis, qui in laudo permiſſi eſſent ad falcidiā, oſtenderūt, nullo ſe pacto ad cōſtitutum poſſe peruenire: niſi nouo etiam nūc remedio immorētur: prælatis uicinis maiorib⁹, iam

Nouū grauamē Luneburgē.

in ſuam ſententiam pertractis, effecerūt: ut noua iterū fieret fructib⁹ detractio, aut in locū eius iterata redemptio: ut quę iādudum fuiſſent cuiuſq;, nouo iterū precio mercarētur. Quid facerēt tenues, ubi iam inclinatos ſic xoſq; cernerēt maiores? Ad nutū habuere urbici, quos aut creauere prælatos, aut alrjs ex cauſis obſtrictos habuerūt. Vnde factū eſt, ut aliq ſequerētur, etiā non uolentes. Hac in re proſperati, necdū exaturati, inſtituere, q̄d

Vectigal grauiſſimū.

indultū ab Imperatore ferebāt, grauiſſimū uectigal, de omnib⁹ mercib⁹, quę opidū ꝑtrāſirēt, quę non paucę fuere. Non repugnauere principes, q̄ aut neſcirēt, aut q̄ nihil illis deperiret: ſed uicinę urbes, pro ſuis mercatoribus, Lubica, & Hāburgum, quib⁹ grauiſſimū id erat detrimentū ſe oppoſuere: nec poterāt euincere, niſi remiſſo ſale: quod per eas urbes diſtra-

Vectigal euaneſcit.

heretur. Vnde factū eſt, ut magno principum fauore, emercatum uectigal deperiret, euaneſceretq;. CA VII.

Lagrauerat tūc maritimū bellum, inter Anglos, & orientales urbes. Multa Anglis adēpta a noſtris, multa irrogata incōmoda. Nauigabāt noſtri, multo ſatellite in mare miſſo: ſed & Anglici ſuas naues perarmabāt. Hoc igitur anno cum merces ſuas Lubicēſes, per mare mitterēt in Flādriam: nam terreſtre iter, quo nunc plurimū utuntur tum erat impacatū, per Gerhardū de Aldenburgo comitē. Tres inſignes ad pugnā inſtructas naues milite cōplēt: ut & ſecuritatē ſuis præberēt: & in hoſtes, ſi qua ſors eſſet, pugnarent. Præfecti nauibus ignaui homines,

Nauiū Lubicēſiū præfę cti ignauia.

dum in portubus terrā ingreſſi deſident, naues ſuas liquere incuſtoditas. Supuenere Anglici in portū, & maiore ex tribus quā abducere non poterant incenſa, duas ſecū captas in Angliā perduxere. Onerarię uero iādudum earū præſidio peruenerāt quo uolebāt. Ita præfectorū incuria, & cōtumelia, & damnificatio Lubicēſibus irrogatur. Venere per illā æſtatē ab

Literę ſuper Decimis laicorum.

Imperatore literæ, ad cōcilium Lubicēſe, ſuper decima ad bellum in perfidos Turcos, ab laico populo perſoluēda: Difficile fuit inſolitā rem ibi primum intētare. Quieuere aūt ſecūdam expectātes iuſſionē. Interim explorantes, quid apud alios in ea re ageretur: Ab eccleſijs aūt, quo minus tum exigerētur, obſtitere archiepiſcopi ad Renū: etiā appellationis obiectu parati occurrere. Hoc etiam tempore publicatū eſt, per ducem Magnopo-

Nouū uectigal.

lenſem, nouū uectigal in Greueſmolen; nam hoc erat duci ab Imperatore

ad cōmeatum concessum, dum esset in cōuentu Ratisponēsi: Ita de uisceribus pauperū, & terras perambulantiū mercatorū, omnia eliciūtur: & satis spontanei essent, si perinde publica itinera secura essent. Lubicenses tñ ueterū priuilegiorum obtentu, immunes trāsierūt. Nec sinit nos silētio trāsire nouitas, rem alioqui institutis nostris alienā. Erphordia urbs Turingię primaria, multa lignorum strue cōgesta, tum incensa horrendo igne pro magna parte cōflagrauit: Beatę Mariæ, & sancti Seueri collegiatę ecclesię, cum ponte mercatorum, uno incendio consumūtur. Vir, ut ferebatur, militaris conduxit precio perditissimos homines ad id ministeriū, cum male uellet urbi: Deprehēsi nōnulli, in quibus religiosus ordinis Cistercij excruciatus, exquisitis supplicijs, post degradationē excarnificatur. VIII. Erphordia côflagrauit. Religiosus excarnificat.

Onstātinopolitani Imperatoris filia, nobilis puella, tum uenerat Lubicam, ab urbe Roma, a summo pontifice, ecclesiæ opib⁹ dotata, desponsataque Iohāni Muscouię principi: Deducta satis apparatu decenti, in curribus & equitib⁹: Ingeniosa, ut ferebāt, mulier: magno ut par erat, honore suscepta, & suę nobilitatis respectu, & summi pontificis honore: & quod speraretur mercatorib⁹ nostris in Russia futura ad omnē gratiā & beneuolētiā propēsa: sed nihil tale experti ferūtur: nec potuit fœmina illis rebus preesse. Nauigio de Lubica Reualiā deducitur: inde pedestri itinere uenit Tarbatū: ubi ab Russis excepta principi suo perducitur. Ea quoque spes fouebat pontificē Sixtum, quod inclinaret maritū puella, ad suscipiendos ritus ecclesiæ Romanæ, in quibus ea fuerat educata apud sedē apostolicā: Sed cōcessit illa nolēs, uolēsque, in ritus Russorum orietales, in quibus & pater eius uictitabat. Qua etiam ęstate iam inclināte circa festum natiuitatis Mariæ, anni secundi & septuagesimi. Gerhardus comes de Aldenburgo, necdum posita spe recuperādę Holsatię, occulta iam ante cōsilia fertur habuisse cum palustribus Wilstriæ, & uicinis Holsatis, qui eum propemodū amarēt. Venit ergo a mari nauigio Husem, aduectis e ligno iam fortalitijs, aptatis, ad oppugnationē paratis: unde repētinā quouis in loco munitionem poterat erigere. Arrexere aures per uicina loca Phrisij, & lęti uenietem excepere: uenit in spem, ex eo angulo, totā in potestatem facere Holsatiā. Sed rex Daniæ german⁹ eius, ubi cōperit, continuo aduolauit: & cum expeditā suorum manū non haberet, nec temp⁹ se ad bellū comparādi Gerhardo uellet permittere, loquut⁹ cum uicinis urbibus, repētinam ex illis expeditionē produxit: pollicit⁹ magna, quę post in abolitionē transierūt. Non defuerūt lachryme regi, queru lāti perfidiā in se fratris: Per terram Lubicēses, per defluētem Albim mouere Hamburgenses: regē pene obsederūt palustres in Itzeho: Sed ubi cōuenere copiæ ex urbib⁹, in suas paludes retro abierūt: sequuti, qui Gerhardū expellerēt & in opido Husem pene intercepissent: sed elabit, dissimulatione, ut creditur, regis: quod non de sanguine, sed de possessione terræ dimicaret: & longo per deuia circuitu, per opidū Luneburgū in sua regreditur. Tum rex in capita eius factionis iussit animaduerti, permissa uenia populo. Aufugerant ex his nōnulli, quorum sunt bona comfiscata. Captos aūt quosdam ex Spōsa ducitur ad ducē Muscouiæ. Excipitur a Russis. Comes Aldēburgi i Holsatiam. Resistit Danorum rex eius frater. Vrbes regi assistunt. Animaduertitur i capita.

Phriſijs,& nõnullos ex paluſtribus Wilſtrię,iuſſit necari.Ipſe caput ma⸗
lorũ Henneke Wulff,in Thietmarſiã, celeri peruect⁹ equo,elabitur: ubi
non poſt multos dies,dum inſolẽtia cõſueta uteretur,cęſus eſt ab incolis:
Ipſe Gerhardus abijt, non reditur⁹: rex in ſua ditione Holſatię permãſit.
Gelria cõcutitur. Quo tempore etiã Gelria cõcutitur,ab Karolo duce Burgũdię: ꝙ Adul
phum ducẽ,qui propriũ patrẽ teneret uinculis alligatũ,a b ſe uocatũ,capti
ui loco teneret in Flandria,& ducatum eius interim per arma in deditio⸗
nem accœpit. CA. VIIII.

O bello, quod adhuc inter Anglos & orientales durauit: q̃uis
e iam tractatus in Traiecto, ſuper omni cõtrouerſia ageretur: nul
lis tñ intercedẽtibus treugis de Pruſſia nauis armata mare tene⸗
Paul⁹ Benekẽ capitane⁹ bat.Iam ante capta per capitaneũ Gdanenſiũ,Paulũ Beneken,ab Angli⸗
cis hoſtibus naue,quam dixere Iohannẽ:cui intantũ Angli,dum tenerẽt,
ſiſi ut omnẽ interdicere nauigationẽ oriẽtalibus,una illa naue poſſe,duce⸗
rent.Sed ea tum per capitaneũ memoratũ capta, utitur in hoſtes pro ſua.
Quidã tum Florẽtini Brugis agẽtes,quos Finãciarios,hoc eſt campſores
dixere, auſi galeã ſuo nomine, armis dñi Karoli ducis Burgũdię inſigni⸗
tam,ſignis eius per aera uolantibus in mare mittere:inq; ea,cum proprijs
Florẽtini ꝑ pecunia ſecurarunt. mercibus,iungere merces Anglicorꝝ, ſub ſua ſecuritate:accœpta ab An⸗
glicis de periculo pecunia in Angliã deportãdas:Innotuit res Paulo, na⸗
uis ex Pruſſia armatę magiſtro,uidit nauigantẽ ex Zelãdia in Angliam:
adortus pręuia,ut fit in mari, ſalutatione:unde, & quo nauigaret ſciſcita⸗
Rñſio per cõtemptum. tur: Lombardus patronus per cõtemptum reſpondit: ꝙ reputaret facile
uiribus ſe abſorpturũ,ubi intentaret hominẽ cum armis.Paulus popoſcit
ut qm̃ Anglicas merces,& perinde hoſtiles,deueheret,eas uolẽs,ſi uidere
tur traderet: Contẽpſit Lombard⁹ Alemanũ, & uiribus ſuis,&principis
inſignibus armis,quę uiſebãtur fidens:nec dignatus aliter reſpõdere,bõ⸗
bardã emiſit. Paulus,iam paratis in naui ſuis ad arma,iudicat eſſe pugnã⸗
dum:admouit nauim ſuã,&ſi magnã,tñ galęę biremi ſatis imparẽ:nexus
inuicem mutuos ięcere in naues, pugnaturi: Lombardus ſatis fidens ar⸗
mis & uirib⁹,ꝙ numero militum, & magnitudine nauis pręſtaret,ſuos in
Naualis pugna. pręliũ hortat̃:Vbi cõtulere man⁹ & aliquãdiu pugnaſſent,ſuperiores uiſi
Lombardi:Pruſſi, laxatis nauibus, pro uictis abiere: Exultat Lõbardus
uictor:inſultat cedentib⁹.Paulus grauiter inuect⁹ ſuis,hoc eſt, inquit,q̃d
polliciti eſtis pugnã clamore poſcẽtes: ut cum dedecore uicti abcedam⁹:
hoc clamor,hoc alacritas repromiſit:damno iũxiſtis ignominiam,in reli⸗
quum hoſtib⁹ cõtemptui futuri.Illi ſublato iterum clamore precãtur,ite⸗
Capit galea rum ducat in hoſtem,purgaturos primã ignominiã,aut una omnes mori⸗
turos. Incaluiſſe ſenſit animos:noluit deeſſe poſcẽtib⁹,cum noſſet acrimo
niam:Exaſperati cõuitio uidebantur: Itaq; poſcẽtes reducit in pręliũ:Ite⸗
rum cõgreſſi egregie pugnãtes abolẽt priorẽ ignominiã:cap iũt Galæam
aliquot cęſis in pręlio: Ducũt in Albim fluuiũ:Securitate accœpta ab ar⸗
chiepiſcopo Bremẽſi, in Zuingã fluuium ſe cõtulerunt: Ibi q̃uis in urbi⸗
bus Lubica & Hãburgo interdictũ eſſet,nequis de mercib⁹ cõpararet,ꝙ

timeretur grauior exitus: inuenere tñ emptores undecũqȝ: Qui inerãt satellites, magno ex prȩda accœpto donatiuo locupletãtur. Cõfestim Lombardi re cõperta aduolant Traiectum, ubi cum Anglicis tractabãt oratores urbiũ orientaliũ: Querũtur iniuriam, & uim illatam: Illi ꝙ alterã partem non audirẽt, respondere nihil poterãt. Hoc tñ dixere, se non in iudicium, sed ad cõpositionẽ differẽtiarꝫ uenisse, ut cum Anglis tractent: in suis quenqȝ locis impeterẽt quos reos haberẽt. Misit dux Burgundiȩ ab illis imploratus, nũcium suũ in Hamburgũ: ut Paulum ibi diuersantẽ cõueniret: nec aliud reportauit q̃ ꝙ ex hoste, qui hostilia non redderet sed defenderet, hostiliter inuectus, prior ab illo, tulisset iustam & omni iure gẽtium debitam prȩdam. Misere Lombardi Gdanũ, & idipsum alijs forte uerbis audierũt. Intẽtarũt apud Karolũ ducem, ꝙ in eius finib⁹, in eius securitate, sub patrocinio signorꝫ suorũ attentata diceretur captura. Importunitas Lombardorum, quorũ interdũ opera indigent principes, ad cõficiendam paratã pecuniã, effecit, ut res mercatorum nostrorũ, in terris ducis diuersantium, ad firmam ponerentur: Sed ubi instructus erat princeps, ad liquidum iussit relaxari.

Nũci⁹ ducis in Hamburgum.

Res mercatorũ ad firmã

CA. X.

Quo tempore, circa festum Michaelis, ex constituto cõuenere in Treueri Imperator Romanorũ Fridericus, cum principibus curiȩ suȩ, & dux Burgũdiæ Karolus, eo splendore, quo nusq̃ uisus est princeps alius in apparatu armorũ: In estimatione uestiũ & omni principali magnificẽtia. Obuij fuere medio quodã ad urbem itinere, cum descendens equo, dux procidit Imperatori: Ille leuat ad osculũ assurgẽtem: Deducit Imperatorẽ dux in hospitium, longo desuper habito certamine: Cessit urbe dux Imperatori, & propter armatã, quam multã duxit militiam, foris in monasterio tetẽderat: Cõuenere crebri⁹ ad colloquiũ: Palam quidẽ de bello in Turcum gerẽdo, deqȝ rebus Franciȩ colloquuti: Clam uero inter eos agebantur alia, quȩ uulgo sciri phas non erat. unũ, ut fama fuit tum erat in cõcœptu, utilitate maximũ, si processisset. Karolũ qdã putauere Imperij creandũ uicariũ: ut omnia quȩ trans Renũ ab olim Imperio pertinerẽt, reduceret: deqȝ rebellib⁹ Imperio curaret. Per integrũ mensem, crebrȩ fuere principũ colloquutiones: crebra uolabant inter eos munera: sed longe superabãt, quȩ dux Imperatori largiretur, ditissim⁹, & munificentissimus princeps. Verbũ q̃qȝ de nuptijs inter utriusqȝ prolem tum factũ multi autumãt: Sed tñ de maiorib⁹ inter eos actis uidebat̃ non cõuenisse: Ita fuit amborũ discessus, sine illa, quȩ in accessu patebat alacritate. Per eam uero, quæ ꝓxima fuit Brumã, Anglorꝫ & orientaliũ oratores, cum ampliori ad rem cõficiendam, pacemqȝ cõponendam mandato opus uideretur, iterum eodem loco cõuenere. Sed orientales, ut in artum Anglos tergiuersantes cõpellerent, missis in Franciã nũcijs, cum rege fœdus inierũt: Ferũt lȩtatũ regem, cõcessisse quȩ peterẽtur. Quo apud Anglos cõperto, & ipsi ad cõponendã pacem ȩquiores fuere: Permissumqȝ est regio mãdato: ut in cõpensationem damni, mercatorib⁹ nostris in captiuitate sua irrogati, decem millia talentorꝫ ex Sterlingis colligerẽt, de uecti-

Treueri conuenit Imp. & dux.

Dux cessit urbe.

Dux Imp. uicarius.

Sine alacritate discedũt.

Cõpensatur damnum.

galibus regi debitis, & inde cōpensaret suorū damna, qui passi dicerētur. Inque formam ueterum obseruātiarum res omnis est redacta. Ea fuit summa sexaginta millium aureorum de Reno: Nam talentum Sterlingorum sex ualet aureos.

CA. XI.

Cum ageretur quartus & septuagesim⁹ annus, eo sęculo, archiepiscopus Coloniensis Robertus, cum ciuitati ipsi male uellet: nec satis uideret, quomodo aduersante sibi capitulo & militia pene omni, se in illam uindicaret: inuitauit Karolū Burgundiæ ducem propinquū suum: qui princeps in pręlia promptus, iam aliquot annis paratū habuit agmen, expeditorū militū: Nec diu dubitauit inuitat⁹, quod ciuitatem Coloniensem, quę male archiepiscopo suo pareret, Imperio, cui subest, detrahere, pro minimo duceret. Itaque obsedit Nussiā, quę quinque millib⁹ ad defluentē Renū, in eadem ripa cōsistit, arbitratus, ubi illā occupasset, quæ supra erat, Bunnā, facile cōprehēderet: quib⁹ utrinque captis, iam satis capta censeretur Colonia. Sed eam reperit in oppugnatione Nussiæ (quæ olim Nouesiū dicta est) difficultatem: ut alia non pertētaret: inerat enim ualidum pręsidiū militū, sub prefecto capitaneo Hermanno, Hassię lātgrauio qui nūc tenet archiepiscopatū, tenuitque diu a morte Roberti: Varię fiunt oppugnationes, deijciūtur muri, pluteis int⁹ aggeres reparātur: turres crebris ictibus deformātur. Erūpunt aliqñ obsessi, & manu collata hostibus non parua irrogant incōmoda. Multa utrinque pręlia agunt uicissim inter obsidētes, Angli, Lōbardi, magnis agminibus. Ab Reno, & terra firmatā obsidio, fame expugnare cōtēdit, qñ uis armorum non profuit. Interim Christiernus rex Danorum, ab urbe Roma descēdēs, ex ipso itinere uocauit duces, de Magnopoli Magnū, de Brūswico Fridericū. Iohānē Saxonię ducem, ex urbe Roma indiuisum, itineris comitē habuit, Gerhardū fratrem de Aldenborg, Iacobum de Rupin comites: Et declinat cum his principibus uidere castra ducis: si forte posset rem tantā tractatibus intercipere, gratiā initurus apud ambas partes, quod armorū fastidio, & rerū dispendio, satis motas arbitraretur esse partes. Tētatum est, sed non prosperatur opus, quod certo certior dux esset, aut deditū opidū accipere, aut annis capere. Interea malignū uulgus omnia pro suo captu interpretatur, & eloquitur: Initum a princip⁹ foedus cum duce: ut ueniat per Westphaliā, oppugnare Wandalicas urbes: quarum libertas oculis principū grauis diceretur: Sed illi tum abiere sine fructu, magnis in Colonia factis sumptib⁹. Interea Colonia Imperialis ciuitas, implorat Imperatorē: sciebat enim illa, de imponēdo sibi iugo cōtendi. Diu promiserat aduentū Imperator: sed ut erat cunctator semper maximus, nec haberet in promptu, quę ex longissimo erant arma cōtrahenda, diu distulit: Venerat tādem cum principib⁹ electorib⁹ per Renū deflues. Erāt arma cum illo Mogūtini, & Treuerensis archiepiscoporum: ipse dux Saxonię Ernestus, & Albert⁹ Brandēburgēsis marchio electores, cum suis agminib⁹ affuere: Monasteriēsis episcopus Henric⁹ de Swartzeburgo, expeditissimas copias ductabat equites, peditesque: Octo millia ferebātur sub signis eius militare. Iunxerāt se castris illius quingēti

Robert⁹ archieps Colonien ciuitati infensus.

Karol⁹ obsedit Nussiā.

Angli, Lōbardi cū Karolo.

Rex Danorum frustra tētat facere pacē.

Colonia implorat Impe.

VIII. millia sub epō Monasterien.

de Lubica expediti pedites: sed ad Imperatoris signa cōcedere iubebantur: Nihil motus dux, oppugnabat opidū, & paratus uidebatur cōferre manum Imperatori: Sed omnia consilio, priusq̄ armis, Imperator experiri cōstituit: Inito tractatu, treugę fuerūt. Sed per eas insolētiores quidā leuibus prelijs pugnā ciebant: Eliciti Picardi uenerāt equites, post se singuli peditem habētes in iumēto, qui in loco pugnę desiliret: urgebāt prelian tes, non datis signis. Albertus marchio circuibat castra, precipiēs, ne quis sub pœna capitis se cōmoueat: Temeratores treugarū, si luerent pœnas temeritatis, ad rem non pertinere. Ita sub oculis agminū Imperatoris, nonnulli pedites, qui per iocum cōcitassent preliū, aut cęsi, aut in profluētem Renum detrusi pœnas luūt. Tractat⁹ inter Imperatorē, & ducem, ibi finierunt: ut Maximilian⁹ Imperatoris fili⁹, Mariā Karoli ducis unicā filiam sponsam inde cōiugem haberet: in quam rem soluta est obsidio. Principes dimissis copijs, in sua redierunt. Fiūt treugę.

Temeratores luūt pœnas.

Matrimoniū

CA. XII.

C

Oetū habuere celebrē in Lubica, urbes cōmunionis Hāsę Teutonicę anno proximo: Ibi Colonienses, iam se ante ab reliquis segregātes in Anglia, ad eam redire cōmunionem, manibusq̄ pedibusq̄ cōtēderūt: alioqui, nō usuri in Anglia immunitatib⁹ ab olim indultis: Diu reluctatū est: Ostēsę sunt crebræ illorū in socios cōmunionis tergiuersationes. Scripsere pro illis Impator, & archiepūs Colonieñ. Sed cū diu illis pernegata esset recōciliatio, satisfactione premissa, passi sunt redire in idipsum Quo tēpore inclyt⁹ princeps dux Magnopolēsis cōiugem accœpit, filiam ducis Pomeranię. Nuptiarū solennitas indicta fuit in opidum Stetinū, ad cōuentū multorū principū. Paucis ante diebus idē dux quendā militaris ordinis de terra Bardensi captiuū habuit, emunxitq̄ argento plurimū. Ille rerū suarū nō immemor, obseruabat tēpora cū dictus princeps iocalia sua, in auro, argēto, serico, cęteraq̄ ueste premitteret ad locum nuptijs destinatū: & preueniens, omnia intercœpit: estimatione rerū supra quatuor aureorū millia: sic cōpēsans, quę pridem accœpit captiuus, detrimēta. Sed facile fuit principi perficere, ut ea de re sine magna questione, satisfactionē acciperet. Eodē tempore, per negligētiam incuriosę familiæ, Bergis emporio Norwagię perierunt incendio mercatorū caselle: Ibi ingēs multorū de Wādalicis urbib⁹ ciuiū spes intercidit: inestimabili rerū dāno, dum promptuaria mercatorū cum scripturis obligationū pariter interirēt. Tantū ualet unius aut paucorū capitū socors uinolētia. Cremabilis materia ex lignis cōgestę domus, trabib⁹ supra se collocatis: quo more & in Alpibus positę domus rusticę uisuntur.

Cōuent⁹ Hāsę Lubicæ.

Coloniensiū tergiuersatio nes.

In Stetino nuptiæ.

Fit preda in cōpensam.

In Bergis Norwagiæ incendiū ob uinolentiā.

CA. XIII.

P

Er fabulā, quam diffudit uan⁹ rumor, de principib⁹ cōterminis Karolo duci fœderatis, tum ꝓuenit: ut res seria tractarēt. Nam cœpere tum urbes attentius cōmuniri, cum circūspicerent oppugnationis undecūq̄ periculū: Valla iecere ex profundis fossatis, portas in morē turriū erexere: Instituētes quasi impēdente bello rem per arma preparare. Nisi enim in pace belli tempora cogitētur, male res geritur. Tum apparari munitiones, ubi usus uenit, serū est. Cœptū autē tum negocium

Muniuntur urbes.

cōtinuatur, dum etiā ab Karolo timor euanuit. Nam ille bello magno, in Lotharingiā in se excitato, Switēses mōticolas, durum a stirpe genus, est expert⁹, & omnes, qui in magno fœdere cum illis essent, sensit hostes. Tractum est aliquādiu bellū, multis prelijs cōflictatum: inclināte semper fortuna ducis, dum uiros experiretur. Nouissime obsederat Karolus urbē Nāsciū, ꝙ transitū illi pernegaret: cœpit aliqñ, & denuo amisit. Demū oppugnās, & fame perurgēs, audit contra se uenire hostes, cum duce Lotharingię Renato. Properabant tribus agminibus, magno fœdere colligati, obsidionē soluere urbis memoratæ: Signa pretulere Switenses, quibus diuā uirginem, dei genitricē preferūt: Ea uisa uolitare per aera, nōnullos ferūtur terruisse. Sed dux interritus, premittit agmē suorū expeditum quod primā pugnā distineret: dum ille cum totis copijs pararet in ordinem. Cōflixere infœliciter, premissi Karoliani: utpote pauci in multos: & pulsi, cōcessere in maiora castra. Hostes sequuti incubuere perurgebātqꝫ, Ingrauescit preliū: cędūt, cędūturqꝫ uicti, uictoresqꝫ. Sed tñ inclinauit acies Karoli: Quod ubi rescitū est, suasere proximi duci ut fugā iniret: Diu non potuit in animū demittere fugę consiliū, dux inuictissim⁹: Sero intentauit, & ecce diffusi per cāpos hostes, omnia occupauere. Trāsire parantē Karolū, & transilire iumēto fossatū, occupauere rustici pedites: nec discernentes quis esset, sternūt securi percussum: Pauci, & pene nulli nouerunt quo Karolus peruenerit, quē exitum habuerit, uiueret interissetue: cęsi captiqꝫ suoꝝ plurimi, cęteri cum ex fuga se recolligerēt. Cōpertū est ex puero, qui assiduus ducem sequebatur, quo loco cecidisset: Nudatū corpus, & uulnere, geluqꝫ tumidū, non discreuere etiam qui familiarissimi extitissent: sed frater eius Antoni⁹, & Philippus, secretoꝝ corporis eius conscij, agnouere Karolum. Diu non est creditū, esse intercœptū, aut oppressum Karolū: uiuere multi ferebant. Mercatores Hispani, Lōbardi, & Galli, id uerterūt in questū, mercātes, & uēdentes, super eius reditu. XIIII.

Obsidetur Nāsciū. *Switenses Diuā uirginē p signis.* *Karol⁹ dux Burgundiæ occubuit.* *Quest⁹ sup uita karoli.*

Andalicarū urbiū mercatores, tum in questione uersabāt, noua in regno Danię uectigalia. Nam rex Danię Christiernus, ab urbe Roma descēdens, exemplo regionū, quas peregrinatus uiderat, per Italiā, perqꝫ superiorē Alemaniā, suā qꝫqꝫ prouinciā instituit. Nec opus erat indulto in eā rem Imperiali, ꝙ Dania Imperiū supra se non recognoscit: sed tñ ab exēplo, & ab equo, quod uidebatur, cōstituit in suo. Excœpere incolę memorataꝝ urbiū, pretendētes priuilegia, ab olim indulta, literasqꝫ in eam partem obtēderant: promissionē etiam regis preferentes: ꝙ nullis nouis ab illo uectigalibus in futurū tempus grauarentur. Replicatū est, ꝙ ex nouis superuenietibus causis, ubi euidentia facti testaretur, posse constitutū odiosum antiquari. Quis enim sibi legem dicet, a qua non liceat rationabilib⁹ de causis discedere? audiuere eam disputationem Suecię proceres, qui ad eum erant cōuentū euocati, ad tractandū de sui quoqꝫ regni nouis grauaminib⁹: Cum ergo ista quę obtēderētur mercatoribus audirent, in dubium uidelicet uocari literas, scādalisati abierūt: nunq̄ se regi parituros testati qui non cōstāter inhęreret, ne literis modo,

In Dania noua uectigalia *Queruntur urbes de onere nouo.* *Scādalisanē proceres Suecię*

ſed uerbis: In quo enim firmari in reliquũ fidẽ cõueniet, ſi cõſtantia labaſcit, cum ſigillo literarũ? Sed recedere, & abire uolenti, quęuis occaſio ſatis uideri ſolet: Facile iñ cœpto deſtitit princeps, ſemper humaniſſim⁹: & qui prçter profuſionẽ ſuarũ rerũ, non haberet, quod in eo carperet. Quo etiã tẽpore, Maximilianus duxit cõiugẽ Mariam, unicã ducis Karoli filiã, per quã dñs factus eſt, immo ut nunc cernit̃, temporaneus adminiſtrator terrarũ, quib⁹ Karolus prçfuit. Picardiã tñ, quã de manu regis Frãcię per arma Karolus tulit, rex ipſe mortuo Karolo, ſtatim ſibi uẽdicauit: De alijs quoq; prouincijs tum cœpit inter regẽ & ducem Maximilianũ, graue & diuturnum bellum: quod uaria fortuna gerebatur. De Artheſia quidem dux laborabat, ſed eam defendit. Burgundia ducalis, magno primum labore defenſa eſt: quam rex Franciæ recidiſſe contenderat ad coronam, poſteaq̃ marem hæredem Karolus non reliquit: Nam fœmina ducatum hæreditare non potuit. Sed de his alij. Quod uero ad nos pertinet, alio etiam tempore dicetur.

Maximilian⁹ Mariã duxit in cõiugem

Bellũ graue inchoatur.

CA. XV.

Nouguardia metropolis Ruſſię tam potẽs, ut in prouerbio efferrent ciues eius: Quis poteſt cõtra Deum, & magnam Nouguardiam? Crediderim, ſi ſemper, & ubiq; manſerint hęc duo copulata, ut Deum habeat urbs & protectorẽ, & adiutorẽ. Potuit aduerſus eam hoc tempore Iwanus, quẽ nos Iohannẽ dicimus, magnus princeps Muſgouię: qui optimates urbis per ſpeciẽ conuiuij, cum nihil hoſtile timeret, euocauit: egreſſos, cum nihil ſuſpicarent̃, abduxit in Muſgouiã: Cũq; paratas haberet copias, oppugnare urbẽ, & euertere cõminat̃, niſi ſe dedat, ciuitatem. Quid faceret populus, abductis iam principibus? Territi omnes, cum non cernerent ſalubriorẽ exitũ, ſe illius gratię permiſerũt. Ille primores, qui remãſerãt, iam dedita ciuitate, cũm familia miſit poſt alios in Muſgouiã: Inde uero tranſlatis alijs, qui eius uice urbem pro ſe tuerent̃. Ita ciuitas potentiſſima, non tam armis, q̃ ingenio ſeruit hodie: nec mercatores inde noſtri multum proſperant̃, rebus aſſidue in deterius prolabentibus: nam minus ibi mercaturę procedebãt, poſtq̃ cœpit ſub ſeruitutis iugo gemere ciuitas. Vult ante omnia liberum mercatura populũ, qui non armis premat̃: male enim conuenit armis & mercaturis: Nam alterũ, manũ militarem habet in promptu, alterũ genus, ſola fide nititur. Habuere tempora illa ubiq; monſtruoſa plurima: Nam q̃d anno proxime ſupra, Florẽtiæ in Italia gerebat̃, mõſtri eſſe ſimile quis neget? Vbi archiepiſcopus Piſanus ſtrangulatur cum primoribus. Duę potentes in ea urbe familię de primatu cõtendebãt: de Patzis, atq; Medicis: res non inſueta ciuitatibus Italię. De Patzis inſtituere factionem, ut pellerent familiã de Medicis: quocirca Iulianũ in eccleſia trucidauere: Laurentius uix in eccleſię elabit̃ aı mariũ. Venitur ad arma: coniuratio deprehendit̃: prçualuere partes de Medicis: Archiepiſcopũ Piſanũ aduerſę familię primariũ uirum, & rerũ, quę gerebantur, non modo cõſcium, ſed authorẽ, cum aliquot primoribus correptum, iugulauere: ex palatio pendẽtes. Cardinalis ſancti Georgij tum iuuenis, credebatur conſiliorũ particeps: prope erat, ut ſimili temeritate op-

Per ſpeciẽ cõuiuij Nouogardia ſubiugatur.

Naugardię ſes trãſferũt.

Tẽpora mõſtruoſa.

Archiepiſcopus ſtrãgulatur Florẽtię.

Cõiuratio dephẽdit̃.

Papa gladio utroq; utitur

primeretur: sed prudentia exuperat feruorem. Papa in eos utrūq; distrinxit gladium: sed qui abierant, non redierunt. Rebus utcūq; pacatis, familia de Medicis tum exuperat.

CA. XVI.

Matthias Vngariæ Rex a pactis discedit.

Ngariæ rex Matthias, cum Imperatoris Friderici(qui se ferebat hæredem)permissu, quoad uiueret, teneret Vngariā, nec liberis daturus operam uidebatur: cum per hęc tempora coniugē accœpisset filiam Ferdinandi, regis Neapolitani: uidebatur a pactis discedere, & hęreditario iure regnum sibi uendicare, qñ etiā de hæredibus cœpit cogitare. De quo per nuncios ab Imperatore interpellatus, hoc respondit: Magno se labore, & multis periculis semper obięctasse cōmunib⁹ omniū hostibus Turcis: pro qua re datam sibi spem regni Bohœmici, a qua nuper excidisset, cum Wladislao, filio regis Poloniæ permitteret: Vngariam saltem, quā tanto labore defendisset, sibi permittendā. Sed regna, quia non legib⁹, sed armis accipiunt̄, intētauit Imperator bello inuadere Vngariā: q̄q̄ tēpus tum non erat pulsandi murū illū Christianitatis, cū satis ab latere Turcorū quateretur. Facile tamē se rex ab Imperatore defendit, sępe prelio factus superior. Res inde in treugas, deinde in leges pacis cōponitur: necdum rege pręferente hęredē, uidebatur ante tempus Imperator quæri.

Regna nō legibus sed armis cōquirū tur.

Archieps Rigensis de ordine p ordinē inuaditur

Per idē tempus in Liuonia ab fratribus ordinis Teutonicorꝝ controuersia excitat̄ archiepiscopo Rigēsi Siluestro, eiusdē ordinis participi: Antea quidē Magistri cācellarius hic erat: nunc eius prouectione in eum gradum euectus est, ut esset caput prouinciæ: Obnoxius ordini putabat̄, ut uicissim illi ad nutum obsequeretur. Sed cum honorem ecclesiæ tutatus, non satis gratificaretur per omnia Magistro: ille oblitus q̄ archiepiscopus sit, hoc solū, q̄ frater ordinis sit, intuet̄: captū in arce propria tenuit sub custodia magister pontificē. Nam uergentē in seniū, & iam decrepito proximū, desipere dicebat: neq; ordinis, neq; ecclesiæ res pro dignitate gereret. Interdicitur ob eam rem sacris, per omnē diocesim: nihil hoc mouit fratres: Ipsi de capiendis in potestatē ecclesię arcibus intenti circūferebantur. Ferūt in arce Koggenhusen firmissima, quam ingressus magister archiepiscopū uinciri iussit, reperta ecclesiæ priuilegia, & multas literas ab ordine, & ab alijs prelatis datas ecclesię, tum ibi per Magistrū concrematas. Magno & diuturno exhinc bello diocesis Rigensis concutit̄: Ciuitas ipsa pro ecclesia se opponit ordini: Magnis animis, potius q̄ uiribus arx ecclesię, quā iam tenebat Magister, oppugnat̄, ut ex manibus ordinis recuperet̄: Sed in eo rerꝝ turbine Siluester morit̄: alius per capitulū elect⁹, surrogat̄: Sed erat uir primarius, & doctus in urbe Roma, ordinis dicti procurator, qui ecclesiam ab Sūmo pontifice impetraret: non repugnantibus utrinq; partibus, tam ecclesię, q̄ ordinis: q̄ sperarēt ambę, suū in eo prælatum inuenire. nam habuit ecclesia nōnullos in urbe Roma, qui aurib⁹ noui archiepiscopi rem omnē detegerent: ut facile fideret, qui pro ecclesia stabant, illū ecclesię nō defuturū: & cum esset ordinis in urbe ꝓcurator, illi quoq; cōmendat⁹ erat, ut bene de illo speraret. Vtrisq; ergo uisus est idoneus, qui pacē reb⁹ daret. erat enim iam ante minoris in Italia ecclesię epi-

Magr Liuoniæ capit archiepm in arce ꝓpria.

Cōcremātur ecclię Rigēn priuilegia & mala.

Papa ꝓuidit ecclię Rigēn de ꝑsona ordinis.

ſcopus,quã facile dimiſit,cum hãc archiepiſcopalẽ accœpiſſet. Recte autẽ ciuitas feciſſet cum capitulo,ſi uirũ hũc apud ſedẽ apoſtolicã manere pateret: ibi rebus eorũ utiliore futurũ, q̃ eſſet apud eccleſiã. Inſtiterunt autẽ multis ad eum datis literis,miſſis quoq; nõ uulgarib⁹ nuncijs,ut ueniret: pacẽ,ut ſperabaẽ,allaturus: Sed lõge aliter prouenit,q̃d ſuo tẽpore dicet. Cum uero ann⁹ ageret LXXVIIII. per brumã ſolito acrius rigẽtẽ,Ruſſi in Liuoniã eruptione facta,crudeliter deſęuierũt:in omnẽ q̃q; ordinẽ ſęuientes: nemo illis aciẽ uenĩẽtibus oppoſuit: Ordinis fratres ſatis habuere tutari arces: Itaq; infantes palis infixerũt,ubera fœminis detraxere, uiros atrociter necauere: & prędis abactis,incẽdio relicto,abierũt. XVII. — Fruſtra i ſpe i nouo põt. — Ruſſi i Liuonia graſſanẽ

Quo tempore bellũ acri⁹ exarſit inter Imperatorẽ Fridericum, & Matthiã Vngarię regẽ,non ſuo tẽpore excitatũ: cũ interim Turcus Chriſtianas prouincias popularet. Cauſa autẽ noui belli hęc erat: Bernhardus Granẽſis archiepũs,primus in Vngarię regno prelatus, cum cerneret Matthiã regẽ non ex fide pactis cõuentis inter Imperatorẽ & ſe,ſatiſfacere,ducta uxore,q̃d dixim⁹,filia regis Neapolitani: cũ fuiſſet ipſe archiepũs cõpoſitionis arbiter,& opifex,inter reges memoratos,inſignia regni,coronã,& non cõtemnendũ regni theſaurũ,profugiẽs in Auſtriã,detulit Impatori: uolẽs q̃d in ſe eſſet,pactis ſatiſfacere. Matthias rex non ferẽs iniuriã, ea armis repetebat: Vnde diuturno bello quaſſata Auſtria,pene tota cõceſſit in ditionẽ regis. En hic eſt Chriſtianitatis defenſor Impator: hic eſt, qui omnes tueri ſuſcœpit ab iniuria: patriã ditionẽ male defendit ab proximo rege. Interea Mahumetes Turcorꝫ Impator triremibus. LXXXVI. Rhodum Chriſtianã inſulã,petijt: urbẽ magna ui obſedit,& oppugnauit: Sed fortiſſimis Chriſti militibus fratrũ hoſpitalis. S. Iohãnis fortiter repugnãtib⁹,nihil profecit: cœlit⁹ enim roborati,ſine intermiſſione pugnauere: magno facti Turcis miraculo, q; non fatigarenẽ. Eodẽ illo tempore,inter urbes Wãdalicas,& Hollãdinos,in Monaſterio Weſtphalię urbe,factę ſunt iterũ treugarꝫ in annos. XXIIII. ꝓrogationes: inchoatę anno,qui proximus tum erat. LXXX. ad initiũ Maij. Vetus enim cõtrouerſia in eis fuit,longę ambages,multę querelæ. Maximilianus dux,legitimus tum prouinciarũ adminiſtrator (nam dñm illũ,dura ceruice populus, noluit agnoſcere) literis deſuper datis, rem inter partes, authoritate ſua,iuſſit conquieſcere. CA. XVIII. — Matthias rex non ex fide cũ Imp. ęgit — Auſtria bello quaſſata. — Rhod⁹ ꝑ Turchũ inuaditur — Treugę inter urbes & Hollandinos.

Octuageſimus agebaẽ annus, poſt. MCCCC. a Chriſto nato,cũ ordinis Teutonicorꝫ per Liuoniã Magiſter, dñs Bernhardus de Borg,proximo ſupra anno accœptã ab Ruſſis iniuriã cõſtituens uindicare,magna ui Ruſſiã repetiuit: armatis omnib⁹ quos potuit,ruſticã multitudinẽ cõiũxit. XX. fuere millia,qui tum ſignis ei⁹ paruerũt: ualida man⁹,ſi,q̃d inſtituerat,ꝓſequereẽ: Verũ cũ eſſet rigidiſſima tum bruma, multi manib⁹pedibuſq; frigore cõſtrictis,ſibi adeſſe non poterãt: nedum hoſtib⁹ nocere. Pleſgouiã urbẽ cũ ꝓceſſiſſet,in cõſpectu habuit: eáq; fuiſſet tum facillimũ,deditã accipe: Sed uoluit Reualiẽſis epũs,qui tum aderat,neſcio q̃d,ante ſacrũ ſolẽniter implere officiũ. Dũ ille cũctaẽ, aucti nu — Liuonienſ in Ruſſiam. — Mora nocuit paratis.

mero Russi,se oppofuere: q ante ad deditionē,pmptissimi uidebant. Erat tum nōnullis suspicio,φ ecclesię Tarbatēsi plurimū ea expeditio minaret. Admonit⁹ epūs,qui & ipse aderat,dimissa expeditiōe retrocessit: ditionis suę fines tutatur⁹. Ita expeditio illa,magnis intētata conatibus,per inutilē cūctationē euanuit,ac prorsus inutilis fuit: nisi φ Russis mōstrata est,Liuonię quāta esse potuit maxima potētia: q̄d aliquāto melius ignorassent.

Plenariæ indulgentiæ pro Rhodijs.

Venerat ea tēpestate Lubicā,Iohānes de Cardona comes,Pręceptor ordinis. S. Iohānis,qui plenarias indulgētias ab Sixto. IIII. Sūmo pōtifice datas,in subsidiū Rhodiorꝫ,ut Turco truculētissimo hosti,qui tum in Europa plurimū debacchareť,resisterēt. Est aūt Rhodus insula in mari Aegeo sub Lycia,puīcia,in circuitu habēs multas alias sibi parētes minores,Cyclades, claustrū Christianismi in mari: nisi enim ibi essent milites Christi, totum mare impacatū,iter in terrā sanctā non haberet. XVIIII.

Veneti fœd⁹ cum Turco.

Quo tēpore cū iam ante rex Neapolitan⁹ fret⁹ genero rege Vngarię,in Cyprū occupandā (quę insula Venetis paret) respiceret,ut eam manib⁹ eorꝫ auferret: Veneti fœdus iniere cū Turco,quo illū in regē Sicilię incitat⁹,perpelleret eū Cypri obliuisci: Cū Turc⁹ dnandi libidine inflāmat⁹,in Apuliam maximas tum misit copias: expugnauitq; Hydruntū magnā eius puincię ciuitatē: Epūm loci,singulari supplicio ferunt hostes excarnificasse,uiuū,ut ferūt,excoriatū: clerū omnē equorꝫ pedib⁹ cōculcauere: iuuenes, & puellas,abducūt uenūdare,& imposito urbi ualidissimo pręsidio,quietur⁹ ibi nō uidebať. Mouit ea res pōtificē,ut cōmoneret omnes Christianismi principes: Sed nemo facile exaudiuit: cū taciti prętēderēt,hacten⁹ alijs,puincijs hostē illū incubuisse,nec tum potētem Italiā se cōmouisse: Nūc qm̄ incēdiū ad eā puenerit expergiscať. Vbi nūc comes ille Hieronymus: qui magnis principib⁹ exbarbitōsor,par esse debuit,de diui Petri patrimonio: Cur non ille prępotēs accurrit,restinguēs incēdiū: Rex ipse Neopolitan⁹ qui aliena cogitauit inuadere regna, tum nō potuit satis tutari sua. Mira res,& quę stuporē ingerat cōsyderanti: ubi periculū lōge est,sum⁹ fortissimi,cū propinquat,soluimur in formidinē,ne fœminis pares. Sed & illud intueamur: Quis nisi populus Italiæ uocat Turcū hostē immanissimū in Italiā: Mōstra sunt hęc,& nullis comperta ludibria: Vngar⁹ infestat Turcū,Impator illū inde reuocat: Pōtifex cōcitat principes in Turcū,ipse inter nepotes desidēs: Venet⁹ inuitabat hostē in prouinciā: Lethargū patimur,nō expergiscimur: nisi ingruēte incendio,quod utinā restinguere possemus,cum propinquauerit. XX.

Eps Hydrūti excoriatur uiuus.

Comes Hieronymus.

Itali uocant Turcū in Italiam.

Matthias ungarię rex recuperat Bosnam.

Matthias interim rex Vngariæ,magnis uiribus Turco colluctať: Bosnam de manibus eius eripiens, quam aliquādiu hostis possedit,a tempore occupati regni Constantinopolitani. In nostris quoq; finibus,ut huc tandē redeam⁹,tum non omnia fuere pacata: Nam Gerhardus de Aldenburgo comes,uir malo fato natus,quiescere non potuit: Wildeshusen opidū Bremę non longinquū,incursionibus sæpe uexauit: Sed hoc tempore expergefacti,eius præsidium unū,Flesborg ille uocabat, occupauere: & proximā ecclesiā ab illius militibus incastellatā,

Flesborg occupatur.

iniecto igne cõcremarũt. Quadraginta satellites, diuersis uijs, incẽdiũ fugientes, capti, cęsiq; sunt: Sed non mouit illum iactura tot perditorũ hominum, quorũ ubiq; magni exuberãt greges. Non erat illi homini ulla quies amica: Cętera eius pręclara facinora, quia & in Saxonia attigim⁹, nunc breui temporũ cõmemoratione cõtenti, transim⁹. Tum uero Gripeswaldenses, episcopũ suũ Caminẽsem, dñm Marinũ de Fregeno, homnineẽ his terris per publicatas indulgẽtias, nõ usq;quaq; in optimis notissimũ, etiam sacris in locis, affęcere cõtumelijs, lapidib⁹, & luto infęstauere: q; mandatis alienis, & insolitis, eos adoriretur. Quis aũt potuit sperare Caminẽses, populũ ad iurgia natũ, cum homine omniũ uersutissimo pacifice agere? quomodo enim ęquanimiter ferrẽt pontificem Italicũ, qui raro sunt pacati pacatissimo? Sed ille iniuriam suam uindicatur⁹, simul, q; ad rubrum in urbe galerũ aspiraret: nam multis ecclesiam obsequijs uidebat ornasse, Romã cõtendit: Ibiq; dum multa molitur, diem suũ obijt, satis exiliter tumulatus qui magnis splẽdoribus, apostolicus nuncius, prouincias multas obibat.

xl. satellites capti & cęsi

Eps Caminẽsis in ecclesia contumelijs afficitur.

Populus ad iurgia nat⁹.

Eps Romæ obijt.

CA. XXI.

Agn⁹ Musgouię princeps, quẽ ante occupatã Nouguardiã hoc m solo cõpertum habuim⁹, q; ab urbe Roma uxorem, filiam Imperatoris Cõstantinopolitani teneret: post captã uero eam urbem, nimis esse notus cœpit Liuonię. Nam post primã excursionẽ, quã ante duos fęcit annos, proximo anno per magistrũ Liuonię ordinis Teutonicorum tentatam cõpensari, nũc. LXXXI. anno, nimis crudeliter desęuiens, in eam prouinciã reuertit: more gentis, late excurrẽs, magnã uim hominũ rusticanę plębis abęgit, uelut pecora, in extremã seruitutẽ ptrahẽs: Nec erat tñ multo melior eorũ in patria cõditio, nisi q; nũc ab affectibus quisq; suis disiũgebantur. Nam etiã ibi canib⁹ similes habiti, uix panem furfureũ esitare sinũtur ad satietatẽ. Ita sudorẽ miserorũ extorquẽt, sine ullo humanitatis respectu, qui pręsunt. Nostri catuli tolerabilius habent, q̃ illius prouincię plębs agraria. Abducti cum cęteris nõnulli militaris generis, hoc passi, cum cęteris, quod solebãt in subięctos immaniter exercere: Fert idẽ Musgouię princeps ocultũ inisse cõciliũ, cũ nonnullis Letuaniæ principibus, male Christianis, q̃s in regẽ Polonię per pacis simulationem trucidandũ animauit, inflãmauitq;. Illa enim ex gente rex ille natus, quod supra sępe ostẽdimus, iuste illis paterna successione dominatur: Sed sine inuidia non possunt magnæ res possideri. Erant ex proceribus, qui se quoq; gubernãdæ Letuaniæ natos arbitrarentur, ad quos, sublato rege, principatus deueniret: Cõstitere omnia proditionis consilia, deputata loca, & tempora parricidio: ubi rex, & regina, cum aliquãtis filijs in manus putabatur peruentur⁹: Prodijt tamen undecũq; malignũ consilium, rex, prudentissime omnia circũspiciens, cum cõperisset luce clariora eius instituti parricidij testimonia, iussos comprehẽdi, consilij cruenti conscios, gladio ultor percussit: ita proditionis cõsilium, quod iuste debuit, intercœpit malignitatis authores. Princeps aũt Musgouię, ubi nõ processit institutum, nihil se intellexisse protinus simulabat.

Musgouiæ dux olim parũ notus.

Abigitur rustica plębs.

Miseria in Russia.

Consilia proditionis deteguntur.

Rei cędũtur gladio.

CA. XXII.

Mahumetes Turcorꝝ tyrānus obijt.

h Oc anno Mahumetes, Turcorū Imperator, dum multa molitur in obsidionem Rhodi, eamq; maioribus parat oppugnare uiribus, simul in Italiā respiciens, cuiꝰ iam primū cœpit angulū inuadere, finem uiuēdi fęcit, magno Christianorū cōmodo: Acerrimꝰ ad prælia princeps, & uictor per Europā, & Asiam, ampla cōiunxit imperia paternę ditioni. Tum uero filij eius duo, dum de regno, & paterna successione nō idem sentiūt, uires cœpere mutuas tenuare. Nam maior natu Bajazit, festinās ad occupandā paternā successionē, intermisit ab illo cœpta bella. Interim Hydruntū, magnis uiribus a rege Neopolitano oppugnatum, dum Turci non mittūt suis suppetias, facta deditione, recipit ab regis filio Alphonso: Minor aūt Imperatoris Turcorū filius, dum fraterna factione undiq; se cernit exclusum, ad magnū Rhodi magistrū peruenit, illi se permittens, promittēsq;: si Christianorū ope reducat in regnū, Constātinopolitanum Imperiū se redditurū. Magister causatꝰ se imparē tanto negocio, maioribus eum cōmēdare Christianismi principibꝰ repromittit: mittitq; Imperatori dedititiū. Ille & si in culmine sederet Imperij, magnis tamen rebus gerendis se non esse natum sępius ostendit: Accœptū Turci magni filium, introrsus mittit Francorꝝ regi: simul, ut se pro animi sui non ęqua magnitudine, tantis pro alieno principe, exoneret impēdijs. Iactatur nobilissimꝰ adulescens, inter principū manus, ad modū pilę, quibus, si ad quod debuit, animꝰ esset, magna rerū momēta pręstare potuisset, ad Christianismi subleuādam, quę in ea parte iacet, dignitatē. Sed rex tamdiu seruauit hominē, quoad regni cācellariꝰ illum diuēderet summo pontifici: pactus unū, aut alterū, pro amicis rubrū galerū: Per quam occasionē uenit idem missus Romā: ut a pontifice Innocētio seruaretur: qui illi in palatio supra se māsionē deputauit. Frater eius iam Imperator, ubi intellexit quo loco esset, aliquātis millibꝰ annuis expromissis, hisq; non paucis, egregie cōpensauit impensas pro illo factas.

Duo filij Turci cōtendūt.

Hydrūtum oppugnatur

Minor natu Rhodū properat.

Donatur Imperatori.

Mittitur regi Franciæ.

Regni Cācellariꝰ uendit hominem.

CA XXIII.

Matthias in Turcum.

i Nterea Matthias Vngarię rex, non quieuit, usus temporū opportunitate, q; sciebat nouū Turcorū Imperatorē, satis implicari domesticis rebus: magnis tum exercitibus mouit in ditionē Turci, eiecissetq; illum facile proximis Christianis prouincijs, si non idem uexatus, ab Imperatoris Romanorꝝ copijs, huc uires cōferre cogeret, ad propulsandū bellū ab Austria. Quid dicemꝰ? Diaboli hāc esse artem, ad impedienda bona, an hominū maliciam ad uindicādas iniurias? Qui debuit ipse gladiū in hostē distringere, nec conatur ulla parte, ipse distringentem quominꝰ prosperet inuadit. En tēpora: en mores: Nō est satis per ignauiam a bono quiescere: nisi pro uiribus renitētes hosti, & in illū multa molientes impediamꝰ. Et quomodo potuit ignorare Romanus Imperator in Austria, tum districtū, & implicitum hosti Turco Matthiā Vngariæ regem? Magis est uerisimile, tum certo cōsilio ab Imperatore inuasam Vngariam, cum eius regē alibi nosset bello magno implicari. Tulere tñ Walachiā superiorē, tum de manu Baiazit. Quo tēpore, apud principes nostrorꝝ partiū cœpit haberi solēne, capillos truncare, sibi, suisq;. Misere in-

Ars diaboli discordia Christianorꝝ

Imp. inuadit Vngariā

uicem ſibi literas,incluſis forcipibus cum mãdatis: Ita ludũt noſtri, dum res ſerias pro omnibus tractant, qui colluctãtur infeſtiſſimo Chriſtianis Turco hoſti.Ea tum res agebatur de capillis ſerio tutandis: Sed ſiue uigilantibus per uim & iocum,ſiue dormitãtibus,utcũq;,truncare ſtuduerũt: militaribus uiris ineptum arbitrati:ſi ut puellæ comas ornẽt: Galea enim decet militare caput,non roſea,aut ſericea corona. XXIIII.

Truncãtur capilli.

Eprehẽſum ferunt eo tẽpore Wiſmarię inſignẽ furẽ,quę res ſin-
d gulari nouitate depoſcit,ut eam miſceam⁹ rebus magnis: ordine ſacerdotẽ:illa facie,& honeſtate prętẽſa: ut quiduis facili⁹,q̃ illũ furẽ crederes:quẽ in mentionẽ cum principib⁹ adducere iniuriũ uideret: niſi & ipſe princeps furũ extitiſſet:facie, & apparatu uenerabili, a nemine habitus eſt is qui repertus. Apud eccleſiã cõ ducto manẽs hoſpitio, talem in uultu,& omni geſtu,prętferebat honeſtatẽ:ut aliqñ uices impleret,in ea urbe,ſacerdotis parrochialis: ueſtes q̃tidie mutabat,iam ruſtic⁹,iam mercator,iã ſacerdos,ut erat,habitu fuit:noctib⁹ambulabat pro ſuo quęſtu: Cingulũ ferebat uncis per ordinẽ in circuitu pluribus: ut in eo incinctus haberet,quo plurima efferret,uelut multis uſus manibus:Omniũ generũ ſupellectilem,merces omnigenas,ueſtes ad ſartorẽ,necdum ad plenũ perfectas,libros,& quicquid obuiũ erat cõgerebat:per uicinas urbes circuibat:omnes locupletes in ſingulis deſcriptos,in ordinẽ,in libro prę ferebat quos iam expilauit, ſigno factę ueluti ſolutionis adhibito, abſoluit: cęteros pro debitorib⁹ inſcriptos habuit: nulla tñ ſumma deſignata. Nec fuit in hoc maritimo tractu ciuitas,quã non multiplici furto peruaſiſſet. Sarcinulũ nũcij Gdanẽſis,in qua aliquot erãt florenorũ millia,quę ab occiduis mercatorib⁹ in orientẽ deportaret, hic noſter mercator in habitu conſpectus inter alios mercatoris, quaſi ſuã, dum nũci⁹ obuerſo dorſo ſtaret, ad lauacrũ mane extulit,multis pro ea re in ſuſpicionẽ adductis. Reperit aliquãdo ſacerdotis ueſtem lineã cum almucio,& iuxta ferratã militis tunicam.uno utrũq;,ſed diſſimilẽ ueſtem,ſacco implicuit: Infinita ſunt eius generis ludicra furta. Finaliter proditus eſt uili libro,quem uicino abſtulit: Wiſmarię inſcalat⁹,in Sconẽberge turri mãcipatur,in qua moritur. Qui documẽta protulerũt rerũ ſuarũ,ſua recoeperũt,quę extabãt: cęterũ prõpta pecunia non redibat: Poterat ille inter multas ciſtas diſcernere, quæ ex omnibus pecuniã contineret. CA. XXV.

Inſignis fur preſbyter.

Mutat per diem ueſtes.

Librũ deferebat nomen[um] datorem.

Deregitur uili libro.

Rat per ea tempora,in Wãdalicis urbibus, annonę inſignis cari-
e tas: quę utcũq; fuiſſet, tolerabilis, niſi eam uehementer auxiſſet grande eius preciũ in Hollãdia, & cęteris occiduis partibus. Ibi enim cum bellũ eſſet,inter Maximilianũ ducẽ,Karoli ſucceſſorẽ & generum,ac regnũ Frãcię, portus eius regni clauſi erãt uicinis prouincijs, prę ſertim hoſtilib⁹: Vnde factũ eſt,ut Hollãdia,terra populoſa,ſine frugib⁹, cum multis indigeret:eas ex orientalib⁹ expetiuit regionib⁹: magno illarum precio cõſtituto,ut hinc aduehererẽtur. Decœpit auaricia ex noſtratibus plurimos: ut futurę fami non proſpicerẽt: Iam eſſe cœperãt mercatores nõnulli principes,& militaris generis homines, ubi guſtarunt magni

Annonę caritas.

Hollãdia ſine frugib⁹.

Principes fiunt mercatores.

precij dulcedinē. Cōpertum est postea in rustica plebe: quod nisi e uicinis urbib⁹ alita fuisset, multa millia fame perijssent: Ita illi quoque accepto precio fruges dimisere: Docuitque is euētus principes, & omnes urbiū rectores, ut talibus in futuris casibus prospiciāt: Nunquā tn̄ tam graue precium excrescit in occiduis urbibus, q̄diu patent Franciæ portus Hollādinis: ubi illi serant: semper hoc malum apud nostros erit in foribus. Nec enim sperari potest, ut cesset auaricia in omni ordine mortaliū: Lucra enim dulcia sunt uniuersis maxime uero mercatorib⁹: quod gen⁹ hominū illis rebus solet excrescere in sublime, dum furtim suo quisque instat quæstui: Vetus apud Ciceronē de his testimoniū: nihil proficere tales, nisi admodum mentiantur. Is tum rerum euentus de caritate annonæ, magna præstitit rerum momenta in urbibus Rostockio, Lubica, ac Hamburgo quæ inde exequemur.

Auaricia nō cessat.

Cicero de mercatorib⁹

CA. XXVI.

Magnus dux Māgnopolensis, insigni princeps, & ingenio & animo, dudū mortuo patre, & maiorib⁹ natu fratrib⁹, rem omnē in ditione gubernabat: auctior titulis q̄ omnes patres ei⁹, quod Wandaliā, & Stargardiā principat⁹ non paruos paternæ ditioni cōiunxisset. Is ad res quæ tum imminebāt agendæ, ex omnib⁹ subiectis per ditionem memoratā triformē, Magnopolim, Wādaliam, & Stargardiā, iussit fieri collectā. Multis enim principū cōuentibus, in superiori Alemania, magnos ille sumptus fecit. Rostockcēses freti, ut ferebant, nōnullis ab olim principum suorum indultis, non tam spontaneas prebuere aures ad cōtributionē: Multæ in eam rem literæ, plures ibant nuncij: intētatæ erant minæ nolentibus. Summa erat rerum omniū q̄uis ijdē Rostockcēses, audiri postulantes, & in tractatū cōtrouersias deducere conati peregerunt, ut cōuentum princeps indiceret illis Wismariæ. Aderant euocātes uicinarum urbiū cōsulares oratores: Sed quicquid ageretur, hic erat exitus: ut ingenti persoluta pecunia principi suo, se morigeros exhiberēt. Non satis æquo fertur princeps tulisse animo, quod negocijs quæ illi essent, cum suis subditis immiscerētur alieni: Tamen, quia rogati uenerant ab amicis, pacis cōponendæ erant adiutores. Per quæ tempora cum in Prignissa ueteri Wādalorum solo, non deficerent, qui publicis uijs insidiarētur: Iohānes Alberti filius, marchio Brādenburgensis, mādauit Wedegoni de Gantz episcopo Hauelbergensi, ut assumpto Wilhelmo de Poppēheim, milite, quē ueteris Marchiæ capitaneū ob eas res creauit, curaret ea facta uindicare latrocinia: & ut prospicerent ne in reliquū fierent. Illi assumpsere urbicos eius ditionis, & mouentes in eos, qui culpæ dicerētur affines, quindecim eorum māsiones igne, ac ferro, exciderūt: captos, quorū erant facinora iam notoria, gladio feriri iubebant: & magnis institere conatibus, ne quid tale in futurū ageretur: Frustra aūt cōtenditur aduersus ferreā naturā. Tum quoque, quod in suos fecit Magn⁹ dux Magnopolensis, ut ære emūgeret, fecere, & in Marchia, & in Magdeburgēsi ditione, principes earū partiū: Sed rei incōpta subditis nouitas, indignationem & murmura plurima in subditis excitauit: Nec tn̄ erat altera uia, nisi ut mandatis principū pareretur. Iam enim talis

Magn⁹ dux titulis auct⁹

Ingēs pecunia per ducē petitur.

Motus in latrones.

erat eorũ principũ potentia, ut sine magno rerũ dispẽdio cõtraire illis nemo facile posset. Nam archiepiscop⁹ Ernestus, Ernesti ducis Saxonię filius, principis electoris, ipso, suę familię stemate erat formidandus: alioqui sępe cõtumacib⁹ Magdeburgẽsib⁹. Et Iohãnes marchio, magnã Franconię, & Bauarię partem post se trahere uidebatur. XXVII.

Ernestus archieps formidandus

Er idẽ tẽpus erãt non pauci, qui Lubicẽsibus male uellẽt, militaris generis homines, ex Magnopoli, Prignissa, & cõterminis regionibus: ꝙ Hartwicus Ritzerow, iam ex ephebis euadens, cœpit a Lubicensib⁹, suę hereditatis emptorib⁹, quod suũ dicebat, uẽdicare. Fiebãt crebrę per illũ, & cõplices eius, itinerũ direptiones: currũũ deprędationes: aliquot etiam cędes hominũ immiscebãtur. Iam uero facto gregę, ijdem astipulatores, qui undecũꝗ quęrunt latrocinandi occasionẽ, pecora Molnẽsis opidi abęgerũt: Id est enim principiũ belli, & nostri eui militarib⁹ ualẽtissimũ militię gen⁹, unde reliqua facinora ordiunt. Non poterat occultũ esse unde uenerint, quo deuenerint, qui eã rem peręgissent. Igit Lubicenses, misso equitatu suo, quendã militarẽ magni generis, cęterum ignauũ hominẽ, qui ipse iamdudũ in iumẽto non fuisset, nec regẽdo sufficeret, apud quem receppti fuissent prędatores in urbẽ duxerunt: ultimo supplicio hominẽ destinãtes, ꝙ receptatores nihilo leui⁹ puniunt lege, ꝗ prędones ipsi. Magnus dux a cognatione eius uiri interpellat⁹, se interposuit: Ea de re cõuentũ cum Lubicẽsibus oportunis locis habuit: Incusauit eos ꝙ in terris suis uim intentassent, nulla facta prius corã se quęstione: non illos hoc in suo ęquanimiter ferre, si quis intentaret: cur quod ipsi suam ducerẽt iniuriã in alio non uiderẽt per iniuriã fieri? Cęterũ eum esse hominẽ in quẽ uim intẽdissent, quẽ omnes scirẽt culpę non affinẽ. Illi pręferunt, Imperiali se esse cõmunitos indulto, ad eam rem, ꝙ cum longe in ultimis Imperij finib⁹ uix hereãt, nec ab Imperiali brachio possint tam facile defendi, suam illis uicẽ Imperator permiserit: ut latrones undecũꝗ persequãtur: captum uero, etiam si non se ipse deprędationis improbitati alias miscuerit, quia tamẽ receptabat, eodẽ esse crimine inuolutũ: Duri⁹ princeps reluctat, ostendẽs, si quid graui⁹ fiat in captũ, se arma correpturũ. Iam, ut dixim⁹, annonę caritas, famẽ minitabatur inopibus, & nisi ex Magnopoli frugifera terra, prouenisset Lubicẽsibus annona inędia populus laborasset. Nam de Liuonia, Prussia, Pomerania, nihil tum importabat, cũctis properãtibus in Hollãdiã: ubi insignis erat frugũ caritas & precium grande: Quo respectu tum quieuere Lubicenses, in uinculis tamẽ suum captiuũ tenuerunt. CA. XXVIII.

Fiũt crebre in Lubicẽses deprędatiões

Receptator p Lubicẽses capitur.

Lubicẽsẽs Imperiali indulto muniti.

Dux minatur bellum

Insignis frugum caritas

Lbertus per id tempus, frater Magni, dux & ipse Magnopolensis, sed qui principatu Wãdalię cõtent⁹, fratres suos de Magnopoli curare permisit, cum esset infensus Hamburgẽsi capitulo: ꝙ decanus eius ecclesię apostolic⁹ exequutor, quẽdã ex militaribus suis, ex quadã corã eo principe pendẽte causa, excõmunicasset, deꝗ ea re aliquoties ad capitulũ scripsisset, sed literę in apertũ non peruenerũt: Cum se princeps perinde cõtemptũ reputaret, ad solita principib⁹ in se uindicãdis, ar-

Albert⁹ frater ducis exacerbatus.

ma cõuolauit. Expedita suorũ ualida manu, cum spontanei facile ad prędam accurrerẽt, Prignissę habitatores, per media pacat⁹ deducens, mouit in prędia quę essent eusdem ecclesię Hãburgensis: quiescẽte ad omnia & cõniuẽte, qui tum arcis Tritowe pręfectus esset, ꝙ excõmunicatione laborasset & ille, ab Hãburgensi capitulo. Itaqꝫ omnẽ prædã ex prędijs ecclesię in pecorib⁹, ueste, pecunia, & omni supellectili cõuectantes, qui longe aduenerãt, in sua reduxerũt: nemine obluctãte, aut se quouismodo cõmouente, ꝙ facile omnes paterẽtur ecclesiã damnificari. Modestus erat, qui non cachinnũ damno adięcerit. Sed Albert⁹ dux, qui ea procurasset, non diu superfuit: Apud aliũ interea iudicem de iusticia responsurus: ne queri quidem passi sunt dãnificatos, qui ad eã rem cõniuerũt: Summã ducẽtes iniuriam, ꝙ ecclesia grauissime licet damnificata, suã amicis iniuriã, quęrendo nudasset. Magno insuper redimere coacta est ecclesia, ꝙ quęrelam intẽtare, uel cogitasset. Lubicẽses tñ, q̃d ad sua de Molne damna pertineret, non dissimulãtes, ea de re Iohãnem ducẽ inferioris Saxonię cõuenientes in cœtu desuper instituto, ꝙ per terram eius uiolẽti prędones uenerint & abierint, cũ prędа: ille se cõsilij & facti nesciũ q̃ sancte asseuerabat: non illis se esse uiribus, ut omnes, omnib⁹ uias occludat. Sed tamẽ militares in terra eius, & uicina Magnopoli, dimissis solitis mãsionib⁹, in tuta se receperũt ꝙ exemplũ eius uererẽtur, quẽ iamdudũ Lubicẽses captũ tenerent. Quo tempore Magnus dux, eũdem illũ uinctũ suũ ab Lubicensibus reposcebat: instituto cum illis cœtu in uilla Slukup: Cum acriter perurgeret, ut uel uinctum redderẽt, uel bellũ expectarẽt: non se passurũ, ut tãta in eum iniuria, impune decurrat: multa plębs sua sponte ab urbe egressa aderat, ut solẽt, apricãdi causa per ęstatem: Sed tñ satis erat intelligere plębis motum, ex ea causa si bellum instaret. Igitur formido eruptionis in suam terrã ducem, & inpendẽs fames, Lubicẽses perurgebãt, ne quid alterutri intentarẽt. Interim in uinculis suis capt⁹ ꝑmanebat. Repetitę sunt aliquot uicibus super eadẽ re cõuentiones, inter ducem, & Lubicẽses in Wismaria: Cum se medios interponerẽt Hamburgẽses, & Luneburgenses, ne in apertũ bellũ, quod multa iam signa prodebãt, res tãta prosiliret: Sed neqꝫ tum rebus cõpositis, in treugis tamẽ causa permãsit. XXVIIII.

Margin notes: Prędа ex prędijs ecclesiæ Hãburgẽsis. — Lubicẽñ cõueniũt Io. Saxonię ducẽ. — Militares in tuta se recipiunt. — Causę a bello retrahẽtes — Fiũt treugę

Aritas autẽ annonæ, quam diximus per ea tẽpora uiguisse, anno c LXXXIII. in Hamburgo, cum concurrentibus tunc nonnullis alijs causis, terribilẽ & in omnib⁹ bene institutis urbib⁹, formidabilẽ tumultũ exciuit. Pauperies quidẽ uulgo, tum grauius persensa, & acerbius incensa, stimulauit plębem, ut se cõmoueret: ꝙ dicerent populares, caristiã inde auctã, ꝙ fruges undiqꝫ coemptę, in Islandiã, nouam tunc mercatorib⁹ nostris prouinciã, deueherẽtur: cum locupletiores in populo magno cõmunitatis imcõmodo, intẽderent priuatis lucris. Ea fuit prima stimulãdi ratio. Accessit altera causa, quę audaciã dabat improbis hominibus, nouas res quęrẽtibus: ꝙ tum administrator ecclesię Bremẽsis, domin⁹ Henric⁹ de Swartzenborg, episcop⁹ Monasteriẽsis, quosdã abbates & prelatos alios misit ad reformãdũ cõuentum moniliũ in Heruesthude

Margin notes: Oritur tumult⁹ formidabilis. — Islãdia noua ꝓuincia. — Hẽricus eps Monasteriẽñ

scribens Hãburgensi consulatui, ut e suo numero quosdam deputaret: rebus per mãsuetudinẽ, & bonis modis, ad intẽtũ finem perducẽdis. Deputauit senatus duos ex ordine suo, qui audirent, & referrent. Ventũ in monasteriũ primo mane: Excurrerat promiscuũ uulgus plurimũ cum cõsularibus: Ante etiam uenerãt uiri, ac mulieres, patres, matres, germani, fratres, cõsobrini, cognati, & propinqui monialiũ. A tumultu insaniẽtium fœminarum res inchoatur: Acclamauere tumultuãtes quoque uiri: Incertũ quid quisque loqueretur: Indignatos facile erat intelligere, quod de reformatione ageretur. Non erat qui audiret, quid a prælatis ad uirgines diceretur: Orabant illi, ut uiri cõsulares, quietũ sisterẽt populũ: nihil proficiũt. Fœminæ cõuitijs & cõtumelijs, in turpitudinẽ prolabentes, insanierũt: Prætenderant cõsulares populo, se esse missos ad audiendũ, & referendum senatui: nihil futurum in ea causa, nisi de cõsensu populi & ordinatione senatus. Nihil profuit ea modestiã, tumultu semper accrescẽte. Redierũt cõsulares in urbem, prælati se recœperũt in tuta: in curia tñ monasterij manentes: expectantes, si forte increpante dño, ea tempestas cõquiesceret. Retulere missi cõsulares, quid uiderint, quidue audierint de motu populi. Postera die ciues, magna cõglobati multitudine, prodierũt indignabũdi, in locum publici cõsilij, cum clamore uociferãtes: non se passuros monasteriũ uisitari, aut reformari, per episcopũ: hoc ad abbatẽ in Reyneuelde pertinere: nisi protinus abeãt, qui missi sunt de curia monasterij etiã ante cibũ sumptũ abacturos, non sine incõmodo: Si aliquot cædantur sacerdotes, non esse rem nouam: mercatores Bergẽses, nuper cum milite, mactasse episcopum, non minores illis, si cõmoueãtur. Senatus placide respondit, se literis commonitũ ab archiepiscopo, suos ad audiẽdum quid gereretur deputasse, nihil in omni re intentandum, sine monialiũ, ac cognationis eorum consensu: necdum se comperisse, quod in detrimẽtum sit monasterij: Si omnino uelint abire prælatos, permittãt illis tẽpora: nihil temere agãt: posse omnia melius per modesta cõsilia quam per tumultũ agi. Interim condiscãt ad quẽ pertineat uisitatio: Ea cum renũciarentur missis prælatis, illi quiete abierũt: Mittũt moniales ad abbatẽ in Reyneuelde, orantes ueniat, rem esse magni põderis ac præiudicij. Venit ille, & magnis muneribus honorifice excipitur. Ubi audit rerum põdus, & quod archiepũs fungeretur officio, excussit manus, ne se inuolueret rebus supra caput. Tum uero sine honore dimittitur: ne impẽsis eius persolutis. Ea res, cum a maioribus in urbe ciuibus imputaretur senatui, audita sunt indignãtiũ multa murmura, quæ exacuerũt tumultuãtes, & audaciã præbebãt popularibus: cũ etiã maiores cernerẽt indignatos intẽtãdæ rei in senatũ. Hæc erãt semina mali, inde excrescẽtẽ audaciã intueamur. XXX.

Cum ea quotidie non modo in plebe: sed iam etiam in populo iactarentur: quod se etiã maiores immiscerẽt uulgo, & magis, atque magis semper augescerẽt indignationũ murmura: inuentus est homo factiosus, qui in magno ciuiũ cõuentu, facto per manum silẽtio, diceret: Audite & intendite quomodo miseri ciues premimur: Nos famie torquemur, & hesterna die magna uis boum Albim traiecit, cum innumeris

Senatus ex suis duos deputat.

Fœminæ ad conuitia.

Deputati referũt populi tumultum.

Mercatores epm mactarunt.

Visitator aliter recipitur quam dimittitur.

Fit silentiũ manu per factiosum.

suibus: nisi in tempore prospiciamus, in extremã calamitatẽ deuoluimur. Insimulare uolebat senatũ, accoeptis muneribꝰ ea dissimulare, quę famem augeant. Idẽ homo nauis magistrũ, cum de more testimoniales per mare literas iret deposcere, protinꝰ auertit: Quid, inquiens, perdis pecuniã scribas ditans? senatꝰ Hãburgensis literę, quid apud exteros habẽt momẽti? Idem in omni ciuium cõuentu increpabat, incusabatq́ʒ, publicũ urbis cõcilium, de nulla prouisione: nihil eos nisi sua curare cõmoda, priuata sectari lucra, de cõmunitatis cõmodo neminẽ cogitare: Ausus quoq́ʒ in cõspectu uniꝰ ex procõsulibus, in publico pisciũ foro, conciuẽ increpare, ꝙ con niuẽtia senatꝰ, ipse fruges exportaret: ut in calamitatẽ famis omnes descẽderẽt. His de rebus ille cõuentus apud senatũ secreto, non negauit: sed aliorsum detorsit interpretãs. Iam enim sciebatur, ꝙ esset homo ille in excitãda multitudine perniciosus. Nam increpatus aliqñ, ꝙ uerbis non parceret, fert ur libera uoce respondisse: Scire se omniũ rerum facilẽ exitum. insinuans factionem, & cõiurationẽ, quã haberet cum participibꝰ. Ea de re iussus est ꝙ secreto, minimoq́ʒ ciuiũ tumultu deprehendi, & in carcerẽ trudi in uigilia dominicę ascensionis, cum populus in diuinis ageret. Iamdudum ante cum intelligeret senatus, ob annonę caritatẽ, quę non ibi modo sed in omni circũ prouincia grassaretur, esse plębis indignationẽ grauissimã, de nauigatione nostratũ in Islandiã, ꝙ eo multi fruges & farra deueherẽtur: euocatis in prętoriũ ciuibus proposuit, quid ea de re fieri perplaceret: Senatũ in ęquo cõstituere, ipsi in medium cõsulerent, quid publicis mercaturę usibꝰ expediret? interloquuti ciues respõderãt: in omni undiq́ʒ emporio flacescere mercaturã, iacere mercatorꝫ negotia: in Anglia, Flandria, Hollãdia: Si Islandia interdicatur nauigãtibꝰ, uix superesse locũ, unde panem conquirãt nauigãtes: facile nauigationẽ ex Albi deperire, uacuum nauibꝰ Albim de proximo fore, usum mercãdi penitꝰ interire. Igitur placere ciuibꝰ respondẽt: ut durante annonę caritate, temperamentũ euehendis frugibus adhibeatur: Cęterũ ubi fertiliora tẽpora proueniũt, cur non etiam mercaturę usibus inseruiatur, in ea prouincia? Hoc ciuiũ placito cõstitui, sub maximis pœnis: ut nemo exportare fruges contendat. Id cum esset constitutũ, & si serio implerẽt, non cessauere tñ uulgi murmura: facta, & infecta uulgabãt: negotiũ perambulare in tenebris: palam simulari obseruãtiã cõstituit: clam uero noctibꝰ fruges magno põdere exportari: Semel enim motũ hoc pelagꝰ, non erat facile redigere ad quietem ꝙ uẽter fame pressus urgeret: nec quiescerẽt maligni, quibꝰ questꝰ uidebatꝰ uberrimꝰ, in rerũ nouitate. Erãt qui ambitione cõtenderẽt ad gubernacula: alij in sua lucra respexere. Creditũ est ab his, qui oculatiores essẽnt, nõnullos esse cõscios nouorꝫ cõsiliorꝫ, qui id nollẽt resciri.

Temeritas unius ex cõiuratis.

Temerarius dẽphenditur

Islãdię nauigatio uetita.

Statutũ de nõ exportandis frugibꝰ.

XXXI.

Hẽricꝰ vam Lo princeps tumultus.

Cum igitur esset in carcere princeps tumultuationis, Hẽricꝰ vam Lo (semel enim hoc mõstrũ est nominãdum) cõgregant factiosi cõiurationis participes: & inito cõcilio, mox per eandẽ diem carcere laxare cõstituunt primipilariũ suum: Et quia procõsulum unus cum consulari, quod sciebatur, erat exiturus, tracto secum famulitio equitum

publico militantiũ stipendio, distulere quousq; equestris abisset familia. Ad horã primã post meridiẽ cõuenere, procõsulẽ seniorẽ per id tẽpus domi requirẽtes: quo non inuẽto, ad aliorũ cum clamore cõtẽdũt domicilia. In ipso ad ecclesiã itinere reperere ex tribus, qui urbi præfuere, tertiũ ꝓconsulũ: tumultuose circũsistũt, euntẽ clamorose deducũt, postulãtes uinctũ suũ relaxari. Ad limina cœmiterij offendũt aliũ ex procõsulib⁹, uirũ ętate grandęuũ, & morib⁹ non insuauẽ. Iam satis habuere duob⁹ inuẽtis: Ducunt inuitos ad turrim, in qua captus teneret. Præpositus, & decanus Hãburgensis ecclesię ubi audiuere procõsulũ casus, sperauere, ꝙ cõcitatũ populũ miti placarẽt alloquio: sed ne uerbo locus erat. Ita excipiunt uenientes, ut summis uix nisibus proximas in ędes euaderẽt: alioqui male habendi. Iunior ex duob⁹, qui deducebant ꝓcõsulib⁹, insigni in caput uerbere ictus est: cruorẽ frõte detergere non finit. Igit carcere per uim adaperto, uinctũ suũ extrahũt: senẽ illũ procõsulẽ sinũt itinere suo quo uellet abire: iuniorẽ iam cruentũ, adigũt, ut a dextris euntẽ deducat per mediã urbem carcere solutũ in domũ eius: ibi iterũ, iterũq; dare manũ, uelut honoratiori cõpellit. Ereptus carcere cõuersus in populũ, gratias agit. procõsul mœstus abit. Nec cessãbãt cõiurati (id enim resciebat) cõuenire in forũ lupulorũ, in tabernariã cellã coctorũ, tota die euocationi suorũ intendentes, ut q̃ multi formidabiles haberent: Dato signo tumultuationis per campanã de turri, quod uel solũ terrificũ fuit in eaꝝ reꝝ statu. Tum senior ille proconsul, ꝙ comperisset se non penitus a tumultuãtibus contemni, misit orarum ad illos quendam ex familia, ab armis & cõcursu discedant: senatum proxima Veneris die conuẽturũ, cõstituturũq; cum eis quod ex ęquo bonoq; sit. Nuncium reiecerũt, ne audire dignati: adijcientes, proconsulem ipsum si quid a ciuibus deposceret, nõ indigne ciues quæsiturũ, ut ad illos prodeat. Venit uir bonus, uiribus defectus, & impetrauit ut discederent: Pauci inerant in ea multitudine ciues nominati: ex uulgo promiscuo, & omni infimę plębis colluuie ea tum fuit multitudo: Crediderim natos nõ prodijsse sub oculos.

Factiosi petunt uinctũ relaxari.

Procõsul excipit uulnus in capite.

Signum tumultuationis p cãpanã

Superbũ responsum.

CA. XXXII.

Non grauabere lector, si loquacius rem explicuero, nostra ætate exantlatam, in commonitionẽ omnium bene institutaꝝ urbium, ut diligenter prospiciãt, qui rebus præsunt, popularem tumultũ. Die Veneris, ut uoluere factiosi, in ecclesiã diui Nicolai conuenit frequẽs senatus in chorũ, & ciuium magna multitudo in ecclesiam: Ibi princeps factionis, adiunctis nonnullis ex ciuibus, uenit in mediũ senatus, articulos aliquot de ciuium uoluntate enuncians, quibus decretum interponi uoluere, ut in reliquũ pro legibus obseruentur: & in fine lectionis omniũ, sublata uoce rogat, Itane iubeant ciues? Qui propius astitere, assensi sunt: qui longe stabant, cum audirent proximorum assensum, & ipsi acclamauere: q̃uis quid esset ignorarent, quod proponeret. Postulauit senatus, ut q̃m multa essent capita, scripto ederentur: quod & factum est. Ridicula multa inseruere. Consulares interim oratores, qui aberant in conuentu cęterarum urbium Lubicę, cum quid ageretur intelligerent, ad reditum non fe

Obuiãdũ populari tumultui.

Ridicula capitula a plebe sanciri petuntur.

ſtinauere: Nec poterant abſentibus illis conſtitui, quę a ciuibus ſuggere-
rentur. Igitur reuocati a ſenatu, redierunt in urbē: cum cęteris interloqui
ti, quód neceſſe fuit, tempori ſeruierūt: publicantes in uigilia Pentecoſtes
quę conſtituiſſent. Nec tñ quieuere factioſi: Iam enim a tēpore primi tu-
multus, a uigilia Dñicæ Aſcenſionis, portarū ſibi deſumpſere clauſtra: ppr

Plebs Hāburgeñ portas cuſtodit.

diffiderēt ſenatui, formidātes, ne deforis aduentarēt, qui illis opponerent:
Nocturnas ęgere uigilias, aucti numero ſupra ſolitū: ſuo arbitratu cōſti-
tuentes, ut armati etiā uigiles excubarēt, aduerſus omnē uim quā ſomnia-
bant. Capita placitorū iam enunciata, pro arbitrio uariabant: uolentes ut

Cāpanę pulſus ſub pœna pecuniaria.

campanę pulſum ad concurſum, non ultimo ſupplicio, ut erat conſtitutū,
ſed decem marcarū mulcta plecteretur: Et quod de cōuentionibus prohi-
bendis erat inſtitutū, antiquari, & cancellari poſtularūt. Hic ſe uulgo op-
poſuere ciues maturi: ſed tñ & ipſi rem cōtemperarūt, cedentes maiori tur
bę, quę erat cunctis formidabilis, quo ſequentem in plębe tempeſtatē red-
dita ſerenitate placarent.

CA. XXXIII.

Factioſi quęſiere alienas opes.

Ecdum habuere, quod quęrebant, factioſi, rerū omniū guberna
cula, extorta manib⁹ cōſulariū: adminiſtrationē reipublicę, opes
alienas: ea enim ab illis quęrebant: Prœuiderāt ad ea ſe non per-
uēturos, q̄diu ſupereſſent qui obſiſterēt: Cōſtituerūt magnā publici cōci
lij partē cū optimatib⁹ inter ciues, de medio tollere: idq; in eū ueſperū, cū

Ad feſtū S. Iohānes publica ſtatio.

de more ſenatus circa feſtū Iohānis, cum potiori ciuiū locupletiorū, & ho-
noratiorū parte, publica ſtatione conſueſſent cōuenire: Idq; conſiliū ut te-
gerent, alia conſtituere nouitate palliare, ne ſine cauſa tunc in armis eſſe ui
derent. Erat in plębe qui cōfingeret, de Lubica ex fratre, qui inter eque-
ſtres ſenatui militaret, accœpiſſe ſe literas, eum proconſulē, qui cum contu
melijs & uerberibus illatis abiſſet, interloquutū cum Lubicēſibus & ami
cis cęteris, cōſtituiſſe diui Iohānis ſolennitatē cum Hamburgenſibus age-
re: qua ex re intelligi uoluit, uenturum cum ualida armatorum manu, ad
uindicandā iniuriam: quo nemo miraret, ſi facto in eam diē concurſu, ar-

Vir malign⁹ fingit mēdacium.

maretur. Eum rumorē uir malignus diſperſit in populū. Audiuere ciues
boni, & rem procōſulibus non contegendā putauerūt: nec negligēdas te-
chnas, quę inſtruerent: Hortati ſunt illū ipſum diſſeminatorē, ut ipſe pro-
conſulibus deferret: uiri boni functus officio. Ille ait: Iam ſe illorū uni rem
detexiſſe: reſpōdiſſe proconſulē, rem iam eſſe in ſenatu cognitā: iam literas
exiſſe ſuper ea re ad ſenatum Lubicenſem, quæ nouū inſtitutum remora-
rentur. Ea res cum per ciues bonos illi proconſuli, quem improbus fictor
nominaſſet, detegeretur, nec ille uerbum ullū ſibi factum diceret: iuſſit fre
quenti ſenatui adeſſe uerbi diſſēminatorē. Rogat ille proconſul, ſi unq̄ ea

Mal⁹ homo conuincitur de mēdacio.

de re uerbū cum illo habuiſſet: fatetur non habuiſſe: Cum cętera perqui-
rerent, ubi eſſent ad ſe de Lubica miſſę literę: dixit eſſe laceratas. Iam uno
de mendacio conuictus, fidem ſibi derogabat: Iterum ſi legere noſſet, in-
terrogatur: ſilium ſuum legiſſe contendit: Iam erat compertum, ne illum
quidem literas noſſe. In ſumma compertum eſt, eum hominem contexu-
iſſe fabulam: Iubetur ſenatus & ciuium conſenſu recipi in carcerem: ſatis

indignantibus factiosis: sed propter consensum cęterorũ ciuium tum quieuere: habituros se fidebant per aliam uiam occasionem, qua & illum carceri eximerent, &, quod uoluere, perficerent. CA. XXXIIII.

Etulere tumultuantes iterum ciues ad senatum, onerari in Stora r flumine grandes quatuor cum frugibus naues, quę & ibi, & per Albis fluuij ripas onerandę, in occiduas essent partes nauigaturæ: obtinuere a uolente senatu, ut accoeptis nauigijs quæ publicæ utilitati inseruirent, armaturis, & cõmeatibus implerent, facerentq́, quod ex re illorum esse uideretur. Illi mox complent armato milite, & enauigãt: Vna ex omnib⁹ inuẽta est nauis, non magna, frugibus onusta, quæ de Wesera ui uentorũ appulsa, staret ad anchorã: erat tñ magister ille nauis, ciuis Hãburgensis, pręferens solitas dari ciuibus, literas: eas cum illi ademissent literas, improbi ciues mox extulerũt in publicũ, pręferentes plębi: Esse literas ad euectionẽ frugum permissiuas, in præiudiciũ populi famæ laborantis: ut conuinceret̃ senatus cõtra placita conuẽta fecisse. Id cum in foro uenalium pisciũ piscator factiosus magnis buccinis cõcreparet in publicum, interrogatus a bonis uiris, si legere nosset, ut uideret quid sit scriptum. Ille negauit se nosse: sed literas quas tenebat, mox ostendit: Videbant omnes qui rem intelligerent, esse literas in solita forma dari consuetas, ut pro ciue agnosceretur ab amicis. Euocati in pętorium ciues, rogantur, quid de aducta naui cum frugibus fieri placeat: Vt in ipso loco capaciori ciues liberius interloquerentur, cessit senatus de more in cameram: Tum uero tumultuantes de plębe, qui foris starent exclusi, uolebant ui irrumpere in prætoriũ: ui prohibiti ab his qui inerant ciuibus, tum quieuere: in tempus aliud differentes, quod constituerunt. Senatus redijt in subsellia. Placuit utrinq́ aduocare piscatorem, qui literas a senatu, magistro nauis datas, & deinde mercatorum missiuas de naui, teneret. Vocatus uenit: afferens literas sibi in eam formam a conciuibus demandatas, ut si eas consulatui traderet, in fluuium exturbarent: non parentem iussioni. Ciues boni qui aderãt, interloquuti, ad causam retulerũt, placere: idq́ æquum uideri, si magister nauis iureiurando doceret, non se ad Albim fruges collegisse, iret quo uellet. Quo præstito, iusserunt illi reddi literas, ituro quo uellet. Idq́ ita ex ordine ciuiũ, non senatus cõstituto, factũ est. XXXV.

Enerat interea dies ad cædẽ constituta: sed ita prouisa sunt ab seu natu, & bonis ciuibus omnia, ne quis se audeat commouere. Postera die per casum in loco fabricandarum nauium in casellis ortum incendium, de negligentia familiæ: tum magnis clamoribus factiosi efferũt in publicum, non fuisse uanum timorem, nec fictam fabulã, quod de Lubica uinctus ille nunciasset: non sine dolo locupletiorum esse ortum incendium in casellis pauperum: uenturum aliquãdo diem, ut eorum domus incensę perquirantur. Sed cum die undecima mensis Iulij, senatus haberetur, & adessent cognati eius proconsulis qui foris agebat: magno impulsu ductor factionis semel nominatus, cum paucis rerum conscijs, sed magna multitudine gregariæ plębis, quæ quid ageretur ignoraret, adue-

Factiosi referũt mẽdaciũ ad senatum.

Cõcitãt plębẽ p mẽdaciũ

Plębs tentat irrũpere in prætorium.

Dies ad cędẽ senat⁹ cõstituta.

Proconsul in exilio.

hit: præferebat scriptos multos de suo sensu articulos, quos deposceret omnis ciuium cōmunitas in obseruantiā admitti: Erant comprehensa, quę Flandriam, Hollandiam, Phrisiam, contingerent, de quibus constitui nihil tanq̄ de alieno poterat: Senatus tamen per modestiā respondit immodeste poscenti: de cunctis honestis, & quæ suæ essent potestatis, pro uiribus acturum senatum. Sed tumultuantes nulla re exaturādi, inter alia postularunt, ut uir bonus, & grauis ciuis, qui communitati conuicia dixisse accusaretur, euocaretur ad respondendum querulātibus de iusticia. Euocatur ille ad proximū diem, publica fide interposita: Veniētem nemo incusauit: Cum uero clausis prętorij foribus senatus interloqueretur, audiē clamor foris tumultuantiū, euocato reo minitantium. Ilico laxantur fores & ascēdit cum cæteris reus euocatus, uir honestus: cui a senatu dicitē: quia nemo illum accusauerit, senatum ad partem loquuturū cum his, qui illum expetierūt: ut intelligat, quid ex illo deposcant. Aderat ductor factionis, qui interpellatus mansuete, respondit tumultuose: Deposcere cōmunitatem, ut accusandus ille prodeat in cōspectum multitudinis, & totius communitatis, in forum lupulorum, aut in ecclesiam diui Nicolai: non nimis humiliatū, si, ut ante, senatus dignatur ciuibus occurrere: ille quoq; prodeat in cōspectum ciuium: non esse magnū homini priuato, si id agat, quod fecere publici concilij participes. Postulanti datē benigne responsum: non posse modo ea de re constitui: alioqui non quieturam cōmunitatem. Sed tum soluto concilio disceditur. Proxima die Mercurij principes coniurationis cirumsistunt duos ex proconsulibus, abeuntes a senatu, friuole deposcentes, ut ciuis nuper inclusus carceri, laxetē. Illi præferūt, q̄d ad se pertinet, sponte permissuros: Sed quid responderent ciuibus, quorum sit uoluntate carceratus: non esse paucorū dissoluere, quem multi colligassent. Tum dimissis procōsulibus, forte uident carcerarium: Illum ui cogunt laxare uinctum. Quid faceret miserē eduxit uinctū de camera, ut ad focum esset. Post meridiem, factiosi coægerunt iudices a concilio deputatos, ut uenientes laxent uinctum: necdum enim leges conualuerunt aduersus arma. Senatus tamen placide ęgit cum factionis ductore, ut proximam diem Veneris demoraretur: tum in prętoriū conuenturi, cum ciuibus omnia ex sententia transigerent. Id tamen inuiti permisere nōnulli factionis participes: asserentes, & cum clamore testantes, nullam sibi in loco illo constitutam esse salutem: tumultum & arma uoluere, non pacem cum legibus. Is tum fuit insignis Hāburgi status: ut plus possent temerarij factiosi minis, q̄ senatus iure & legibus.

Senat⁹ modeste imodesto respondet.

Interpellatus māsuete respondit tumultuose.

Carceris custos cogitur carceratū laxare.

CA. XXXVI.

Colloquia cū artifanis fieri solita.

PRoxima die iussit senatus uiros consulares, qui consuessent, cum artifanis, matutina, ut uocant, celebrare colloquia: euocare quęq; suos, & cum illis agere: ut, quoniam proxima die agendum esset cum tota ciuium communitate, de communi omnium, urbisq;, & reipublicę profectu, adesse ipsi quoq; in prætorio non grauarentur, familia domi relicta: ut cum ciuibus alioqui magna multitudine acturis, neq; numero, neq; clamore, familia fieret impedimēto tractatibus; ut per tranquillitatē

ex publico cõmodo constituant omnia. Illi bene pollicētur, fecerūtq;, q̃d monebātur: Aderat dies cõstituta, & iam senat⁹ clam emissis per omnem urbem scrutatorib⁹, explorari iussit, quid ageret: si qua conuētio, si quid armorũ esset: & nihil intelligentes, prodiere in locũ consilij publici. Aderāt euocati ciues inclusi cum senatu in pretorio. Iam agere cœperāt super rebus controuersiarũ: & ecce foris murmur exoritur. Venerat faber nauticus, cum suo comitatu: Accurrerat promiscuum sine nomine uulgus: & cum pretoriũ clausum cerneret ille primipilarius, conuersus in suos: oportet inquit, nos interesse consilijs cõmunitatis, uultis ne sequi preuntē? Illis annuētibus, ui domũ irrupit, & pressuram facto cuneo agēs, ui introibat. Ex aduerso ciues, qui erāt in pretorio numerosi, facto & ipsi globo, se illi opposuere, reprimentes uiolentos: Itaq; extrusus ille & exclusus est cum grege suo: Renouabat uim iterum, pandens ostia, & iam maiore facto impetu, peruenit in medias ędes: Sed ciues qui inerāt, iterum & illi facto globo hominem cum suis expulerũt, retruserũtq;. Abeuntem cum suo grege, cum fremeret, frenderetq;, nec iam satis haberet quod ageret: Constituit aũt facto de turri signo cõmunitatem aduocare, foribus obseratis de singulari prouidentia, ibi est elusus, frustratusq;. Tum quo se uerteret, aut quid ageret, non satis inuenit: Nam ductor suus, cum cęteris ciuib⁹ erat in cõspectu senatus. Sequuti sunt hunc uiolentũ multi ciues, ut uiderent, quid arriperet. Visum est uniuersis ex re esse, ut q̃m uim exercerēt conspiratores, aduersum eam se tueri, ut prodiret senatus cum ciuib⁹, in forũ lupulorũ: ibi cõstiparent latera senat⁹ omnes boni: ut uiderent qui essent tumultuātes. Cõplacuit etiã missis ad eam rem duobus cõsularib⁹, fabrũ illum nauticũ teneri: idq; cõfestim factũ est. Pertrahit in ecclesiã diui Nicolai, & inde in sacristiã: Cõmendatur ibi procõsuli, uiro per ętatē decrepito, qui tumultui adesse non poterat, adhiberet familiam cum ciuibus, ne qua uis fiat. Interea ali⁹ quidã ex factiosis uisus est abire cõcito, ut signum campanę daret e turri diui Petri: Ipse anhelit⁹, & uultus trepidãtis, prodidit hominē. Boni uiri medio itinere agnoscētes esse ex primoribus tumultuãtium, ut qui flagraret in malũ, cum cernerēt festinantē facile cognouere, nihil illum in animo uersare moderatũ: Itaq; tentũ seruauere cum consorte: Iũxereq; primariũ cõiurationis uirũ, ut tres sub custodia haberent ad senatus beneplacitum.

Exoritur tumultus.

Faber nauticus irrupit.

Fit nou⁹ impetus.

Senat⁹ & ciues in forũ

Tres ex cõiuratis detinēt

CA. XXXVII.

Conuenit frequens senat⁹ in forum memoratũ. Aderant boni ciues & mercatores magno numero, parati, si opus esset aduersus cõiuratos cõfligere: Nõnulli male sibi conscij, fugã inierũt, cum uiderent sua cõsilia non procedere. Erant non pauci ex his, qui naualibus cõferendis operantur fabri ferrarij, & multa colluuies hominũ, qui bipennibus, & palis armati, magistrũ suum, si possent, eripere uenerant. Vbi audierunt custoditũ, & tantam esse ciuium cum senatu consensum, euanuerunt dissipati. Interim senat⁹ cõgregatis in foro ciuib⁹, rogat, quid de his fieri placeat, qui aduersus placita cõuenta deprẽhensi sunt in nouo tumultu, & de profugis, & eorũ complicib⁹: Responderunt ciues, de uiolētis in

Aliqui cõiuratorũ fugã ineunt.

Senat⁹ cum ciuib⁹ cõsulitat.

legē cōmittētibus, iusticiā fieri, & de profugis ꝓscriptionē. Cæterū, quia primipilarius ductor, cum cęteris bonis ciuibus in prętorio fuisset, in cō-
Veniā peten bus idulgeť spectu publici cōsilij, nec uim intulisset, si iterato sacramēto ueniā posceret non esse negandā: Idem de multis alijs, qui forte cōiurationis conscij, ueniam postularēt. Venit in cōspectum ductor, cum aliquātis cōplicib⁹, & renouato sacramento per singulos, dimittūtur. Cęterū is ciuis, quē nuper uiolenti tulissent de carcere, iterū carceri redderet, passurus quod iusticia mōstraret. Ilico senat⁹ repetit prętoriū, iam uictor tumultuātiū. Iudices cōsident pro tribunali: accusantur duo factionis principes deprehensi, &
Duo ex con iuratis gladio cędūtur cōuicti de manifesto crimine, ultimo supplicio adiudicātur, gladio ferien di: Producti in ędē carceris, si ex more Christiano purgare uelint cōscientiam, permissum spaciū: Inde in uicinum forum producti (montē uocant) astante senatu cum ciuibus, ultore gladio puniunť: Proscripti sunt ilico, qui profugierunt cęteri: Alij eius factionis cōscij, intra domos suas includunť: cum quib⁹ & ille primarius ductor, publicū uitare iubentur, usq; in tempus impetratę uenię. Postera die frequens cum ciuib⁹ senatus conue-
Cōcordata describūtur in tabulis. nit, super omnibus, quę pridem placuissent: Eaq; descripta in tabulis, publice appēdūtur in oculis omniū: quę qualia sunt, etiam hodie uideri potest. Adiecit senatus, si quis aliquid pro cōmuni quiete, salute, incolumitate reipublicę salubri⁹ nouerit, his usurum senatū, cum ciuib⁹, & utrorūq; liberis. Hac re cōstituta, quieuit turbo uehemētissim⁹, restinctūq; est incendiū urbis maximū, duorū hominū cruore. XXXVIII.

Dvx interim Magnopolensis Magnus, causam suā in Lubicenses quiescere non sinebat, de capto militari uiro, quem tulerāt in urbem ex sua ditione. Cōuenerant iterum ea de re acturi in Fredeborg: Aderant pontifices, milites, urbici, qui ad pacem multa cum partibus ęgerunt: sed non tum cōuenit inter eas: alio deinde indicto cōuentu
Dux multa millia petit a Lubicēsib⁹ in Wismaria. Cum multa millia dux deposceret, ad cōpensandā, quam irrogassent iniuriā, & Lubicenses, obtēderent Imperialē uicariatū, & multa incassum essent attentata: In eam formā exierunt placita: ut captus ipse facta Lubicensib⁹ securitate, cum amicis, & fideiussoribus interpositis dimitteretur: omni antiquata iniuria res in planum redierūt. Venit cōiunx eius Lubicā, & currui impositū reuexerat maritū in domū: Efferbuerunt motus populares, ut iam frigidiores sinerent ciues, quod ante noluerunt.
Pragę fit nouus motus p Hussitas. Quo tempore, in Bohoemia urbe Praga, recruduit uetus illa hæreticoꝝ ferocia, ita, ut impetu facto in catholicos cōciues, maxima multitudo opprimeretur: Pulsi denuo religiosi: excisa iterū, uix bene restaurata monasteria. Rex uelut idolū sine uita, ista intueť, nec se cōmouet: Impune usq; hodie ea transierūt in regno latrocinia. Vellem maiorē in modum liceret
Nil magnū ex familia regū Polonię efferre uirtutē Polonoꝝ: sed usq; in hodiernū nihil magnū, ex istā ꝓmicuit familia. Tum uero in Anglia mortuo rege Eduardo, qui Henricū. VI. & uicit, & in carcere extinxit. Duobus ille paruulis relictis in spem regni neutrum meruit habere successorē: Nam frater eius Richardus, cum par uulos curasset e uita sustolli, coronā arripuit, & in trienniū tenuit, donec

cum uita amitteret: uictus in prelio ab Hērico. VII. rege moderno. Longa tragoedia, & cognitu dignissima, de Henrico. VI. cuius iste rex septimus trahit sanguinē, natus uterino fratre eiusdē sexti: quomodo Eduardus dux Eboraci, Henricū uicerit, uinxerit, extinxerit, germanū fratrem Thomā, dānatū in iudicio perlamēti, uino demersum, oppresserit: ipse fugatus, quomodo redierit: & longe post, quidam sub nomine filij eius, bellum concitauerit, in quo capt⁹ perijt: Ea uero, quia aliena sunt nostris institutis prętērimus.

Rex Angliæ fratrē uino demergit.

CA. XXXVIIII.

Erāt per hęc tempora uiri boni ecclesiastici in consilio ducis Magnopolēsis dñi Magni, qui optimo zelo propagādi diuini cult⁹, suggererēt magnificentię eius, optimū factu esse, si in opido illustri Rostockio, ubi publicū floreret gymnasiū, ad æternam sui, suorumcꝫ memoriā, ad stabilimētum sublimis achademię de parrochiali sancti Iacobi, curaret fieri collegiatā ecclesiā. in qua diebus ac noctib⁹ diuinę laudes perennarentur, & apud quā magistri & doctores, postea q̄ esset pertesum laboris in doctrina, se collocarent ad quietē, qui nunc expletis marsupijs, dispergunt in omnē terrā, abductis secum, quę diuturno labore conquisissent. Placuit res principi: Efferuescit in re, quam diuin⁹ cultus, & splendor religionis, omnibus facit esse cōmendabilem: Profectus Rostockium, rem detegit magistris ac doctorib⁹: Aguntur gratię illustri magnificentię eius. Sed tñ admonetur curare, ne dum benefacere satagit, res in deteriores exitus prolabatur: Perpēsus est tum exitus, qui postea se ostēdit: Ille hoc sibi curę semper fore respōdit. Cōtulit princeps ad partē cum nōnullis ex ꝓconsulib⁹ eandē rem, & animi ꝓpensionē detegēs: Nemo potuit principis institutū improbare: Rem esse salutarē, & bonam, fatenē, si suo modo, sine turba possit expleri, Interim uarij (ut fit) sermones alternāt super ea re, in comessationib⁹, & cōuentib⁹ multoꝝ utriuscꝫ ordinis: cum nōnulli, qui magni uiderenē, impruděti⁹, pertinaciuscꝫ respōderent laicis ea de re loquētib⁹, siue nolētib⁹, siue uolētib⁹, ęque rem processurā. Id uerbum amari⁹ multi secū uersant, & iacto in uulg⁹ sermone plebē faciūt ardēter insanire: ut omnes se protin⁹ firmēt morituros, priusq̄ hoc induāt iugum seruitutis: ut patiātur ecclesiasticos in sua urbe lati⁹ dominari: Tum sibi quiscꝫ fingit ꝓuentura inde urbi grauamina: Sōnia canūt, & enūciāt pro ueris, ardentescꝫ animos inflāmant: Ea prima maloꝝ semina: Docendus est enim populus non exasperādus: Facile enim ueteri odio, noua cōcrescūt irarū incremēta. Precesserāt causę alię, quę animos principis a ciuibus, urbicoꝝ auerterāt a principe: ut cumulatis reb⁹, hoc semper interpretarenē ciues, libertati suę insidiatū iri: Hoc solū conari principes, ut in ęternam seruitutē pertrahant: Id, ut suspitione colligerēt, effęcere priores, quę inciderant perturbationes.

Tractat⁹ de erigēda collegiata Rostockij.

Princeps assentit.

Irritatur vulgus ꝑ uerba.

Populus docēd⁹ nō exasperandus.

CA. XL.

Exactę nuper pecunię, pręter cōsuetudinem, nouo oneri, accessit littoralis causa naufragioꝝ, ꝙ appulsę nuper littori merces naufragę, a prefectis locoꝝ, uelut bona uacātia sumerētur, & in loca principum deueherenē, publicis usibus applicādę. Ea de re cum litteris &

Merces naufragę per prefectos principis occupāt.

nunciis quęrerētur urbiū cōsilia, reposcētes miserorū res naufragas, quas nulla lex finit in cōmissum aut fiscum recidere, immo sine discrimine reddi iubent suis dominis. Quid, inquit Imperator, iuris habet fiscus noster in calamitate aliena? Princeps non magnopere refragatur, quibusdā ante per mutua colloquia purificatis. Interim Rostockcenses pręfectum arcis Zuaen, uirū militarē, cū famulo, uelut publicos pręḋones, in dñio principis captos, in suā trahūt urbē, publicoq; iudicio cōdemnatos, gladio feriunt: Ea res principē uehemēter exasperauit, q in obsequio suo, in terris suis, uim illā suę intulissent familię: Prędones enim non censeri, nisi, qui sua temeritate inuadūt aliena. Qui uero principis parent imperio non de suo facto culpā incidūt, q habent parere necesse, sed de superioris pręcępto. Agglutinatur indignationi indignatio. Erat aliqñ in familia principis, iuuenis acer, qui captiuū hominē manib⁹ ducis abstraxisset noctibus, cum eo inambulans: Eam rem, cum grauiter dux ferret, ut debuit, in patrē eius iuuenis permisit, ut eius familia quoq; ulcisceret: Erat is satis pro captu locuples, non longe ab urbe Rostckio, in finibus suburbioꝝ demorat⁹. Innotuit utcūq; Rostockcēsibus, uenturos noctu ex ducis familia armatos, qui curiā illam expilarēt: Id impedire conati, equestrē familiā emisere. Occurrunt imuicē per tenebras, priusq noscent, non longe ab ea rurali curia: Ibi, ut in tenebris cōtulere manus, & incerto euētu, & prælij, & noctis, de familia ducis prosternitur uir militaris, duci charus, quē ipsi etiā Rostockcēses extulerūt pręcipuis laudib⁹: De aduersa quoq; cohorte uicissim, cadit unus ab suo grege dissipatus. Ducales, ubi uident cecidisse præcipuū uirum, abstinuere cōgressu, nec Rostockcēses acerbe insequūtur: Eam quoq; rē inter acerba dux collocauit, q suos, hostē in sua ditione regrētes, impedierint, unū e suis, primariū uirū oppresserint, hostes suos defenderint: hostes perinde factos, & sacramētorum, quibus suis dominis astringerētur, trāsgressores. Interdixit ex omni sua ditione, in eam urbē frugum, & rerū omniū aduectionē, & capitis deñūcians periculū, uoluit in suo pro hostibus haberi. Tum de prędijs quoq; cœpit agere ciuium, quę fuerint olim feuda: & qm̄ illis nō essent feudi iure permissa, cecidisse illa uolebat in cōmissum. Illi prętendūt, feudū esse uoluntate priorū principū legitime extinctū: pręferūt literas: princeps non attēdit: Ita cumulatis undiq; turbationū causis, res futuri collegij, amaris initijs sunt auspicatę.

Saxū Imperatoris ybū. — Prædones feriūtur gladio — Cōseruūtur i tenebris manus. — Rostockcēn. imponit prę uaricatio sacramenti.

XLI.

Per ea tempora, in Liuonia durāte bello: quod ordo fratrū Teutonicoꝝ susceperat in ecclesiā, ciuitas Rigēsis pro ecclesia, ut debuit, decertās, arcem Dunemūde longa oppugnatione, in suam redegit potestatē. Fratres aūt ordinis, de suo magistro non bene sentiētes destituūt. Couenere ex cōstituto cōmēdatores in opidū Wendē, in quo est arx pręcipua magistri & sedes principalis: sed, ut cōsueuere, arcem uenīētes non cōscēderāt. Ingressi uero domū priuatā, cōclaue petierūt: inq; eo rerū gerēdarū ordinē secū cōstituūt. Tum omnes in arcē pedites ascendunt: Miratus magister excipit: Quid ita insolito ritu pedites, non, ut solent equites ascendāt: cur aliud, pręter domū diuę Marię delegerint hospi

Arx Dunemūde capit — Arx principalis i Wēdē

tium. Illi paucis: Esse, inquiūt, sibi rem cum illo agendā serio, conclaue ac domū concilij ingrediatur: Ibi cōsederunt, suo quisqꝫ ordine. Tum senior: Domine, inquit, & frater, Bernarde (Id erat magistro nomē) cōmendatores uos absoluūt ab administratione rerum & magisterio: cedite, date locum alteri: dn̄e, ac frater Iohānes, assurgite: Cōmendat uobis diua Virgo locum magisterij, uestriqꝫ ordinis preceptores uos hoc loco iubent considere: Magistrū stupor apprehēdit, nihil tale, uel timentē, uel preuidētem, Quid faceret? Parendū fuit. Melius tñ secum, q̄ cum aliquot precessoribus suis actū reputās, quos carcer cōsumpsit: mox cedit alteri locū. Tum fratruelis eius, dn̄s Simon Reualiensis episcop⁹, uix permissus equos educere, mox aliud petit mœrēs hospitiū: Bernhardo aūt de Borg optio dat̄, in qua de more quietē sibi petat in arce: Ille, quā uocant arcem Marię postulat & accipit. Iohānes cōgnomēto Fridach, nou⁹ magister, ex illo die rem omnē administrat. Iam uero Rigenses, nouū archiepiscopū suum, dominū Stephanū, multis euocationib⁹ pellectū, habuere in urbe sua: Aucti perinde animis, bellū cōtinuauere: Sepe cōgressi hostibus, iam uictores, iam uicti abibāt: multā in uicina loca ediderūt uastitatē. Sed archiepiscopus in ipsa urbe, temporū fluēte curriculo, paulatim negligitur: Excœpt⁹ primū lautissime, inde ne panem habuit, quē esitaret: Nam omnia ecclesię predia, aut igni cōsumpta, aut uasta fuere, aut hostibus paruerunt: ita, ut cunctis apud pōtificem deficiētib⁹, familia eius, nōnunq̄ ad rapinā urgeretur. Qua ex re cōtracta, ut cōsentaneū fuit, graui melācholia, diē suum obijt. Erat tum in ecclesia prępositus, ante quidē solis ecclesię rebus innutritus: inde cœpit armis esse terribilis, aliquot arces ab ordine ui capiens, alias deditione, aut hostiū circūuentione redegit in potestatē. Instāte aūt electionis tempore, cōuenerūt canonici, postularūtqꝫ eligentes in archiepiscopū, germanū fratrē dn̄i Monasteriensis comitē de Swartzēburgo: miseruntqꝫ solennes ad illū nūcios, orantes, ne ecclesiā metropoliticā contemneret. Ille, dum secum deliberat, ꝙ difficile esset in longinquā prouinciam ire ad bellum, ut grauissimū, res, & laboris, & sumptus infiniti, non prompte est assensus. Interea ꝙ bruma rigesceret, nec terra, nec mari iter esset capitulo in urbem, ꝙ hostes terrā, gelu mare tenerent: ordo, quēdam ex suis assectis, dn̄m Michaelē, natū Reualię, cōmendatitijs principū literis mittit in urbem: qui ꝙ nemo ueniret, qui electionē præferret, tanq̄ de uacāte ecclesia prouisionē accœpit. Obiecerunt se quidā in urbe, sed sine uiribus, sine neruis, ad causas in urbe agendas. Interim Rigenses ciues arcem eius urbis, quę ordinis esset iamdudū obsedere, muros, ac turres bōbardis deformauere: sed fame, & machinis, quib⁹ sordes, & cadauera inijcerent, preualuerūt. Qui inerāt custodes, uiri fortes, q̄diu cibus superesset sese sunt tutati: Extrema fames ubi accessit, quidā perierunt, alij distentis uentribus, imbecilles facti, ad mortē propinquarūt: demū pacti uitā, qui superfuere, dedunt arcē. Ciues arcē demoliūtur: ex lapidibus, lateribusqꝫ mittūt Lubicā, pro gratulatione. Quo peracto, iam per omnē terrā cōgregati prelati, & proceres, cum cōsentiente ordine constituerūt, ut rebus in

Magr̄ ordinis in Liuonia absoluit

Absoluto datur optio loci ꝓ habitatiōe

Archieps Rigensis pane caret.

Prepósit⁹ Rigensis armis terribilis.

Michael in archiepm. promouetur.

Deditur arx Rigensis.

presenti statu quiescentib⁹, expectaretur euentus de archiepiscopo: ut eo reddito, de omnibus decernat: si qua pars minus pareret cōstituto, in eam omnis sine exceptione, terra consurgeret.

FINIT LIBER. XIII.

INCIPIT LIBER XIIII.

Causa Rostockcensis collegij nouiter erigendi, Deo, hominibusq; gratificāda, magnis diffidētię causis intercedentibus, cœpit urbicis esse odiosissima. Principib⁹ uero nouę causę in eam rem efferuescēdi fuerunt, ex refragatione, & obluctatione plębis sese obiectantis: Tam & si diuinus honor, & religionis amor, prima causa, ut esse debuit, fuerit rei moliendę: adiuuit tñ feruorē deuotionis, obstinatorū reluctatio: ut non paterētur ab improbis, rem diuinam impediri. Iam fœdera ciuitatū Wādalicarū enūciata, intumescere fecerūt urbis habitatores: Cum enim multa signa essent, innouādarū per prouincias rerū, q̄ multi & inopinati motus undecūq; cōsurgerent: uisum est ex re, inter sex urbes maritimas, quę ab ueteri solo nomē seruāt, ut Wandalicæ usq; modo uocitentur, fœdus sanciri in annos, & tempora: q̄ imprimis post diuinū ubiq; pręcipuū honorē, quęq; ciuitas suo principi non recusaret pręstare, quę iusta sunt, ac debita. Supra id, si qua ciuitas aliunde prematur, ubi uicinę urbes eam ad parendū iuri exhibeant, idq; reiectum sit, tum se mutuo auxilio defensuras. Id tum fœdus publicatū arrexit animos Rostockcēsium: Periclitatur interim nauis de Norwagia piscib⁹ onusta, sub littoribus Magnopolensis ditionis: Iussisse fertur princeps, eiecta per littora bona colligi, & in suā ditionē ad tempora discussi negotij perduci: detracta uestis naufragis: excisi digiti auro insignes: Adijcere fabulantes, quo rem atrociorē facerent, quod ipse non crediderim, eā fuisse sęuitiam colligentibus naufraga: ut annatantes in lignis aut cistis, uiuos, quibus se alligarant, denuo detrusos in mare, ut demersos potius, q̄ uiuos spoliarent. Sed cum monitus dux literis, & nūcijs, & calamitosis naufragis, sua pmitteret, distulit ex causis, quæ illi q̄ cęteris fuere notiores, Tum Rostockcenses, qui ex alijs causis, extra sui principis gratiā agerent, non ignorātibus, ut ferebāt, uicinis urbib⁹, pręfęctū de Zuaen, militarē, alterius prouincię uirū, qui de littore res naufragas, sui principis iussu deuehi curauit, capiūt, & in suam urbem pertractū, cum famulo, ense publico cędunt. Idem nōnullis alijs, de pręfęcto in Bukow, uiro ab olim non in bonis notissimo, ferūt demādatū, ut curarēt: sed differebant, donec princeps missis ad securitatē armatis, hominē Zwerinū iussit deduci. Talibus alimentis excreuit diffidentia: ut causa collegij, alioqui, si ęquis aspiciat oculis, non grauis, exardescētibus odijs, pro grauissima duceretur. Interim feruntur principes Magnopolenses, habito suorū militariū cōuentu maximo

Obstinatorū reluctatio iuuit feruorem deuotionis.

Sex urbes Wādalicę fœdus ineunt.

Fœdus Rostockceñ. dat animum.

Plectūtur ultimo supplicio rerū naufragarū apprehensores.

iniurias suas ab ciuib⁹ detexisse, cum amaritudine plurima: eorū desuper cōsilia requirens. Nolebant sensati principes, rem grandē sine maturitate cōtingere. Quid sibi uelint noua ciuitatū foedera, nō esse obscurū. Tum uiri graues in cōcilio deliberātes, respōdēt: Esse cōspicuū uniuersis, quid Rostockcēses sint de suo principe meriti: inqꝫ eam rem bello castigādam, si propendeāt principes: nosse illorꝫ quęqꝫ, quid sua cōtineat ad principes obligatio. Verūtamē, quia foedera ciuitatū hoc pręferūt: ut iusticiā delinquentes exhibeāt: eam, si pro dignitate assequi poterūt principes sine gladio, lōge desyderabili⁹, ꝙ per ferrū & ignē extorquere. Erāt qui dicerēt: Ergo principes nostri urbicis illis, rusticano generi, auscultabunt de iure? & illi de principib⁹ iudicabūt? nō ita illos cōdidit omniū parēs de⁹. Qui dubitat arma corripere, suo detrimēto forte uidebit exteros ad arma uocari. Hac tum uarietate, ad deliberationē maturā cōciliū dissoluit. II.

Rostockcēsi bello castigādi.

Rusticanū genus nō iudicare de principibus.

Er interualla temporꝫ, in opido Hāburgo, dispensante deo, prouenit ut authores grauissimi tumultus, qui rem sine exēplo crudelem cōcoepissent, aut diuino nutu, peste, quę intercessit de mūdo sublati, aut furijs agitātibus, publico iudicio dānati perierūt: Nōnulli in urbes, ut sperabāt, immunes delapsi, ibi etiā conuicti, gladiū ultorē persenserunt: cum cōfiterent palam, cōstitutū in cōiuratione, de nece primatum. Alius etiā, qui proconsulē, in extractione factionū principis de turri grauissime in caput cęcidisset, admisso furto, profugit urbe, & clam sępe rediens, aliqñ deprehēditur, publico damnat⁹ pro scelere iudicio: in sublime super omnes iubetur appendi, ꝙ domesticū furtū iniisset: Sed tñ officiariorꝫ suorꝫ interuentu (erat enim doleator) gladio cęsus poenas dedit: Ipse cōiurationis princeps, hactēn⁹ impune habit⁹, ne maiori tumultu res quieta turbaretur: cum tñ furię illum exagitarēt, nec posset quiescere, per hāc occasionē luit suppliciū. Venere principū & uirorꝫ militariū multiplices literę, querulātes, ꝙ in urbe Hāburgo, male per eundē habita sit honesta dña, uxor Henrici Frigdach, uiri militaris, feruescēte iam tumultu. Ea res paulo superi⁹ repetenda est: Nundinis sancti Viti, cum feruesceret ille tumult⁹, & idem ille iam magnus in urbe haberetur, usqꝫadeo, ut montes & maria polliceretur, iam inter suos cōstituēs distribuere publica officia & ministeria, in molēdinis, & hospitalib⁹, in portis urbis: uenit in urbem memorat⁹ cum cōiuge militaris, quędā pro suo cōmodo cōparare: Interpellauit secreto ductorē factionis, ꝙ seru⁹ ei⁹ diceretur, redimeret apud se clam seruitutem: ut nihil opus sit, eam rem in publicū efferri. Non potuit homo tumidus patiēter accipere, ꝙ de seruitute diceretur: qui sibi tam uidebatur magnus, ut urbem totam, uel solus sustineret: Assumptis aliquot ex suo consortio ciuibus, & sacerdote, quē sibi scribā, cum publice dominaretur, & omnia administraret, destinauerat: ingreditur hospitiū militaris uiri, & intentato iurgio, maximis probris honestū uirum lacessiuit. Ille uidens quid ageretur, ꝙ iam homo stolidus, dñationis pene cert⁹ in urbe, omnia pro libidine ageret: modesto edito responso, breuiauit sermonē: & ex eo expedit⁹, inscensa naui redijt Harborg, uxore sequi iussa: Iam

Authores tumult⁹ male habuere.

Domesticus fur de gratiā cęditur gladio.

Homo tumidus impatiēs

Lacessiuit probris militarem.

aliis uiis in eum ius suũ exequẽdũ deliberauit. Post duos dies cum uxor sequi contenderet uirum: memoratus factionis princeps, uel quia obseruaret eius uestigia, uel forte incidens in eam cæpto iurgio, mulierẽ insectatur: Illa libertate fœminea, & suo generi solita: Magnũ, inquit, & incomparabilem hic cerno uirũ, qui urbem supra senatũ gubernet, solusq; in ea dominetur: oblitũ, q seruus sit eius, nec legitime natus. Excanduit ille, & in longũ extracta uerborũ iniuria, ac contumelia, cum consortib⁹ suis, quos pro multitudine ubiq; promptos habebat, illam circũsistens, probris lacessiuit: inuitans ad cõcubitũ ei⁹ populares sublatis etiã honestę fœminę uestib⁹, nec hominẽ, sed equã assimilat.

Pulchrũ ex libertate fœminea uerbũ

CA. III.

Quid faceret prudẽs fœmina, hominib⁹ neq̃ uallata? seruauit patientiã cũ modestia uerborũ: Tali septa cõsortio, ducit ad domũ proxi mi cõsularis, qui iudicio prę fuisset proxime: Quo non inuento, aut inueniri non passo, ad iuniorẽ, in eadẽ cõmorantẽ platea, magnis clamoribus pertrahitur proconsulẽ: Ingens cõcurrerat hominũ multitudo: Prodijt, qui quęrebatur constans & intrepidus: Iam princeps ille de medio proclamabat: Securitatẽ, & cõductũ pręstãs procõsuli: Id tñ ille, nec postulauit, nec prę strepitu potuit exaudire. Ibi, cum magna turba staret circũfusa: accusator fuit ille, qui irrogauit iniuriã, de multis cõuicijs & cõtumelijs sibi ab illa illatis, deposcens in publicũ, cum sceleratis, carcerẽ includi: Proconsul dimissa turba seuocauit hominẽ in domũ: Clamor exorit: sequere sequere illum: Sequuti sunt duo, qui postea publice pœnã dabant quod dixim⁹. Ibi sepositis per modestiã dixit: Videret quid & cum quo agerent: esse fœminã, & quę nec sui esset iuris, nec in iudicio posset cõsistere: de iniurijs, quid esset ille ab ea consequuturus iure ciuitatis, se nec scire nec dicere, q non multo tẽpore cũ habitasset locũ: Prudẽter facere hominem, si consiliũ mutaret in alterũ diem, certior factus q non abiret: Non recusauit, si in ędibus suis asseruare illã proconsul uellet, polliceretur q; Ille respondit, domũ suã custodię non deputatã: uadem se fieri, & fideiussorem si ho c illi uideretur. Annuit ille ductor, inq; eã formã dimittit fœminam. Procõsul illã cum honesta familia, adiũctis dominab⁹ seniorib⁹, mittit in domũ structurarij: orãs fœminã: ut pro sua prudẽtia, patientiã ageret unius noctis: Humanissime ibi excipitur: Erat enim pregnãs: uino & confectionib⁹ honoratur. Postero die deputati duo consulares, rem omnẽ composuere ut fœmina data manu, quod in se esset, remitteret iniuriam, & ille uicissim: & ita abit. Sed post tempora, iam cęteris rebus satis quiescentibus: uenere literę aliæ super alias, a nobilibus & militarib⁹ uiris, super iniuria & cõtumelia irrogatis, uiro primũ militari, deinde cõiugi ei⁹. Ductor ille accusatus, non sine ululatu ciuiũ mittitur in carcerẽ publicũ: & accusatus in iudicio, q libertatẽ nundinarũ uiolasset, capitali supplicio damnatur. Sciebãt infinitã multitudinẽ, ductori suo non defuturã: Prouisum est, ut & in iudicio, & in exequutione, non pauci iuuenes, oportunis locis essent in armis, si qua uis fieret, prohibituri. Accepta sententia, mox ducitur ad supplicium in ipsa meridie sub prãdio. Aderant cõsulares, qui

Matrona honesta trahitur ad proconsulẽ

Qui iniuriã irrogauit accusat.

Temerarius consentit in cõsiliũ procõsulis.

Differentia componitur

Temerarius carcerat & ultio supplicio punitur.

quocunq; loco tumult⁹ audiretur,curaret decollandū: Venerant ad urbis portam,& infinita effundit multitudo,foris,si quid posset,uim intentatu ra: Prouisum est,ut q̄primū exequutor cum dānato primā pertransisset portam,clauderetur: & eodē momēto,ea quę fuit in cōspectu clauditur: Inter medias excepit ille gladiū,sine turba: dimissus cum capite truncus in terra. Vxor ubi audiuit, primum distulit sepelire: deinde admonita ab amicis,tulit corpus,& sepeliuit. Alius quoq; non diu post uir grandeuus cum deprehēsus esset in molendino,q̄ statutā mensurā esset supergressus culpans q̄ a cōsularib⁹ factū esset,in publico cōstituit mēsurare: Ea de re monitus,nec cessans,accusatur, & tanq̄ seditionis renouator,gladio cędi tur: Ita meritā recepere mercedē tumultuationis principes. IIII.

Inter portas trūcatur factiosus.

Ali⁹ seditiosus cedit gladio.

Urbes Wandalicę tum queruntur apud Danię regem Iohānem, q̄ Iacobus,Mauricij de Oldenborg filius,comes, ei⁹ fratruelis, mare teneret nauibus impacatū,multaq; damna irrogaret transeuntibus mercatoribus,q̄ causaretur ope ciuitatū se patrimonio exutum Delmēhorst: quod Bremēsis ecclesię administrator, episcopus illi Monasteriensis ademisset: Rex Danię in cōuentu procerū, quē tum in arce Kopenhauen haberet,pręsentib⁹ urbiū oratoribus, respondit, se rebus cōponendis futurū mediatorē. Interim Iacobus in Norwagia,diem suū obijt, relictis in mari cōparibus suis,Pining,& Zanderū Hoboden, natū Luneburgo: qui regi Christierno multa,ut ferebat mutuasset: sed in eū tum uenerat ex mercatore cursum: ut in mari manu militari,ab hostib⁹ regni, Anglis,quęreret compensationē: Quē ferūt in eo questu nauigantē,cum expedita manu,cum audacius mari inuolitaret, euersa per tempestatē naui,cum liberiori,q̄ par erat uteretur uelo,perijsse cum omnibus. Cœperat tamē ante ab Anglis plurima: Nam in Anglos,quod in Dania diximus, pene iustam habebant Holsatię principes querimoniā: Hispanos aūt,quo sit iure insectat⁹,nisi q̄ forte Angliam hostilē terrā peterēt, non intelligo. Hoc enim genus hominū, posteaq; ad prędam semel armatur: si non potest ab hostibus, certe ab obuijs quibuscunq; requirit unde uiuat, ne inua num laborarit. Largam enim iustitiā illi sectātur. Ea uerò quę tum in mari Anglicis adimebant ą Danis,imputata sunt nostris in Anglia mercatoribus: quasi intelligētiam habētib⁹,cum uicinis Danis: nec ulla ciuitatum ad eam rem purgatio,satis ualere potuit: quo minus Angli,canum more, ab alijs morsi,in quos se uindicare non possunt, sęuiūt in proximos: Eam semper,& in literis,& tractatibus obijcere nostris cantilenam: manū nostratum occulte cum Danis operari. CA. V.

Pining & Hobode pyratę.

Pyratę etiā amicis non parcunt.

Angli canū more remordebant.

Bellum uero quod tum in Liuonia conquieuit,non sunt passi diu iacere fratres Teutonici ordinis,q̄ arcibus,& prędijs suis spoliati deteriorē fouere cōditionem uiderētur. Audito ergo,q̄ suus, quem uoluere archiepiscopus prosperaretur,bellū renouare conātur: pręsertim iam aucti uiribus tantis,q̄ diocesis Rigensis, plena militarib⁹ uiris qui hactenus ecclesię inseruierint cōtra ordinem,nūc essent illis accessuri. Quid faceret ciuitas,quę cum capitulo sola manebat? iam enim postulat⁹

Bellū in Liuonia renouatur.

rem infiniti sumpt⁹ & laboris posthabuit: Defensionis finibus cōstiterat ciuitas, iam arbitrata ad plenā libertatē peruenisse, sublatis duabus arcibus: quarū altera ad portū in Dunemunde, altera in ipsa urbe constituta, sepe, quod nollent uidere faciebāt. Varie diu cōflictatum est: sed ciues intra urbem se cōtinuere: usi ex cōmodo nauigatione. Ordo aūt, ut aditum maris nauigaturis interciperet, infra arcem Dunemūde, ad eandē fluminis ripam cōmuniuit presidiū, ex suppositis inuicem roborib⁹ (trabalem uocāt domū) eaq; pro arce sunt usi, ad frenādam libertatē enauigādi: sed parū profecit: Eo enim presidio non obstāte, preternauigauere qui uolebant. Huius tn̄ exitum belli, per aliquot annos extracti, posterius suo tempore dicemus: Nec enim cōquieuit ordo, nisi arcibus ademptis, & euersis in certam formam renouatis, ac redditis.

Vrbs Riga sustulit duas arces.

Ordo uditur trabali domo pro arce.

CA. VI.

IN Magnopoli interim, exasperatis licet principib⁹, quieta fuere arma: Sed episcopus Zwerinēsis, a duce Magno cōmonit⁹, penale monitoriū decreuit, ut pareāt pie, ac religiose cause, quā dux instituisset, de erigenda parrochiali diui Iacobi in ecclesiā collegiatā. Obscere Rostockcēses appellationē qualencūq;, & in ea cōquiescētes, episcopi mandata neglexere: Ille exercebat in eos ecclesie gladiū: sed illi, cum appellationē legitimā rite obtēdissent, inuenere clerū, qui illis adhereret. Interim populus, cum patrib⁹, ex alijs causis prouocati, totis se nisibus opposuere, erigēdo collegio: Erāt, qui perinde in cōsortes publici concilij uindictam quādam sunt meditati, q̄ male inuicem cōcordes essent sedētes in senatu. Inflāmauere turbā, qui ultionē cogitabāt, in cōpares: ut totis nisibus plebs ecclesiastice cause reniteret: q̄ in ea omni causa insidiaretur ciuium libertati: Non queri a principib⁹ ecclesiam: sed urbis plenū dominium: ut iniiciatur frenū libertati. Non agi de collegio: sed de arce q̄nq; in urbe collocanda, & trāsferēda episcopali cathedra de Zwerino in Rostockciū. Ita sibi somnia finxerunt, que pro ueris habuere, a nemine cogitata. Interim disseminatē per maleuolos in urbe: rem esse cōpositam inter principes, & quosdā ex procōsulibus: esse illos proditores urbis, qui clam ceteris de preiudicio urbis, egissent cum principibus: primū secreto murmure, deinde aperta etiam indignatione, inuecti sunt audaciores in bonos uiros, q̄ stimularetur uulgus a quibusdā in cōcilio. In hoc turbido urbis statu, dux prosequendo negotio multas causas prætenderat, q̄ plenum uideretur opus pietate, ac religione: deinde, q̄ plurimū ubiq; fauorem ex pio meritus opere, ex alijs causis obuios sibi Rostockcēses ad iuga cōpelleret. Profectus deuotionis gratia in urbem Romā, episcopum Raceburgensem, & multā ex militia secum duxit familiā: Expleta deuotionis causa, fundādi collegij sanctū propositū per supplicationē insinuauit summo pontifici Innocētio, orans deputari exequutores: Facile inclinabat pontifex rei, in qua diuini nominis amplificari gloria quereretur: dedit exequutores, & inter alios Raceburgēsem episcopū: qui in ipsa urbe desuper fulminauit processum: ne si quid summo pontifici, aut illi exequutore in itinere humanitus accidisset, causa non integra, sed iam inchoata censeretur.

Monitoriū penale in Rostockceñ.

Male cōcordes uiri patrij.

Somnia finguntur.

Dux Romā peregrinat.

Raceburgēn epūs exequutor.

Hoc interim processu,posteaq̃ in sua redierũt,requisiti Rostockcẽses,non habuere quod opponerẽt: Fremebat uulgus:dissidebãt in cõcilio patres: e quib⁹,qui sanius rem intuebanẽ,suasere:ut se parituros ostẽderent:quia tum nulla ratione possent mãdatis apostolicis cõtraire,uerbo assentiri,nihil nocituꝝ causę:rem deniq; nũq̃ pficiendã,populo reclamãte. Aliis aliud est uisum,si semel paruerint,semper parituros: uolebant enim ascẽdere ex aduerso:sed superati ratione cesserũt,simul,q̃ sperarent uulgus exasperandum in eoꝝ capita qui eius sententię fuissent authores: quib⁹ ut diximus,male uoluerũt. Vocatur in prętoriũ cõmunitas: res q̃ potuit, maxima modestia ,pponitur:esse causam,cui papa & Imperator & omnis mũdus fauerẽt:quã nemo,nisi malign⁹ de iure impediret. Sed esse illis omnibus cõmunem sentẽtiam, ut totis animi,corporisq; nisibus reluctarentur, ne unq̃ procederet in effectũ:idq; tum posse iure fieri,si nũc uerbo assentiant:ut euitẽt iuris pœnas,rem tum nunq̃ futurã. Sin uero nũc reluctenẽ, recusantes parere, tum se pœnis laqueatos, finaliter ad omnia cõpelli. Ea tum utcũq; est accœpta oratio: ut tñ ciues senatui dicerẽt: curarẽt omnia prudẽter:sed super omnia nossent,collegiũ se in urbe nũq̃ passuros:proq; ea re omnes,in cõmune morituros. Itaq; senatus requisit⁹,& monit⁹ processu,respondit:Se ut uiros deceret Christianos mãdatis apostolicis parituros: Desuper sumebãt documẽta publica,qui missi fuere: Iam non erat, quod opponereẽ Rostockcẽsibus.

Dissidet senatus.

Cõitas i prętoriũ uocaẽ

Nunq̃ collegiũ passuri Rostockceñ.

CA. VII.

INterim,cum dux contenderet eã rem in exequutionẽ deducere, missis nũciis,Rostockcẽses orabãt, ut paulisper rem patereẽ differri: donec ipso tempore mitigatus populus a feruore renisionis frigesceret,accœpta maioꝝ instructione: Dux ipse cessit nihil properans: sed expertus est in urbe omnia in diem fieri deteriora: Non potuit ignorare,quod publice gereretur: neminem inueniri qui ea esset fiducia, ut de collegio uerbum ausit facere: Ita inflãmati omnes malo dęmone furebant ad causam. Non erat, uel ecclesiasticus, uel secularis, qui causam auderet poscere,cur tantopere refragarẽtur: Capitale erat,uel minimã dare significationẽ de cõtraria illis sentẽtia. In eo statu res per annum quintũ ac sextum supra octuagesimũ pmãsit: ut dux sępe interpellãs, non aliud potuerit extorquere,q̃ illos paruisse: non posse tamẽ redigere populũ in quietẽ: ut patiatur exquutionẽ,quę si intentata fuerit,omniũ fore cõmune periculum,& qui exequãtur,& qui patianẽ: Sperari posse,q̃ feruor ille tempori immoriatur. Sed non iam diutius sibi passus illudi princeps,cum speraret prẽsentẽ se multa facturũ,quę absens non posset,constituit urbem ipse ingredi,inq; Dñi nomine re inchoata,prosperũ sibi exitũ repromisit. Igitur incipiente iã septimo post octuaginta anno, sub octauis Epiphanię, principes fratres cum coniugib⁹ & familia insigni, duob⁹ iunctis põtificibus, Zwerinensi ordinario, & Raceburgẽsi apostolico exequutore: Aderant prẽlati alii cum multis militarib⁹: iam formidante senatu pessimos exitus, cum interim uulgus quid agereẽ ignoraret: Fremuere tamẽ,qui in senatu rem auersarenẽ,nec potuit manere occultũ, quod tanto instituebaẽ appa

Nulli⁹ de collegio uerbũ facere audet.

Principes cũ duob⁹ epis intrãt Rost. kẽã

ratu. Princeps Magnus, seuocato senatu, aperit ad quid uenerit: rem diu literis agitatā, aliq̄n miserāte Deo cōsummādam. Respōdēt illi: Illustrem eorū magnificētiā in sua posse urbe, q̄d decreuerint, se tñ uehementer formidare aduersa omnia: Dux uocat eos per risum pusillanimes: se curaturum omnia: Tum de prębendis quid cōstituerit, edocet: nil ciuitati pręiudicij: magis incrementa inde habiturā: nullis ędificijs a se in urbe, aut muro erigendis: non hoc peti, ut minoretur rebus, aut uiribus urbs ipsa: profectū eius se requirere, quę nulli magis q̄ sibi suisq; crescat: hortatur in crastinū assint, rem tum inchoandā, cōmuniter auspicent: Illi suo principi refragari non posse respondēt, pollicentur se, quod illi cōplaceat facturos: Meus omnib⁹ male ominat: nouerūt enim iras ciuiū, quas ex his plericq; uehementer inflāmassent.

Per risum uocatur cōsules pusillanimes.

Mens male ominatur.

CA. VIII.

dIes erat Veneris sub octauis triū regum: cum duces ipsi fratres, Magnus, & Baltasar, duo pōtifices, prelati plurimi, milites, ac militares, & ipse urbis senatus, solēni processione perueniūt in ecclesiam diui Iacobi, erigendā in collegiū: Ibi Zwerinensis episcop⁹, sacris indut⁹, officiū peragit de Spiritusancto: Omnes suo ordine offerūt ad altare munera. Expleto diuino officio, Raceburgēsis episcop⁹ exequutor apostolic⁹, literas pducit plūbatas, eas legi iubet, inde exequutorias, quibus iam in publicum recitatis, cōmissionē sibi factā exequitur: parrochialem ecclesiā erigit in collegiatā, cum insignibus: Capitulū creat de pręsentibus ecclesiarū pastorib⁹, adiūctis quibusdā alijs, pręposītū facit, decanū instituit, & quęcq; suo ordine duxit in subsellia. Inde in sacristiā uelut capitularē locū deducit, mādans: ut ex illo die nocturnū atq; diurnū officium peragat in ea ecclesia, cum ritibus, & solennitatib⁹, quę cōsueuerūt in ecclesijs eius diocesis obseruari. Astitere ex laicis nōnulli, quib⁹ natare lachrymis oculi, non pro deuotione, cernebant: sed tum quieta fuere omnia: Duces cum pontificib⁹ redeūt in hospitiū, deducti ab omnib⁹ qui affuere. Principes solēnib⁹ epulis omnes uolebant adhiberi: pauci se subduxere. Alacres ipsi, rem sine tumultu gaudent inchoatā, sperantes in eo statu permansuram: Omnes secū boni, idem sunt tacite deprecati. Erant in eis, qui non idem precarentur, iam cōminātes in cordibus suis. In ea uero mensa, qua prelati cōsederāt, dñs Thomas Rode, principū cācellarius, pastor ecclesię beatę Marię, tum nou⁹ prępositus cōsederat in capite: nōnulli per iocū, ut inter epulas fieri solet dixere, nouū collegiū nouis martyrib⁹ cōdecorandum, in quib⁹ prim⁹ iure esset prępositus, cui⁹ nomē conforme Cantuariensi Thomę id pręferret: ut pro libertate ecclesię, q̄modo ille cęderetur. Ille iocātem, non iocās repressit: Tu inquit inter ludicra ridens ista narras, at ego uehemēter capiti meo timeo. Arrisere alij, cum ille tristi uultu permaneret, q̄ illū, nescio quę signa, & animi presagia, ad uicinā mortē cōstarent. Per eam diem, & qui sequebatur, nihil tumultus erat & si frenderēt plurimi in urbe.

Erigitur parrochialis in collegiatam

Verbū ioco dictū execrādo serio uerificatur

Animus ad mortē presagus.

CA. VIIII.

dIe Dominico, cum iam plana & quieta omnia uiderentur, & duces primo mane, gustato post diuinū officiū cibo, abire pararēt:

in nouũ collegiũ, ante missę collegialis officiũ, cum tertia de more pensio solueretur: uenere aliquot ciues in ecclesiã, indignatione flãmati, procul dubio sumpto prius inter se cõsilio, disturbare rem diuinã aggrediũtur: Duo nequam chorũ ingressi, libros cãtuales cum strepitu deijciũt: iubentes mala in hora omnia conticescere: Mox in ecclesia murmur per populum increbrescit. Ad diẽ enim festũ seruauere malignũ propositũ, quo populum omnẽ, alijs dieb⁹ intentũ labori haberẽt ad tumultũ: Simul sperãtes, ut interim principes abirẽt. Inchoato iam tumultu, in ipsa ecclesia gregatim cursitãtes, quęsiuere nouos canonicos: Imprimis prępositũ, & decanum: ꝙ scirent illos rei institutores apud principes: Alij portas urbis seruauere: prępositum, iam ante diuino in ecclesia sua beatę Marię officio audito, cum abire cõstitueret cum principib⁹, aut etiã ante, facto grege, cum domũ eius tumultuãtes irrũperent, diu frustra latitãtem extrahunt, & in turrim quę posita est ad Wernouiã includere cõstituunt: Ita enim cõuenit inter illos: Sed cum magna in turba incert⁹ clamor diuersa iactaret, & multis iniurijs per capillos tract⁹, uerberib⁹ pulsatus, sputis illit⁹ afficeretur, per uiam impulsus durissime: ibat tñ utcũꝗ uolens: sed erat, qui inter alios acclamaret sub glaciẽ mittendũ: Id ueritus, medio itinere iam restitit trahentib⁹, ut a multis etiã inuitus traherẽt: In hoc luctamine, quidam elata super multorꝫ in medio capita, quã tenebat, claua, capiti renitentis illisit, ut uiribus deficeret iam cadens, iamiãꝗ moritur⁹: quod uidẽtes, qui duxere, in latus platęę ad canale cadentẽ impulerunt, ictibus crebris tundentes ut mortem properarẽt: Qui cędere non poterãt, lapidibus petiere iacentem: Alij sputis iam mortuũ, iam in latũ pedib⁹ compressum, miserabiliter affęcere: Fœminę alioqui molle, & cõpatiens genus, tum furuerũt non cedẽtes insanię uirorꝫ. Iacebat in eo loco ab hora diei nona in uesperinam: Adeo instigante diabolo, liuoris uenenũ omnes peruasit. Interim nouus decan⁹, qui pridẽ fuit archidiacon⁹, uir grãdeu⁹, olim & ipse principum cãcellarius, multũ ubiꝗ quęsitus prodente, nescio quo, inter anus in hospitali Sanctispirit⁹ deprehẽsus latitare, extrahitᷓ, & multis affectus cõtumelijs, in turrim, quę stabat in eminẽti urbis loco deducitur: curantib⁹ nõnullis, qui proximi irent, quiꝗ bene illi uellent, ne insigniter lederetur: ibi clausus aliquot mẽses permãsit. Principes audito tumultu, exire properabãt, deducti a ciuib⁹ ad portas quę reserabãtur. Ducis coniunx, iam cõscensura currũ, a tumultuãtib⁹ incurritur: Erant qui conarentur subuertere currũ, ꝙ latere ibi dicerent unũ ex canonicis: Vix urbe & illa educitᷓ, cum in forum cõgregati ciues, incerto clamore tumultuarẽtur. Necdum quid in animo habuere promicuit: nec unũ omnes sentiebãt: Crediderim idꝗ cert⁹ enũcio, non unũ uoluisse, uel paucos: Ita cõfuso clamore omnia turbabantur. Procõsulum unus, postulato silentio, fęcit uerbũ: pacati manerẽt in reliquũ: unũ sentire omnes: collegiũ aboleri: & quod in tumultu factũ sit, omnes fęcisse uelle uideri. Eo sermone aliquãtũ mitigati, discesse re in sua quisꝗ: Sed agentibus eos infernis furijs, quies ẽsse qui poterat? Ad uesperã inuenti sunt utcũꝗ, qui pastorẽ suũ, crudeliter cęsum, & per

Turbatur diuinũ officiũ

Pręposit⁹ latitãs extrahitᷓ.

Præpositus martyrisatur

Fœminę furiũt in corp⁹ mortui.

Decan⁹ extrahitur ex hospitali & carceratur.

In foro cõueniũt tumultuantes.

Sanguis pre posiṭi sup nos & sup filios nostros.

cõtumeliam horis sex in publico relictũ, in ecclesia, in qua pastoralem gerebat curam tumulauere.

CA. X.

X hoc die, quis rerũ fuerit status in ea urbe, difficile est memoratu: qñ iam silẽtibus legibus, nihil fuit interdictũ. Tum uero se aperuere odia quę latuissent in senatu: apparuitq; quid sentirent, qui usq; in illũ diem dissimulãtes siluerũt. Tum effusa sunt odia in capita duorũ procõsulum, quos effictis, per mutua odia criminationib⁹, insectari, tum ceperũt: Illos fecisse principib⁹, nescio, quã spem, rerũ perficiẽdarũ, sine qua ne inchoassent rem tantã. Quid multa? Designãtur ex nomine: quorũ alter iamdudũ senior, omnia pro prudentia incõsultis alijs gessisse: alter principũ reccoeprator, & hospes, multa cum illis secreto pegisse diceretur: Rotas & cruces pinxere in foribus ędiũ, & nocturnis clamorib⁹ id perfęcerũt: ut iusto timore cõcussi uiri boni, in tutũ se recoeperunt, urbem exeũtes, cõcedẽtes in proximã Wismariã. Tum uero in absentum capita, cõcrepuere cõgesta maledicta: Esse illos urbis ꝓditores, qui omnẽ inurbe pplexitatẽ cõciuerint, dignos, quorũ cõfiscarent bona. In eo tumultu hyems peragitur. Lubicenses nihil, qd sui esset officij, intermisere: mittentes nuncium ad principes: qui placidis uerbis molliret iustas iras, oraret quoq; ut rem ab improba plębe & tumultuãte uulgo gestã, non imputaret multis bonis uiris: qui impetũ frenare non poterant: Duces responderunt: Non se ignorare, unde prodierint illa consilia: neminẽ se expurgare de malignitate posse, qñ omniũ esse crimẽ publica denuntiatione sunt testati. In hoc apparere cõmune urbis cõsiliũ. Quib⁹ cum diceret, illustrem eorũ magnificentiã satis intelligere, multa esse dicta, ac facta, quę tempus imperaret ad placãdum tumultum, alias in deteriora prolapsurũ. Ita tum discessum est, ut dicerent principes, ad omnia se ęqua & iusta pręstari tractabiles. Interim ciues in locũ cedẽtium procõsulum, tres alios creauere, non sine suspicione, q uideretur tum apparere qui essent, qui rem omnem usq; in eũ diem gubernassent, ut in reliquũ quoq; curarent.

Criminãtur duo ꝓcõsules Rostockcẽ.

Profugiunt Wismariam

Lubicenses mittũt nunciũ ad duces

Creãtur noui ꝓconsules

XI.

Ppetente deinde tempore, quo fruges essent in agris, equorũ futura pabula: duces magno instructu urbem obsedere. Bugslaus dux Pomerani⁹, principũ affinis, q geminas eius germanas, gemini fratres tenerent cõiuges, belli se sociũ adiungit: obsidionẽ faciens de sua parte ad orientẽ. Duces aũt Magnopolẽses, ex Wernouiæ latere, ad portam diui Nicolai, & per reliqua imminebãt. Ferũt qui in urbe tum fuissent, tamã primo aditu, omniũ fuisse consternationẽ: ut si mox principes oppugnationem fuissent aggressi, illo tm̃ aditu, in magnas angustias urbem perduxissent, ac forte coepissent: Nihil erat apparat⁹: nemo prçuiderat, quod tum uidebãt: nemo timebat: ita sibi cõmuniti uidebãtur, homines stolidi: sed accepto tempore, ad colligendũ se sunt animati: ut inde se pararint ad defensionẽ. Cõtinuatur aliquãdiu obsidio, & iam cęterę ciuitates in castra mittebãt oratores, causam cõtrouersię coeperũt cõtrectare: de uenia ducũ ingressi urbẽ cũ eo senatu agunt: & in dies singulos egressi, cõtrectãt cum principib⁹, si qua cõpositionis forma reperiret. Sed nihil

Obsidetur Rostockiũ.

Ciuitates socię mittũt oratores in castra.

tum potuit inueniri, quo magnis, & iustis causis exasperati principes placarent: Portũ maris iam duces tenuerũt: illũcꝗ, mersis ingẽtib⁹ saxis, obstruxere: firmato magis pręsidio q̃d inuenerãt. Sed tum ciuitatũ oratores frustrati abierũt. Cõtinuat aliquãdiu obsidio: demũ sua spõte soluũt duces. Sed tum ex proximis pręsidijs urgebãtur ciues, ne quis, uel caput educeret portis: nam portũ seruãtes, & omnẽ a terra aduectionẽ interdicentes, custodiẽtesꝗ, satis putabãt, fame excruciãdos: Sed erat intus frumentum non paucũ. Exibãt quoꝗ turmatim ciues cum peditib⁹, inuehẽtes de rusticis prędijs, quę inuenerãt. Hoc obseruauere duces, & magno equitatu, peditatuꝗ, cõcurrebãt egressis in loco Panclow: Ibi cõsertis manib⁹ aliquãdiu pugnatũ est. Inuecti principes cum equitatu, in pedites Rostockcensiũ, ꝗ stipendiarijs plurimis uterentur, qui rerũ gnari essent, stabãt immoti: factaꝗ est maior in equites principũ, q̃ pedites urbicos tum iactura: Aliquot cęsi, nõnulli capti, in urbem pertrahũtur: Pauci ex Rostockcensiũ pedite perierũt, capti, cęsiꝗ: Nam equitatus eorꝫ longe impar hostibus, non nisi paucis manũ cõseruit. Sępe deinde treugę: renouata bella extraxerũt aliquot annos: ut diu res in cõtrouersia maneret. XII.

Obsidio Rostockij continuata spõte dissoluitur.

Fit pręlium inter ptes.

Nno illo, quo principes obsidionẽ urbis facerẽt, ante tñ eam expeditionẽ, ad diẽ Dominicę Ascẽsionis (erat enim septim⁹ octuagesim⁹) fuit magn⁹ in urbe Lubica cõuẽtus urbiũ de cõmunione Hansę Teutonicę. Tractatũ est de ęquabili partitione in Anglia collectę pecunię, ad cõpẽsanda mercatorꝫ damna, quę Londonijs accęepta fuere ad annũ nonũ sexagesimũ. Collegere aũt ex constituto regi uectigali, ex mercibus proprijs, decem millia Sterlingorꝫ in talẽtis: Operępretium putaui agnoscere, unde ductum sit uocabulũ Sterlingorꝫ: Declarat quidem hoc nomen ab olim, orientaliũ magnã fuisse in eo regno authoritatem, quomodo & in Flãdria: Nam numisma, ex eorꝫ nomine inscriptum uidemus, Osterlingorꝫ: ut truncato capite Sterlingi, pro Osterlingis uocitẽtur. Demõstrant Anglici eam originẽ, qui hodie scribũt talẽtũ Esterlingorũ: nos uero breuiãtes, dicim⁹ Sterlingorꝫ. Eam tum permissione regia collectã pecuniã, ex formula cõpositionis in Traiecto, magistri mercatores, suis usibus pro dimidia absumpsere: non satis palã, in quos usus, & tñ impẽderant, non dico ligurierant: Erãt aũt triginta aureorꝫ de Reno millia, quę supererãt, tantundẽ perierat: residuũ dãnificatis impendit̃, pro modo dãni declarati: Ad eam cõuentionem missi sunt oratores ab Maximiliano Romanorꝫ rege pro cõmodo Brugẽsis opidi in Flãdria: ut emporiũ ibi solenne (stapulam uocãt) ex more renouaret: Obiecta tum sunt illis plurima, cur fieri, aut difficulter, aut omnino non posset. Cõuenit tamen finaliter, ut pollicerẽtur orientales: si ab occiduis quoꝗ impleretur. Relicta sunt Lubicę ad eam rem documẽta, literę sigillatę regis memorati sigillo: ut ex authoritate principis, etiã subiecti ditionib⁹ eius implerent astringerẽturꝗ: Sed quomin⁹ tum exequutioni mãdaretur, ex Flandrensium parte defecit: qui nouo bello incesserẽt regem Romanorꝫ: includentes eum diu Brugis. Venerat q̃ꝗ nũcius & orator episcopi Monasteriẽ-

Cõuent⁹ urbiũ de Hãsa Lubicæ.

Sterlingi uocabulũ quid

Agẽtes pro mercatorib⁹ xxx. millia liguriauerunt

Impletio cõcordię ex pte Flãdrensiũ deficit.

sis, uir militaris, qui quereret magno suo impendio arcem Delmenhorst, ad securitatē itinerantiū mercatorꝝ sustinere, prouideret illi, quorꝝ cōmodo inseruiret, ne sui dispēdio dñi res fieret: Responsum retulit pro tempore necessarium, sed non multum rebus accomodum: ut sine magno fructu rediret. CA. XIII.

Filiꝰ militis denūciat Lubicēsibꝰ & socijs bellum.

Vbicensibus tum omniū ciuitatū nominibꝰ denūciatur bellum, ab filio Olaui militis, ante multos annos tumultu mercatorꝝ Bergis in Norwagia cęsi: qꝫ ille filiꝰ, nūc primū ex ephebis euadēs, iustitiā de paterna nece deposceret: alioqui ipse sibi futurus exequutor, in omnes, qui de urbibꝰ nauigarent. Scripsit pro eo rex Danię Iohānes, iustas quęrimonias eiꝰ cōmiseratꝰ: effectūqꝫ est, ut cum eo ad cōplemētum satisfactionis, ut tum putauere mercatores, ageretur: Creditū est illum ad omnia deinceps quieturū: Sed ille obtendēs (nescio quid) quęstionē renouauit, & proxima ęstate, duas ex Liuonia naues onerarias, Lubicā petētes adoritur, & capit: Quę inerāt merces in manus regis peruenerūt. Sequēti anno, tum qꝫ aliꝰ ex Liuonia olim mercator, inde militās, cum aduersus Rigenses intentaret quærimoniā, itidem duas cum mercibꝰ naues capit, perducūturqꝫ merces in Kopēhauen: Sed ille, ultore gladio, ut pyrata, cęsus, luit suppliciū: mercatores aūt nihil se querūtur recoepisse, q̄uis instantissime postularint, missis ad hoc nūcijs: Incertum, si iure regni, res furtiuę cadant in cōmissum, aut ueteris quid subsit querimonię in ciues Lubicenses & senatum: Et ut cōtinuata mala cumularētur, tertio deinde anno quidā ex Reualia Liuonię natus, Lubicēsiū urbi infestus, pro fratre, ut ferebat, male in ea habito, itidem geminas mercatoribꝰ abstulit naues: ita tamē, ut regiæ custodiæ merces omnes desumerent. Captꝰ erat ab regijs militibus: causa eius in iudicio uētilatur, ut luiturus suppliciū putaretur: sed libertati donatus, nescio, an & in iudicio abibat: mercatores etiam hodie querūtur, nullam ablatorū dānificatis esse factam restitutionē: eaqꝫ causa cum multis pendet indecisa. CA. XIIII.

Duę onerarię naues capiūt.

Pyrata cęditur gladio.

Aliꝰ pyrata captꝰ absoluitur.

Vm uero bellū ducū Magnopolensiū in Rostockiū duceretur in longū, aliquādo ciues finem dare bello statuentes, cōduxere ducētos equites, aliūde sibi militaturos: Sed uenere cum illis plures q̄ alij ducēti, qui remissi sunt, cōmeatibꝰ datis: deqꝫ Lubica nauibꝰ impositi, Rostockiū peruēniūt: nam ad pacē faciēdā uidebanī aduocati. Cūqꝫ in ea essent urbe, cum duobꝰ pene millibꝰ cōductorꝝ peditū, exspectabat ab his, qui Rostockcensiū fouerēt causam, ut terram peruadētes Magnopolensem, bello finē properarēt. Sed tum Rostockcēses suspensi treugis, & dilationibꝰ, qꝫ arbitrarētur sibi qꝫ perire, quę in uastatis agris deperirent, conductā militiā, sibi fecere inutilē: nisi qꝫ quadā intentata per eā cōminatione, bello finē asciscerēt. Itaqꝫ post aliquot mēses, conducti equites Lubicā redierūt, nihil magnū exequuti. Interim rex Danorū Iohānes, & itē Iohānes Brādenburgēsis marchio, omnis causę facti arbitri, in Wismariā, rex in persona, & marchio per excellētes oratores, comparuere: Ibi examinato negocio, pro principibus laudū exiuit, cōdemnatis Rostock-

CC. equites p Rostockcēses conducti.

Arbitri inter duces & Rostockceñ.

tensibus ad aliquot millia principibus numerada. Sed qui quererentur se grauari, laudū ad arbitriū boni uiri sunt reducere conati: Iam quidē ante, priusq́ Rostockeēses tumultū facerēt in urbe, dn̄s marchio in Wilsenaco, ad præsentiā ducū memoratorū, ac Rostockēsiū, qui in suā parte cōsulares oratores, de Lubica, Hāburgo, & Luneburgo, adesse rogarūt, causam omnē controuersiarum inter memoratas partes tractabat: sed nihil tum fieri potuit: neq; ad exitū res peruenit, aut tunc, aut nūc. Vniuersitas autē doctorū, magistrorum, & scholariū aliquādiu se ab opido retraxit, dū obsideretur, dumq; ibi militares uersarētur: sed postea, cum res in treugis esset, locum suum repetentes, redierūt. Non enim utile, sed damnosum duxere, diu uacare gymnasium, q; scholares dilaberentur, dispersi (ut fieri solet) in omnem regionem.

Marchio controuersiarū causā tractat.

Linquūt Rostockium a gymnasio belli tēpore.

CA. XV.

IN Liuoniā iam redierat, qui archiepiscopatū Rigensem in urbe impetrauit, dn̄s Michael, qui etiā nūc præsidet ecclesiæ: isq; intētabat res inter ordinē & ciuitatē cōponere: sed nimiū discrepabāt, & uisus est uni parti non æquus esse arbiter, qui ordinē indutus gestaret: Ab ordine promotus cēseretur. Igitur bellū, etiā eo præsente recruduit, q; ordo amissas arces reposceret: ciuitas belli iure captas, non redderet. Magister ipse totis annisus uiribus, insulam Parwalk, occupauit: ibiq; fixit castra: ut utrinq; riuum asseruaret, ne quis Rigēsibus in mare aditus pateret: Ante quidē Rigenses id ueriti, ibi in arena fecere munitionē, arbitrati tueri ab inuito ordine: Sed primo statim ingressu captū est: qui autē inerāt satellites, pacti uitam, & libertatē, dedunt, dimittūturq;: sed rustici, qui cum illis erant, sine respectu humanitatis, sub glaciē detrudunt. Ea est aūt miserorum conditio: ut mors illis sit in desyderio, & uita in fastidio. Itaq; colligat i pede, crucē figurant, & insiliūt: Miserāda sors pauperū. Miserant tum Wandalicæ urbes oratorē, in eam prouinciam: qui adiunctis sibi terræ prælatis, rem in treugas, inq; cōpromissum, si fieri posset, perduceret. Iam uero Rigensium fortuna inclinauerat, fessiq; uidebant, intus uexati a stipendiarijs, & foris ab hostibus. Nam collata non diu ante manu, cladē perpessi sunt, ad nouum molendinū, arcem ordinis: Captiui insignes, quos tenuerūt, dilapsi sunt. Cōmendator de Goldingen, erutus captiuitate, ipsis in niuibus obriguit, reductus in urbē semimortuus, statim uita functus: De Mitow aūt cōmendator uenit in castra: Ita ubiq; Rigēsibus aduersa fuere, capto etiā, quod diximus, in insula præsidiolo eorum. Cōpromissum est ergo in prælatos terræ, qui causam terminarūt, archiepiscopū Tarbatensem, & Curoniēsem episcopos. Reddita est ordini arx Dunemūde: ipsa quæ in urbe fuit renouanda, non in arcis, sed domus formam præfinitam accepit in laudo consistētiam. Ita facto, comperere Rigenses, quantū sit mali, non in suo tempore, finem rebus dare:

Mag̃r occupat insulam Par Walck.

Imparkōmilitonū fortuna

Wādalicarum urbiū oratores in Liuo.

Insignes captiui elabūtur

Arx Dunemūde ordini redditur.

CA. XVI.

ERat iam annus. LXXXXI. post mille quadringētos, cum inter Anglicos & oratores urbiū consulares, de Lubica, Hamburgo, Colonia, Gdano, omnium de cōmunione Hansæ Teutonicæ nominibus ageret in Antwerpia. Venerant eo Lubicēses, & Hamburgēses,

Cōuētus communionis Hāsæ in Antwerp.

ut uolucre, mercatores magno apparatu, & sumptu, usi iumētis supra. L.
Tractauere cum Anglicis fere per mensem: cum ante etiā totū ibi mēsem, ante aduentū Anglicorū, ociosi contriuissent. Sed nihil tum potuit cōclu di, ꝙ paria paribus semper Anglici referrēt, atq; obijcerent. Damna sunt irrogata post initā pacem nostris, ab Anglicis in mari: Reiecerūt illis da mna, quę accœpissent Anglici a Danis, nec fuit constantia reluctari, cum ea res de more conijcit. Venere tum Antwerpiā Bruggensiū oratores, su am apud oratores ciuitatū causam agentes de emporio: sed medio adhuc bello tenebant: Iussi sunt bene sperare, ut reb⁹ cōplacatis, impleātur ex promissa nuper in Lubica. Cum hollandinis quoq; tum ad partē Hābur genses, de eorū prędiudicio, ꝙ non sinerent liberam, ut ab olim, rerū impor tatarum mercaturā: Speciosa quidē uerba data pro uerbis: sed nihil a sua consuetudine discesserūt: nihil est emēdatum, ex his, quę in quęstione uer tebantur. Interim Rostockcēses ciues, grauiter intus tumultuātur: nouē personas cōsulares, de nescio quibus insimulabāt rebus, domib⁹ suis inclu serūt, literas dare cōpulerunt: quibus testificarentur, aduersum seipsos, ꝙ non iniuste cōcilio exclusi, administratione essent destituti, pecuniaq; exa cti: Sed uicinarū urbiū cōsulares, misere ex suis quosdā in eā urbē deputa tos, qui rem inter cōsulares & cōmunitatē cōponerēt: qui magno labore, non minori periculo, toto triduo laborātes uix pfecerūt: ut redditis chiro graphis, in subsellia sua ad cōciliū reponerent. Erat per omne temp⁹ prin ceps factionis in urbe, quidā ex Latamo causidicus: ex causidico coctor: tum ductor factiosorū: qui multis tergiuersationib⁹ rem distinebat, cum uiris. LX. quos de more ciuitatū cōmotarū statuerunt. Consortē ille suū effecit procōsulem. Sed ille prudēti usus cōsilio, cum uideret ambos male habituros, si non ille ductor perijsset, effēcit: ut iustis tñ de causis captus, cum nullum faceret finem rerū, in perturbatione continuatarū, cum altero operis sui consorte, in ipsa turri, sine turbis cęsus gladio, lueret supplicium. Ex eo autē die pacatiora sunt omnia in urbe facta, postq̄ duorū sanguine restinctū est diuturnum urbis cōmotę incendium.

Marginalia: Damna post initā pacē ab Anglicis irrogata. — Bruggēn oratores Antwerpiam. — Hollādini spe ciosa uā dāt. — Rostockcēn tumultuātur — Cōsulares ur biū Rostockiū — Factionis pri ceps causidi cus. — Sublatis fa ctiosis pacā tur omnia.

XVII.

In quintum annū extracto bello, quod tñ treugis multis interci pitur, tādem primo & nonagesimo anno terminatur, inter duces Magnopolenses, & ciues Rostockcenses. Ea uero lege cōponit: ut collegio in suo statu permanēte, aliquot millia principibus darent: pul si e statu reciperentur: & cum his, qui in nouum erant allecti cōciliū cōsi derent. Principibus is articulus in formula non placebat: ꝙ qui in eum or dinē peruenerint, occupata subsellia retinerent: sed erāt, qui non aliter, cō suli posse rebus arbitrarentur. Passi sunt principes eam quoq; rem contra sententiā animi decurrere. Nec diu post, in eadē prouincia, nouū & inaudi ditū piaculum cōmisere Iudei, in opido Sterneberg, principatus Stargar die. Nā coempto ab impijssimo sacerdote Christi sacramento, impie sunt abusi: Vbi uiderēt male sibi rem cedere, reddiderūt sacerdoti: Ille fodit in terram misere, ac miserabilis, quem sanum destituit consilium, postq̄ impi um iniuit cōmerciū: Ad pœnam illū præparabat, cui cōtumeliā est ausus

Marginalia: V. demū an no finitur bellum Rostockcēn. — Piaculū a Iu dęis cōmissū

ir rogare: alioqui inuenisset alterã uiam seruãdi sacramẽti, nisi in suã pœnã fuisset excæcatus. Defossum autem, publico loco diuinissimũ Christi sacramẽtum mirabiliter innotuit: effossumq́ꝫ defert in ecclesiã: Iudæi cõcremant: Presbyter ipse Rostockij degradatus, crudele luit (ut erat meritus) suppliciũ: Nam ignitis per uiã forcipibꝰ tractus, longo itinere perducit in montẽ Caluariæ: capitũ ipsi uocant mõticulũ ante urbẽ: Ibiq́ꝫ cõgestis lignis cõcrematur: satis insigni, ut ferebant, cordis cõpunctione, cordialiter instinctꝰ suppliciũ æquanimiter excepit: Inter omnia sæpe repetens, etiam maioribus se dignũ cruciatibus, quos uolẽs expenderet: si modo peccatrícis animæ miserat Deus: inq́ꝫ ea cõpunctione defecit. Cœptꝰ est inde concursus undecũq́ꝫ populi, in locũ Sterneberg: facta, & infecta miracula denũciãt improbi sacerdotes: multiplicant oblationes uenientiũ. Principes segregata inde portione, collegiũ suũ in Rostockio perinde firmãt, coẽptis redditibꝰ, q̃s in eo seruiẽtes, q̃tidianis distribuãt impẽdijs: ornamẽta sacrarũ q̃q́ꝫ uestiũ inde, ꝓcurãt, ad incremẽtũ diuini cultꝰ in eo.

Iudæi cõcremantur & presbyter.

Cõcursus in Sterneberg

XVIII.

d Vcatum orientalis Wandaliæ, quæ Pomerania est, tum administrabat princeps egregius Bugslaus, Erici ducis filius: cuiꝰ temporibus, in unũ se, ducatꝰ Stetinensis reciderat: pro quo, cum marchionibꝰ de Brãdenburgo est depugnatum: sed tñ permãsit, ut diximus, apud Ericum. Deinde uero mortuo Werslao fratre sine uirili prole, Wolgastẽsis, qui etiã Bardensis dicit, tenẽs & principatũ Rugiæ, & dominium urbis Stralessundẽsis, cessit Erico: Ita illo decedente, ad unũ Bugslaũ, filiũ eiꝰ, omnis illa ditio quatuor principatuũ cõcessit: qui cum summa omniũ laude, ita rem gessit: ut quod illa regione insolitũ erat, summa itinerũ esset securitas. Exterminauit militares illi quæstui inseruiẽtes: alios in exiliũ ire iussit: alios feri gladio: ut ex lõgo tempore meminerit nemo, per longissimum eius ditionis tractũ, ullo quicq̃ ereptũ latrocinio. Contẽderãt aliq̃n uicini principes, idem in suis ditionibus efficere: sed uicinia principatuũ, & multitudo principũ, non sinit. Nam ex multis angulis erumpũt improbi: Facit hoc principãtiũ, multiplex imperiũ: Vnde & in Frãcia, Hispania, & Anglia, hoc genus latrocinij publici, pene incõpertum est. Erat per ea tempora, in his Wãdalicis urbibꝰ annonæ insignis caritas, propter ea, quæ tum sp̃uierũt inter reges Romanorũ, & Francorũ, bella: ut portus Frãciæ occlusi, nullas emitterent in Flandriã, Hollandiãq́ꝫ fruges. Tum Hollãdini (noxium genus hominum, quod populãdis terris natum est) diffusum per regiones oriẽtis, Liuoniã, Prussiam, Pomeraniam, coẽmebãt omnia, quæ ibi essent frumẽta. Inde cum nihil aduheheretur nostris, ex illis regionibus, nec parcerent etiam mercatores per uicina loca aceruare fruges, & in Hollandiã transportare, ubi magnum illis esset preciũ: Inde nata est flebilis illa caristia, quæ multam perdidit plebẽ in agris: peremissetq́ꝫ incomparabiliter maiorem: nisi ex uicinis urbibus esset cõsultum. Videre fuit in eis urbibus iacere ad porticus ecclesiarũ, illam colluuiem pauperum fame deficiẽtium, cum principes terrarũ illi rei minus prospexissent. Ferunt & ex his nõnullos esse factos mercatores, cum militaribꝰ; miserabiliter rerũ

Ducatꝰ Stetinẽsis iungitur Pomeraniæ.

Sũma itinerũ securitas.

Latrocinioꝝ causa.

Hollandini noxiũ genꝰ hominum.

Caristia per dit plebem.

perturbato ordine: dum se principes, priuatorũ sordidis quęstibus, & priuati principũ honoribus, impudenter immiscent. XVIIII.

Bellũ ducis i Brũswickcensis.

Espexere per idem tempus Wãdalicę urbes, ad euentũ eius belli, quod Hẽricus dux Brũswickcẽsis, tum ad Brũswicũ gerebat, cõcursu, & accessione omniũ uicinorũ principũ. Q, si opus in manibus illis fuisset, psperatũ: ut oppugnatã obsessamq; urbẽ caperet, de ea, quę reliqua uidet, pauca. urbiũ qualicũq; libertate, tum deliberatũ satis fuisset. Sed cum is esset exitus, quem in Saxonia diximus, quieta mansere cętera. Marchio aũt Brãdenburgẽsis Iohãnes, per aliqt superiores annos urbib' ueteris Marchię id frenũ inijcit, quod ante ignorabãt: Nam eas, quę uidebãtur supra cęteras eminere, uehementer emũxit: ut cęteris facile parificarentur. Cęterũ in omnibus insignis tum uidebaĩ tenuitas. Principes quoq; Magnopolẽses, suo Rostockio manũ non retraxere: omni sollicitudine, puidentes: ne ad pristinã populus rediret insolẽtiã: Iam de axisa (sic enim uocãt uectigal potabiliũ) curãtes: Iam uero de prędijs, quę olim erant feuda, cum illis disceptãtes. Cõuocauit aũt aliqñ dux Magnus, cum fratre, splendidã suę ditionis militiã, & introire urbẽ suam, ex quibuscũq; causis instituit: Sed Rostockeẽses (incertũ quid) suspicãtes, portas seruaue re clausas. Eam rem plurima, psequuti sunt principes indignatione: q urbem suã pacatus introire non sineret: Noua inde dissidia, unde etiã aliqñ cõuẽtib' factis, & interloquijs, eo res redijt, ut cõstituto die urbẽ egressi, primores senat' cum ciuib', proięcti ad pedes principũ, ueniã precarent: qualis etiã erat cõpositionis formula, ad magnã illam collegij causam terminãdã: aliquot millibus etiã nũc ad nouam causam persolutis: Ita curarunt in hodiernũ principes ne de facili resurgant ad pristinã frontositatẽ, in quam uidentur faciles & proni. CA. XX.

Vrbib' ueteris Marchiae frenũ inijcit.

Rostockeẽses principi suo claudũt portas.

Causa captę galeę excitaĩ

Er quod tempus, cum in Flãdria excitaretur, apud sublime Philippi iunioris ducis Burgundię cõsiliũ, causa captę olim, ante uiginti annos galeę, siue Biremis, a Paulo Benekẽ homine oriẽtali, de Prussia nauigãte: renouarũt eam quęstionẽ Florentini mercatores, instituto processu aduersus oriẽtales mercatores, qui Brugis diuersarenĩ: impetẽtes q bellum fuisset generale totius nationis: capitaneus generalis, qui nauim cœpisset: perinde omnes de natione teneri de damnis tum irrogatis. Mercatores, homines litis imperiti, fęcerũt tñ, qd debuerãt: mittẽtes nunciũ, non procuratorẽ, ad excusandũ, non respondendũ, qui priuilegia nationis obtẽderet: se illis locis commorari, ad usum mercaturę: de facto, aut consilio suarũ ciuitatũ, non se intromittere: nec ad se pertinere, qd ęgerit Paulus: nullã cum illo cõmunionẽ, nullam habuisse intelligẽtiam: Si patiãtur aduersarij: ut sine lite cõsistãt, id se cupere, & orare: Si min' ut iuxta cõtinẽtiã literarũ, & priuilegiorũ, indulto tẽpore, illos patianĩ abire. Replicatũ est, fuisse Paulũ cõmunẽ totius cõmunionis & nationis ad bella capitaneũ, idq; de literis docebat Gdanẽsium: ideo teneri generaliter omnes de natione: Adhibuere processui suo, nõnullas solennitates, ut colorarent: sed litigarũt sine aduersario: nulla lite contestata: nullo procu-

Allegantur priuilegia nationis.

Lis sine aduersario.

ratore ex aduerso. Sic peruentũ est ad qualemcũq; sententiam: Eam cum exequi tentarent ijdẽ actores Florentini, rogati a mercatoribus, ut supersederent, quoad ciuitates orientales admonerent: Multis dilationibus protracta res est. Cum iam urgere uehementius uiderentur: misere ciuitates Wandalicę oratorẽ, & nunciũ, ad principem Philippũ qui prorogationẽ causæ postularet, donec anno proximo ciuitatum de cõmunione Hansæ Teutonicę cœtus, & conuẽtus fieret: tum constituẽdũ de tota causa. Vix magna difficultate impetratũ est a parte, ut pateret: Permissum tamẽ post multã causę intricationem. Erant enim non parui in cõcilio homines, qui causam Florentinorũ fouerent: q̃ uersura, quæ fuit Lombardorũ assecurantium merces Anglicorũ, pertineret ad nonnullos boni generis: quorũ erat patrimonium in mensa eorundem. CA. XXI.

Oratores urbiũ Wand. ad Philippũ

Odem tempore, cum annus ageretur. LXXXXVII. per eundẽ ciuitatum Wandalicarum, totius tamen Hansę Teutonicę nomine nuncium: adiunctis dominis Coloniensibus, qui in Antwerpiam illi constituto die concurrerũt, actum est cum Anglicis, de perpesso damno in mari, deq; infractione, & uiolatione libertatum, & priuilegiorũ in Anglia nostris hominibus indultorũ: Sed posteaq̃ per mensem integrũ uerbis sunt reddita uerba, nihil tum poterat cõcludi: q̃ Anglici causarentur, sufficiens de parte ciuitatũ non esse mandatũ: Promissa cautio sufficiens de rato, non est acceptata. Ita tum discedit, reb⁹ ad treugas solitas in duos annos reiectis. Per idem tempus, missus est idẽ ille, Wandalicarũ urbium nomine, qui supra, nuncius in Franciã, ad maris Admiraldũ, uirum nobilem: ut quęreretur multas in mari ex Francia fieri deprędationes, aduersus perpetuam pacem, quæ esset inter coronam & ciuitates: Satis habere in promptu easdem urbes, quæ par pari redderent: sed deferre maiestati regiæ, ne ante se, q̃ quærantur uindicarent: orare, ut rebus finem faciat. Compertus est ille Admiraldus in urbe Parisiorũ: ibiq; pręsente archiepiscopo Lugdunensi, qui & cardinalis Romanę ecclesię, & aliquot ex Perlamento pręsidentibus doctoribus, responsum est nuncio: Non placere regi, si quę fiant aduersus fœdera, quę ille manere cupiat inuiolata: constituisse illum, qui talibus rebus prospiceret: sed maiorem esse quorundam audaciam, q̃ cęterorum diligentiam: Cauendum ne Germani sint, qui ista faciant, & primi ueniant ad querelã: Curandum ab ea parte omni diligẽtia, ne ex Gallijs ista fiant. Cęterum, si quid aduersus interdicta factum dicatur, esse iudices: non denegandam quærulantibus iusticiam. Replicatum est de dilatione exequendæ iusticiæ: multos ante a Francis damnificatos, iam expendisse plura in processum, q̃ sors ipsi sit & tantundem consequi: Sed deinceps sollicitior omnium rerum habenda cura promittitur: Extare prouisionem regiam, ne qua armata educatur nauis de portubus Galliarum: nisi inuẽtis fideiussoribus in eo portu, qui satisdent, eam classem, aut nauim non damnificare fœderatos: Curandum nostris, ut publicetur de more in Perlamento. In eam tum spem disceditur. Id tamẽ prouenisse certius ex ea tum denũciatione: ut ex illo die in annum nunc quintum, ni-

Actũ est Anglicis de perpesso in mari damno.

Orator urbiũ Wandalicarũ in Franciã.

Placide respõdet oratori.

Replicat nũcius de dilatione iusticię exequendæ.

Armatas naues nõ nisi fideiussorib⁹ datis educere.

hil sit pyratarũ ex Francia repertum in mari: quod fœliciter dictum uelim, ne in reliquũ comperiantur. CA. XXII.

Cõuenit cõmunio Hãsę Lubicæ.

d Einde ad annũ proximũ cõuenere, omniũ de cõmunione Hansę Teutonicę urbium consulares in Lubicã oratores: ibiq; primũ (ut assolet) de cõmunib⁹ mercaturę rebus, & ꝓfectibus, multa cõstituunt: deploratũq; emporiũ Russię Nouguardia: iam diu cõsenuit ea querimonia. Nã, qui nouissimis annis ibi remãsere nostri mercatores, male sunt habiti, in uincula, adęmptis reb⁹ omnib⁹, coniecti: nec satis potuit sperari, de illa rerũ restitutiõe, Nam personę diu in uinculis habitę ex mãdato Magni principis Musgouię, postea dimissę, cum reditũ pararent in patriam, magna ui tempestatis intercœptę perierunt in mari: Retẽti aliquot obsides, incertum quando liberandi: Eam mercatorib⁹ illatã calamitatem inde multi autumãt, q inter Danię regẽ, & eundẽ Musgouię principem, multę fuere legationes: specie quidẽ de rebus Sueciæ sed multorũ preterea aliorũ tum putant habitã rationem. Rex enim Danię fertur insimulasse Lubicẽses, q proceres Suecię in se, multis fouerẽt occultis consilijs, ne regi parẽãt: quę suspicio multorũ fuit origo malorũ: & tamẽ in exitu rerũ, compertũ habebat idem rex, sine causa insimulatos bonos uiros: Sed tum in multorũ animis ea ꝑtinaciter insedit opinio, ambasiatã crebrã inter principes memoratos effecisse: ut tum nostri mercatores in Nouguardia tenerentur. Verũ Reualię, irrogata cõtumelia eidẽ Musgouię Magno principi, magis potuit animũ eius exasperare, q improuide ferũt esse dictũ, cũ in horrendo flagicio deprehensus ibi Russus, incendio cõsumeretur: si ipsum tenerẽt principẽ, in eo flagicio, quomõ canẽ cõcremarẽt. Id cum renunciaretur, fertur excanduisse in iram uehemẽter, & ex eo die machinatum deteriora omnia. Magnæ ibi amissæ merces: sed maius malum calamitas uinctorũ: maxima uero iactura, per eam occasionẽ in mari pereuntium iuuenum. Ipsum uero principem, cum audiret indignã uocem, ita ferunt ira incaluisse, ut fracto, quo utebatur, baculo, uir grandæuus, inq; terram deiecto, in cœlum suspiceret, diceretq; frendens: Vindica Deus, & iudica causam meam. His rebus ferunt incensum in nostros. Tum uero ciuitatum oratores decreuerũt ambasiatam mittere in Liuoniam, quæ cum Liuoniensibus ageret super tota causa, ad res componendas, inter eundẽ Magnum principem, & ciuitates de Hansa. Transierũt illi magno per terram itinere ad contermina Russiæ, & cœpto aliquando tractatu, cum uiderent per fraudem se corona cingendos, & includendos, abducendosq;, retro tulere pedem, nulla memorabili re constituta. Nihil enim barbaro illi de fide: nulla eum minus res angit: qua ex causa periculosissime cum illo agitur. CA. XXIII.

Dimissi ex uinculis mercatores i mori pereunt.

Exasperat⁹ ꝓ im̃puidũ dictũ Musgouię princeps.

Insignis iactura.

Postulat uindictã a Deo.

Vrbiũ oratores frustrati redeunt.

p Er eandem tempestatẽ, clerus in urbibus Lubica, atq; Hamburgo, fœlicius agere uidebatur quibusdã, q̃ uellẽt. In Lubica quidam abusi sunt permissa libertate, q cereuisiam inuectam sine discrimine minuatim uenderent: & rem usibus permissam necessarijs, uertunt in questum: Constituit senatus: ut quoniam priuilegio abuterentur,

Abutitur de c⁹ Lub. permissa libertate.

amitterent, soluerentque in reliquum axisam (sic uocant uectigal) cum cæteris: omne onus reipublicę incumbere populo, clerus nihil faceret: nihil in tantis opibus clerum conferre publicis impensis, uideri onerosum. Clerus papalia, & imperialia, sui ordinis pręferebat indulta, permissionis usum diuturnum, & in his orare, ut sineretur permanere: alioqui nosse illos, quomodo quęque oporteat pro suo ordine decertare. Magno quidem apparatu res inchoata, interuentu pontificis conquieuit, abusibus reformatis. In Hamburgo molestior erat causa, quod populus cum patrib' in suspicionem uenerat, per clerũ fieri occultis machinationibus: ut in Romana curia, & senatus, & ciues uexarenť: idque ex literis incõsulte ab urbe missis, in nomẽ quorundã falso efferebatur: His literis quasi Euangelio creditũ: pro comperto fuit, omnia ex clero in illos machinari. Ex hac radice amara, pullularunt germina pessima: Cõstituit senatus inter ciues, ut in domibus, quas paucas habebat clerus, nemo questũ faceret: Erant nonnullę coctiles, ad faciendã cereuisiã, in quibus potissimus, & uberrimus eius urbis est questus, & alię casellæ: per eam cõstitutionẽ urgere uolẽtes, ut clerus eas domos diuenderet, & in laicas manus reduceret: quod ex quadam concordia fieri oportere prætendebant. Interea id quoque postulatum a clero: ut muris, & fossatis, & propugnationibus, ad communem defensionem magno sumptu factis, facerent contributionem. Dum ea res in deliberatione pendet, patres ipsi, quod factu perniciosum erat, uocatis in prætorium ciuibus, articulos supra sexaginta contulerant, in clerum conceptos: singula capita declarantes. Id quid erat aliud, q̃ ardentem odijs populum, in clerum protinus inflammare? Clerus deputatis nonnullis adijt senatum, intelligere cupiẽs, quid ea sibi uellet accusatio apud ciues, non uocatis qui responderent? Iudices non erant, qui quęrimoniam acceperunt: ipsos patres pro sua prudentia futuros mediatores: si quid inter clerum, & populum esset quæstionis. Si docere uolebant populum, aduocandi erant qui responderent: Si inflammare, hoc eorũ grauitati, & prudentię non congruere: nossent, quid de eorum ad ciues pręcepto iura constituissent, ubi ex indirecto adimitur clero sua libertas: orare, ut ad amicum super omnibus controuersijs tractatum clerus admittatur: exhibitum quoque, si hoc mallent, clerum esse paratũ subire compromissum: Utrumque negatum est neque enim in re, ut dicebãt, semel, immo crebri' acta, & constituta, literisque desuper sigillatis cõprobata, aut tractatũ, aut ullum paterenť cõpromissum. Clerus concordiam, quã illi pętenderãt, nullius esse momẽti asseruit etiam id non de suo capite, sed ex iuris diffinitione, per arbitrorum discussionem postulabat declarari: Sed nihil tum profuit: Inter alia quoque oratum agnosceret sacerdotium, etiam de ueteri iure, pertinere ad publica bona: non esse alienum urbi clerum, in qua ius habeat ciuilitatis: multi ciuium filij, sed & aduenę ius tenerẽt ciuitatis: quę foris acciperent, intus insumerent: ut saltem permittatur libertas clero, in utendis domibus, quæ religiosis foris daretur, qui totos dies eueherent. Nulla æquitas impetrauit: Nam radix amara, quã diximus, ignorãte clero, omnia ea subuertit.

Intercipitur simultas per pontificem.

Cõstituit senat' cõtra clerum.

Cõsignãtur cõtra clerũ articuli LX.

Orat cler' ut ad tractatũ admittatur.

Sacerdotiũ ad publica bona ptinet.

Per qualemcũq; tamen uiam effectum est,ut ex octo coctilibus ,quatuor distraherentur: cęteræ ad eum diẽ,quo de omnibus constiuteret, tenerentur: Promissumq; clero, φ de ueteri more de eorũ redditibus curaretur, seruareturq; in reliquum,quod ab olim esset seruatum, nullo nouo dato, nec ueteri detracto. CA. XXIIII.

Clero redditus antiq; p̃mittuntur.

Nterea mittunt ciuitates Wandalicę omniũ nominibus legationem suam in Flandriam, ad trãsigendũ super negotio processus, contra mercatores habiti, in causa captæ olim biremis. Aderant Gdanẽses: superuenere Coloniẽses: Primũ cum Anglicis Bruggis agebatur,ut erat discessum ante bienniũ: sed prima,ut solebat,cauillatio de mandato ciuitatũ,in quo diuturna & perplexa erat disputatio,gaudẽtibꝰ Anglicis,qualicũq; occasione distinere tractatũ causę principalis, in qua non bene sperabãt: Vt tñ uentũ est ad principalia: eadẽ,quę solet,tergiuersatio de uiolatione immunitatũ,quę nostris pertinerẽt in Anglia: Misere regij nunciũ ad regẽ: scripserũtq; oratores ciuitatũ: sed illi remãsere sine responso. In summa hoc agebaẽ tacite: ut pertęsos urbiũ oratores docerent,regẽ in suo regno requirere,si quid uellẽt: q̃d Sũmus pontifex, q̃d Imperator, quod reges Christianissimi non recusant, si quid ex eo uelint: Exitus tñ is erat tractatuũ,qui solet: ut in bienniũ treugis constitutis,gauderet quęq; pars sua immunitate,pẽdẽtes q̃q; causę cõquiescerẽt: Hoc nouissimũ,& si instãter petitũ,crebriusq; repetitũ esset: nõ satis apparebat,q̃d animi in ea parte haberẽt Anglici,omnia reijciẽtes in sublime Perlamẽtũ. XXV.

Legati urbiũ Wãd. in Flãdriam.

Edocti urbiũ oratores reg rere regem.

Vm ad regẽ Anglię iret nuncius,ne quid tẽporis infructuose labatur,causa Florentinorũ mercatorũ longo circuitu est acta: Misit princeps dñs Philippus ex suis, qui se mediatores facerent ad rem cõponendã,pręsidentẽ Flãdrię,supremũ balinũ, & aliũ doctorẽ: qui postea Bruggensis proconsul,rem omnẽ perfecit: Sed illi tum nihil facere poterãt,φ parti actrici nihil impẽdendũ esset ab oriẽtalibus. Cum Brugẽsibꝰ uero actũ est: ut si illi q̃uis pacto inuenirẽt uiã adimẽdę nostris molestiæ de processu,manerent nostri mercatores in prouincia,& ciuitati ut possent,commodarent: alioqui populariter exituri in Franciam,aut Hollandiam. Illi diu deliberauere. Venit in memoriam negotium emporij, nuper Lubicano cõuentu conclusum: sed de Flandrẽsium bello non consummatum: Visum est Bruggensibus, si id procederet,inuenturos uiam, qua adimerẽt nostris omnem de processu molestiam. Diu laboratum est cum aduersa parte: magno ære fuerat quietanda. Ibi multũ fluxit temporis,priusq̃ constitueretur,qua summa mercarentur Bruggẽses pacem oriẽtalibus,ab sentẽtia: Conuenit deinde,ut magno ære expromisso, Bruggenses acciperẽt literas. Facta est illis certitudo ab oratoribus Hansę: conseruandũ Bruggis ius emporij ad formã cõstitutã in cõuẽtu Lubicano. Causa in sublimi cõcilio diu uentilaẽ,maxime annitẽte dño Rolando doctore,& ꝓcõsule eiꝰ opidi: qui & ipse in cõcilio esset dñi ducis. Dedit Philippus dux literas,confirmauit patris sui constitutũ super eadẽ re: Oratores autem orientalium,omnibus in opido Bruggis constitutis,principi in

Causa Florẽtinorũ acta.

Bruggẽses ære exp̃mis so lr̃as accipiunt.

Philippus pris cõstitutũ cõfirmat

Gandauo se obtulerũt, gratias agẽtes, q̃ rebus finem dedisset: orantes, ut a magnifica & illustri dominatione sua cõstituta, perpetuũ robur obtinerẽt: polliceri de sua parte, ut hinc ab nostra diligẽs quoq; curet: admonuit, nõ habere se in uniuersis suę ditionis, puincijs ullã urbẽ cui sit magis affect⁹, q̃ Bruggẽsi: & tñ Hollãdini, cũ Phrisijs nõ diu post, obtinuere declarari in sublimi cõcilio, se nõ cõtineri in generali cęterorũ cõstitutione: ut exẽpti haberent̃ ab obseruatiõe iuris emporij (Stapulã illi uocãt) Idq; princeps, solẽni misso ex corpore cõcilij nũcio, curauit oriẽtalib⁹ intimare cum postulatione: ut pro exemptis illi haberẽtur: sed non poterat illi dari fructuosum desup respõsum, q̃ abessent multi q̃rũ interesset. XXVI.

Dux Phillippus Bruggis præ cæteris diligit.

Vo tẽpore per brumã Hãburgenses cum plebe patres, nouo more, & prudẽtibus uiris alieno, capitulum ecclesię illius cõagustabãt: ut cõcuterent, extorquentes iusto metu, quarũdam rerũ expromissionẽ: Nam instructis ante, & inflãmatis odijs ciuium, ad hoc euocatorũ, magna manu collecta, senatus cum illis postulauit capitulũ adesse in capaci refectorij loco, ignorãte clero, q̃ tãta essent aduenturi multitudine: alioqui sibi quisq; cõsuluisset. Non erat insolitum uenire totum urbis conciliũ, ad tractandũ cum capitulo: idq; tum expectauere. Illi uero multitudine circũfusi uenerãt: Ibi, cũ aliquãtę querimonię in clerũ, pręsertim, & capitulũ speciatim quasdã psonas, ex nomine designatas, intẽtarent̃, q̃ perperã clerus, & pręsertim in eo maiores, in populũ ciuitatis & cõcilium ageret: suggerẽtib⁹ illis, ut in senatũ causę in Romana curia excitarent̃, & quę in manibus fuissent personarũ de capitulo, ut facile terminarentur, eo esse missas, ut uexaret̃ urbis conciliũ: ita, ut male iudicãtes fęcerint causas suas: Priuatim ciues nonnulli suas quoq; querimonias detexerũt in personas: & iam inflãmati ira & odio ciues, non sunt passi responderi obiectis. In summa, post multos clamores, & incõditas rixas, ciues ipsi urgentes capitulũ concusserũt: ea constituẽtes, quę sequunt̃: Si una secũ in urbe uellent in reliquum cõmorari, quatuor ista capita subirẽt: Causam Ellinghusen, duæ ex capitulo personę exciperẽt terminandã: quę insimulabant̃, q̃ malitiose illã nõ terminarint, cum potuissent: In causa fontis, quę pendere dicit̃, agerẽt pro decreto senat⁹: In causa monachorũ, traderẽt literas sigillatas: Et si cõprobarẽt unum illũ qui abesset ex capitulo, qui criminaret̃, falsum deposuisse in Romana curia, illã causam capitulũ in se susceptam, eius nomine terminaret: Simplici, & uiolenta cõcussione usi, uoluere sine cõtradictione: ut anteq; discederẽt capitulũ assentiret̃: Adijciẽtes, q̃ si nõ satis numerosi adessent, curaturos ut adesset maior multitudo. Quid facerent inter angustias deprehẽsi capitulares? Ibant quo necessitas & iustus metus impulit: Eam tñ in causa fontis adhibuere speciem: ut senatus, quasi medius inter capitulũ & ciues, quos ea res tãgeret, esset: Sed ita mediator factus est: ut ne unum assem remitteret, ludibrio habiti ad incõmoda uideri possunt. Quis in extrema barbarie graui⁹ aliquid formidaret? Ne publico non actum uideret̃ cõcilio, aderat senatus hęc audiẽs: passus etiã dissimulãter: ut staret in conspectu ex eorũ familia, turgidus minister, qui

Hãburgẽses a clero p̃ metũ extorquẽt

Mos ut tot⁹ senat⁹ adeat capitulum.

Capl̃m nõ pmittitur respondere.

Violẽta concussio cleri.

Senatus dure mediatores.

armis,& igne,minaretur prędijs, & personis capituli: Egregiam uero laudem,& memoria dignā sempiterna,ab his uiris,qui publice president,tale aliquid institui,& authorisari.

CA. XXVII.

Comes de Aldēborg in Phrisiam.

Er eadem illa tempora, Iohānes comes de Aldenborg,cum non p ęquo ferret animo,fratrē Ottonē,Bremēsem canonicū, in electione archiepiscopi esse pręteritū,cicp prelatū, uirū plebei generis, ante diu maiorē ecclesię prępositum,cōparatis armis,mouit in Phrisiā, illi propinquā,quę ecclesię debuit parere: Stadland,Blexen, Buddiaden uocant,q ad Iaderā fluuium colūt:eamcp accepit in deditionē,ac tenuit incastellatis ecclesijs, q presidia alia ibi non essent. Magnus iunior dux Saxonię inferioris,cum antiqua ditione teneret Hadeleriam,uicinā illi Wursatiam cogitauit inuadere,patre ad omnia quieto. Id Bremēses Hamburgensescp,non passi,inito foedere cum archiepiscopo Bremēsi, cōmunibus uiribus ducūt in Hadeleriam,eamcp ui occupāt. Magnus dux apud uicinos principes cōquestus,q patrimoniū illi suum adimeretur,effęcit:ut ex cōmuni principū foedere literę cōscriberentur,ad eam gregariorū peditū manum,quę se Guardiam appellauit: Plurimū tum terroris nomine ipso preferebat, q rex Danię recēs per eam occupasset Sueciā. Venit sub brumam ea hominū colluuies,& ex Aldenborg, in diocesim Bremēsem traijcere tētauit: Id cū non posset, obseruata per incolas aduersa ripa, retrorsit iter,per Verdēsem ciuitatē, nemine prohibente transierūt: Nam episcopus Hildesemensis: idemcp administrator Verdensis tentauit se illis obijcere: Vbi uero auxilium quod expectauit,non sensit, noluit alienam causam facere suam: Itacp Bremēsem diocesim qua poterāt cōtingere,uastauere:ex terra Luneburgēsi,aduecta sunt illis quę poterāt alimēta: ex uicinis urbib⁹ nihil sunt assequuti: & ideo insigniter esurierūt: Opida Stadiū, & Buxtehude tentant:sed immisere Hāburgēses, utricp presidium, ut defenderent: necp gelu tantum durauit in glacie ut undicp oppugnarēt: Vnde etiā factū est,ut uetus,quę dicit terra,maneret immunis. Quid faceret archiepiscopus a militarib⁹ suis non satis defensus:qui maluissent ex Saxonię ducib⁹ unum archiepiscopū: Id etiā tum intētabāt. Sed respexit ille in ducē Brūswickcēsem Hericū,cuius filiū,cōsentiēte capitulo, nec audēte repugnare militia,elegit adiutorē. Ilico Heric⁹ dux arma contrahit,equites peditescp, ut exigat diocesi hostes:a uicinis ciuitatib⁹ pact⁹ pecuniā, si illos fugaret gregarios:ita ut nō alibi formident. Paratus inuadere ab oratoribus regis Danorū reuocat, qui eam manū cōduxit ad stipēdia. Igitur armis dux abstinuit passus eos transportari in Holsatiā per Albim,prius tū recuperata Hadeleria pro Magno duce: in q̄rum abitu exusta sunt monasteria,uet⁹,& nouū,iuxta Buxtehude,puellis se in opido cōtinētib⁹, Tzeuena,& Porta coeli,dissipatis uirginib⁹,leuiorē sensere manū: Hartzeuclde exurit: Beatę Marię apud Stadiū ciues ueriti hostibus fore receptaculum,ante cōfregerūt: Hic fuit exit⁹ uastitatis.

Incastellant ecclesias.

Hadeleria occupatur.

Diocesis Bremēsis uastat per Guardienses.

Archiep̄s eligit coadiutorem.

Hadeleria recuperatur.

XXVIII.

i Nterim Hamburgēses,cum ignorarent,quid sibi ea res uellet de cōducta per regē Guardia magna: cum essent extra gratiam sui

ducis Friderici, ꝙ piscãtes ex ea urbe in Sacra (ut uocãt) insula tumultum cõciuissent, in quo ducis officiarius caperet: non satis cõstitutũ habebãt, quid sperarẽt, formidarẽtue, ubi prospera fuissent militãtibus omnia: Vrbem suam per mediã brumã uallis & fossatis cõmunierũt: magno nimirũ & sumptuoso opere, quod extat: Misere tñ nunciũ, qui rem apud ducem cõponeret: Idq; factũ est paulo anteꝗ̃ expeditio procederet in Thietmarsiam. Pẽdebat omnis res ad exitũ belli, in ea terra: Sed per eam stragem, quã in Saxonia ibi factã diximus, res quieuere. Iohãnes tum etiã comes de Aldẽburgo, cum prosperis rebus Thietmarsorꝝ animũ indueret Phrisij, rursus est exactus, terraq;, quã occupauit, in pristinũ statũ est redacta. Sed cum Albertus dux Saxonię, Phrisiã occidentalẽ tum rediẽs cum exercitu, pulsis aduersantib⁹, haberet ad uota, opidũ Groningen, opitulãte Edzardo Phrisię orietalis comite, oppugnauit: Cunctq; ibi res non ꝓcederet, ipseq; Albertus in castris finẽ uiuẽdi faceret, nihil etiã renouat in alijs palustribus. Hic est rerũ status usq; in. MD. annum: Cętera Deus bene uortat. Quod uero ad causam cleri pertinet in Hamburgo: Ille cum esset cõmonitus, ut diximus, ante duos annos a senatu, ut ad munitionẽ urbis cõtribueret, dum muri, turres, ualla, fossata, firmarentur, respõsum dedit: Quis ostẽdãt utriusq; fori placita iura quid ille casus deposcat, nõ usurũ tñ clerũ eo perfugio, si liceat ei cõtrahere cum senatu: faciẽdo, ut faciãt: & gratia ei repẽdatur pro facto, non refragaturũ, quo minus faciat pro uiribus. Et cum a ciuib⁹ suggererẽt: ut ab omni clero uni⁹ anni redditꝰ depo sceret, triennio per partes dandus, nimis hoc uisum est exorbitare, cum ex ciuibus nemo tantũ suscoeperit oneris. Et cum obijcerẽt de annuo multiplicatoq; ciuiũ impẽdio, replicatũ est a clero: nunꝗ̃ pręter missum clerũ, quo minus in omni arduo negotio, ꝗd immineret cõtribuerit redditua rijs, ex marca solidũ, aut cõforme aliquid: Obtẽdit multa esse annua milia, quę clerus intra urbẽ possideret: ut eius rei certũ aliquid cõperiretur, simul, ut intelligeret quantũ posset de suo clerus cõferre: si quid magnum ediuerso ꝓmitteret: Inuẽtũ est, nõ esse quartã ei⁹ summę partẽ, quę a laicis putaret esse apud clerũ. Post omnẽ tñ diligẽtiã, cum non posset cler⁹ ea re cõmercari, ꝗd cuperet, spõtanea cõtributio cõquieuit: deq; iuris dispositione, apud cõprouinciales facere spopõdit capitulũ diligentẽ ꝑscrutationem, & ex cõmodo se illis responsurum.

Hãburgẽses timore Guardię urbẽ suã cõmuniũt.

Io. comes de Aldẽburgo ꝑ Phrisios exactus.

Albertus Saxoniæ dux oppugnauit Groningẽ op

Cler⁹ Hãburgensis facile cõtributioni consentit.

Vbi grauior exigitur, nõ annuit.

Spõdet se capitulũ de iuris dispositione responsurum.

XXVIIII.

Lubicenses mercatores, iam diu fauorẽ nullũ sensere in Danię regno: cũ naufraga bona nõ redderent iustis dñis, & nõnullę naues captę cũ mercib⁹ nõ restituerent. Insup immunitates mercatoribus in regno dudũ ꝓmissę & indultę, male seruarent: cum magna rerum pars, clam rege, & ei⁹ iniussu: ꝗd postea apparuit, ageret: Querulãtibus aũt non tam prompte de iustitia satisfieret: ꝙ rex suspitione in Lubicẽsem senatũ non uacaret, per illũ, occultis agi machinationibus, ut Sueci minus parerẽt: magis aũt rebellionẽ regi ostẽderet: Nouissime, cum iam rex missis in Lubicã oratorib⁹, põtifice, milite, ac uiro militari, insinuaret illis perfidiã in se procerum Suecię, quibus dolis, & insidijs, pertentassent

Res Lubicensiũ nõ admodũ in Dania ꝓsperãtur.

tiitam illi eripere: qua ui, & iniuria, reginā cōthoralē detineret: his reb⁹ cō
gi regem arma in illos parare: hoc uicinitatis affectione deposcere, ne re-
gio inuehāt cōmeatus: Id si minus putauerint regię dandū amicitię, sciāt
pro hostibus se habiturū, quoscūq; in mari inuenerit, hostib⁹ robur inue
here: Vbi, cum Lubicēses obtenderēt, causam ad se non pertinere, nec sibi
placere rebellionē Suecorꝝ, aut regis, in personā, & reginę collatā iniuriā:
cęterū mercatores, omnib⁹ rebus neutrales, incolumē habere nauigationē
phas & iura sināt: Regij oratores, mādata sua renouāt & abeunt: Idē non
diu post ex Scotia missus a suo rege miles, per omnes maritimas urbes pu
blicabat: regi suo esse in animo, auūculū suū Danię regē, ab iniurijs Sue-
corꝝ uindicare: proinde si quis inuētus sit, qui arma, cōmeatus, aut res ul-
las solatio Suecorꝝ importet, pro hoste habendum. Mercatores magno se
rerum detrimēto querunt arceri, q̄ habeāt merces, & pecunias, & socios
mercaturę suę in regno: Rex iubet asseruari mare: Apprehensa est Lubi-
cana nauis, de Liuonia ciuitate Rigēsi denauigās: Ea ab regijs capitur, q̄
diceret merces uectare Sueticas. Magnus in urbe ciuiū clamor exoritur:
Senatū nimiā prętendere ad iniuriā ciuiū patientiā: aliter sensurū, si illorū
priuatas opes rex inuaderet: Missę ad regē literę, missi nūcij, cum nihil im
petraret, obseruatū quo tempore Dani multis corꝝ nauib⁹ in portu essent
Lubicēsi, omnes sub arresto ponunt: nautę & mercatores, porrecta dexte
ra, pro captiuis, donec laxētur, habiti: Vbi pernotuit res in Daniā, mirati
sunt multi cur id paterent, qui cōmeatus omnes urbi inueherent. Sed tñ,
quia res aliter ad iustū tractatū perduci posse non uidebat, fecerat senat⁹
quod a ciuibus uelle cogebat: Interim uadūt, & redeūt literę inter regē,
& urbē: Et cum nihil amicū hinc, atq; illinc, resonaret, parātur arma in in-
uicē. Primi Lubicēses accipiūt gregarios pedites, undecūq; accurrentes:
Malignū genus, uulturio olfactu sentit ubicūq; parātur cadauera: Con
scribūt nauticū populum, aliquāta millia: Inserit se rebus primū distinen-
dis: inde si fieri potest etiā cōponēdis, dñs Fridericus Sleswici, & Holsatię
dux, germanus frater regis: Vadit in urbē suo stipatus cōcilio, incipit cau
sam pertractare: Sed illas tum uoluere Lubicēses conditiones, quas dux,
neq; expromittere, neq; ad effectū pducere sideret. Fiūt utrinq;, cum ni-
hil cōcluderet, ,ptestationes ad effectū: ut queq; pars iusti speciem obten
deret. Aderāt enim pro parte regis nōnulli ex terrę primoribus: Sed qm̄
amborꝝ principū unū est per Holsatiā cōciliū, pcerū, quicquid mediatoris
officio dux interponeret, ita est accęptū, quasi ex altera parte sonaret: Vn
de factū est, ut nihil inter illos tum ageret: Ita tñ discedit, q̄ si regi uideret
iterū sup ijsdē rebus conuenirēt. Missus ex primorib⁹ un⁹, qui regē doce-
ret super his, quę essent in coetu uentilata. XXX.

Rat eo in tempore in prouincia non lōginqua, Reuerendissimus
e dñs Raimūdus, tituli sanctę Marię Noue presbyter cardinalis,
Romanę sedis in Germaniā de latere legatus: qui Iubileū publi
caret per Germaniā, pacaretq; prouincias, & omnes dissidētes in Germa-
nia cōponeret; ut unanimi cōsensu, bellum perfidissimis hostibus Turcis

Rex petit, ne Suecis cōmeat⁹ inferātur

Idē Scotię regis miles postulat.

Capta a Danis nauis Lubicana.

Nautę & mercatores sub arresto positi.

Mediatorē se inserit D. Frid Sleswici & Holsatię dux

Raimundus legatus in Germaniam

indiceret: in cui⁹ belli neruũ, omne ex ꝓuincijs aurũ collectũ ex facultatibus legati reponeret: Is nihil duxit antiqui⁹, q̃ arma, quę inter regẽ Danię, & potẽtẽ urbẽ acueret: manib⁹ excutere properauit, quãtũ ualetudo permisit aduersa: Erat enim podager: & statim ante paschalia magno honore excipit a ciuib⁹ in urbẽ. Peractis sacris ex more per diẽ festũ ut a summo Deo ordiatur, instituit, & in ea urbe, & in omni circũ regione apparatissimis stationibus inuocare pacis authorẽ Deũ: ut inspiret cõsilia pacis. Euocat uicinos principes, dñm Magnũ, principẽ, & ducẽ Magnopolẽsem, & memoratũ dñm Fridericũ Slefwici, & Holsatię ducẽ: q̃s treugis sanciendis, & deinde rebus cõponendis, habuit adiutores: Exciuit prçterea ecclesiasticos uiros industrios, gerẽdis reb⁹ idoneos: & ingẽti sacrorũ apparatu, uenerabile Christi sacramentũ, effert manibus episcopi Lubicẽsis per urbẽ: Pręcedit cler⁹ in uestib⁹ sacris: Sequit̃, & circũfundit̃ populus: Christo ubiq; laudes personãt: Impleto per urbẽ circuitu, redit̃ ad maiorem ecclesiã: Ibi sub diuo, in area cœmiterij, ad lat⁹ põtificalis curię, suggestũ fęcere multorꝝ capax: Arã instruxere, aulęis a latere, & a tergo pẽdẽtibus: Ipse legatus sacra peręgit põtificaliter, magna circũstante populi corona, ac plurima deuotione diuina misteria fulciente: Habebat in ministerio, & in familia comitẽ de Kirberg, officio sacerdotẽ, ducẽ uerbi ad populum: qui cardinalis ipsius sensa Latino sermone proposita, alternãs, populo interpretaret̃. Alij quoq; ad populũ, qui multus erat, nec unum posset exaudire in parte diuersa loquebant̃. Proximis uero diebus, agi cœpta est causa, & per dies multos uix ad placita tẽperamenta ꝑducit̃. Aderat pro parte regis episcopus Ottoniẽsis, de regia mẽte plenissime instruct⁹: Iungitur illi honoris gratia, uir primarius ex Holsatia: detegunt̃ querimonię, fiunt hinc, atq; inde respõsa: crescũt partiũ indignationes: augescunt irę. Dum hęc agerent̃, uisum cardinali ex re, ut angusto & breui cõsilio res agãtur: sic enim prompti⁹ mãdata exponunt̃, syncerius partes loquuntur: Delecti numero tres ex mediatorib⁹, ecclesiasticus uir, & duo sęculares, qui cum partib⁹ loquant̃ secretius, & fidei cõmẽdata perferãt, non effusuri, priusq̃ oportunũ uideat̃. Terunt̃ aliquãti ea in re dies: magnę prętẽdunt̃ cõditiones, si ex aduerso pareat̃ iussionib⁹: Sed mira erat rerꝝ perplexitas, dũ retexere parãt magis atq; magis intexũt, & inuoluũt, magis q̃ euoluãt: Caput erat omniũ rerũ, si Lubicẽses Suecia abstineãt, donec ꝑduelliones ad fuga cogãtur: Id difficile uisum mercatorib⁹, magnã rerũ suarꝝ partẽ tenẽtibus in Suecię regno. Demũ in has leges utrinq; consentiunt: ut naue onerata in Sueciã mittãt Lubicẽses, ex suis cõsulares oratores, qui reginã e manib⁹ eorꝝ extrahãt, persuadeãtq; regni proceribus, ut ad pacis tractatum occurrãt in diem Laurẽtij in urbe Sundẽsi: Mittit quoq; reuerẽdissimus dñs cardinalis nũciũ specialẽ ad liberandã reginã: Deinde super irrogatis damnis, ea capita sunt a partib⁹ approbata, ut designatę naues, cũ rebus restituant̃: de alijs proxime cõueniãt, utriusq; partis oratores in Holsatiã, atq; obscura dilucidẽt: mercatores in regnis fruant̃ immunitatibus pristinis: ęs alienũ Lubicẽsibus debitũ exoluat̃. In eam rem nouissimam

Legatus uicinos principes euocat.

Legat⁹ sacra peragit in suggestu.

Incipitur agi causa.

Deliguntur uiri tres, mediatores.

Magis inuoluitur causa q̃ euoluatur.

Legatus nũcũ mittit in Sueciam.

Qui fuerit fideiussores.

fiunt fideiussores. D. Frideric⁹ regis Germanus, episcopi, Ottonensis, Lubicēsis, & Slesvvickcensis: Milites alij, ac militares Holsatię, quibus etiā ea lex dicta est: ut nisi in diē sint æra soluta, ubi admonent̄, ciuitatē ingrediantur, non egressuri, anteq̄ omnia numerent̄. Cunq̄ differret̄ solutio uocantur, ueniūt: Dux ipse uocatus non aderat: Nam tenor literarum, ut apparebat, illum exemit: Fit de integro cunctorum numeratio: ambigua tn̄ quędam reseruantur arbitris electis.

XXXI.

Legatus ab Haburgen. magnifice excipitur.

Cardinalis legatus, treugis peractis, ac ubi in literas a se sigillatas forma cōpositionis conięcta est, diuinū officiū, in gratiarū actione, fęcit iterari, solēni ritu: Visę sunt multorū lachrymę gaudiose. Tum uero per Hābur gū iter faciens, ubi ex dignitate suscœpt⁹ est, egresso foras omni clero in albis: cum primores populi, senatus, ac ciues maiores, ordine suo starēt, ad portas, mediū excipiētes uenientē, cum lōgo ordine stātes, plateā pene implerēt, ducit̄ in ecclesiā primā: ibiq̄ orās, procumbit: Legunt̄ ad hoc cōstitutę pręces: Habenda fuit oratio Latina, sed eam deferri fatigat⁹ itinere iubebat: Ingressusq̄ hospitiū, curiā dn̄i cātoris ad mōtem, salutat̄ a senatu cum munerib⁹, primū cōmeatuum: Inde, cum iam ad proximā dn̄icam, solennē processionē & sacra pōtificalia, lustrata ciuitate peragere disponeret: Ordinatū est sublime suggestū in cœmiterio maioris ecclesię, ad uicinā curiā lectoralē: ibiq̄ post lustrationē, sacra ipse pęgit legatus, solenni semper benedictione subiūcta: in qua erat plenaria remissio: Comes illi ministrabat pro diacono: dux Brunsvvickcensis Christopherus, adiutor Bremēsis, & iam postulat⁹, & cōfirmatus Verdēsis, subdiaconi fungebat̄ ministerio: adulescens quindecim circiter annorū: Verbū cardinalis Latine prolatū ad populū, comes facūdus interpretat̄ populo: Quotidianę tn̄ erāt alijs quoq̄ in ecclesia horis ad populū exhortationes per quęstores. Ex causis maioribus, eo in loco attrectabat, inter ducē Luneburgēsem, & ciuitates Lubicā, atq̄ Hamburgum, super iure aggeris in Gāme: sed nihil potuit pficere. Magnū ducē inferioris Saxonię, clero Lubicēsi recōciliauit: cum multi reddit⁹ ex agris ei⁹ essent a clero coēmpti, & ex multo tempore non soluti. Aderāt Magnus, & Iohānes duces, fratres, filij Iohānis: & constitutis pactionibus, res cōuenisse uidebat̄. Clerū Hāburgēsem, cum laborare intelligeret sub dura manu laicorum, perfęcit: ut causa in cōpromissum deuolueret̄: qua etiā uia, non diu post tolerabiliter sedata est, per diligētiā duorū ex Luneburgo proconsulū. Religiosos idē legat⁹ uisitauit, uerbo exhortationis usus: ut disciplinā regularē amarent, repararēt, obseruarent: Maiorib⁹ etiā pręcœpit sub excōmunicationis pœna, ut intra mēsem susciperēt Martinianā: intra annū inchoarūt. Cum etiā prędicatores reformationis uerbū pretēderet, clerum eius loci adhortat̄: ut in sanctitate & iustitia Dn̄o seruiat: pręcipiēs nihilomin⁹ cōcubinarijs: ut intra mēsem domus suas purgēt cōcubinis, sub excōmunicationis largę sententię pœna: Ibi sunt multi laquei animarū, quos magno suo periculo dissimulat uulgus sacerdotū. Profęct⁹ inde cardinalis legat⁹, Stadiū peruenit, & introductus ex more solennē ibi quoq̄ peragit stationē: & cau-

Comes p diacono, dux p subdiacono ministrant.

Munerib⁹ a senatu salutatur.

Clerū duci legat⁹ recōcilat

Religiosos uisitat.

Sacerdotib⁹ pcipit ut cōcubinas dimittant.

Stadiū legatus puenit.

sam ibi cœpit agere inter archiepiscopum Bremēsem, & Lubicēsem, cum adessent euocati Hāburgo & Luneburgo cōsulares oratores: Causa fuit cōmissorꝝ uectigaliū, cum nūcius soluēdi uectigalis, eam urbis portam di ceret ingressus, quę declararet nauim iam fuisse prętergressam orā fluminis Swinge. Multa utrinq; collata sunt, sed nihil poterat ad exitū peruenire. Erat enim fascis una pānorū, iam per man⁹ discerpta: Cōpromissum est sub spe ratisfactionis principaliū: sed cū nō acciperēt, euanuit. XXXII. Legat⁹ causā agit inter Lubicen. & Hamburgen. epōs

Agnus interim dux Magnopolēsis, cum intelligeret argenteam monetā, quam excudi iussisset, imparē Lubicēsi, in pōdere, & ualore, illius tñ instar habentē in ęstimatione, plurimū sibi importare detrimēti, cōstituit, ea posthabita, & ad uerā ęstimationē retracta, ęquare mallium suum urbib⁹ in moneta Lubicēsibus cōcurrētib⁹: idq; priusq̄ impleret, rebus excessit humanis cōploratus a multis, q̄ iam publica commoda imprimis curaret: Ipsi quoq; Lubicenses plurimū laborauere, ut eā excuderēt monetā, quę auro parificata, antiquos tñ redditus non minueret: quę res non adeo a maioribus perpēsa, dici non potest, quātū detrimēti importauerit cūctis. Cōsiliū in eo fuit: ut auri Renēsis ualore retracto, argētū in pręcio uersaret: argēto soluerēt fructus & redditus: Illa tñ ęstimatione habita, ne quid solito minus esset in argento, neue posset cum lucro deuehi in officinas monetariorꝝ: Cōsiliū quidē rectū: sed q̄d exequutioni difficulter possit mandari: & adhuc quęrit, quomō in usum pducatur. Hoc enim prospiciūt futurū, ut exteri, qui auro solēt emercari, alio diuertāt, priusq̄ aurum suum a iusto ualore sinant retrahi. Sed hęc interim. Magn⁹ monetā suam ut bū æquat.

Princeps memorat⁹, ubi finierat, tumulat⁹ in Dobran. Wismarię, uocato magno principū cœtu, & omnis ordinis militaris multitudine, meruit solennes, & in hac prouincia necdū cōspectas, habere funerales exequias. Germanus eius dñs Baltasar, & maior filius Hēricus, reb⁹ pęfuere: Officiū diui Georgij templo peragit, die dñico ad uesperū solenne uigiliarū: mane proximo missarꝝ solennia, hoc ordine implebātur: Ante lucē missa solennis de sancta Trinitāte peragit: officiū impleuit abbas Dobranēsis: Interim ad omnia ecclesiæ altaria, fratres Minores, ei⁹ loci, de Rostockio, deq; Zwerino euocati, ministeriū sacrū Dñicę oblationis, alter post alterum pęgerūt: Ad altare summū tum oblationes fiūt: Primi principes, Baltasar germanus, Hēricus & Albert⁹ filij: Nam Ericus aberat in studio literarꝝ Bononię: Inde multorꝝ principū oratores, dñi Magdeburgensis archiepiscopi, dñi Ioachim marchionis, dñi comitis prouincialis de Hassia, dñi Hērici Luneburgensis, dñi Bugslai Stetinensis, dñi Magni inferioris Saxonię ducū: Hos sequebant ecclesiarū pręlati & canonici, tum etiā plenius, q̄ alias cōgregati: q̄ imminebat electio, uacante per mortē Conradi sede Zuerinēsi: Inde uiri militares, terrarꝝ principib⁹ parentiū: Quo lōgo ordine expleto, uenere fœminę ducis germanæ, fratrū cōiuges, nūc altera relicta uidua Magni: Sequit cœtus dñarū militariū, uno habitu, demissis peplis: pullati omnes uiri, ac fœminę: nec erat in omni cœtu color alius: nisi q̄d solus episcop⁹ Lubicēsis, rubro galero, & dñs Racceburgēsis lasu- Magnus tumulat⁹ i Dobran. Exequiarꝝ Magni ordo. Sequūtur ecclesiarꝝ plati Hos dñarū cœt⁹ sequtur.

rio uiderenť pallio: Ascēdit deinde pulpitū in ecclesia media, qdā euocat aliūde ex doctorib⁹, qui Latino elogo, ad circūfusum undiq; clerū funerale declamaret orationē, ad pennādā memoriā defuncti principis: Ea extat scripto non paucis tradita, huic operi ad imitādū inserta. XXXIII.

Funebris oratio habita in exequijs Magni ducis Magnopo.

In acerbo plurimoq; mœrore, quē ab exitu inclyti principis dñi Magni, uere magni, ducis Magnopolēsis, Wādaliç principis, comitis Zwerinēsis, Rostockij & Stargardię terrarū dñi cōtraxi, illustres principes utriusq; ordinis, magnifici illustrissimorū & illustrium principū oratores, uosq; omniū ordinū uiri primarij, hoc me uel maxime consolať, leuatq; dolorē: q necdum in hoc amplissimo cœtu conuentuq; maximo: sed nec in omni, quę latissima fuit, ei⁹ ditione, neq; in omni circū regione, ad quā uirtutū eius fama manauerat, uideā neminē: qui non mecum, qd doleā, doleat, non pariter ingemiscat. Quis enim non animo moueať cernēs unius in morte tantā rerū fuisse interceptā cōgeriē: tam ingētem uirtutū subductā suppellectilē: Inclyti principes mei, magnā in eo fecere iacturā, q alter germanum unanimem, in quo totus acquieuit, omnī rerū cura uacuus, q a nemine rem melius, prudētius, fructuosi⁹, posse geri cert⁹ sciebat: alij dulcissimū parentē, cuius sollicitudine, ac prouidentia, ad magnū educarenť imperiū, amisere: Ipsa uero patria magnum, re, ac nomine, parētem, desyderātissimis oculis requirit: cuius auspicijs, in id decoris peruenit: ut, qd pace omniū dixerim, nulli puinciç uideatur esse secunda: Vniuersi uero prouinciales in hoc ipso principe, uerū columē, & amplissimū decus cernūt interijsse. Sed tñ consolať hanc animorū perturbationē, illustriū respectus successorū: qui rem ab illo bene cōstitutā, & pseuerāter tuebunť, & prouehēt in sublime. Quanq̄ in tātarū recordatione uirtutū, non ille nobis lugēdus est, qui fato functus suo, ad meliora migrauit: sed immēsę nobis Deo, & habēdę, & agēdę sunt gratię: qui talē nobis habere cōcessit, in quo omniū memoria bonorū inueniret, qd imiteť: malorum uero turba, quæ mūdo deesse non patiť, habeat quod expauesceret: Vnū hoc hominū genus cōperio, quod in cōmuni omniū luctu uideatur non mœrere: Sed si intelligant, qs ille reliquerit, & uirtutis, & ditionis successores, statim illos ineptę letitię pœnitebit: Censurā iustitię, & religionis, non intermissam, sed sentiāt demutatā: Mihi uero in hac cōmemoratione uirtutum optimi principis: quem hodierno die posteritati ad memoriam Sūmo Maximo Deo, subnixis precib⁹ ad misericordiā cōmēdamus, uehemēter extimescendū, me, ut sum, impar recēsendis uiribus, damnū laudib⁹ eius ingerā: quę sui pro magnitudine, Tullianū siccarēt eloquium, & uim Demosthenicā fatigarēt: Sed mihi, uolūtati, & iussioni, illustriū principū meorum, qui id mihi muneris imposuere, obluctandum non erat: qui ut sunt omni humanitate prediti, in mea culpa ipsis sibi ignoscent. Nam, ut honori inseruiā defuncti principis pro uiribus, ipsa non uulgaris in imme ritū me dignatio atq; propēsio deposcit: quę me sepe magnis cōditionib⁹ sibi facere uoluit deuinctiorē: Hoc mihi in primis prouidendū: ut qm̄ dicendo tantā rerū maiestatē ęquare non possum, fastidio leuem audiētes:

carpẽdus nobis dicẽdi limes, de rethorũ preceptis prefinitus: ut ab omni retro nobilitate sermo ducat: ut si quid minus in Germanie sita radice fulciat, q̃q̃ in huius principis laudib⁹ nihil opus sit suffragijs uti emẽdicatis: Hoc agãt, qui sterilẽ nacti capũ, alienis impẽdijs cõuestiãt cõmendandũ: Mihi uero in hoc principe cõmemorãdo, ne dies me deficiat formidãdũ: si cuncta uirtutib⁹ ei⁹ propria, in mẽtionẽ adduxero. Veruntñ hoc mihi, animo ueterũ nobilitatẽ recẽsenti, ueniã spõdeo: si a clarissimis maioribus non eũ degenerasse, sed maiorẽ in modũ cumulasse claritudinẽ docuero: Intãtũ, ut etiã, si maiores, qui fuere clarissimi, uirtute mediocres extitissent ab illius splẽdore, & in cõparabili gloria, satis illustrarent: suffecerit aũt in tãta rerũ perspicuitate, uel summa rerũ cõtigisse capita, ne longa rerum serie in fastidiũ duci uideant, qui uel cõperta tenent, que dicemus, uel pro lingue Latine incolita inculcatione, pigrescãt, qui nõ callẽt. Domus ac familia, Magnopolẽsiũ principũ, q̃ habeat radices altissimas, necdũ satis inclaruisse multis autumo: qui magnã sibi fecisse rem sunt arbitrati, si ad Vrsinorꝫ urbe Roma familiã preclarã, illam ducãt referẽdam: Amant hoc in laudib⁹ suis, pceres memorati: si magni per Germaniã principes, de illorũ origine glorient: Sed inclyte Magnopolẽsis domus, & maior est antiquitas, & lõge, puectior nobilitas: Trecentũ necdũ anni sunt, ꝙ in urbe Roma primũ est auditũ nomen Vrsinorꝫ: At ego a mille annis, & lõge supra hanc nobilitatẽ, & domum principalẽ, optimis & certissimis documentis affirmo. Nam cum in urbe Roma, ante Christũ natũ, uera & uet⁹ nobilitas Fabiorꝫ, Aemiliorꝫ, Corneliorũ, ceterorũqꝫ, id genus clarescerct: iam tum Magnopolensiũ principũ, illustris familia, Danorũ regib⁹, ac Saxonũ, uetustissimo generi, de gloria, deqꝫ imperio colluctabat: Augusti, sub quo nat⁹ est in terris Christus Dñs, tempora recordemur: qui in orientẽ ad Parthos usqꝫ uictrices aqlas proferebat: Parthos, ut ait ille, reposcere signa, que ceso Crasso abstulerũt, in occiduũ ad extremã Hesperiã, fines Romani propagauit Imperij: Nec uero Alcides tantũ telluris obibat: Fixerit æripedẽ ceruã licet aut Erymãthi: Pacarit nemora. Ad aquilionẽ limitẽ Imperij, Albim iussit esse fluuiũ: Testis Strabo. Vltra illũ, inuictos habitare uiros, quorũ nec uires experiri, nec arma uoluit cõcitari. Sub illo aũt Drusus Nero priuignus magnis per Germaniã rebus gestis, limites seruauit a patre cõstitutos, Magnopolensiũ abstinẽs armis: Nec unq̃ Romana signa Albim trãsierũt: ut erubescãt, qui Iuliũ Cesarẽ, suo fingũt arbitratu, in illis prouincijs, arces & urbes fundauisse. Sed hec alias. Succedẽtibus seculis, qñ iam uires cum industria gẽtis creuerũt, ab exemplo nationũ aliarũ, ausa est hec gens arma inferre fortissimo Imperatori Marco Antonio: q̃d bellũ antiqui, rerꝫ magnitudine, & difficultate, bellis Punicis cõpararũt: Et q̃uis illũ faciãt exitũ, ut bello uicta gens manus dederit Imperatori: si tñ Marcomãnorꝫ quispiã scriptitasset, aliũ rerꝫ tenorẽ legeremus. Marcomãnicũ uocãt bellũ, in Ro. historia non incognitum: Sub Cõstantino uero Magno, iam maiora animo cõcepit, cõgregata nobilitas eius nationis: nam sumptis armis, cõsedit ad Danubiũ, fœdus offerẽs

Domũ Magnopo. anciq̃rẽ, q̃ que de Vrsinorꝫ familia descenderit.

Vrsinorꝫ familia qñ cœperit.

Magnopol. ante Christũ natũ Daniæ regib⁹, ac Saxonib⁹ colluctati.

Vltra Albim uiri inuicti.

Ro. signa Albim nũq̃ trãsierunt.

Marcomãnicũ bellũ Punicis cõparatum.

Imperatori,quod ille non recusabat:ut quoties opus eueniret, eius armis & lacertis uteret: Dictu mirũ,in quantã breui multitudinẽ gẽs coaluerit, & iã respicere cœpit in lõginquas,puincias,qbus Gothi dñarent.Igit̃ magnis agminib⁹,sub Impatore Valẽtiniano.I.cõtẽdit ad Reni ripas,ibiq̃, tanti reuerẽtia Imperatoris gens pacata cõsedit:Sed illo iam de medio facto,sumptis iterũ armis,in Romanas prouincias,trãsmisso Reno, puenit: ibiq̃ diu populãdo,iam Frãcis Germanis,nũc Gothis cõgressa, magnas res pergit:Pars gẽtis nobile regnũ in Gallijs fundauit,inq̃ eo consedit: cęteri Gallijs puagatis, in Hispanias trãsierũt: Ibiq̃ opulẽta prędã undecũq̃ cõuecta,in Betica,puincia(quę ętate nostra Granata dicitur,paucos ante annos,pulsis Mauris, per illustrissimũ rẽgẽ Hispaniarum Fernãdum Christianismo reddita)sedes accœpere.Nec lõgũ tempus in medio,cum per Bonifaciũ comitẽ, illustrẽ Aphricę rectorẽ,diui Augustini epistolis notissimũ,magnis cõditionib⁹ accita,fretũ gens armata transiuit,breuiq̃ omnẽ Aphricã, tertiam mũdi partẽ,suę fęcerat ditionis:quę res si testimonio uidebit̃ indigere, locuples testis est Imperator Iustinian⁹,in ea parte, ubi de prefęcto pretorij Aphricę agit ad principiũ.Nec est prętereundũ, quãti gẽs habita fuerit,sub florẽtissimo Imperij Ro.statu,cum ei preesset Magn⁹ Theodosius:qui hui⁹gẽtis ducẽ fortissimũ,adeo sibi conciliauit, ut esset Imperatoris gener: Nec habuit amplitudo latissimi tum Imperij (quippe a quo tẽpore deinceps Blõdus est orsus ei⁹ inclinationẽ) quẽ in domũ suam generũ acciret potẽtissimus Imperator: quẽ etiã moriẽs, Honorio filio,ad Imperiũ occidẽtale, reliquit tutorẽ: cum quo stãte stetit,& cum corruẽte,cecidit Ro.Imperiũ:Rem dico in Ro. historia cõptissimã. Nec longũ tempus in medio,cum Odoacer huius gentis rex,de reliquijs Attiliani exercit⁹,prim⁹ regũ externoꝝ, prouinciaꝝ dñam Italiã,in suam redegit potestatem,tenuitq̃ per annos quindecim: Multa cursim transuolãs,preterijt oratio,ne cadat in fastidium. Sequunt̃ inde tempora Karoli Magni,quę peculiarẽ Magnopolensiũ prẽferũt mentionẽ: Nam cum rex ille Frãcoꝝ,& Germanoꝝ,Ro. Imperiũ suę ditioni cõiunxisset,diu cõflictatus est Saxonibus:q̃rũ euastata prouincia,primus exteroꝝ, facto ponte,Albim fluuiũ transiuit cum exercitu: sed non potuit,nisi in fœdus accitis Magnopolẽsib⁹:q̃rũ adiut⁹ armis, reliquã barbariẽ pdomuit: abiẽciq̃ uicinaꝝ arbitriũ,puinciaꝝ, apud illos reliquit: Sequuta sunt inde Ottonũ trium eius nominis Imperatoꝝ tempora,plena rebus magnis: Cũ Magnopolẽsibus uaria sępe fortuna pugnatũ, & aliq̃n duces Imperatorũ, ab hac gẽte castris sunt exuti. Tãta erat pro legibus patrijs, proq̃ uerterum religione pseuerãtia: Et hęc omnia, ac multo plura, gesta sunt in paganismo : Cęterũ ubi semel Christianas leges penitus accœperãt,eadẽ cõstãtia perdurarũt,ut nulla gẽtẽ posset aduersitas, a suscœpta religione dimouere: Cœpit feruere potissimũ in principibus diuinę feruor religionis Testãtur crebra per prouinciam,uiroꝝ,ac millieꝝ fundata monasteria: Sed & alia in re,non minor se,pdidit optimorũ principũ ardor in diuinã religio-

Wãdali i Reni ripa cõsederunt.

Burgũdię regnũ fundauerunt.

Subiugarũt Aphricam.

Stilico Theodosij gener.

Odoacer Wãdal⁹ Italiam subigit.

Magnopolẽ auxilio Carol⁹ Saxões domuit.

Magnopolẽses in fide cõstantes.

nē: Rarus enim in hac domo princeps, qui non suscepta lōgissima peregrinatione, in sanctā terrā, adorare uoluerit in loco, ubi steterūt sacratissimi pedes Dñi Saluatoris: in quib⁹ nō est prętereundus, illustris princeps dñs Hēricus: qui sumptis armis, aliquādiu fœliciter pugnauit, in pfidissimos hostes Christiani nominis: Ad extremū captus, pro diuini nominis honore. XXVII. annis uincula portauit seruitutis: Aliquāto gloriosi⁹, q̄ portaret torques aureas, pro reb⁹ sęculi. Nam labor & patiētia, pro honore Christi apud Deum & homines illi in gloriā cedunt: Longo tñ post līminio reuersus ad suos, filios, ac nepotes, reperit incolumes. Cunq; his paternā ditionē fœliciter cōponēs, longęuus senex uidit filios filiorū, quorū manibus tumulat⁹, patrio sepulchro cōquiescit: Prętereo multas principū hui⁹ generis uictorias, pręclara facinora: quę si pergo omnia recēsere, dies me deficiet: Affinitates uero, & mixti sanguinis ad principum domus per Germaniā claritudinē, quis recēsebit? in qbus uel unū attigisse sit satis, un de facile dimetiemur cętera: Inuenta est huius domus clarissima fœmina, quę ad Ro. culmē Imperij thoro peruenit: Gisla erat, quā Conradus eius nominis. II. cōiugio expetiuit, & accepit, indeq; filiū sustulit Henricum III. Imperij successorē: qui ea fuit fœlicitate, ut petētibus Ro. ex sua Germania, daret Ro. pōtifices, Imperiūq; deriuaret in lōgā posteritatē. Non quieuere hui⁹ domus illustres principes: donec cęteris patrię ornamentis adijcerēt proauorū memoria, publicū literarū gymnasiū, in opido suę ditionis Rostockio: unde q̄t prodierint excellētes uiri, decora prouinciarum, quis enumeret? Sed iam tempus erat: ut omissis ueteribus, ad illustrē principē dñm Magnū, cuius gratia sunt introducta omnia, flectat̄ oratio: cui⁹ pręclaris rebus memorādis, facilior ad omnia dicendi campus patescit: q; ea sum dicturus, quæ omniū testimonio facile probent̄, pene audiētibus, q̄ dicēti notiora. Quis enim prudētiā eius in circū spiciēdo? Quis uigilantiā in rebus procurādis? Quis dexteritatē in exequendis ignorat? Auspicatus fœlicia gubernandi tempora a diuina religione, more patrum, peregrinari in terram sanctā nō destitit: ut auratum cingulū, ad Dñicū mereretur sepulchrū. Sequutus est illum, non multis post annis, frater clarissimus, generi suo respōdens: ut in nullo deesset patrū splēdori. Sed ad Magnum redeo: qui pro ętate rebus omnibus germano quietissimo pręfuit: componendęq; prouincię sollicitus incubuit: Sed imprimis diuinę religionis cultus illi potissimū cordi fuit: Monasterijs uirorum, ac fœminarū, a disciplina regulari collapsis, ut reparent̄, uehemēter intendit. Fremebāt uiri militares, pro carne, ac sanguine: Frendebant uicinarū urbium ciues: Sed nihil erat, quod religiosum principē, a sanctimoniæ proposito potuit dimouere. Cunq; amplificando religionis cultui totus incumberet, descēdit in animum eius pręclarum suę ditionis opidum Rostockium, iam publico literarū insigne gymnasio, etiā ecclesiastico collegio peromare: Ibi uero ciues aliorsum rebus interpretatis, q; frenum assuetę eorum libertati inijctum iri putarent, totis se uiribus opposuere: Suscepit optimus prin-

Hēricus Magnopo. princeps i Turcas

Laus Magnop. princi pū ab affinitatibus.

Gisla Cōradi. II. uxor.

Lrārum eē gymnasiū Rostockij a Magnopolen. fūdatū.

Magni laus.

Magn⁹ in terrā sanctam.

Magn⁹ Monasteria reformauit.

ceps ob eam rem alteram in urbē Romā profectionem ut a capite ecclesię rem ecclesiasticā deriuaret: Assequutus q̄d uoluit, cū in ditionē suā reuerteretur, multis uijs placide rem pertentauit: Denicp regia uia progressus, apostolica mādata, legitime iussit exequi: Ibi primū graue ciuiū murmur oritur, & indignatio: quę statim exarsit in apertam tumultuationē: In qua immanissimo scelere, primus ecclesię prępositᵘ, populi sęuientis pastor, crudeliter mactatur: alij uinculis tradūtur. Princeps egregius, qui ipse rebus in urbe gerendis pręfuit, cessit furori insanientium, & grauissimo in eam urbem bello intentato, domuit perduelles: Cōmune fratrum principum, ad omnia consilium: cōmune amborū in pręlia periculum: cōmunis gloria post partam uictoriam: Nec longum tempus in medio, cum impia Iudęorū secta, in opido Sterneberg, sacerdotē nacta male Christianū, abutitur uenerabili Christi sacramēto: Res undecuncp prodiens, exciuit zelū optimorū principum: uiros ex omni prouincia doctissimos adesse curauerunt: Examinata res perq̄diligenter: Vbi scelera claruerūt, iussere in noxios, legum pœnas dęseuire: Iudęi concremātur: apostata sacerdos, sacris exauthoratus per pontifices, quia sine exemplo deliquit crudeliter, est excarnificatus: Fama rei impleuit prouincias: testata sunt ubicp Dei mirabilia: fit concursus ex longinquo: uotis se damnant & exoluunt. Congerit fidelium deuotio plurima in templa donaria: Principes ea in pios usus cōuerti curauerunt, habita imprimis noui collegij ratione: cuius inde ministri alimenta, ipsum uero sacrarium ornamenta assequitur plurima: Libet uero huius principis æquabilem ad omnes uirtutem latius euoluere: Superioribus ille tantum pręstitit, quātum sibi uoluit deferri a subiectis. Vocatus ad Imperij cœtum aderat: talemcp se gerebat, ut ab omnibus probaretur. Aequales ita sibi deuinxit amore, ut ab omnibus non mediocriter coleretur: Testantur filiarum nuptię, clarissimis principum familijs cōciliatę. Prouincialibus uero suis eam curam adhibuit: ut pace, & bello essent ad omnia promptissimi: Tacitas multorum hæc mihi uidere uideor cogitationes, qui grauem prouincialibus extitisse quęrātur: Quibus paucis ego respondeo, non esse tabida morbo, aut uulnere corpora, nisi ferro, & igne curari: Grauitas putabatur, medicina fuit: ut in ordinē quęcp sua reuertantur. Sed hęc interim. Scelera & latrocinia ita odibat, & insectatᵘ est, ut sontes debita pœna exciperet: Oratoribᵘ principū & cōmunitatū, placidas aures præbuit, hilarem uultum non negauit, datiscp pro re, ac tempore, responsis ita dimisit, ut miraculo prudentię eius pleni abirēt: Sensi ego, fessi, cum crebris ad eum legationibᵘ fungerer, ab ea, cui operas pręstiti cōmunitate, diuinā principis sapiētiā: Debeo hoc memorię eius iustū publice priuatimcp testimoniū: ut ab illo unq̄ sine administratione discederē. Sed quid attinet ista cōmemorare scientibᵘ? nisi quia dulce est in recordatione uirtutū eius, cōmorari: illę eum pręsentē nobis faciūt, corpore subtractū: illę abire animo non sinūt: Illę sunt, quę optimū principē interire non permittūt: Exhibēt nobis illum, benē institutę rei status oprabilis; & uiuax uirtus: quę in animis omniū fęcit illū mori nō posse: Viuit prin-

Rostockceñ tumultuātur

Magnᵘ dux furori cedit.

Pricipes i scelerators aiad uerterunt.

Magnᵘ latronū osor.

ceps optimus fœliciter, ut cõfidimus inter cœlites: & uiuat quęsumus, de
omnib⁹ bene merit⁹, decꝗ sua ꝓuincia, summis semper laudib⁹ prędicãdus
Viuũ & uerũ exẽplar principũ omniũ, in quo q̊d imitent̃ cum laude in- Sũma boni
ueniũt: Forma uiroꝝ omniũ militariũ, cui imprimant̃, cui se studeãt cõfi pricipis laus
gurare: Dec⁹ & ornamẽtũ patrię singulare: Triũphet inter superos fœlix
anima: quæ nobis abiẽs, magnũ sui dereliquit desyderiũ: illacꝗ collocauit
reꝝ fundamẽta bonaꝝ: ut semp cũ dulcedine illi⁹ memoriã repetẽtes, eius
cõmemorationẽ nunq̃ intermittamus. Dixi.

XXXIIII.

Ac expleta oratione pro defunctis, solenne instruit̃ officiũ sacra Instruitur sa
h faciente põtifice Lubicensi: Ad cuius mediũ de more fit oblatio, crificiũ solen
eo, quẽ dixi, ordine: Sed nunc per omnẽ ecclesiã, ad singula alta- ne.
ria, fratres prędicatores, induti sacris, missę officiũ ꝑegere: Defertur obla
tio: Et iam illo ꝑsoluto ministerio, tertiũ inde officiũ de Dña, põtifex Ra
ceburgensis, loci ordinarius ꝑegit, cum ad altaria per ecclesiã singula, ſęcu
lares sacerdotes ꝑsoluerẽt diuinũ missę officiũ. Sed hic iam apparatior fit
oblatio iumentoꝝ, insignibus, & armis ornatoꝝ: Stabat ab initio, in me-
dio choro, xenotaphiũ erectũ in sublime, serico, aurocꝗ, textis pãnis orna-
tum, insignibus principatuũ defuncti, per omnes angulos incinctũ, cereis
ardẽtibus grossis. CL. ut est cõiectura uariatũ: Stabãt pullati uiri. XII.
qui ardẽtes faces sustinerẽt, prominẽtibus per capita cucullis, tristi specię:
Prodiere hoc ordine caballi ad altare summũ: ex cui⁹ latere in directũ pa
tuit egressus, ne longa circuitione opus sit: & tñ girabãt per omẽ ecclesiã:
Duo uiri militares ductabãt iumẽtũ mediũ, pullis induti, pulla tectũ ue- Iumẽtũ me
ste: sed arma Magnopolis, in frõte, in thoris, in clunib⁹: Inde quatuor uiri dium.
gestabãt totidem signis militaribus: hoc est (ut nostri uocãt) bannerijs, ar
ma, & insignia Magnopolis: Totidẽ deinde cãdelas, uiri quatuor gestant
cereas, armis memoratis insignes. Secundũ deinde iumentum simili appa Secundũ iu
ratu, arma Wãdalię pręferebat: signa militaria: cerei, eisdẽ, ut prius, ordi- mentum.
nib⁹ arma pręferebãt, & insignia. Tertiũ iumentũ q̊cꝗ, uiroꝝ, armorũ, ce- Tertium.
reoꝝ, eodẽ numero insignia pręferebat comitat⁹ Zwerinẽsis. Quartũ ha Quartum.
bebat in frõte arma dñatus Rostockẽsis: Sequunt̃ militaria signa, cerei
eadẽ, qua prius instructione. Quintũ ferebat in frõte, thoris, & clunibus Quintum.
insignia dñatus Stargardẽsis: Sequunt̃ signa cum cereis ad instructionẽ
primi ordinis. Sextũ iumetũ cęteris insigni⁹, quo ipse dux utebat̃ ad spleri Sextum.
dorẽ, ꝑdijt armatũ, rutilãte ferro: Arma uiri sellam, ut poterãt, ornauere
inania: Arma, & insignia, quę erãt singuloꝝ precedentiũ in fronte, & tho Reliqu⁹ exeq
ris, & clunib⁹ equi, cõiuncta uisebant̃: Idẽ signis militarib⁹, & cereis, hic, arum ordo.
ut ante, ordinatis. Sequunt̃ duo milites, ut cęteri pullati: qui sublimẽ uexe
re clypeũ, insculptũ, & incisum, armis omnib⁹ cõiũctis: Inde uero marscal-
lus baculo, & cãcellarius sigillo prętẽso, ꝓcedũt, pulla ad talũ ueste: lũgit̃
domestica principis familia: Inde principes: deinde oratores principum:
post illos ecclesiarũ prelati, & canonici: deinde militares lõgo ordine ince
dũt: Postremo duces fœminę, & magnus ordo dñarũ. Expleto iam mis-
sarũ officio: signa, quę diximus, militaria omnia, in chorũ cõferũtur, cum

cereis: Iumēta reducunt in stabula procedūt pōtifices cum abbatib⁹, faci untq̧ cōmendationē precib⁹: Quibus expletis, canit antiphona: Media uita: Vbi cōcinit: Sancte Deus, pijcit in terram pars tertia signorꝝ milita riū, cum gemitu aspectātiū: Sācte fortis, pars alia deijcit: Sācte & miseri cors saluator, pars reliqua, cū insculptis armis in clypeo deijcit: Et iā uno impetu, omnes cerei usq̧ huc ardētes, cū gemitu extinguunt. Finis hic pō pę funeralis: Cū chor⁹ omnis pullis, staminib⁹, & omnia pulpita ab initio uestita stetissent, abeūt in sua quisq̧.

Proijciūt si gna iterrā.

XXXV.

Vgslaus Pomeranię Stetinēsisq̧ dux, cum in suę ditionis pręci b puā urbē Sūdēsem, ex multo tempore collectā foueret indigna tionē, erupit hoc tēpore, cū interdiceret illi aduehi cōmeatū, nec pateretur ciues libere per terrā diuersari: Nonnulliq̧ ex familia principis male haberēt uiatores: Alij etiā incursionib⁹ uexarēt. Pertęsi rerum ciues, media bruma ad diui diē Anthonij, hostilia nūciāt principi: & literas (ut uocāt) diffidationis. Mox armati, Rugiā ingrediūtur: rusticū populū in sua uerba iurare cogūt. Militares, q̄ in terra multi sunt, se in tuta recipiūt: nōnulli diffugiūt: alij capiunt: numero. XL. ecclesiā cōmunierunt: breui tñ expugnādi fame uel fumo: Colloquunt. Sūdēses ptēdūt literas con fœderationis iuratę, ut a ciuitate nūq̄ discēdat, quas etiā princeps cōfirma rat: Rogant, si uelint implere fidē literarꝝ: Illi respōdēt: Habere se principē cui⁹ sunt sacramētis alligati, nō se posse ab illo discedere: Sed cum durius pręmerent, porrecta dextera, subeūt ius captiuitatis. Princeps, ubi audit, iusto dolore tāgit: Parat graue bellū: Sed interueniūt duces Magnopo lēses: alter sorori⁹ Bugslai, alter germanę filius: Fit cōuēt⁹ in Rostockio: in lōgū retexunt iniurię: cū dicētis pro parte principis uerba exciperēt no tarij, Sūdēses petūt copiā scriptorꝝ: Decernit, & dat. Postero die scripto prēferūt respōsa, q̄m sic placitū uideret principib⁹: Nequaq̄ sinit pars du cis actoris: Eodē tenore cōtēdit fieri respōsa, q̄ sit impetitio pręmissa, pre sertim, cū copiā accœperint: Sūdēses refragātur: Ciuitatū nūcij cōsulares interponūt partes, nihil agit. Sed ne frustra cōuētū sit, placuit: ut e scripto informent animi principū mediatorꝝ: Igit submittūt illi e suo cōcilio, q̄ cū patrib⁹ separatim agāt: idq̧ per aliq̄t dies, tēpora terit: Videbat cōuenis se: cū iā literę recessus essent cōcipiēdę: Ibi uero labor: ibi cōtradictio fine fine. Vix in diē nouissimū, cum ad abitū omnes starent parati, cōuenit: ut pax redderet urbi, quę ut syncera sit, obsequijs, & pmolitione primorū in cōcilio est procurādum: Nec lōgū temp⁹ in medio, & dña Sophia eiusdē Bugslai germana soror, relicta dñi Magni, fœmina prudēs, & multis cla ra uirtutib⁹, uirum sequit, per uiā uniuersę carnis: Grauis fœmina, in qua posita erat spes concordię, filiorum, & patrui: Tumulat Wismarię, quod optauit, apud fratres prędicatores.

Ciues Sūdē ses hostilia nūciāt prin cipi.

Capiūtur ui ri. XXXX.

Intercipitur bellū p duces Magnopo.

Vix cōuenit ut pax urbi redderetur.

Moritur So phia relicta Magni.

FINIS.

IMPRESSVM COLONIAE.
ANNO MDXVIIII.
MENSE APRILI.



Registrum totius operis Wandaliç.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v

Omnes ſunt terniones, exceptis a t v qui ſunt quaterniones.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T

Omnes ſunt terniones.

Iohannes Soter alias Heil
ex Bentzheim, &
Socij impreſ-
ſerunt.